P. VERGILII
MARONIS
BVCOLICORVM, GEORGICO-RVM, ET AENEIDOS,

Cum accurata ſimul & fideli Seruij Mauri Honorati expoſitione,

PARS PRIMA.

ἰσίχᾳ ποδί.



BASILEAE APVD IOAN. VALDERVM.
ANNO, M. D. XXXIIII.

EAM semper rationem, quantũ in me fuit, secutus sum, sequendamq; mihi semper in futurum esse duxi, ut eorum modò scriptorum libros cuderem, qui, cum in optimis ritè habentur, non tam sumptus nostros, quos hercle, ut nunc est, satis cum periculo magnos imperare solent, aliqua ex parte leuare, quàm uobis ô studiosi suam secum & utilitatẽ & iucunditatem afferre possunt. Itaq; ergo nihil me unquã quidquam, quod ad manus uestras peruenire censeam, suscepturum esse existimetis uelim, ex quo non præclarũ aliquem fructum utilitatemq; uos capturos sperem. Sic enim statui, ut quod rationibus meis conducere, id uestræ reipub. quam unam & colere & obseruare debeo, fraudi nequaquã fore sentiatis. Vtrunq; autem, hoc est, & quod uos de me, & ipse de uobis mihi polliceor atq; spero, abundè nos consecuturos confido, modò quæ Deo Opt. Max. authore in cõmunem utilitatem uelle cepi, ad ea quoq; uestri iam ingenij exculti candor dexteritasq; accesserit: simul & illud uideritis, ne cum ἰγμαθίαν tam habeatis liberalem, tamq; uobis amicam, ut nihil eorum quæ ad studiorũ uestrorum cultũ atq; ornatum requiri possint, desiderare sit necesse, ipsi uobis defuisse uideamini. Sed noctuã Athenas, qui hæc ad uos. Si quid est amplius quod ad me quidem attineat, ex tabula illa, quam bono (opinor) reipub. uestræ proferre placuit, quâq; scriptores quos ipse quidem in uestrã rem edendos suscepi, ueluti catalogo recenseo, optimè de uobis meum benemerendi consilium cognoscatis licebit. Et quo non doctis solũ, ijsq; quos iam aliquantum profecisse non pœniteat, sed rudibus quoq; & usu adhuc tyronibus bene uelle uidear, ecce uobis Publium illũ Vergilium Maronem, cum diligentissimi grãmatici, quem scitis, Seruij in eundem expositione, in quo ornando laudandoq; sic ut meruit, quia pro mea tenuitate nullus sum, libenter hoc cũ cæteris tum uerò maximè Ioanni Baptistæ Egnatio Veneto concessero. Hunc cũ omniũ ad Vergilij nostri laudem illustrandam, illiusq; expositoris lucubrationem corrigendã quãtum pertinet, nihil pro sua doctrina eruditioneq; prætermisisse, & simul (id quod planè uos ignorare nolo) eum nos in hac æditione secutos esse intellexeritis, ut interim quòd peruetusto quodam exemplari multis in locis usi simus, dissimuletur: quantũ nos adiumenti uobis uestræq; reipub. attulerimus, opinor cognoscetis. Valebitis: hoc si addidero, uobis nõ ingratũ fore nobis uisum, Vergilio cum alijs unà ad ipsum pertinẽtibus in duas partes sic diuiso. Primam uos iam habere: Secundam, in qua omniũ quæ in hoc opere animaduertenda iudicauimus, index: cæterorum item hominũ doctorum in eandem rationem scripta continentur, proximè nunc expectare debere. Nunc ipsius Egnatij testimonium uideamus.

IOANNES BAPTISTA EGNATIVS VENETVS, NOBILISSIMO ET OPTIMO IVVENI FEDERICO IACOBI FILIO PVRLILIARVM COMITI S. P. D.

MVlti paucos ab hinc annos, Iuuenis praestantissime, literariae rei calamitatē miserati, quā mancipes isti librarij passim inuexerant, in id omnem industriam & studium collocarūt, ut rei omnium pernecessariç, & iam prope conclamatç opem quàm maximam ferrent. Nec hi contemnendam laudem, quicunq; ita uersati sunt ut operam uam doctis hominibus probarint, assecuti. Quidā ad superiorum diligentiam aliquid amplius addentes, eam characterum uenustatem & uoluminum, quae facillime quocunq; circumferas, usum excogitarunt, ut nulla felicitatis accessio maior sperari posse uideretur. Caeterum pleriq; non multo post experientia (ut credere est) edocti, animaduertebant deesse non parū in his quorum nouitas tantum paulo antè admiratiōis excitarat sui: censebantq; si quod deesset adderetur, fore ut cumulatissime omni hominū uitae, quod ad hanc partē attinere, factū satis esset. ut enim in pingendi arte monochromata ipsa à singulis coloribus dicta, post lumen & umbras colorū differētia inuentas, non admodū placere poterant: sic nuda illa uolumina & nullis illustrata cōmentarijs, post eorū operam semel probatā haud sanè grata uideri. Verū illi consiliū secuti suū, quid alij desiderarent haud sanè sibi magnifaciendū fortasse duxere: praesertim cū ista iam tota cōmentandi ratio, in multis nostra tēpestate haud admodū uideatur probāda. Mea uero sentētia, ut in alijs ab his nō multum diuersa, sic hac in parte omnino dissimilis. Neque enim adeò ab omni enarratiōe abhorret anim⁹, ut quāuis pleriq; partim inepte, partim inerudite hāc studiorū partē attigerint, si qui tamē industrie & bene in his operā nauarint, uelim eos alienam culpā prçstare, & cū alienū peccatū sit, aliorū stultitiç causa reos fieri. Et ut alios in prçsentia omiserim, q multa sua cū laude in interpretādi hac tota ratiōe elaborarint, quis erit (quaeso) tam obduratç frōtis, ut Seruij Honorati gram. laudes, aut ipse nō libenter prçdicet, aut ab alijs prçdicatas nō summa animi aeqtate audiat? Cuius nō uulgaris eruditio, castigatissimęq; lucubratiōes,

adeò semper ab omnibus probatæ sunt, ut nihil uel iniquorum iudicio aut acutius, aut pressius, aut deniq; melius hoc in genere legas. Nam & qui in illum castigationes quondã edidere, facile illi pro sua modestia & eruditione nunc tempori, nunc scriptoribus, quàm Seruio notam inustã malle. Cum igitur à Vergiliani carminis maiestate, ut ab Ioue Aratus, auspicatissimum exordium sumere placuisset, atq; in eius carminis emendatione pro uirili elaborassem, haudquaquam tum ad communem utilitatem, tum ad carminis perspicuitatem maiorem, Seruij commentarios negligere statui. Cuius iniquissima sors miseratione cuiuis digna uideri poterat: mihi uero præter miserationẽ summam tantum mœris attulit, ut nihil unquam dolẽtius tulerim. quippe quũ mutilus, mancus, & lacer, ut aut pro Seruio agnosci, aut agnitus percipi satis posset. Verum in nulla eius operis parte grauius desæuitũ erat, quàm ubi Homericos uersus, ad cuius filum Maro præcipue carmen suum texuerat, citasset. Quare cum penè infinita quæ deerant addenda ex scriptis manu codicibus censuissem, sexcentos præterea & amplius cum Homeri, tum aliorum in possessionem legitimam uersus uendicantes, dimidiatum Seruium atq; ideo fœdum, integrum (ut opinor) & nitidum fecimus: interim tamen id temperamentũ adhibuimus, ut quædam, quod ad Geographiã attinet, immutare noluerim. In reliquis adeò elaboratũ à nobis est, ut si tres, aut ad summum quatuor demas locos, omnia tibi iam perspicua & aperta esse possint. His Probi commentariolus in Bucolica & Georgica, tametsi decurtatus, & ipse nec satis integer accedet. Cuius tibi lectio non parum uoluptatis (ut spero) nouitate sua, & utilitatis eruditione allatura sit. Cæterum de his melius, qui legent: illud quod in Marioniani carminis emẽdatione secuti sumus, diligentem lectorem admonitum præcipue uelim. Nos in eo emẽdando multa ad uetustæ consuetudinis normam, cuius Vergilium obseruantissimũ fuisse cõstat, direxisse: in plerisq; antiquioribus potius autoribus, quàm recẽtibus grammaticis adstipulatos. In alijs non usq; adeo ad uiuũ resecuisse, ut aliquid uulgatæ cuidam consuetudini noluerim datum: quin parce quoq;, nec semper eadem in eisdem ausus sum, ne ferulas licentiorum grammaticorũ tanquam crabronum aculeos irritarem. ut si quid uetustatis inerit, ad uetustiores prouocatio integra sit; si quid rursus

sua

ſus nouitatem redolebit, hoſce Criticos placatiores habeã. Hęc igitur tibi omnia, immenſum ſane opus, & infinitas penè uigilias, meæ erga patrem tuum clariſſimum & optimũ uirum beneuolentiæ teſtes ſempiternos, neq; non in te iuuenem non nobiliſſimum ſolum omnium, & familiæ uetuſtate, & à maioribus tuis rerum geſtarum amplitudine, ſed ſummæ indolis & ſpectatiſſimæ probitatis: hæc inquam tibi omnia & dico, & nuncupo. tum ut qui ex uiua noſtra uoce induſtriã probaſti præſens, abſens quoque eius aliquem fructum capias: tum ut nos eo eſſe in te animo intelligas, ut nihil antiquius, q̃ me uobis omnibus horis, omni loco, omni tempore quàm chariſſimum eſſe, habeam. Ea eſt præterea poëtæ huius lectio, quæ non te ſolum literarum cupidiſſimum, uerumetiam quemuis alium, & delectare, & iuuare plurimũ poſſit: in qua ſi ut debes uerſabere, non diffido quin ad ſummam familiæ tuæ nobilitatem, maximũ hoc quoq; literariũ decus accedat. Quod & patris imitatione, uel recenti epiſtolarum editione celebris, & noſtra adhortatione facere debes: cũ præſertim hac ætate in quo aut tutius, aut honeſtius te exerceas, quàm in literis, nihil habeas. Vale.

EGNATIVS AD LECTOREM.

NOn licuit mihi lector optime in tanta rei difficultate tam exactam diligentiã præſtare, ut quandoq; offenſum non ſit, ſed quicqd id eſt, non magni omnino (ut uidebis) momenti res erit. Tu quæſo id totum boni conſulas, nec ſi unus, alterue næuus te offenderit, cum multo plura & iuuare & delectare poſſint, quàm primum reijcias. Quin id abs te petitum etiam atq; etiam uelim, ut ſi quid à uulgata conſuetudine abhorrens inueneris, quod interdum eueniet, nihil, niſi prius rem expenderis, immutes. præſertim cum modũ in his ſeruarim. neq; enim ita à uetuſta cõſuetudine ſteti, ut ſemper id ſecutus ſim: guſtum tantũ quendam præbere uolui, ut ſi probares, haberes & tu quid in alijs eiuſdem notæ ſequerere. Scio quantũ hoc tẽpore omnes conſuetudini datum uelimus, quantum recentior hæc ætas ſibi placeat: quantum pleriq;, ſed meo iudicio imperite, uetera hæc damnent. Illud ego affirmare auſim (quocũq; ſtomacho hęc noſtra ia ferantur) Maronem omnes uetuſtatis illius umbras uſq;

ad fastidium quandoque consectatum: nec adduci possum, ut qui integros uersus de poëtarũ uetustiorum fontibus hauserit, unde decoris multum crediderit operibus suis accedere, ab eodẽ non in uerbis, non in tota ratione scribendi ueteres æmulatos esse. Nam præterquam quod religiosius carmen intermixta uetustate faceret, non parum & ipse Criticorũ sui temporis ferulas reformidare, quorum censura iam sibi tantũ uẽdicabat licentiæ, ut pro libidine sua poëtarum albo quosdam adscriberent, quosdam uero penitus eraderent. Accedit quod qui Enniana lectione plurimum uteretur, non posset ex ea non multũ cõtrahere, ut ex assiduo argenti usu numularij colybo manus decolorãt. Cæterum hæc satis. illud unum est, quod omnes præcipue, quicunque hæc legent (si quis tamẽ hęc quoque, si quis:) admonitos uelim, ut si aliã ab hac impressionem cum his omnibus interpretibus legerint, sciant illi pro certo nullam in illis industriam inesse nostrã. Hoc autem ideo diximus, ut ab his impressionibus diligenter caueamus, quæ passim sub eruditissimorũ hominũ titulis emendatæ circunferuntur, addita quoque eorũ epistola, quam uiri illi eruditi in codicibus à se primum emendatis apposuissent. Vale.

SERVII MAVRI HONORATI GRAMMATICI IN BVCOL. MARONIS COMMENTARIORVM LIBER.

BVcolica, ut ferũt, inde dicta sunt: à cũstodia boũ, id est, ἀπὸ τῶν βουκόλων. præcipua enim sunt animalia apud rusticos, boues. Huius aũt carminis origo uaria est: nam alij dicũt eo tẽpore quo Xerxes Persarum rex inuasit Gręciã, cum omnes intra muros laterent, nec possent more solito Dianæ sacra persolui, peruenisse ad mõtes Laconas rusticos, & in eius honorẽ hymnos dixisse. unde natũ carmen Bucolicũ ætas posterior elimauit. Alij dicũt Orestem cũ Dianæ Fascelitidis simulacrũ raptũ ex Scythia adueheret ad Siciliam esse tempestate delatũ, completo anno Dianæ festum celebrasse hymnis, collectis nautis suis, & aliquibus pastoribus cõuocatis, & exinde permansisse apud rusticos consuetudinem. Alij non Dianæ, sed Apollini Nomio cõsecratum carmen hoc uolũt, quo tẽpore Admeti regis pauit armẽta. Alij rusticis numinibus à pastoribus dicatũ hoc asserũt carmen, ut Pani, Faunis, ac Satyris. Et hic est huius carminis titulus. Qualitas autem

tas aūt hæc eſt, ſcilicet humilis character. Tres enim ſunt chara cteres, humilis, medius, grandiloquus: quos oēs in hoc inueni mus Poëta. nam in Aeneide grādiloquū habet, in Georgicis me diū, in Bucolicis humilē: pro qualitate negociorū & perſonarū. nam perſonæ hic ruſticæ ſunt, ſimplicitate gaudentes, ſcilicet à quibus nihil altū debet requiri. Adhibētur aūt hæc ad carmē Bu licum. Carmen aūt Bucolicū debet quarto pede terminare par tem orationis, qui pes ſi ſit dactylus, meliorē efficit uerſum: ut, Nos patriæ fines & dulcia. Primus etiā pes ſecundū Donatū da ctylus eſſe debet, & terminare partem orationis, Tytire. Quam legem Theocritus uehemēter obſeruat, Vergilius nō adeò: Ille enim in paucis uerſibus ab iſta ratione deuiauit, hic eam in pau cis ſecutus eſt. Terentianus cū de hoc metro doceret, Plurimus hoc pollet Siculæ telluris alūnus, Noſter rarus eo paſtor Maro. Intētio Poëtę hæc eſt, ut imitetur Theocritū Syracuſanū, melio rem Moſcho & cæteris qui Bucolica ſcripſerūt: unde eſt, Prima Syracoſio dignata eſt ludere uerſu Noſtra, neq;. Et aliquibus lo cis per allegoriā agit gratias Auguſto, uel alijs nobilibus, quo rum fauore amiſſum agrum recepit. In qua re tantū diſſentit à Theocrito: ille enim ubiq; ſimplex eſt, hic neceſſitate compulſus aliquibus locis miſcet figuras, quas perite plerūq; etiā ex Theo criti uerſibus facit, quos ab illo dictos cōſtat ſimpliciter, hoc au tem fit poëtica urbanitate. ſic Iuuenal. Actoris Aurūci Spoliū. Nam Vergilij uerſum de haſta dictū figurate ad ſpeculū tranſtu lit. Et cauſa ſcribendorū Bucolicorū hæc eſt: Cum poſt occiſum iij. Idus Martias in Senatu Cæſarem, Auguſtus eius filius cōtra percuſſores patris & Antoniū ciuilia bella mouiſſet, uictoria po titus Cremonenſium agros, qui contra eum ſenſerāt, militibus ſuis dedit. qui cum non ſufficerent, etiam Mantuanorū iuſſit di ſtribui, non propter culpā, ſed propter uicinitatē: unde eſt, Man tua uæ miſeræ nimiū uicina Cremonæ. Perdito ergo agro Ver gilius Romam uenit, & potētium fauore meruit, ut agrū ſuum ſolus reciperet. Ad quem accipiendum profectus, ab Ario Cen turione, qui eum tenebat penè eſt interēptus, niſi ſe præcipitaſ ſet in Minciū: unde eſt ἀπροσηνῶς, Ipſe aries etiam nūc uellera ſic cat. Poſtea ab Auguſto miſſis triūuiris, & ipſi integer ager red ditus eſt, ut Mātuanis pro parte. Hinc eſt quod in prima ecglo ga legimus recepiſſe agrū, poſtea eū querelātem inuenimus: ut,

Audieras

Audieras,& fama fuit:sed carmina tantum Nostra ualent Lycida, tela inter Martia quantum Chaonias dicũt aquila ueniente columbas. Nec numerus hic dubius est,nec ordo librorũ: quippe cum unus sit liber. De Ecglogis tantum multi dubitãt,quæ licet decem sint,incertum tamen est quo ordine scripsæ sint. Pleriq; duas certas uolunt ipsius testimonio, ultimã,ut Extremum hũc:& primã,ut in Georgics, Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi. Alij primam illam uolunt,Prima Syracosio dignata est ludere uersu. Sed est sciendũ,septem Ecglogas esse meras rusticas, quas Theocritus x. habet. Hic in tribus à Bucolico carmine, sed cũ excusatione discessit, ut in Genethliaco Salonini,& in Sileni theologia: uel ut ex insertis altioribus rebus posset placere,uel quia tot uarietates implere nõ poterat. Poëtæ uitã in Aeneide diximus. Operis explanatio in sequentibus comprobabitur. Sanè sciendũ Vergilium xxviij. annorũ scripsisse Bucolica: unde etiam ipse in fine Georgicorũ,Audaxq; iuuenta Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi. Et dicit Donatus, quod etiã in Poëtæ memorauimus uita,in scribẽdis carminibus naturalem ordinẽ secutũ esse Vergiliũ. Primo enim pastoralis fuit in mõtibus uita,pòst agriculturę amor,inde bellorũ cura successit. Notandũ quoq;,Bucolica uel Georgica cũ apud Græcos in fine habeant accentum,apud nos in tertia à fine habere.nam ut in ultima sit,latinitas uetat:ut in penultima nõ sit,breuitatis efficit ratio. Etiã hoc sciendũ,& personas huius operis ex maiori parte nomina de rebus rusticis habere conficta: ut Meliboeus, ὅτι μέλει αὐτῷ τῶν βοῶν, id est,qui curã gerit boum:& Tityrus dicitur aries maior, nam Laconum lingua Tityrus dicitur aries maior,qui gregem anteire cõsueuerit. sicut etiã in Comœdijs inuenimus: nam Pamphilus est totus amãs, Glyceriũ quasi dulcis mulier, Philomena amabilis. Personæ, sicut suprà dixi, rusticæ sunt,& simplicitate gaudentes:unde nihil in his urbanũ, nihil declamatorium inuenitur, sed ex re rustica sunt omnia negocia,cõparationes, & si qua sunt alia. Hinc est quod annos à fructibus cõputat:ut,Post aliquot mea regna uidẽs mirabor aristas. Hinc etiã illæ comparationes sunt, Nam neq; me tantum ueniẽtis sibilus Austri,Nec percussa iuuant fluctu tam littora,nec quæ Saxosas inter decurrrunt flumina ualles.

FINIS.

TITYRE *tu patulæ recubans sub tegmine fagi.)Inducitur pastor quidam iacens sub arbore, securus & ociosus, dare operã cãtilenæ. Alter uero, qui cum gregibus ex suis pellitur finibus: qui cum* Tityrum *respexisset, ita locutus est. & hoc loco* Tityrũ *sub persona* Vergilij *debemus accipere: non tamen ubiq;, sed tantum ubi exigit ratio.* Quod *autem sub fago dicit iacere, allegoria est honestissima, quasi sub arbore glãdifera, quæ fuit uictus causa.* Antea *enim homines glandibus uescebantur: unde etiã fagus dicta est, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, q᷑ est comedere. et hoc uidetur dicere: iaces sub umbra fagi in agris tuis, tuas retẽtãs possessiões, quibus aleris: sicut etiam glãdibus alebãtur antè mortales.*

P. VERGILII M. BVCOLICORVM ECLOGA PRIMA, SIVE TITYRVS.

Interlocutores, Melibœus & Tityrus.

TItyre, tu patulæ recubãs sub tegmine fagi,
Agrestem tenui musam meditaris auena.
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua:
Nos patriã fugimus. tu Tityre lentus in umbra,
Formosam resonare doces amaryllida syluas. Ti.
O Melibœe, deus nobis hæc ocia fecit.
Nanq; erit ille mihi semper deus: illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.

Tu patulæ.) Pa*tulũ dicimus, quod per se patet naturaliter: ut nares, arbor. patẽs est, quod & aperitur & clauditur, ut ostium, & oculi.* Syluestrẽ *musam.) id est, rusticũ carmẽ.* Tenui *auena.) culmo, stipula, unde rustici plerũq; cãtare consueuerũt: ut alibi,* Stridenti *miserũ stipula disperdere carmẽ.* Dicen*do autẽ* Tenui *auena, humilis styli genus latenter ostendit: quo, ut supra dictum est, in* Bucolicis *utitur.* Meditaris.) *quod* Græci μελετῶ *dicunt, per antistœchon meditor dixerũt* Latini. L *enim &* D, *interdum sibi inuicem cedunt: unde & sella pro seda dicitur, à sedẽdo.*

Nos *patriã fugimus.) plus est quàm si diceret relinquimus. sic* Horat. Teucer Salamina, *patremq;* Cum *fugeret.* Lentus.) *ociosus: ut,* Qui *nũc lenti cõsedimus aruis.* Resonare *doces* Amaryllida *syluas.) id est, carmen tuum de amica* Amaryllide *cõpositum, doces syluas resonare. & melius est ut simpliciter intelligamus.* Malè *enim quidã allegoriam uolunt:* Tu *carmen de urbe* Roma *cõponis, celebrandũ omnibus gẽtibus.* Plus *enim stupet* Melibœus, *si ille ita securus est, ut tantum de suis amoribus cantet.* O Melibœe.) *s. quid miraris? deus, id est,* Cæsar: Hæc *ocia, sanè securitatem uel felicitatem.* Nanq; *erit ille mihi deus.) Iteratio ipsa exclusit adulationis colorẽ.* Semper.) *id est, & post mortem & dum uiuit.* Alij *enim imperatores post mortẽ in numerũ referuntur deorũ,* Augustus *aũt templa uiuus emeruit.* Horatius: Præsenti *tibi maturos largimur honores,* Iurandasq; *tuum per nomen ponimus aras.* Sic Lucan. *de* Nerone: Sed *mihi iam numen es.* Sæpe *tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.) Imbuere est proprie inchoare & initiare.* Nemo *autem unam eandemq;*

demq́; rem sæpe inchoat. Sed constat sæpe pascua mutare pastores, sicut etiã in Georg. legimus: Itq́; pecus lõga in deserta sine ullis Hospitijs, tantũ cãpi iacet. Vnde necesse est pastores toties aras imbuere, quoties mutauerint pascua. Inuenimus etiã apud antiquiores, imbuere esse nõ inchoare, sed ꝓfundere & madefacere, secundũ q̃d absolutus est sensus: ut sit, sæpe ꝓfundet.

Ille meas errare boues, (ut cernis) & ipsum
Ludere quæ uellem, calamo permisit agresti. Me.
Non equidem inuideo miror magis, undiq; totis
Vsq; adeò turbatur agris. en ipse capellas
Protenus æger ago, hanc etiam uix Tityre duco:
Hic inter densas corylos modo nanq; gemellos,
Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit.
Sæpe malum hoc nobis (si mens non læua fuisset)
De cœlo tactas memini prædicere quercus.
Sed tamen iste deus qui sit, da Tityre nobis Ti.
Vrbem, quam dicunt Romam, Melibœe putaui

Errare.) pasci: ut, Mille meæ Siculis errãt in mõtibus agnæ. Ludere.) scribere: ut, Carmina q lusi pastorũ. Horatius: Poscimus si quid uacui sub umbra Lusimus tecum. Calamo agresti.) rustico stylo: sicut suprà, Tenui auena. Nõ equidem inuideo.) Excusat se: ne frequens interrogatio felicitatis alienæ ex inuidia uenire uideatur, dicit se admirari potius quàm inuidere. Vsque adeo.) intantum. Turbatur agris.) Turbamur sine ulla discretione culpæ uel meriti. & inuidiose tẽpora Augusti carpit, latenter. Sanè uero lectio est Turbatur, ut sit impersonale, quod ad omnes pertinet generaliter. Nam Mantuanorum fuerat communis expulsio. Si enim Turbamur legeris, uidetur ad paucos referri. Pro[illegible]) porrò tenus, id est, lõge à finibus. unde est paulò post: At nos hinc alij sitientes ibi[illegible]os. Aeger.) & corpore & animo æger dicitur: ut, Esto ægrã nulli quondam flexere mariti. Ago autem, propriè. nam agi dicũtur pecora. Spem gregis.) id est, marem & fœminam. Reparatio enim gregis in sexu utroq; consistit. Ah silice in nuda) Ad hoc pertinet præmissa dolentis interiectio. Nam solent herbas substernere, ut ipse in Georg. dicit: Et multa duram stipula, filicumq́; maniplis Sternere. Connixa.) pro eo quod est enixa, id est, partu soluta. nam hiatus causa mutauit præpositionẽ: sicut, Secludite curas, pro excludite. Si mens nõ læua fuisset.) stulta, cõtraria. et sensus hic est: Perdituros nos quãdoq; agros res manifesta prædicebat, sed nos mẽtis imprudentia intelligere nequiuimus. De cœlo tactas memini prædicere quercus.) Mire cõpositũ augurium. nam quercus in tutela Iouis est, & huius arboris fructu olim homines uescebantur. per quercus ergo, agri: per fulmen, ira Iouis: per iram Iouis, ira Cæsaris: per damnum arborũ, damnum agrorũ figurabatur. Hæc ergo tacta, id est, afflata, & leuiter fulminata: ut Cicero, Tactus etiam ille qui hanc urbem condidit Romulus, significabat nutu Imperatoris posse agros eorum perire, apud quos fulminatæ sunt arbores. nam agri causa uicti sunt, sicut olim quercus. Quod autem ait Tactas, ostẽdit temporale fore damnum, quale patiuntur arbores leuiter fulminatæ. & bene Prædicere, quasi præloqui & prædiuinare: cum ita manifestũ constet esse augurium. Da.) id est, dic. sic cõtrà: Accipe nũc Danaum insidias, id est, audi.

Vrbem quam dicunt Romam.) Quæritur cur de Cæsare interrogatus, Romam describat. &

bat. & aut ſimplicitate utitur ruſtica, ut ordinem narrationis plenum teneat, ſed per lõgas ambages ad interrogata deſcendat: aut certe, quia nullus qui continetur eſt ſine ea re, quæ continet, nec poteſt ulla perſona eſſe ſine loco. Vnde neceſſe habuit, interrogatus de Cæſare locum deſcribere, in quo eum uiderat. Eſt autem longum hyperbaton: Vrbem quam dicunt Romam, Hic illum uidi iuuenem Melibœe.

Stultus ego huic noſtræ ſimilẽ, quò ſæpe ſolemus
Paſtores ouium teneros depellere fœtus.
Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos
Noram, ſic paruis componere magna ſolebam.
Verum hæc tantũ alias inter caput extulit urbes,
Quantũ lenta ſolent inter uiburna cupreſſi. Me.
Et quæ tanta fuit Romã tibi cauſa uidendi? Ti.
Libertas: quæ ſera tamen reſpexit inertem,
Candidior poſtquam tondenti barba cadebat.

Stultus ego.) id eſt, ruſticus, qui neſciui iudicare. Noſtræ autem, Mantuæ. Quo) id eſt, ad quã. nam aduerbium poſuit pro nomine: ut, Genus unde latinũ, id eſt, à quo. Ouiũ teneros.) Periphraſis agnorũ. Depellere.) id eſt, à lacte remouere. Sic canibus catulos ſimiles ſic matribus hœdos, Noram, ſic paruis componere magna ſolebam.) Vult urbem Romam non tantum magnitudine, ſed etiam genere differre à cæteris ciuitatibus, & eſſe uelut quendam alterum mũdum, aut quoddam cælum, in quo Cæſarem deum uidit. Qui enim comparat cani catulum, uel hœdum capellæ, magnitudinis facit nõ generis differentiam. Qui autem dicit leo maior eſt cane, & generis facit & magnitudinis differentiã: ſicut nũc de urbe Roma fecit. Putabam, inquit, ante ita Romam comparandam eſſe alijs ciuitatibus, ut ſolet hœdus capræ comparari. Nam quamuis maior eſſet, tamen eam ciuitatem eſſe ducebam. nũc uero probaui eam etiam genere diſtare: nam eſt ſedes deorum. Hoc autem eum dicere ille comprobat uerſus, Quantum lenta ſolent inter uiburna cupreſſi. Nam uiburnũ breuiſſimũ eſt, cupreſſus uero arbor eſt maxima. Hoc autẽ genus argumentationis & apud Ariſtotelem lectum eſt, & apud Ciceronem. Componere.) comparare. Et quæ tanta fuit.) Quæ tanta. ad magnum enim aliquid nimia neceſſitas uenire cõpellit. Vnde quaſi miratur hominem ruſticum Romam uidere potuiſſe. Libertas.) amor libertatis. etenim aliter dicit ſeruus libertatem cupio, aliter ingenuus. Ille enim carere uult ſeruitute, hic habere liberam uitam, pro ſuo ſcilicet arbitrio agere. Sicut nunc Vergilius ſub perſona Tityri dicit, ſe amore libertatis Romam uenire compulſum. & item latenter carpit ea tempora, quibus libertas non niſi in urbe Roma erat. Aut certe ſimpliciter intelligimus hoc loco Tityrum ſicut paſtorem locutum. nam ubiq; eum Theocritus mercenarium inducit. Item Vergilius: Tityre dum redeo, breuis eſt uia, paſce capellas. Quæ ſera tamen reſpexit inertem.) deſidẽ, ſeſe non requirẽtem. nam culpat ſuam inertiã, quod non antè Romam ierit, & ſit uſus puer libertate, qua uti cœpit prouectioris ætatis. Cãdidior poſtquam tondenti barba cadebat.) Aut mutatio perſonæ, ut quendam ruſticum accipiamus loquẽtem, non Vergiliũ per allegoriam. nam, ut diximus, uiginti & octo annorum ſcripſit Bucolica: Aut certe mutãda eſt diſtinctio, ut ſit non Barba cãdidior, ſed Libertas. Nam uiginti & octo annorum barbam poteſt quis mittere, ſed non canam: & bene Cãdidior libertas, ut intelliga-

Respexit tamen, & longo post tempore uenit.
Postquã nos Amaryllis habet, Galathea reliquit:
Nanque (fatebor enim) dum me Galathea tenebat,
Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.
Quamuis multa meis exiret uictima septis,
Pinguis & ingratæ premeretur caseus urbi,
Nõ unq̃ grauis ęre domũ mihi dextra redibat. Me.
Mirabar quid mœsta deos Amarylli uocares,
Cui pendere sua patereris in arbore poma:
Tityrus hinc aberat. ipsę te Tityre pinus,
Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta uocabant. Ti.
Quid facerem? neque seruitio me exire licebat,
Nec tam prę̨sentes alibi cognoscere diuos.

mus etiam ante in libertate, sed non in tali fuisse Vergilium. Et longo post tempore uenit. Postquam nos Amaryllis habet Galatea reliquit.) *Iungendum est hoc totum. nam dupli ci ratiõe tempus ostendit, quo eum libertas respexerit: id est, quãdo cœpit secare barbã, et relicta Galathea Amaryllidis amore detineri. Allegoricos autẽ hoc dicit: Postea quã relicta Mãtua Romam me cõtuli. Nam Galatheam Mantuam uult esse, Romam Amaryllida. et bene tempora quasi rusticus computat à barbæ sectione.* Longo post tempore.) *Aut archaismos est: (Antiqui enim, post, ante, circum, & ablatiuo iungebant: quod hodie facere minime possumus) Aut Longopost, una est pars orationis. ut sit sensus: Venit tẽpore longopost. sicut multo minus, multo magis, postmodo. Horat. Postmodo quod mihi obsit clarè multũq; locuto.* Et lõgo post.) *ut postposita uideatur esse præpositio, & in unitatẽ coacta.* Fatebor enim.) *Hoc per parenthesim dictum est.* Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.) *nec sperare poteram libertatem in oppressa ciuitate, nec habere curam patrimonij. Peculi autem, aut antiquè dixit, quia omne patrimonium apud maiores peculiũ dicebatur, à pecoribus, in quibus eorum cõstabat uniuersa substantia. unde etiam pecunia dicta, à peculio: Aut certe & hoc ad morsum temporum pertinet. nam modo tantum serui peculium dicimus. ut inuidiosè patrimonium suum dixerit peculium, ac si seruus esset, quia se diu apud Mantuam seruisse memorauit. Sanè peculi, pro peculij, per synæresim dictum est.* Exiret uictima septis.) *Septa proprie sunt loca in campo Martio inclusa tabulatis, in quibus stans populus Romanus suffragia ferre consueuerat. Sed quoniam hæc septa similia sunt ouilibus, duo hæc inuicem pro se ponuntur, ut hoc loco septa pro ouilibus posuit. Item Lucanus è contra: Et miseræ maculauit ouilia Romæ. Iuuenal. Antiquo quæ proxima surgit ouili. Sanè pinguis melius ad uictimam, quàm ad caseum refertur.* Ingratæ urbi.) *Quia cum alimenta ciuitatibus præstentur ex rusticorum labore, in his rustici etiam deridẽtur à ciuibus, & multa perdũt, & aduectarũ rerũ precia iniqua suscipiũt.* Amarylli uocares.) *Vocatiuus græcus est, qui breuis est quotienscunq; nominatiuus in is terminatur: ut Amaryllis, pieris. Horat. Dulcẽ quæ strepitũ Pieri tẽperas.* Cui pẽdère.) *id est, in cuius honorẽ.* Sua poma.) *id est, ipsius arboris poma propria.* Quid uocares.) *hoc Vergil. personæ cõuenit.* Mœsta Amarylli.) *deest Tibi, quæ nemine lætabare poëta.* Tityrus.) *Vergilius.* Pinus.) *id est, Roma uel Cæsar.* Fõteis) *poëtæ, uel senatores.* Arbusta.) *fruteta, id est, scholastici.* Seruitio.)

uitio.)ab seruitio. Seruitiũ est conditionis indicium. Iuuenem.)Cæsarem dicit Octauianum Augustum. Decreuerat enim senatus, ne quis eum puerũ diceret, ne maiestas tanti imperij minueretur. Dies.)id est, principia mensiũ, uel idus omnium mensiũ. Fumant.) id est, sacrificant. Responsum dedit.) id est, pmisit liberè uiuere. Primus.) id est, ante quẽ nullus sit. Pascite.) id est, ut ante eratis in pace pueri, sic modo pascite in pace. Fortunate senex.) Non ad ætatẽ Vergilij refertur, sed ad fortunatũ futurũ p̃sago usus est uerbo. Et tibi magna satis.)ordo est, Magna satis pascua Quamuis lapis.) id est, quamuis sit mons & lacus. nam à monte usq; ad lacum, & inde usq; ad arborem quandã, fuerat terra donata tuæ possessioni.

Hic illum uidi iuuenem Melibœe, quotannis
Bis senos cui nostra dies altaria fumant.
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti:
Pascite ut ante boues pueri, sũmittite tauros. Me.
Fortunate senex, ergo tua rura manebunt,
Et tibi magna satis, quamuis lapis omnia nudus
Limosoq; palus obducat pascua iunco,
Non insueta grauis tentabunt pabula fœtas,
Nec mala uicini pecoris contagia lædent.
Fortunate senex, hic inter flumina nota,
Et fontes sacros frigus captabis opacum.
Hinc tibi, quæ semper uicino ab limite sepes
Hybleis apibus florem depasta salicti,
Sæpe leui somnum suadebit inire susurro.
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes
Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo. Ti.

Obducat.)tegat. Iũco.)fæno. Limoso.)flumine Mintij. Grauis.)accusatiuus plur. quasi graueis: id est, grauidas. scilicet nõ enixas. Hic inter flumina.)Inter Padũ & Mintiũ. Nota.)chara. Fontes sacros.)Quia omnibus aquis nymphæ sunt præsidentes. Frigus opacum.) quia æstiuo tempore sub umbra sit frigus: opacum, id est, auras prosperas, uel nemore. Opacum autẽ, utrũ pro opacis locis incertum est, ita pro ualde frigidũ. nam unũ frigus est hyeme, alterũ quo refrigeramur æstate. Ab limite.)Limes est agri terminus. Sepes.)subaudi Fiet. Hyblæis.) Hybla uel Hyble oppidũ est Siciliæ, quod nũc Megara dicitur. & posuit speciẽ pro genere. Depasta florẽ.)depastũ florẽ habẽs, uel comesta. Salicti.) uirgulti genus, eo qđ salit & surgit cito. Salictũ, ubi sunt multæ salices. Sæpe leui.)Hic uocat rusticũ ad dulcia, quæ sunt in rebus quibus delectatur. Somnũ inire.)id est, dormire.

Frondator.)id est, rusticus, uel animal qđ frõdibus uescitur. nam tria genera sunt frondatorũ. Frõdator qui arbores amputat, & de frondibus manipulos facit, hyemis tẽpore animalibus ad pastũ offerẽdos: & q manibus uitiũ folia auellit, quo ardor solis uuã maturiorẽ reddat: aut auis quæ in frõdibus habitat, & his uescitur: uel etiã palũbes, quæ in frondibus nidificãt. Ad auras.)id est, in die. Raucæ.)id est, βραγχίδαι: id est, brõgidæ. Palũbes.) quas uulgus tetas uocat. & non dicũtur latinè, sed multorũ autoritas latinũ facit. Cicero in elegia, quæ Thalemastis scribitur: Iã mare tyrrhenũ lõgè penitusq; palũbes reliqt. Geme-

re.) canere. proprie tamen dicitur de turture. Turtur & maſculino & fœminino genere inuenitur: ut hic, Aeria turtur ceſſabit. & Plautus: Tibi ob iſtos turtures. Ab ulmo.) Lignũ eſt ulmus, ſub quo uinea fit. In æthere cerui.) Auiũ more antè cerui uolabunt, & piſces ſine aqua uiuẽt: antè rerũ natura mutabitur, quàm nos Cæſarem poſſimus obliuiſci. Freta.) maria, à feruore dicta.

Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui,
Et freta deſtituent nudos in littore piſces:
Ante pererratis amborum finibus exul
Aut ararim Parthus bibet, aut Germania tygrim,
Quàm noſtro illius labatur pectore uultus. Me.
At nos hinc alij ſitientes ibimus Afros,
Pars Scythiã, & rapidũ cretæ ueniemus Oaxem,
Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.
En unquam patrios longo poſt tempore fines,
Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen,
Poſt aliquot mea regna uidens mirabor ariſtas?
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?

Deſtituent.) id eſt, derelinquent. Pererratis.) luſtratis, uel errore cõfuſis. Amborum.) id eſt, Germanorũ & Parthorũ. Exul.) id eſt, Parthus & Germanus. quia duce ſcilicet Cæſare Germanis & Parthis uictis, Ararim milites Germaniæ flumen biberũt. Illius.) id eſt, Auguſti Cæſaris. Labatur.) reſpuatur, pro obliuioni tradatur. Ararim.) Arar flu. eſt Galliæ, fluẽs in flumẽ Rhodanũ. Tygris Armeniæ fluuius, influẽs Perſicũ ſinum. Itaq; per Tygrim & Ararim uult diuerſa loca inter ſe ſignificare. dicit prius Parthũ ex Arare bibiturũ, et Germanũ ex Tygri, quã ſibi obliuionẽ futurã de nõ amiſſis agris Cæſaris beneficio. Sitiẽtes ibimus Afros.) Tropus ſynecdoche. Ab Afris enim Libyã, quæ aqua indiget, intelligi uult. Scythiã.) regio ſeptentrionalis eſt. Et rapidũ cretæ ueniemus Oaxen.) hoc eſt, lutulentũ, quod rapit cretã. Creta alba terra dicitur. Nam Oaxis fluuius eſt Meſopotamiæ, qui uelocitate ſua rapiẽs albam terram, turbulentus efficitur. uel Oaxes fluuius Scythiæ: in Creta enim non eſt, ſed aqua cretæi coloris eſt. Oaxen tamen Pliſthenes ait Apollinis & Anchiales filium. hunc Oaxen in Creta oppidum condidiſſe, quod ſuo nomine nominauit, ut Varro ait: ut, Quos magno Anchiale partus adducta dolore, Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis Scindere dicta. Penitus.) id eſt, omnino. Diuiſos.) quia olim iuncta fuit orbi terrarum Britannia. Eſt enim inſula ſita in Oceano ſeptentrionali, & à poëtis alter orbis terrarum dicitur. En.) ecce. Vnquam.) aliquando. En unquam Virgil. alio loco diuidit per interpoſitionẽ, ut infrà in ipſo libro: En erit unquam ille dies? quod ſignificat, unquam ne aliquando. Culmen.) eo quod culmis tegitur. Hic priſca ruſticanorũ ætas habitabat, ideo culmina dicta ſunt tecta: quia ueteres ædificia de culmo contegebant, id eſt, paleis è meſſibus. Tuguri.) à tegendo dictum. Ceſpite.) herba cum propria terra euulſa. Poſt aliquot.) Poſt multa tempora. & quaſi ruſticus per ariſtas numerat annos. Mea regna.) ubi dominatus ſum. uel ſenẽ ſe dicit agros ſuos recepturũ. Impius miles.) Iratus Melibœus impios milites dicit, ſeu quod agrũ ſuũ teneãt, ſeu quod ciuile geſſerint bellum. qui pro Antonio arma portauit, qui bella ciuilia geſſit. Hic læſit Virg. Octauianum Auguſtũ: tamen ſecutus eſt ueritatem diu miles portando uincendo

do uincendo

do uincẽdo alios. Noualia.) *id eſt, noua rura, quæ per ſingulos annos renouãtur per ſemina: uel etiam noualia dicimtur, unde ſylua tollitur.* Habebit.) *In ſpe ponitur.* En quò diſcordia.) *ad quam miſeriam.* Inſere.) *Sibimetipſe imperat, & apoſtrophen facit ad ſeipſum dolendo, uel inuidendo, non habere ſe id quod Tityrus.* Pone ordine uites.) *Quia quadrato ordine uites ponũtur.* Quõdam felix pecus.) *quãdo manebat mihi hæreditas, uel quãdiu ego felix fui aliquãdo in finibus noſtris. Hic uidet ſe paſtor excluſum eſſe, & uidet ſe nõ habere illud quo Tityrus utitur.* Dumoſa) *id eſt, rigida, ſpinoſa.* Pendere.) *Quia cũ paſcũtur, ſpinoſa pendent.*

Barbarus has ſegetes? en quò diſcordia ciues
Perduxit miſeros? en quis conſeuimus agros?
Inſere nunc Melibœe pyros, pone ordine uites.
Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ.
Non ego uos poſthac uiridi proiectus in antro
Dumoſa de rupe procul pendere uidebo.
Carmina nulla canam, nec me paſcente capellæ
Florentẽ cythiſum, & ſalices carpetis amaras. Ti.
Hic tamẽ hanc mecũ poteris requieſcere noctem,
Fronde ſuper uiridi: ſunt nobis mitia poma,
Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis.
Et iam ſumma procul uillarum culmina fumant.
Maioresq́ cadunt altis de montibus umbræ.

Carmina.) *Quia non libet ruſtico canere, carenti poſſeſſione.* Cythiſum.) *Genus fruticis eſt, herba quæ naſcitur inter campos & ſyluas in Cytiza ciuitate.* Amaras.) *Hominibus, nõ capris. nam capris dulces ſunt.* Mitia.) *Matura, quæ nõ remordent cum mordentur.* Caſtaneæ molles.) *id eſt, maturæ: uel malæ, antiquiores.* Et preſſi.) *emulcti, aut in caſeũ coacti.* Fumãt.) *ad ueſperũ cœna præparanda.* Maiores cadunt.) *duplicantur. Quia dum duplicantur umbræ, & ſol decedens creſcenteis duplicat umbras, nox imminet.*

FOrmoſum paſtor Corydon.) Corydon'ẽ in pſona Vergil. intelligitur, Cæſar Alexis in perſona inducitur. Ardebat.) impatiẽter diligebat. Alexin.) quẽ dicũt Alexandrum. fuit ſeruus Aſinij Pollionis, quẽ Vergilius rogatus ad prãdium, cum uidiſſet in miniſterio omnium pulcherrimum, dilexit, eumq́ dono accepit. Cæſarem quidam accepe- runt, formoſum in operibus & gloria. Alij puerũ Cæſaris, quẽ ſi quis laudaſſet, gratã rem Cæſari feciſſet. Nã Vergilius dicitur in pueros habuiſſe amorẽ. nec enim turpiter eũ diligebat. Alij Corydonẽ Aſinij Pollionis puerũ adamatum à Vergilio ferũt, eundẽq́ ei à domino datũ, Corydona Vergilio ficto nomine nũcupari. ex eo genere auis, q̃ corydalis dicitur, dulce canẽs. Alexin uero puerũ, quaſi ſine reſpõſione, ac ſuperbũ. Hũc autẽ dilectũ fuiſſe Pollionis, & Vergiliũ gratũ ſe futurũ exiſtimaſſe, ſi eum laudaret, cuius forma Pollio delectabatur, qui eo tẽpore trãſpadanã Italiæ partẽ tenebat, & agris præerat diuidẽdis. Delitias domini.) hoc eſt, qui ſuo domino Cæſari, uel Pollioni in delitijs erat. Nec qd ſperaret.) id eſt, nec ſpem potiẽdi habebat. Tantũ.) Tantũmodo. Aſſidue.) Sæpius. Incõdita.) Incõpoſita, ſubito dicta, agreſtia, uel inſanæ mẽtis dicta uerba. uel incõdita, id eſt, incõſcripta: ut Saluſt. in Iugurth. At illi quibus uires aderant, ruere cũcti ad portas, incõditi tendere. Mõtibus.) Qui amorẽ ei præſtabãt. Iactabat.) id eſt, fundebat incaſſum. Inani.) Præ amore nihil ſibi procurans, ſed in abſentẽ iuuenẽ loquebatur.

Crudelis.) Inexorabilis, q nõ flecteris meo amore, nec te potiũdũ præbes. Vel allegoricõs: Crudelis Cæſar, qui non flecteris meis ſcriptis, & nõ das ereptos agros. Alexi.) Cæſar. Mori.) Præ cõtemptu. Frigora.) non aprica loca. Lacertos.) Genus ſerpẽtis. Theſtylis.) Nomẽ ruſticæ mulieris, quæ meſſorib. æſtu fatigatis diuerſa genera herbarũ cõtundens, pulmẽtariũ parat: uel cõcubina Corydonis. uel Teſtilis, id eſt, fictilis: ruſticũ nomen. aut ab eo, qđ ponat cibũ ruſticis. Rapido æſtu.) Vehemẽti, feruẽti. Feſſis.) Vel labore, uel æſtu. Vel feſſis, id eſt, feruẽtibus, uehemẽti ardore fatigatis, uel laboris inſtãtia. Allia ſerpillũq́.) herbas calidas, quæ æſtũ repellũt. Nã ut etiã Plin. dicit in natur. hiſt. Omnis medicina aut à contrario, aut à ſimili quæritur. Vnde etiã calor põt aut frigore, aut alio calore depelli. Hinc eſt qđ in ult. Ecloga, cũ amator remediũ quærat ardori, dicit ſe iturũ ad Scythiã, aut ad Aethiopiã: ut, Aethiopũ uerſemus oues ſub ſidere cãcri. quarũ regionũ altera

eſt

ECLOGA SECVNDA, ALEXIS.

FOrmoſum paſtor Corydon ardebat Alexin,
Delitias domini, nec quid ſperaret habebat.
Tantum inter denſas umbroſa cacumina fagos
Aſſidue ueniebat: ibi hæc incondita ſolus,
Montibus & ſyluis ſtudio iactabat inani.
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,
Nil noſtri miſerere: mori me denique cogis.
Nunc etiam pecudes, umbras & frigora captant:
Nunc uirides etiam occultant ſpineta lacertos.
Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu,
Allia ſerpillumq́ herbas contundit olenteis.

est frigidissima, altera feruēs calore. Sanè serpillus herba est, quæ in græco aspirationē habet, quā Græci ἕρπυλλον dicūt. In multis enim nominib. quæ in græco aspirationē habēt, nos pro aspiratione s ponimus: inde est qđ pro herpillo, serpillum: pro ἕξ, sex: pro ἑπτὰ, septē.

At mecum raucis, tua dum uestigio lustro,
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.
Nonne fuit satius tristeis Amaryllidis iras
Atq; superba pati fastidia? nonne Menalcam?
Quamuis ille niger, quamuis tu candidus esses.
O formose puer, nimium ne crede colori:
Alba ligustra cadunt, uacinia nigra leguntur.
Despectus tibi sum, nec quis sim quæris Alexi,
Quàm diues pecoris niuei, quàm lactis abundās.
Mille meæ siculis errant in montibus agnæ.
Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit.
Canto quæ solitus, si quando armenta uocabat,

Rabido æstu) uehementi, feruēti. Pessis) uel æstu, uel labore. At mecū raucis.) Ad si per d fuerit, erit hyperbaton: ut sit, dum tua lustro uestigia, ad me arbusta resonāt cū raucis cicadis. Sed melius est ut At cōiūctio sit, & ita intelligamus: Thestylis herbas tritas messorib. parat, uerū mecum resonāt arbusta cū raucis cicadis. Tristeis Amaryllidis) Bene addit tristeis. Plerūq; enim (ut ait Terēt.) amantiū iræ amoris redintegratio est. ut uerā irā ostēderet, nō fictā illā, quæ aliqd gratiæ habere cōsueuit. Vnde Horatius: Vrit grata proteruitas. Superba fastidia.) Ex fastidio enim uenit omnis superbia. Nonne Menalcā?) Tres dicitur amasse Vergilius: Alexandrū, quē donauit ei Pollio, & Cebetē puerū cum Leria puella, quos à Mecœnate dicitur accepisse: unde uolūt quidam per Amaryllida Leriam, per Menalcā Cebetem intelligi. O formose puer) Bene dicit Donatus, suspendendū o, & sic dicendū, Formose puer: ut intelligamus per irā eum aliud uoluisse dicere. sed in hæc uerba, ne Alexin offenderet, amoris necessitate cōpulsum. Ne crede) Ne cōfide. Salustius: Virtuti satis credebant, id est, confidebant. Alba ligustra cadūt.) Et rusticè, & amatoriè ex floribus facit cōparationem. Ligustrū autem flos est candidissimus, sed uilissimus. Vacinia uero sunt uiolæ, quas purpurei coloris esse manifestum est. Quàm diues pecoris niuei.) Tria sunt quibus amatores possunt placere: diuitijs, pulchritudine, cātilena: quibus omnibus se ualere cōmemorat. Et multi secundū Homerum, qui ait καὶ γάλα λευκὸν, legūt, Niuei q̄ lactis: sed melius est, Quàm diues pecoris niuei. Nā candidæ oues in ingēti sunt precio. Vnde in Georgicis legimus: Cōtinuoq; greges uillis lege mollibus albos. Itē alibi: Munere si niueo, lanæ si credere dignum est. Mille meæ siculis errāt in montibus agnæ.) Theocritus: ἀλλ' οὗτος τοιοῦτος ἐὼν βοτὰ χίλια βόσκω. Errāt aūt cum securitate pascūtur: & quod ait agnas, et à sexu et ab ætate laudauit. nam ex fœmineo sexu in pecoribus copiosior possessio prouenit. Lac mihi non æstate nouum, non frigore desit.) Multò melius quàm Theocritus. Ille enim ait: τυρὸς δ' οὐ λείπει μ', οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρᾳ, οὐ χειμῶνος ἄκρω. Sed caseus seruari potest: nō mirum est, si quouis tempore quis habeat caseum. Hoc uero laudabile est, si quis habeat lac nouum, id est, colostrum, quod neutri generis est: nam fœminini esse penitus non potest. Sanè hunc uersum male distinguens Vergiliomastix uituperat. Lac mihi non æstate nouum, non frigore, desit: id est, semper mihi deest.

Amphion Dircæus in actæo Aracyntho.) Amphion & Zetus fratres fuerūt, ex Ioue & Antiopa: sed Zetus rusticus fuit, Amphion uero musicæ artis peritus. Sanè Aracynthus mōs est Thebanus (unde actæo pro littorali debemus accipere: ut, At procul in sola secretæ troades acta.) non Atheniensis, licet Athenæ ἀκτὶς primo dictæ sint: quanq̄ pleriq; actæo Aracyntho, Atheniensi accipiāt. nō qd Aracynthus apud Athenas est, sed ut ostēdatur rustici imperitia.

Amphion Dircæus in actæo Aracyntho.
Nec sum adeo informis, nuper me in littore uidi,
Cum placidū uētis staret mare. nō ego Daphnim
Iudice te metuam, si nunquam fallit imago.
O tantum libeat mecum tibi sordida rura,
Atq; humiles habitare casas, & figere ceruos,
Hœdorumq; gregem uiridi compellere hibisco.
Mecum unà in syluis imitabere Pana canendo.
Pan primus calamos cera coniungere plures
Instituit: Pan curat oues, ouiumq; magistros.

Nā Theocritus ad exprimēdā rusticā simplicitatem, multa aliter quàm res habeat, dicit. hac ratione potest & Oaxis Cretæ fluuius accipi: cū sit, ut diximus, Mesopotamiæ. Nec sum adeò informis.) Verecundè suam cōmemorat pulchritudinem. Sic Cic. in Cæliana: Vt eum pœniteat non deformem esse natum. nam pulcherrimū uoluit dicere. In littore uidi, Cum placidū uentis staret mare.) Negatur hoc per rerum naturā fieri posse: sed Theocritū secutus est, qui hoc dicit de Cyclope: οὐ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον, ἦς δ᾽ ἁ γαλάνα. Sed illic est excusatio, uel quia ingētem habet oculum Cyclops, uel quia filius Neptuni est: unde quia ait in littore, uolūt quidam in aqua à fluctibus derelicta, id est, in lacuna littoris se eum uidere potuisse. quā rem illud excludit, Cum placidū uentis staret mare. sed ideo in mari imago nō cernitur, quia nō stat: quod si stet, nō potest etiā nobis imaginē reddere. Nō ego Daphnim.) Daphnis filius fuit Mercurij, formosissimus puer, qui primus dicitur pastor fuisse. Si nunq̄ fallit imago.) Nulla enim res ita decipit, quemadmodū imago: nam & in speculo contraria ostendit uniuersa, & in aqua remū integrū quasi fractū uidemus, quod etiā Cice. in Thusculanis plenius docet. Iudice te metuā.) Ac si diceret, qui meam despicis pulchritudinē. O tantū libeat) Vtinam libeat tibi mecū habitare. Rura tibi sordida.) Id est, quæ tu putas sordida: nam Tibi bis accipimus. Sanè melius, habito illā rem, q̄ habito in illa re dicimus. Nam etiā principalitas huius uerbi frequētatiui accusatiuū regit: ut, habeo illam rem. inde fit, habito illam rem, nō in illa re: ut, habitare casas. Figere ceruos.) Aut furcas, quæ figūtur ad casæ sustentationē: quæ dictæ cerui, ad similitudinē cornuū ceruinorū. aut qd melius est, Figere ceruos, id est, uenari & iaculari intelligamus, ut magis ad uoluptatē eum, q̄ ad laborē inuitare uideatur. Viridi hibisco.) Ad hibiscū cōpellere, scilicet à lacte depulsos. Hibiscus autē genus est herbæ. & sic dixit hibisco, ut It clamor cœlo, id est, ad cœlū. Imitabere Pana canendo.) Exemplo numinis in agris mecum poteris canere. Nam Pan deus est rusticus, in naturæ similitudinem formatus: unde & Pan dictus est, id est, omne. Habet enim cornua in radiorum Solis & cornuum Lunæ similitudinem. rubet eius facies ad ætheris imitationem. in pectore nebridem habet stellatam, ad stellarum imaginem. pars eius inferior hispida est propter arbores, uirgulta, feras. caprinos pedes habet, ut ostendat terræ soliditatem.

fistulam septem calamorum habet, propter harmoniam cœli, in qua septem soni sunt, ut diximus in Aeneide: Septem discrimina uocum. ῥάβδον habet, id est pedum, propter annum qui in se recurrit: quia hic totius naturæ deus est. à poëtis fingitur cum Amore deo luctatus, & ab eo uictus: quia ut legimus, Omnia uincit amor. ergo Pan secundũ fabulas amasse Syringam nympham dicitur. quam cum sequeretur, illa implorato Terræ auxilio, in calamum conuersa est, quem Pan ad solatium amoris incidit, & sibi fistulam fecit. Sanè sciendũ Pana, pa habere accentum. Græca enim monosyllaba quæ ad nos transeunt, crescunt in obliquis casibus, & in genitiuo & in datiuo singularibus ultimæ syllabæ accentũ dant, ut Panos pani, Lyncos lynci. plurales etiam isti duo habent accentus, licet ad nos transire nõ possint.

Nec te pœniteat calamo triuisse labellum.
Hæc eadẽ ut sciret, quid non faciebat Amyntas?
Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula, Damœtas dono mihi quam dedit olim,
Et dixit moriens, te nunc habet ista secundum,
Dixit Damœtas, inuidit stultus Amyntas.
Præterea duo nec tuta mihi ualle reperti
Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo,
Bina die siccant ouis ubera: quos tibi seruo,
Iam pridem à me illos abducere Thestylis orat,
Et faciet, quoniam sordent tibi munera nostra,
Huc ades ô formose puer: tibi lilia plenis

Nec te pœniteat calamo triuisse labellum) non tibi parum uideatur. Terent. At enim quantum hic operis fiat, non pœnitet: id est, parum uidetur. Et notãdum Pœniteat triuisse, præteritũ pro præsenti positũ, usurpatiuè: quod in defectiuis licenter fit, ubi præsens non inuenitur, ut: Quanquam animus meminisse horret. Labellum.) Inanissimã quidã tentant facere discretionem, ut uirorũ labra, mulierum labia dicantur. Quid non faciebat Amyntas?) Quemadmodũ mihi non obsequebatur? & ex affectu alterius hunc cogit. Disparibus septem compacta cicutis.) inæqualibus cannis: nam & harmonia inæqualis est. Cicuta autem est spatium, quod est inter cannarũ nodos. Compacta.) coniuncta, ut: Turrim compactis trabibus, quam eduxerat ipse. Et dixit moriens, te nunc habet ista secundũ.) Commendat munus, & ex eo quòd ei hæreditariũ datum est, & ex eo quòd inuidiã meruit. Nam res optimæ & difficile donantur à uiuis, & acceptæ facile merentur inuidiã. Præterea duo nec tuta mihi ualle reperti.) Commendat à difficultate. sic in primo: Relliquias Troia ex ardente receptas. Sparsis etiã nunc pellibus albo.) qui habent adhuc maculas à prima ætate uenientes. Accessu enim temporis mutant colorẽ, & eorũ maculæ esse gratiæ minoris incipiunt. ergo dicit: Seruo tibi capreolos, qui adhuc sunt pellibus albo aspersis. Quos etiam nunc tibi seruo.) id est, quos adhuc tibi seruo, licet roger à Thestyli amica, quæ hos à me cupit abducere. Siccant.) sugunt. Orat abducere) orat ut abducat. & figuratũ est: ut, donat habere. i. donat ut habeat. Et faciet.) Noluit dicere, & faciã, ne quẽ amabat offenderet, si se uelle dari alteri munus diceret, qđ ei parauerat. Huc ades o formose puer, tibi lilia plenis Ecce ferũt nymphæ calathis.) Tantũ honoris habet puero, ut ei dicat etiã numina obsecutura. Sanè calathus Græcũ est, nam Latine quasillus dicitur. Cice. in Philippi. Ac

uero inter quāsilla pendatur aurū. Candida Nais.) uel pulchra uel dea. Nam dij umbris contrarij sunt, quas nigras esse constat. hinc est: Candidus insuetum miratur limen olympi.

Pallentes uiolas.) amantium tinctas colore. Horat. Et tinctus uiola pallor amantium. Vnde non præter affectionem amantis eos flores nymphas dicit offerre, qui sunt amantib. similes. Sanè Papauer, Narcissus, Anethus pulcherrimi pueri fuerunt, qui in flores suorū nominū uersi sunt: quos ei offerendo quasi admonet, ne ipse etiā tale aliquid unquā ex amore patiatur.

Tum casia.) herba suauissimi odoris, ut sequentia indicāt, quam Græci κασίαν dicūt. & sic dictum est, Tum casia atq; alijs intexēs suauibus herbis: ut in Sallustio, Leonē atque alias feras.

Ecce ferunt Nymphæ calathis, tibi candida Nais
Pallentes uiolas & summa papauera carpens,
Narcissum & florem iungit beneolentis anethi,
Tum casia, atq; alijs intexens suauibus herbis,
Mollia luteola pingit uacinia caltha.
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,
Castaneasq; nuces, mea quas Amaryllis amabat.
Addā cerea pruna, & honos erit huic quoq; pomo
Et uos ò lauri carpam, & te proxima myrte:
Sic positæ, quoniam suaueis miscetis odores.
Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis.
Nec si muneribus certes, concedet Iolas.
Eheu quid uolui misero mihi, floribus austrum

Mollia luteola pingit uacinia caltha.) mollia uacinia pingit, id est, componit de caltha luteola. Nam nisi luteola septimus sit casus, nō stat uersus. Mollia autem, tactus plumei scilicet. & hoc dicēs, ex colorum diuersitate quærit ornatū. Cana legam tenera lanugine mala.) Mala dicit cydonia, quæ lanuginis plena sunt: sed non præter obliquitatem. nam ut in Aeneide diximus, apud Cretenses infamiæ genus iuuenibus fuerat, non amatos fuisse. & uerecundè rem inhonestam supprimit, quam Theocritus aperte cōmemorat. Castaneasq; nuces.) Bene speciem addidit. nam nuces dicuntur omnia tecta corio duriore, ut auellanæ, amygdalæ, iuglandes, castaneæ: sicut è contra dicuntur poma, omnia molliora. Mea quas Amaryllis amabat.) Ne eas uiles existimes, quas Amaryllis est amare dignata. nam apud illam in ingenti fuerunt honore. Cerea pruna.) aut cerei coloris, aut mollia. Horat. Cerea Telephi Laudat brachia. Honos erit huic quoq; pomo.) si à te dilectum fuerit: sicut castaneæ in honore fuerunt, amatæ Amaryllidi. O lauri.) Licet Horat. dixerit, Sub lauru mea: melius tamen est iuxta secundam formā inflectere, nam melius sonat. Proxima myrte) uel uicina lauro, uel ad odorem proxima: potest enim utrunq; intelligi. Sic positæ quoniam suaueis miscetis odores.) quoniā permixtione uestra suauem odorem creatis. Rusticus es Corydon.) Arguit se stultitiæ, quòd eum se sperat placare munerib. qui potest habere meliora. nā supra ait: Delicias domini. Iolas.) uel ditior amator, uel eius dominus. Eheu quid uolui misero mihi?) Quomodo eum discedere dicit, quem supra cum eo diximus nō fuisse: nam ait, solus Montibus & Syluis. sed ratione non caret. Epicurei enim dicunt (quod etiam Cicero tractat) geminā esse uoluptatem, unam quæ percipitur, & alterā imaginariā, scilicet eam quæ nascitur ex cogitatione. Vnde ita debemus accipere hunc usum per cogitationem

rionem illa imaginaria uoluptate, qua & cernere & alloqui uidebatur absentem. sed postquam obiurgatione sua in naturalem prudentiam est reuersus, caruit utiq; illa imaginaria uoluptate, ubi nunc sibi se obfuisse dicit per hanc ratiocinationẽ: Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis, Nec si muneribus certes cõcedet Iolas. Floribus austrũ.) *quo facilius arescũt.* Fontibus apros.) *qui puros fontes, cœnosos efficiunt.* Quẽ fugis ah demens.) *iterum per phantasiam quasi ad præsentem loquitur. & quasi ille dixisset, syluas: hic infert,* Habitarũt dij quoq; syluas. Dardaniusq; Paris) *Et Paris habitauit syluas, qui de dearum pulchritudine iudicauit.*

Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.
Quẽ fugis ah demens? habitarũt Dij quoq; syluas,
Dardaniusq; Paris: Pallas quas condidit arces
Ipsa colat, nobis placeant ante omnia syluæ.
Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellã,
Florentem cythisum sequitur lasciua capella.
Te Corydon ò Alexi: trahit sua quenq; uoluptas.
Aspice aratra iugo referunt suspensa iuuenci,
Et sol crescenteis decedens duplicat umbras,
Me tamẽ urit amor: qs enim modus adsit amori?
Ah Corydon Corydon, quæ te dementia cepit?
Semiputata tibi frondosa uitis in ulmo est.

Pallas quas condidit arces Ipsa colat.) *Ideo dea artium Minerua dicitur, quia de capite Iouis nata est. sed quia dea est artium & ingenij, ideo ista fingũtur. Nihil enim est excellentius ingenio, quippe quo reguntur uniuersa.* Torua leæna lupũ.) *Theocriti sunt isti uersus. Et bene se reuocat ad rusticas comparationes: penè enim fuerat lapsus dicendo, Pallas quas condidit arces. Leæna autem dictum est, sicut dracæna. & quod ait, Torua leæna lupum sequitur, uerum est: nam necesse est, ut ueniente lupo aduentus agnoscatur leonis.* Te Corydon ò Alexi.) *don ò A, Antibachius est. sed ò breuis fit, quia uocalis uocalem sequitur. sic Hom.* πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν. Trahit sua quenq; uoluptas.) *Notatur à Criticis, quòd hanc sententiam dederit rustico supra Bucolici carminis legem, aut possibilitatem.* Aratra iugo referunt suspensa iuuenci.) *Horatius, Videre fessos uomerem uersum boues Collo trahẽtes languido. & hoc uult dicere: Omnia excepto amore finiuntur.* Sol crescenteis decedens duplicat umbras.) *uariauit. nam ait supra, Maioresq; cadunt altis de montibus umbræ. Duplicat autem, auget. Sallustius: Et Marius uictus duplicauerat bellum.* Me tamen urit amor.) *cum iam calor sit solis exhaustus.* Quæ te dementia cepit?) *id est, cur amoribus uacas, cum multa sint quæ debes in agro perficere?* Semiputata tibi frondosa uitis in ulmo est.) *Plus est, quàm si imputata diceret. Tolerabilius est enim non incipere aliquid, quàm incepta deserere. Hinc est illud in primo: Mẽne incepto desistere uictam? Item in Georgicis: Atque opere in medio defixa reliquit aratra. Sanè geminam arguit negligentiam, & quòd semiputata uitis sit, & quòd frondosa ulmus: nam utrunque obest. unde est in Georgicis: Bis uitibus ingruit umbra. Et aut simpliciter intelligimus hunc locum, ut suam arguat negligentiam: aut certe illud est, non mirum me esse dementem, qui habeo uites semiputatas. Nam in sacris dicitur, quòd corripiatur furore qui sacrificauerit de uino, quod est de uitibus imputatis.*

Quin tu.) quinimmo. hortantis est. Quorũ *indiget usus.) id est, quæ usus rusticus requirit. Sanè & eget illa re dicimus, ut eget illo senatu: & eget illius rei. inde est indiget. nã & hoc utriq; iungitur casui.* Detexere,) *multum texere, finire, perficere. nã De modo non minuentis est, sed augentis.*

Quin tu aliquid saltem potius quorũ indiget usus,
Viminibus, molliq; paras detexere iunco?
Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

Inuenies alium si te hic fastidit Alexis.) *alium Alexim, aliũ puerum formosissimũ, qui te minime spernat. & uolũt quidã hoc loco esse allegoriã antiquã in Augustũ: ut intelligamus, alium imperatorẽ, si te Augustus cõtemnit pro agris rogantẽ. sed melius simpliciter accipimus hunc locũ: nam nihil habet quod possit ad* Cæsarem *trahi. Illud uero paulopost penè aperte dicetur in* Augustũ Cæsarem, Quoniã *sors omnia uersat.*

ECLOGA TERTIA, PALAEMON.

MENALCAS. DAMOETAS. PALAEMON.

DIc mihi Damœta cuium pecus, an Meliboei? Da.
Non, uerum Aegonis: nuper mihi tradidit Aegon. Me.

DIC mihi Damœta *cuium pecus?) Transit in Eclogam plenam litigij, & pastoralium conuitiorũ. Qui enim Bucolica scribit, curare debet ante omnia, ne similes sibi sint eclogæ. quod etiã* Vergil. *fecit. nam prima habet unius ocium, & alterius qui de suo agro pellitur conquæstionem.* Secunda *amantem exprimit rusticũ.* Hæc *uero lites habet & altercationẽ. unde etiã drãmatico charactere scripta est. nam nusquã poëta loquitur, sed introductæ personæ tantũ.* Nouimus *autem tres esse characteres dicendi: unũ exegematicũ, in quo tantũ poëta loquitur, ut est in tribus libris* Georgicorũ: *aliũ drãmaticum, in quo nusquã poëta loquitur, ut est in comœdijs & tragœdijs: tertius mixtus est, ut in* Aeneide. *nam & poëta illic, & introductæ personæ loquuntur.* Hos *aũt omnes characteres in* Bucolico *esse cõuenit carmine, sicut liber etiam iste demonstrat. nam habet illum exegematicũ, in quo tantum poëta loquitur: ut,* Sicelides *musæ paulò maiora canamus.* Habet *mixtum, ut,* Extremũ *hunc* Arethusa *mihi concede laborem.* Nam *etiã* Gallũ *illic inducit loquẽtem.* Habet *drãmaticum, ut in prima ecloga. item in hac, quam miro ordine ex rebus cõmunibus uenientem cõposuit.* Habet *enim in ipso quasi primo occursu lites et iurgia.* Inde *quæritur iudex, quo præsente habeant conflictũ & disceptationẽ. sequitur inde sententia, quæ uniuersa concludit.* Cuium *pecus?) Ab amaritudine cœpit. nam dicendo cuium pecus, ostendit eum esse mercenariũ.* Cuium *aũt antiquè, aut uitans* ὁμοιοτέλευτον, *ne diceret* Cuius *pecus, quod modo triũ est generum.* Antiqui *dicebant, sicut meus mea meum, sic cuius cuia cuium.* Terentius: Quid *uirgo, cuia est?* Non, uerum Aegonis.) Amarè *etiam hic riualis eius pecora esse dicit, ut & diuitias illius ostendat, & dicat duras esse huius parteis. siquidẽ riualis eius traditis ouibus, solus amica cõmunis amoribus uacet.* Mihi *tradidit.) meæ fidei cõmisit & credidit.*

Neæram.)

Neæram.) amicam communem, suam & Menalcæ. Dum fouet.) dum amplectitur. Præferat illa, ueretur.) ac si diceret, ideo timet ab ea discedere, quia scit me præferri si ipse discesserit. Bis mulget in hora.) quod uix per totum diem potest in ouibus fœcundis fieri. Nam pro laude in Georgicis posuit, bis ad diem mulgeri oues, dicens: Quod surgente die mulsere, horisq; diurnis, Nocte premunt quod iam tenebris & sole cadente Sub lucem exportant calathis.

Infelix ò semper ouis pecus, ipse Neæram
Dum fouet, ac ne me sibi præferat illa, ueretur.
Hic alienus oueis custos bis mulget in hora.
Et succus pecori, & lac subducitur agnis. Da.
Parcius, ista uiris tamen obijcienda memento.
Nouimus & qui te, transuersa tuentibus hircis,
Et quò (sed faciles Nymphæ risere) sacello. Me.
Tum credo, cum me arbustum uidere Miconis,
Atq; mala uites incidere falce nouellas. Da.
Aut hic ad ueteres fagos, cum Daphnidis arcum
Fregisti, & calamos, quæ tu peruerse Menalca:
Et cum uidisti puero donata, dolebas.
Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses. Me.
Quid domini facient, audent cum talia fures?

Quid sit, bis mulget in hora, ipse dicit: Et succus pecori, & lac subducitur agnis. Parcius) Melius hic distinguitur, licet possit dici etiã, parcius ista. Sensus autẽ est, Noli ualde hæc obijcere, tamẽ scias uiris fortibus obijciẽdas rapinas. Ipse enim ait in viij. Cõuectare iuuat prædas, & uiuere rapto. Nouimus & qui te) subaudis Corruperunt, quod suppressit uerecũdè. licet Theocritus apertè ipsam turpitudinẽ ponat & exprimat: ἦ οὐ μέμνᾳ ὅτ᾽ ἐγώ τυ κατήλασα, καὶ τὺ σεσαρὼς εὖ ποτι κιγκλίζευ. Sacello) id est, in quodã sacro. nam diminutiue dictum est. Transuersa tuentibus hircis) id est, uestrã turpitudinem indignantibus. Alij hoc improbãt, & legũt hirquis. Hirqui aũt sunt oculorũ anguli secundũ Suetoniũ Tranquillũ, in uitijs corporalib. ut sit sensus: Nouimus qui te corruperit, hirquis trãsuersa tuentibus. & est hypallage, pro, oculis in hirquos retortis. quam rem solet libido perficere, unde Iuuenal. Oculosq; in fine trementes. Persius: Patranti fractus ocello. Sed faciles nymphæ risere) Ideo, inquit, indulsere nymphæ, quia mites sunt & exorabiles. Sic in Georgicis: Et faciles uenerare Napæas.

Tum credo) Et rusticè & naturaliter respondet. Non enim ante purgat obiecta, sed alia obijcit. Ita enim irati facere consueuerũt, cum aut nõ potuerint, aut noluerint obiecta dissoluere. Mala falce) qua tu male uteris. Et dictũ ex affectu utentis: sicut, Inutile ferrũ Cingitur. In hoc aũt maximũ nefas est, quòd ait Vites nouellas. nam uetulæ & cum utilitate inciduntur. Fuerat aũt capitale suppliciũ, arbores alienas incidere. Et arbustum quidam locũ in quo arbores sunt, uolunt accipere, sicut salictũ. Et calamos) Nam habent arma pastores, ut in Georgicis docuit: Armaq;, amyclæumq; canẽ, cressasq; pharetras. Peruerse Menalca) aut, conuerse ad turpitudinem: aut intelligamus fuisse quendã Menalcã nobilem, ut istũ peruersum Menalcã dixerit illius cõparatione. Sic Sallust. Sæuus iste Romulus.

Aliqua nocuisses) id est, aliquatenus, aliqua ratione. Quid domini facient, audẽt cum talia fures?) Plerunq; personæ suis nominibus exprimũtur, plerunq; per officia designãtur, ut si di-

ut si dicas philosophus, nomen ipsum ponis. Si autem uelis dicere, sapientiæ operã dans, personam exprimes per officiũ, sicut hoc loco: nam pro seruo furem posuit. furta enim specialiter seruorũ sunt. Sic Plaut. de seruo: Homo es triũ literarũ. id est, fur. Non ego te uidi) Manifeste eũ furti arguit, dicendo Vidi. Excipere) dolo capere: ut, Excipit incautũ. Latrante lycisca) Lyciscæ sunt, ut etiã Plin. dicit, canes nati ex lupis & canibus, cum inter se forte miscentur.

Non ego te uidi Damonis pessime caprum
Excipere insidijs, multum latrante lycisca?
Et cum clamarem: quò nunc se proripit ille?
Tityre coge pecus: tu post carecta latebas. Da.
An mihi cantando uictus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?
Si nescis meus ille caper fuit, & mihi Damon
Ipse fatebatur, sed reddere posse negabat. Me.
Cantando tu illum? aut unquam tibi fistula cera
Iuncta fuit? non tu in triuijs indocte solebas
Stridenti miserũ stipula disperdere carmen? Da.
Vis ergo inter nos quid possit uterq; uicissim
Experiamur? ego hanc uitulam, ne forte recuses,
(Bis uenit ad mulctram, binos alit ubere fœtus)

Post carecta latebas) loca caricis plena. Carex autẽ herba est acuta & durissima, asparago similis. & alibi: Et carice pastus acuta. Sanè hoc loco qdã uolũt superfluã esse allegoriã, dicentes, rem nusquã lectam de Verg. aiũt enim hoc: Varus tragœdiarum scriptor, habuit uxorem literatissimam, cum qua Vergil. adulteriũ solebat admittere. cui etiã dedit scriptam tragœdiã, quam illa marito dedit tanq̃ à se scriptã. Hanc recitauit pro sua Varus, quam rem Vergil. dicit per allegoriam. Nam tragœdiæ præmiũ caper fuerat. Horat. Carmine qui tragico uilem certauit ob hircũ. Sed melius simpliciter accipimus. Refutandæ enim sunt allegoriæ in Bucolico carmine, nisi ut supra diximus, ex aliqua agrorũ perditorum necessitate descendunt. Meus caper) debitus merito uictoriæ. Reddere posse) scilicet, ne suo iudicio uideretur esse superatus.

Cantando tu illum?) imperitus peritũ. Cera iuncta fuit) suprà: Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit. In triuijs) Consuetudo enim fuerat ut per triuia & quadriuia ulularent, & flebile quiddam in honorẽ Dianæ cantarẽt rustici, ad reddendam Cereris imitationẽ, quæ raptam Proserpinã in triuijs clamore requirebat. Nouimus autẽ eandem esse Proserpinam, quam Dianã. sic in Aeneid. Nocturnisq; Hecate triuijs ululata per urbes.

Miserũ carmen) triste, flebile, quale canunt stipulæ, & quod conuenit ad imitationẽ matris orbatæ. Vis ergo inter nos) aut nostri cõparatione: aut, quod melius est, nullo iudice præsente. postea enim ex improuiso Palæmon aduenit. Vicissim experiamur) id est, amœbæo carmine. Amœbæum aũt est, quoties hi qui canũt & æquali numero uersuũ utuntur, & ita se habet ipsa responsio, ut aut maius, aut contrariũ aliquid dicant. sicut hic sequentia indicabimtur. Ego hanc uitulã) subdistingue ut ita intelligamus, ne eam uilem existimes.

Bis uenit ad mulctrã, binos alit ubere fœtus) ut eã laudare ex fœtu, & ex ætate uideatur. Malam enim quæstionẽ mouent dicẽtes, uitulã paruam esse, nec cõgruere ut eam iam enixã esse dicamus, sed debere non iuuencã subaudire, ut sit: Ego hanc iuuencã pono, uitulam ne

forte

forte recuses. nam & uitula à uiridiore ætate dicta est, sicut uirgo. ut paulò post ipse dicturus est, Si ad uitulã spectes, nihil est quòd pocula laudes. Item, Et uitula tu dignus, & hic. Vnde & iuuencam subaudire non possumus, sed secundũ superiorem sensum intelligamus. Vitula enim est nomen ætatis, non quòd tantũ ante partũ uaccæ possideant. Mulctram) *Et fœmineo genere dicimus hæc mulctra, & neutro hoc mulctrare. Vnde est in Georgicis, Implebunt mulctraria uaccæ. Alij faciunt discretionem, ut sit mulctra tempus, quo mulgẽtur animalia: mulctrare, uas in quod mulgentur.* Depono) *in sponsione colloco, sequestro.* De grege non ausim quicquam deponere tecum.)*Suprà enim eum aliena pascere dixit animalia: ut, Dic mihi Damœta, cuium pecus?* Iniusta nouerca.) *Epitheton generale nouercarum.* Bisq; die numerant ambo pecus.) *Et dum uadit ad pascua, & dum inde reuertitur.* Alter & hœdos.) *Malè quidam priuignum accipiunt. Alter enim de duobus dicimus, non de tribus: unde alter de nouerca intelligamus. Nec nos moueat quòd alter dixit de fœmina. nam & in subauditione ponũtur, ea quæ non possumus dicere. & scimus, quia quoties hæc duo genera iunguntur, masculinũ præponderat fœminino.* Insanire libet quoniam tibi.) *Vel sub sponsione contendere, uel quod melius est, carmina cõponere: nam insani dicuntur poëtæ.* Diuini opus Alcimedontis.) *Laus ab artifice. Cicero: Polycleti esse dicebant. Pocula autem fagina, quasi rem maximã.* Quibus torno facilis.) *Donatus sic legit. Legitur tamen &, Torno facili, ad excludenda duo epitheta: quod est in latinitate uitiosum, si sit lenta facilis uitis.* Corymbos) *uuas hederarum.* Conon.) *Dux fuit, cuius nomen dicit, quia in omnium ore uersatur. Nam philosophi tacet, quod non potest facile ad rusticum peruenire. & bene ea dicunt philosophi, quæ ad rusticum pertinent: ut, Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet.*

Depono. tu dic, mecũ quo pignore certes. Me.
De grege non ausim quicquam deponere tecum,
Est mihi nanq; domi pater, est iniusta nouerca:
Bisq; die numerant ambo pecus, alter & hœdos.
Verum id, quod multo tute ipse fatebere maius,
(Insanire libet quoniam tibi) pocula ponam
Fagina: cælatum diuini opus Alcimedontis.
Lenta quibus torno facili superaddita uitis,
Diffusos hedera uestit pallente corymbos.
In medio duo signa, Conon: & quis fuit alter,
Descripsit radio totum qui gentibus orbem,
Tẽpora quæ messor, quæ curuus arator haberet?
Nec dũ illis labra admoui, sed cõdita seruo. Da.
Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,

Radio) *id est, uirga philosophorum, qua geometræ lineas indicant. Inuenta autem hæc est ars tempore, quo Nilus plus æquo crescens confudit terminos possessionum: ad quos innouandos adhibiti sunt philosophi, qui lineis diuiserunt agros. Inde Geometria dicitur, cum non tantum terræ, sed etiam maris & cæli & aëris spatia metiri consueuerit. significat autem aut Aratum, aut Ptolemæum, aut Eudoxum.* Nec dum illis labra admoui.) *Hypallage. pocula enim labris adhibemus: ut, Dare classibus austros. & tantam in eis dicit uenerationem, ut nec dum illis usus fuerit.* Idem Alcimedon.) *Irrisio est facta*

iteratione uerborum. & mire omnia in uituperationẽ trahit, quæ ille laudauit. Et nobis *fecit.) ac si diceret: putas te solum habere pocula. cui enim Alcimedon non fecit? tu pro reuerentia ea nõ tangis: ego ideo, quia uilia esse existimo.* Molli acantho.) *quia ille dixerat,* Lęta uitis. Syluasq́; sequẽteis.) *nõ secutas, sed quasi adhuc sequẽteis.* Nunq̃ hodie effugies.) *ac si diceret: ne cõtendas. excusationes regris, nõ quia uilia æstimas pocula.* Veniā)

Et molli circùm est ansas amplexus acantho,
Orpheaq́; in medio posuit, syluasq́; sequenteis:
Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.
Si ad uitulā spectes, nihil est qđ pocula laudes. Me.
Nunquā hodie effugies, ueniā quócunq; uocaris,
Audiat hæc tantum, uel qui: uenit ecce Palæmon.
Efficiam post hac ne quenquā uoce lacessas. Da.
Quin age, si quid habes: in me mora non erit ulla,
Nec quenquam fugio, tantum uicine Palæmon
Sensibus hęc imis (res est nõ parua) reponas. Pa.
Dicite, quandoquidem in molli cõsedimus herba,
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos.
Nunc frondent syluæ, nunc formosissimus annus.
Incipe Damœta, tu deinde sequere Menalca.
Alternis dicetis: amant alterna Camœnæ. Da.
Ab Ioue principium Musæ, Iouis omnia plena.
Ille colit terras, illi mea carmina curæ. Me.

descendā. Audiat hæc tantū.) *subaudi* Aliquis. Tantū *autẽ ideo, quia suspicatur eum uictū nõ posse cedere, qui ita ante etiā certamen est contumax.* Vel qui.) *quasi requirẽtis est, cum subito uenit Palæmõ. Alij distinguũt,* Vel qui uenit. *Bene aũt dubitat, ne eũ ipse immisisse uideatur, & sit credibile quòd ad eius iudicet gratiam. hoc etiam Damœta sentiẽs, dicit:* Nec quenq̃ fugio, *id est, consentio etiā ad edititiũ iudicem. Edititius est iudex, quẽ una pars eligit.* Vicine Palæmon.) *Beneuolũ reddit ex uicinitatis cõmemoratione.* Teren. *Vel uirtus me tua, uel uicinitas, quod ego in propinqua parte amicitiæ puto.* Et nunç omnis ager, nunc omnis parturit arbos.) *Ipse alibi:* Parturit almus ager. *Sanè bene subdit,* Nunc frondent syluæ: *referens ad arbores sterileis. nam* Parturiunt *de pomiferis dicimus. Vult autẽ tempus exprimere, quo & delitiæ sunt in agris, & rustici minus laborãt, ut sit duplex ad cantilenã inuitatio.*

Alternis dicetis) quia quasi iratus fuerat, quòd Damœtæ prior locus dabatur. iccirco ait, Alternis dicetis. *In amœbæo enim carmine difficilior pars respondentis est, qui non pro suo arbitrio aliquid dicit, sed aut maiorem, aut contrariã format responsionẽ, ut diximus suprà.*

Camœnæ) Musæ, quibus à cantu nomen est inditum. Ab Ioue principium Musæ.) *uel,* Musæ meæ ab Ioue est principiũ: *uel, ò Musæ sumamus ab Ioue. Est aũt Arati, qui ait:* ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα τὸν οὐδέποτ᾽ ἄνδρες ἐῶμεν ἄρρητον. μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί, πᾶσαι δ᾽ ἀνθρώπων ἀγοραί, μεστὴ δὲ θάλασσα, καὶ λιμένες. πάντη δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες. Iouis omnia plena.) *Lucan.* Iuppiter est quodcunq; uides, quócũq; moueris. *Ipse alibi:* Spiritus intus alit, totaq́; infusa per artus Mens agitat molem. *Ipse enim est spiritus, sine quo nihil mouetur aut regitur.* Colit terras.) *amat. Cæterũ superior colitur, non colit inferiorem. sic alibi:* Vnã Posthabita coluisse Samo. *id est, amasse. Nec mirũ si rusticus sumpsit ab Ioue principiũ, quẽ*

amare terras constat, & habere carminũ curam. Et me Phœbus amat.) *Aut simile est quod dicit, quia unicuiq; deus quem colit, summus uidetur: ut,* Summe deûm sancti custos Soractis Apollo. *ut Apollinẽ exæquauerit Ioui. aut certe ordo sit talis,* Me & Phœbus amat: *ut & plus dicat, nec Ioui uideatur Apollinem cõparare..* Sua munera.) *ipsi grata, id est, laurus & hyacinthus.* Nam scimus & Daphnem, Ladonis fluminis Arcadiæ filiã dilectam ab Apolline, et Terræ miseratione in laurũ conuersam: & Hyacinthum amatũ tam à Borea, quàm ab Apolline, qui cum magis amore Apollinis lætaretur, dũ exerceretur disco, ab irato Borea eodẽ disco est interemptus, & mutatus in florẽ nominis sui.

Et me Phœbus amat: Phœbo sua semper apud me
Munera sunt, lauri, & suaue rubẽs hyacinthus. Da.
Malo me Galatea petit, lasciua puella:
Et fugit ad salices, & se cupit ante uideri. Me.
At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas,
Notior ut iam sit canibus nõ Delia nostris. Da.
Parta meæ Veneri sunt munera: nanq; notaui
Ipse locum, aëriæ quò cõgessere palumbes. Me.
Quod potui, puero syluestri ex arbore lecta
Aurea mala decem misi: cras altera mittam. Da.
O quoties, & quæ nobis Galatea locuta est?
Partẽ aliquã uenti diuûm referatis ad aures. Me.
Quid prodest, quod me ipse animo nõ spernis Amynta,
Si dum tu sectaris apros, ego retia seruo? Da.
Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola:

Ante uideri.) *Antequã lateat. Horat.* Nunc & latentis proditor intimo Gratus puellæ risus ab angulo. Offert ultro.) *Iste plus dicit, lege amœbæi carminis.* Delia nostris.) *Deliã alij amicam priorẽ uolũt: alij Dianã, quæ est à Delo, & est canibus nota, per quos uenamur, quasi dea uenationis. Nam si ad amicã referas, hoc dicit: sic ad me frequenter Amyntas uenit, ut canibus meis notior sit, quàm amica Delia.* Parta) *præparata.* Meæ Veneri.) *meæ amicæ.* Aëriæ) *aërij coloris.* Congessere) *nidificauere.* Aurea mala misi.) *plus dicit. Nam cũ dixisset se esse missurũ, iste iam manifestè confirmat.* Aurea aũt, *aurei coloris. & uolunt quidam hoc loco esse allegoriã ad Augustũ, de decem eclogis: quod superfluũ est. Quæ enim necessitas hoc loco allegoriæ?* Diuûm referatis ad aures.) *Ita, inquit, dulce locuta est mecum Galatea, ut deorũ auditu ea digna sint uerba.* Animo nõ spernis.) *id est, libentissime amas. et est liptotes figura: sicut,* Munera nec sperno. *Et multi hũc locũ allegoricôs accipiũt, ut uideatur Augusto dicere: Quid prodest quia me diligis, si ad capiendos hosteis pergens, in ocio me relinquis? Dicitur enim Vergiliũ sequi uoluisse Augustũ, cõtra Antoniũ ad Actiaca bella properantẽ.* Retia seruo.) *quæ res in uenatione minus possidet uoluptatis.* Amynta.) *Vocatiuus Græcus est. Et sciendũ, Græca nomina in as exeuntia, siue crescant, siue non crescãt in genitiuo, uocatiuũ in a mittere, ut* Aeneas Aeneæ, ô Aenea: Pallas Pallãtis, Palla. *ut,* Nõ hæc ò Palla dederas promissa parenti. Phyllida mitte mihi.) *Amicã cõmunẽ, causa natalis diei: in cuius tãtũ sacrificio licebat uoluptatib. operã dare. Nã in alijs sacrificijs erat castitatis obseruatio, quod etiã sequentia indicãt: ubi dicit,* Cum faciã uitula, *id est, cũ pro frugib. sacrificare cœpero, tu tantũmodo uenito. Sanè cũ natalis apud maiores plenũ fuerat,*

posteritas natalis dies dicere cœpit. Nam cum Horatius dixerit, Natalis grate numeras: Iuuenalis ait, Natali Coruine die mihi dulcior hæc lux. Cum faciam uitula pro frugib. ipse uenito.) Cum sacrificauero. & figuratè faciam uitula ait, ut Faciam thure, ut Faciā agna. Horatius in primo Carminū: Siue poscat agna, siue malit hædo. Dicitur autē hoc sacrificiū ambaruale, quòd arua ambiat uictima. Sic ipse in Georgicis: Terq; nouas circum felix eat hostia fruges. sicut amburbale, uel amburbium dicitur sacrificium, quo urbem circuit & ambit uictima. Vale inquit Iola.) Hic pastor aut habuit duo nomina, nā suprà eum Menalcam dixit: aut certe Iolā eum, quasi pastorē optimū appellauit, à quodā pastore nobilissimo. sicut uirū fortem plerunq; Achillem, adulterum Parim uocamus. Sanè Longū formose uale, ita ait, ut Toruum clamat: pro aduerbio, nomen posuit.

Cum faciā uitula pro frugibus, ipse uenito. Me.
Phyllida amo ante alias: nam me discedere fleuit,
Et longum formose uale, uale inquit Iola. Da.
Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus uenti, nobis Amaryllidis iræ. Me.
Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis.
Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas. Da.
Pollio amat nostram, quamuis sit rustica, musam.
Pierides uitulam lectori pascite uestro. Me.
Pollio & ipse facit noua carmina: pascite taurum,
Iam cornu petat, & pedib. qui spargat arenā. Da.
Qui te Pollio amat, ueniat quò te quoq; gaudet:
Mella fluāt illi, ferat & rubus asper amomū. Me.
Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui:
Atq; idē iungat uulpeis, & mulgeat hircos. Da.
Qui legitis flores, & humi nascentia fraga.

Vale uale, inquit.) Le corripit sequens uocalis, ut, Te Corydon ò Alexi. Triste) tristis res. Dulce) dulcis res. Satis) segetibus. Depulsis) à lacte prohibitis: ut, Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos. Pollio amat nostram, quamuis sit rustica, musam.) Blanditur iam Pollioni patrono, quem tragœdiarum & historiarum scriptorem Horatius fuisse testatur. nam in secundo Carminū dicit de historijs, Periculosæ plenū opus aleæ Tractas, & incedis per igneis Suppositos cineri doloso. Item paulò post: Paulum seueræ musa tragœdiæ Desit theatris. quem carmen suum, licet rusticum, tamen amare confirmat. Pierides uitulam lectori pascite uestro.) id est, pascite eius armenta, quia legit hoc carmen: uel, uitulam ei nutrite pro præmio. Sanè alij legunt Pollio, ut prima producatur: alij, Polio. . Noua carmina) magna, miranda. Pasci te taurum.) Hic auget: nam ille uitulā dixerat. Quò te quoq; gaudet.) subaudi Venisse. Peruenerat autē ad Cōsulatū, post triumphū Dalmaticū. Nam uicerat Salonas, ciuitatē Dalmatiæ. Hor. Cui laurus æternos honores Dalmatico peperit triūpho. Amomū) flos est Assyrius, ut Lucan. Vicinæ messis amomū. Qui Bauiū nō odit.) pro pœna ei cōtingat, ut diligat Meuiū peiorem poetā. nam Meuius & Bauius pessimi fuerūt poetæ, inimici tā Horatio, q̄ Vergil. unde Hor. Mala soluta nauis exit alite Ferēs olentē Meuiū. Mulgeat hircos) faciat ea quæ cōtra naturā sunt. Fraga) mora, quæ in herbis nascūtur. ideo dixit, Humi nascētia.

Latet

Latet anguis in herba.) Allegoria est. nam uidetur hoc ad Mantuanos dicere, qui inter milites uersabantur armatos: quos, sicut anguis, mortem inferre posse non dubium est.

Non bene ripæ Creditur, ipse aries etiam nunc uellera siccat.) Allegoria ad illud quod suprà diximus pertinens. quia post acceptos agros, ab Ario centurione penè est interēptus, nisi se præcipitasset in fluuium.. Parcite autem, prohibete: Procedere) id est, se ruate ne procedant: ut, Gnatis parce tuis.

Frigidus ò pueri fugite hinc, latet anguis in herba.
Me. Parcite oues nimiū procedere, nō bene ripæ
Creditur: ipse aries etiamnunc uellera siccat. Da.
Tityre pascenteis à flumine reÿce capellas:
Ipse, ubi tempus erit, omneis in fonte lauabo. Me.
Cogite oueis pueri, si lac præceperit æstus,
Vt nuper, frustra pressabimus ubera palmis. Da.
Eheu quàm pingui macer est mihi taurus in eruo?
Idē amor exitiū est pecori, pecorisq; magistro. Me.
His certe neq; amor causa est, uix ossibus hærent:
Nescio qs teneros oculus mihi fascinat agnos. Da.
Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)
Treis pateat cæli spatiū non amplius ulnas. Me.

Tityre pascēteis à flumine reÿce capellas.) id est, ò Mātua noli modo uelle aliquid agere de repetēdis agris. nam cum opportunū fuerit, ego omneis lauabo: id est, purgabo omneis apud Cæsarem, cum de Actiaco bello reuersus fuerit. & bene In fonte: Ipse enim per amicos Cæsaris agrum meruerat, tanquam per riuulos quosdam. nunc autem Mantuanis beneficium dicit se ab ipso imperatore meriturum. Reÿce capellas.) Reÿce ca, proceleusmaticus est pro dactylo: & sic est positus, ut Genua labant. Item, Arietat in portas. Cogite oueis.) in ouilia colligite: ut, Tityre coge pecus. Præceperit) præoccupauerit. nam naturale est, ut lac augeatur frigore, calore minuatur. Vix ossibus hærent.) uix ossa eorum cohærent. Teneros oculus mihi fascinat agnos.) Dicit causam maciei. & per transitum pulchrum se habere pecus significat, quod utiq; meruit fascinari.

Eris mihi magnus Apollo.) Relicto certamine sibi proponunt ænigmata. Bene autem ait, Eris mihi Apollo: quia in rebus incertis, sola opus est diuinatione. Treis pateat cæli spatium non amplius ulnas.) Vlna propriè est spatium, in quantum utraq; extenditur manus. Dicta ulna ἀπὸ τῶν ὠλένων, id est, à brachÿs. unde & λευκώλενος ἥρη dicitur. licet Suetonius unum cubitum uelit esse tantummodo. Sanè hæc quæstio uariè soluitur. nam alÿ dicunt significare eum sepulchrum Cælÿ luxuriosi cuiusdam, qui uenditis omnibus rebus & consumptis, tantummodo sibi spatium reseruauit quod sepulchro sufficeret. & uoluisse eum errorem facere ex cæli & Cælÿ similitudine, ut sit: Dic mihi ubinam sepultus est Cælius, cuius tribus ulnis continetur sepulchrum. Alÿ uero uolunt puteum significari, qui est in Siene parte Aegypti, quem ad hoc nimiæ altitudinis philosophi effoderunt, ut probarent locum illum esse solū, quem recto sol intuitu irradiaret. Nam octauo Calen. Iulias die, quando in centro suo est sol, lumine suo tam imam quoq; illius putei, quàm summā terram irradiat. sed neutrū horū conuenit rustico. unde simpliciter intelligendus est cuiuslibet loci puteus, in quē cū quis descenderit, tantū cæli conspicit spatiū, quantū putei latitudo pmiserit.

Dic, quibus in terris inscripti nomina regum Nascātur flores.) Quia soluere non potuit, ipse aliam obijcit quaestionem. & captiose Quibus in terris dixit. Hyacinthus enim ubique nascitur flos, qui natus est primò de Hyacinthi sanguine, postea de Aiacis: sicut & Ouidius docet. Est autem rubrum quasi lilium, designans primam Hyacinthi literam. Regum autē nomina, non quoniam ipsi reges fuerunt, sed quia regum filij: ut, Magnum reginae sed enim miseratus amorē, Cum de Ariadne diceret Pasiphaes reginae filia. Sanè multi uolūt Nomina regū, pro Nomine regis positum. ut sit, quemadmodum illud in Terentio: Nō

Dic, quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores, & Phyllida solus habeto. Pa.
Non. nostrum inter uos tantas componere lites:
Et uitula tu dignus, & hic, & quisquis amores
Aut metuet dulces, aut experietur amaros.
Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.

perpeti meretricum contumelias. cum de una loqueretur. Nam flos iste Hyacinthi tantum, & non Aiacis nomen retinet. Tamen sciendū, aenigmata haec sicut ferè omnia, carere aperta solutione. *Phyllida solus habeto.*) Amicam communem, quod plus est quàm esse Apollinem. nam esse Apollinem impossibile est, quod ille promiserat: hic uero possibilia pollicetur. *Non.*) Hic distinguendum est, ut sit sensus: Officij iudicis est ferre sententiam, non eorum qui inter se contendunt. unde malè quidam totum iungunt, Non nostrum inter uos tantas componere lites. Nam negaret se facturum quod faciet. Iudicaturus enim est eos esse pares, dicens: Tu uitula dignus, & hic. *Componere.*) finire: ut, Ante diem clauso cōponet uesper olympo. id est, finiet. *Et quisquis amores Aut metuet dulces, aut experietur amaros.*) Et tu, & hic, digni estis uitula, & quicunque similis uestri est. Nam suprà unus dixerat: Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres, Arboribus uenti, nobis Amaryllidis irae. Item alter: Dulce satis humor, depulsis arbutus haedis, Lenta salix foeto pecori, mihi solus Amyntas. Ad cuius amatoris similitudinem pertinet, Aut metuet dulces. nanque hic Menalcas & amabat & amabatur, sed tanquam prudens timebat, ne unquam posset amor ille dissolui: & contrà Damoetas amaritudinem amoris expertus fuerat, ex amicae Amaryllidis iracundia. *Metuet dulces.*) timebit pro dulcibus, ne eos amittat. *Sat prata biberunt.*) Aut intelligimus hunc exisse ut iuberet pueris suis, ut arua irrigarent: quod illis cantātibus factum est. & re uera dicit, Riuos claudite. aut certe allegoricôs hoc dicit, iam cātare desinite, satiati enim audiendo sumus.

SIcelides musæ paulò maiora canamus.) Asinius Pollio ductor Germanici exercitus, cum post captas Salonas Dalmatiæ ciuitatem, primò meruisset lauream, pòst etiam consulatum adeptus fuisset, eodem anno suscepit filium, quem à capta ciuitate Saloninum uocauit: cui nunc Vergilius genethliacon dicit. quem constat natum risisse statim, quod parentibus omen est infelicitatis. nam ipsum puerum inter ipsa primordia perijsse manifestum est. Sicelides autem Græcum est. nam Latinè Siciliẽses facit: id est, Theocritiæ. nã Theocritus Syracusanus fuit, quẽ in hoc opere Vergilius imitatur, ut diximus suprà. Paulò maiora canamus) Bene, Paulò. nã licet hæc Ecloga discedat à bucolico carmine, tamen inserit ei aliqua apta operi. Myricæ) uirgulta sunt humillima.

ECLOGA QVARTA, POLLIO.

SIcelides Musæ, paulò maiora canamus,
Non omnes arbusta iuuãt, humilesq́ myricæ.
Si canimus syluas, syluæ sint Consule dignæ.
Vltima cumæi uenit iam carminis ætas.
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
Iam redit & uirgo, redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies cælo demittitur alto.
Tu modo nascenti puero, quò ferrea primum
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.
Teq́ adeo decus hoc æui, te consule inibit

Vltima cumæi uenit iam carminis ætas.) Sibyllini, quæ Cumana fuit, & secula per metalla diuisit: dixit etiam quis quo seculo imperaret, & Solem ultimum, id est, decimum uoluit. Nouimus autem eundem esse Apollinem: unde dicit, Tuus iam regnat Apollo. Dixit etiam, finitis omnibus seculis, rursus eadem renouari. quam rem etiam philosophi hac disputatione colligunt, dicentes: Completo magno anno omnia sidera in ortus suos redire, & referri rursus eodem motu. Quòd si est idem siderũ motus, necesse est ut omnia quæ fuerũt, habeant iterationem. Vniuersa enim ex astrorum motu pendere manifestum est. Hoc secutus Vergilius, dicit reuerti aurea secula, & iterari omnia quæ fuerunt. Ab integro) denuo. Seclorum) synæresis, pro Seculorũ. Redit & uirgo.) Iustitia, quæ Erigone fuit. & permiscet laudes tam pueri, quàm Pollionis, q̃ Augusti. nam felicitas temporum ad imperatoris pertinet laudem. Iam noua progenies cælo demittitur alto.) Vt uideantur homines non ex mortalibus nati, sed ex numinibus, quasi è cælo lapsi. & hinc conijcit fore aurea secula, quòd Augustus imperat, quòd talis est natus puer, quòd consul est Pollio.

Quo.) deest Nascente. nam hoc dicit: Faue ei Lucina, cuius ortus secula immutabit aureis, scilicet ferrea. Casta faue Lucina.) Modò Dianam accipimus. Sic Horat. Siue tu Lucina probas uocari. Terentius Iunonem Lucinam dicit: ut, Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro. Tamen ambæ unum sunt. Tuus iam regnat Apollo.) Et ultimum seculum ostendit, quod Sibylla Solis esse memorauit: & tangit Augustũ, cuius simulachrũ factũ est cum Apollinis cunctis insignibus. Inibit) inchoabit, exordiũ accipiet: aureũ scilicet seculum.

Incipient

Pollio, & incipient magni procedere menses.
Te duce, si qua manent sceleris uestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.
Ille Deûm uitam accipiet, Diuisq; uidebit
Permixtos heroas, & ipse uidebitur illis:
Pacatumq; reget patrijs uirtutibus orbem.
At tibi prima puer nullo munuscula cultu,
Erranteis hederas passim cum baccare tellus,
Mixtaq; ridenti colocasia fundet acantho.
Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.

Incipient magni procedere menses.) Illud tangit, quod Iulius & Augustus menses in honorem Cæsaris & Augusti acceperunt nomina: nam ante Quintilis & Sextilis dicti sunt. & hoc etiam trahit ad argumentum aurei seculi. *Te duce.*) uel Augusto, uel Pollione, uel Salonino. *Sceleris uestigia nostri.*) Bene nullum uult esse præsentium temporũ uitium, sed reliquias dicit esse superioris ætatis. Sic in Georgicis, cum laudaret Augustum, & carpsisset tempora uicina, dicens: Vicinæ ruptis inter se legibus urbes Arma ferũt, sæuit toto Mars impius orbe: intulit, Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas. ut ostenderet tantas esse reliquias præteritorum malorum, ut ne ab optimo quidẽ rectore sedari posse uiderentur. Vestigia autẽ scelerum dicit bella ciuilia, quæ gessit Augustus contra Antonium apud Mutinam: contra Lucium Antonium, fratrem huius Antonij, apud Perusium: cõtra Sex. Pompeium, filium Pompeij, in freto Siciliensi: contra Brutum & Cassium, in Thessalia: contra Antonium & Cleopatram, in Epiro apud Actium promontoriũ. *Irrita.*) ad nihilum deducta uestigia. Et non dicit, Iam irrita soluent terras formidine: sed, fient irrita, & soluent terras timore uel formidine. Perpetua autem est longa. *Ille Deûm uitam accipiet.*) Sicut suprà artificiose laudem confundit, ut possit esse cõmunis. nam ad quemuis potest referri: Ille, uel ad Augustum, uel ad Saloninum. *Pacatumq; reget patrijs uirtutibus orbem.*) Vel Augustus Cæsaris, uel Saloninus Pollionis uirtute pacatum orbem tenebit. Et mira laus utriusq; est, & eius qui pacauit, & qui pacatum tuetur. *At tibi prima puer nullo munuscula cultu.*) Rhetoricè digesta laudatio. Non enim improuidè in principio uniuersa consumpsit, sed paulatim fecit laudem cum ætate procedere. *Munuscula.*) Bene in rebus minoris ætatis usus est diminutione. *Erranteis hederas passim cum baccare tellus.*) passim uaganteis. Vnde antiqui Lyrici dixerunt Flexipedes hederas, quòd hac & illac uagantur. Mirè autem puerum laudat ex ipsis muneribus. nam hedera indicat futurũ poëtam, ut, Pastores hedera nascentem ornate poëtam. Baccar uero herba est, quæ fascinum depellit: ut, Baccare frontem Cingite, ne uati noceat mala lingua futuro. per quod pulchrum indicat puerum. *Ridenti acantho.*) læto. & est herba, quæ in Aegypto nascitur. *Ipsæ lacte domum referent.*) Quid enim est aptius infantibus lacte? & laus in hoc est, quod ait Ipsæ referent. *Nec magnos metuent armenta leones.*) Bona usus est moderatione, dicens: Erunt quidẽ magni leones, sed minimè armẽtis nocebũt. *Cunabula*) lectuli, in qbus infantes iacere cõsueuerũt: uel loca in qbus nascũtur, quasi cynabula: nã κύειν est græcè prægnantẽ esse & eniti.

Et fallax

Et fallax herba ueneni.) Non cicutam dicit, quæ omnibus nota est, sed illam sardoniam, quæ apiastri similis homines decipit. uel aconita: ut, Nec miseros fallunt aconita legentes. *Assyrium uulgo nascetur amomum.)* Amomū herba est suauissimi odoris, quæ tantum in Assyria nascitur. *Vulgò.)* passim. *Heroum laudes & facta parentis.)* Si fuerit epexegesis, melior sensus est: Quæ erunt heroum laudes, tui uirtutes parentis.

Occidet & serpens, & fallax herba ueneni
Occidet, Assyrium uulgò nascetur amomum.
At simul heroum laudes, & facta parentis
Iam legere, & quæ sit poteris cognoscere uirtus,
Molli paulatim flauescet campus arista,
Incultisq; rubens pendebit sentibus uua.
Et duræ quercus sudabunt rosida mella.
Pauca tamen suberunt priscæ uestigia fraudis,
Quæ tentare Tethym ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ iubeant telluri infindere sulcos.
Alter erit tum Tiphys, & altera quæ uehat Argò
Delectos heroas: erunt etiam altera bella.
Atq; iterum ad Troiā magnus mittetur Achilles.
Hinc ubi iam firmata uirum te fecerit ætas,
Cedet & ipse mari uector, nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non rastros patietur humus, non uinea falcem,
Robustus quoq; iam tauris iuga soluet arator.
Nec uarios discet mentiri lana colores.
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit uellera luto.
Sponte sua sandyx pascenteis uestiet agnos.
Talia secla suis dixerunt currite fusis

Quæ sit, poteris cognoscere, uirtus.) Accessu enim ætatis, quāta sit uirtus agnoscitur, & cuius gloriæ. *Suberunt)* id est, erunt, sed latenter. & bene Priscæ fraudis, ad suorū temporum excusationem, sicut diximus suprà. *Quæ tentare Tethym ratibus, quæ cingere muris Oppida.)* A sequentibus ostendit præcedentia, quæ uitauit quasi laudi incongrua. Nam per nauigationem ostendit fore auaritiam, quæ homines nauigare cōpellit. ꝑ muros bella significat, per agriculturam famis ostendit timorem. *Alter erit tū Tiphys.)* Specialia pro generalibus ponit. nam per Tiphym, quemcunq; gubernatorem accipimus: per Argo, quamcunq; nauem: per Troiam, quamcūq; ciuitatem: per Achillem, quemcunq; uirū fortem. Videtur tamen locus hic dictus per ἀποκατάστασιν, id est, per omniū rerum uolubilitatē ex siderū ratione uenientē, ut diximus suprà. *Cedet & ipse mari uector)* Necessario. siquidē omnis feret omnia tellus. Nauigatio enim ex mercimonij ratione descendit. *Discet mentiri lana colores.)* Cum enim tingitur, mentitur alienū colorē. *Murice)* cochlea, unde tingitur purpura. *Mutabit.)* tinget, inficiet per naturā. *Luteo colore.)* rubicūdo. & est hypallage, pro croco luteo. nam Crocū lutei coloris est, unde & alutea pellis. *Sandyx)* herba est, de qua sandycinus tingitur color, quam uaranā rustici dicūt. *Talia secla suis dixerunt currite fusis.)* Melius est Currite imperatiuū esse modū: ut sit sensus. dixerunt Parcæ concordes suis fusis, id est, uaticinationib. *Currite Talia secla.)* Hoc or-

dine & euētu uestro estote stabili, hic immutabili & semp manēti. Fatorū numine.) Fata dicta à fando: quia quæ parcæ dixerūt, hæc credebātur euenire mortalib. Numine aūt, id est potestate, diuinatione, ac maiestate. Parcæ.) quæ & furiæ infernales dictæ: per antiphrasim, quia nulli parcūt. Cōcordes stabili fatorū numine Parcæ.) Nā & qđ una dixerit, duæ sequuntur: & fixa sunt statuta fatorū. Horat. Quod semel dictū stabilisq; rerū Terminus seruet. Iouis incrementū.) nutrimentū. & est uulgare quod Bucolico cōuenit carmini. Nutantē mundum) Nutat præsentib. malis: lætus est bonis futuris. Conuexo.) curuo, inclinato. O mihi tam longæ maneat pars ultima uitæ.) Vtinā possim frui uita longissima, & habere tantū spiritū, quantum posset sufficere ad tuæ uirtutis cōmemorationē. Non me carminib. uincet nec Thracius Orpheus.) Genere stili sese Orpheo, uel Lino fore æqualē cōmemorat. Nam nō sibi arrogat, sed hoc dicit: Tanta est materies tuæ laudis, ut etiā humile ingeniū in ea supra omneis possit excellere. Lino.) Linus cum nomē hominis dicimus, Li breuis est. Statius: Medio Linus intertextus acantho. Cum linū dicimus, filū significantes, li longa est, cum producatur apud Græcos. Pan etiā.) Redijt ad rustica numina. nam satis excesserat dicendo Linū poētam, Orpheūq; theologū. Arcadia iudice.) quæ ei fauet, ubi colitur. Risu cognoscere matrē.) Alludit ad id quod factū est, & rē naturalē ait. Sicut enim maiores sermone cognoscuntur: ita infantes risu se iudicāt agnoscere. Ergo hoc dicit: Incipe parentib. arridere, & eis spe boni ominis detrahere sollicitudinē, ut & ipsi tibi arrideant. Matri enim decē menses attulerūt longa fastidia.) Alij abstulerint legūt: ut sit sensus, Si riseris, abstulerint decem mēses matri tuæ lōga fastidia. Qui nō risere parentes, Nec Deus hūc mēsa, Dea nec dignata cubili est.) sicut Vulcano cōtigit. qui cū deformis esset, & Iuno ei minimè arrisisset, ab Ioue est præcipitatus in insulam Lemnū, illic nutritus ab simijs. Et cū Ioui fulmina fabricasset, non est admissus ad epulas deorū. postea cū rogaret, ut uel Mineruæ coniugiū sortiretur, spretus ab ea est. unde diuinos honores non meruit: ad quos per conuiuiū numinū, aut per coniunctionē uenitur dearum. Hinc est, quòd Iunoni agit in primo Aeolus gratias, quòd per eius beneficium diuinos honores meruit: ut, Tu das epulis accūbere diuûm. Non deus, id est, Iupiter: nec dea, id est, Minerua.

Concordes stabili fatorum numine Parcæ.
Aggredere ò magnos, aderit iam tēpus, honores
Chara Deûm soboles, magnū Iouis incrementū.
Aspice conuexo nutantem pondere mundum,
Terrasq;, tractusq; maris, cælumq; profundum.
Aspice uenturo lætentur ut omnia seclo.
O mihi tam longę maneat pars ultima uitæ,
Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta.
Nō me carminib. uincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater q̄uis, atq; huic pater adsit,
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.
Pan etiam Arcadia mecū si iudice certet,
Pan etiā Arcadia dicat se iudice uictum.
Incipe parue puer risu cognoscere matrem,
Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
Incipe parue puer: cui non risere parentes,
Nec Deus hūc mensa, Dea nec dignata cubili est.

CVR non Mopse boni, quoniam conuenimus ambo.) Inducūtur duo amici pastores canere ad delectationem, unde & se laudant, & sibi inuicem cedunt. Boni autē, docti. & figuratè ait Boni ambo, Tu calamos inflare leueis, ego dicere uersus. Hic corylis mixtas inter cōsedimus ulmos?) Ordo est: Cur non Mopse hic consedimus inter ulmos mixtas corylis, scilicet ut canamus. Sanè Inter præpositio, quia postposita est, mu-

ECLOGA QVINTA, DAPHNIS.

MENALCAS, MOPSVS.

CVr non Mopse, boni quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leueis, ego dicere uersus,
Hic corylis mixtas inter consedimus ulmos? Mo.
Tu maior: tibi me est æquom parere Menalca,
Siue sub incertas Zephyris motantibus umbras,
Siue antro potius succedimus. aspice ut antrum
Syluestris raris sparsit labrusca racemis. Me.
Montib. in nostris solus tibi certet Amyntas. Mo.
Quid, si idē certet Phœbū superare canendo? Me.
Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis igneis,
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.

tauit accentū: sicut Circum. Siue sub incertas Zephyris motātib. umbras.) Dicit quidem uerecundè se illi obtēperare debere. ostēdit tamen quid sibi placeat. Nā ex ipsa laude antri, & ex arborum uituperatiōe, quarū incertas umbras dicit, ostendit suam sententiā esse meliorem. Incertæ autem umbræ sunt, & ex solis circuitu, & ex mobilitate uētorū: quod ipse etiā dicit, Zephyris motantibus. Labrusca.) uitis agrestis, quæ quia in terræ marginibus nascitur, labrusca dicta est, à labris & extremitatibus terræ. Montibus in nostris.) ac si diceret, in hoc territorio. Et tibi certet.) Vsurpatum est. nam hodie Certo tecū dicimus.

Quid si idem Phœbum certet superare canēdo?) Offensus comparatione inferioris hoc dixit: licet non amarè Menalcas dixerit, Solus tibi certat Amyntas. quod tamen quia hic aspere accepit, ille paulò post curat, dicens: Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ. Phyllidis ignes.) Phyllis regina Thracum fuit. hæc Demophoontē Thesei filiū regem Atheniensium redeuntem de Troiano prælio, dilexit, & in coniugiū suum rogauit. Ille ait ante se ordinaturū rem suam, & sic ad eius nuptias reuersurū. Profectus itaq; cum tardaret, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulsu, quòd se spretā esse credebat, laqueo uitā finiuit, & cōuersa est in arborem amygdalū sine folijs. Postea reuersus Demophoō, cognita re, eius amplexus est truncū: qui, uelut sponsi sentiret aduentū, folia emisit. Vnde etiam phylla sunt dicta à Phyllide, quæ antè petala dicebantur: sic Ouidius in Metamorphoseon libris. Alconis laudes.) Hic Cretensis sagittarius fuit, cuius cum filiū draco inuasisset, tanta arte direxit sagittā, ut ea currens in serpentis deficeret uulnere, nec transiret in filiū. Iurgia Codri.) Codrus dux Atheniensiū fuit, qui orto bello inter Laconas & Athenienses, cum respōdisset oraculū illos posse uincere, quorū dux perisset: habitu humili profectus est ad hostiū uicina tentoria, & illic iurgio in suā cædē instigauit, & à nullo cognitus, fecit locū oraculo,

Incipe, pascenteis seruabit Tityrus hœdos. Mo.
Imò hæc in uiridi nuper quæ cortice fagi
Carmina descripsi, & modulans alterna notaui,
Experiar: tu deinde iubeto certet Amyntas. Me.
Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ,
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis,
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
Sed tu desine plura puer, successimus antro. Mo.
Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnim
Flebant: uos coryli testes, & flumina nymphis.
Cum complexa sui corpus miserabile nati,
Atque deos atque astra uocat crudelia mater.
Non ulli pastos illis egere diebus
Frigida Daphni boues ad flumina, nulla neque amnem
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse leones

Cortice fagi.) Vbi enim debuit magis rusticus scribere? Modulans alterna.) Secundum rhythmum componens. Alterna autem, uaria: propter musicam, cuius sonus uarius inuenitur ex pedum dissimilitudine. Significat autem cantaturum se epicedion, & epitaphion. Nam epicedion est quod dicitur cadauere nondum sepulto: ut, Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim. epitaphion autem post completam sepulturam dicitur: ut, Daphnis ego in syluis, hinc usque ad sidera notus. Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ.) Rusticis utitur comparationib. Salix autem uilissima est arbor, oliuæ comparatione. Saliunca.) herbæ genus, quam orci tunicam uulgo uocant. Rosetis.) ubi rosæ nascuntur. Iudicio nostro.) ac si diceret, quid alij sentiant, uideris. Desine plura puer.) cessa te excusando, & talia dicendo. & subauditur, obtendere uel dicere. Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnin.) Multi dicunt simpliciter hoc loco defleri Daphnin quendam pastorem. Alij dicunt significari per allegoriam C. Iulium Cæsarem, qui in senatu à Cassio & Bruto uiginti tribus uulneribus interemptus est: unde & crudeli funere uolunt dictum. Alij dicunt Quintilium Varum significari, cognatum Vergilij. de quo etiam Horatius: Ergo Quintiliū perpetuus sopor Vrget. Tamen Crudeli funere, ad quemuis potest referri. Vos coryli testes, & flumina nymphis.) Bene testimonijs utitur in rebus incredibilibus. Nam fletum facile dearum persona non recipit, & bonis usus est gradibus. fleuerūt nymphæ, quibus insita est naturaliter pietas: homines, ad quos mortis peruenit dolor: pecudes, quæ licet ratione careant, tamen non carent sensu: feræ, crudelitate gaudentes. quam rem rursus, quia incredibilis est, testimonio comprobat dicens, Hoc & montes loquuntur, & syluæ. Quòd autem ait Coryli testes & flumina, usurpatum est. nam testes flumina non dicimus. Quæ enim in is exeunt, neutrū in e mittunt, ut agilis agile. sed nec hoc teste, & hæc testia possumus dicere. Vnde per diffinitionē debemus dicere, coryli & flumina, quæ res testes mihi sunt. sic Hora. Testis Metaurū flumē. Proper. Testes sunt sidera nobis. Astra crudelia.) quæ accelerauerunt Daphnidis mortē. Cōplexa sui corpus miserabile nati.) Lugentiū est, ut & corpori inhæreant. Nulla quadrupes.) Hic & hæc quadrupes dicimus. alibi: Saucius at quadrupes

nota

nota intra tecta refugit. Montesq́ feri, syluæq́ loquuntur.) Hyperbolicôs dixit. Et notandum quòd cum dicere cœperit eius apotheosim, cõtrà lætitiã rebus omnibus dat, quas nunc in mœrore fuisse memorauit. Daphnis & armenias curru subiungere tigres.) Hoc apertè ad Cæsarem pertinet, quem constat primũ sacra Liberi patris transtulisse Romã. Curru.) pro currui. Thyasos.) saltationes, choreas. Liberi) id est, liberalia. Vitis ut arboribus.) Locus Theocriti est. Tuis.) si Romanis, Cæsar: si pastorib. Daphnis. Pales) dea pabulorũ. Apollinem autem dicit νόμιον, id est, pastoralem. nã Admeti regis pauit armenta. & hoc dicit: Nec pabula nascentur, nec pecora. Grandia ordea.) Vsurpatiuè metri causa dixit. nam triticũ, ordeum, uinum, mel, numeri tantũ singularis sunt, unde plurali in prosa uti non possumus: uina tantum possumus dicere, Ciceronis exemplo qui ait: In prætura, uina cæteraq́ quæ in Asia facile comparantur. Infelix lolium.) Inutile, infœcundum. Sterileis autem auenas secundum situm dixit Italiæ. Nam in Thracia fructuosæ sunt. Hæc autem dicit contingere, ut ostendat terram dolere quoq; Daphnidis mortem.

Interitum, montesq́ feri, syluæq́ loquuntur.
Daphnis & Armenias curru subiungere tigres
Instituit: Daphnis thyasos inducere Baccho,
Et folijs lentas intexere mollibus hastas.
Vitis ut arboribus decori est, ut uitibus uuæ,
Vt gregibus tauri, segetes ut pinguibus aruis,
Tu decus omne tuis. postquam te fata tulerunt,
Ipsa Pales agros, atq; ipse reliquit Apollo.
Grandia sæpe quibus mandauimus ordea sulcis,
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.
Pro molli uiola, pro purpureo narcisso,
Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.
Spargite humũ folijs, inducite fontibus umbras
Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis.
Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmẽ,
Daphnis ego in syluis, hinc usq; ad sidera notus:
Formosi pecoris custos, formosior ipse. Me.
Tale tuum carmen nobis diuine poëta,
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.

Paliurus.) herba est asperrima & spinosa. Spargite.) implete: ut, Spargitur & tellus lachrymis. & dicit ornandum esse locum sepulchri ex uoluntate defuncti. Inducite fontibus umbras.) Facite nemora circa fonteis. & hoc ideo, quia (ut diximus) heroum animæ habitant uel in fontibus, uel in nemoribus: ut, Lucis habitamus opacis, Riparumq́ toros & prata recentia riuis incolimus. Superaddite carmen.) Duos uersus carmen uocauit. nec mirum cum etiam de uno carmine dixerit: ut, Et rem carmine signo, Aeneas hæc de Danais uictoribus arma. Daphnis ego in syluis hinc usque ad sidera notus.) In syluis notus, etiam hinc usq; ad sidera. Formosi pecoris custos, formosior ipse.) Si ad Cæsarem referas, hoc dicit: Boni populi optimus imperator. Tale tuum carmen.) Laudant se inuicem, ut diximus suprà. Quale sopor.) qualis res: ut, Dulce satis humor.

Nec calamis solum ęquiparas, sed uoce magistrū.
Fortunate puer tu nunc eris alter ab illo.
Nos tamē hæc quocūque modo tibi nostra uicissim
Dicemus, Daphninq́ue tuū tollemus ad astra.
Daphnin ad astra feremus: amauit nos quoque Da
An qcq̄ nobis tali sit munere maius? Mo. (phnis.
Et puer ipse fuit cantari dignus, & ista
Iam pridē Stimichō laudauit carmina nobis. Me.
Candidus insuetum miratur limen olympi,
Sub pedibusq́ue uidet nubes, & sidera Daphnis.
Ergo alacris syluas, & cætera rura uoluptas,
Panaq́ue pastoresq́ue tenet, Dryadasq́ue puellas.
Nec lupus insidias pecori, nec retia ceruis
Vlla dolū meditātur: amat bonus ocia Daphnis.
Ipsi lætitia uoces ad sidera iactant
Intonsi montes: ipsæ iam carmina rupes,
Ipsa sonant arbusta, Deus deus ille Menalca.
Sis bonus ò felixq́ue tuis. en quatuor aras:
Ecce duas tibi Daphni, duoq́ue altaria Phœbo.

Nec calamis solum æquiparas, sed uoce magistrū.) Videtur allegoria quasi ad Theocritum & Vergilium respicere. Hinc est: Tu nunc eris alter ab illo. *Quócunque modo.)* prout possumus. & dicit se Daphnidis dicturū apotheosim: ut, Daphninq́ue tuū tollemus ad astra. *Tuum.)* quem diligis. *Tali munere.)* Si amicū laudaueris. *Puer ipse.)* Modo Daphnim intelligimus. nam Cæsar non puer occisus est, sed maioris ætatis. *Iam pridem Stimichō laudauit carmina nobis.)* Ac si diceret, scio esse optima quæ dicturus es, frustra ea uerbis extenuas. quia ille supra uerecundè dixerat: Quocunque modo tibi nostra uicissim. *Cādidus)* id est, deus: unde cōtrà nigros, mortuos dicimus. Horat. Hic niger est, hūc tu Romane caueto. *Sub pedibusq́ue uidet nubes, & sidera Daphnis.)* Meritū eius ostēdit, qui summos circulos & cæli secreta cōscēdit. *Ergo alacris syluas.)* Oīa tenet uoluptas, quæ superius occupauerat mœror, ut: Ipsa Pales agros, atque ipse reliquit Apollo. *Tenet.)* id est, moratur, amplectitur. *Nec retia ceruis Vlla dolū meditātur.)* Adeo placet simplicitas Daphnidi, ut etiā ille dolus q uoluptati ante fuerat, cōquiescat: scilicet uenationis. & est hyperbole. *Deus deus ille Menalca.)* Hoc sonat, Deus deus est Daphnis. *Intonsi.)* syluosi, incædui. *Sis bonus ò felixq́ue tuis.)* pastorib. si Daphnim accipis: si Cæsarē, bene ait tuis. Suis enim percussoribus nocentissimus fuit. nam Augustus eius filius omneis est persecutus. *Felix autem, propitius:* ut, Sis felix, nostrumq́ue leues quæcunque laborem. Item è contra Iuno: Quæ potui infelix, id est, irata. Deos enim felices uel infelices ex rebus quas præstant, uocamus. *En quatuor aras: Ecce duas tibi Daphni, duóque altaria Phœbo.)* Feci inquit aras quatuor, tibi ò Daphni duas, & duas aras Apollini: quæ sint altaria. Nouimus enim aras & dijs esse superis & inferis cōsecratas. Altaria uero esse superorū tantū deorum, quæ ab altitudine cōstat esse nominata: quæ nunc dat Apollini quasi deo. Daphnidi uero aras ponit. nam licet eum dixerit deū, tamen mortalem fuisse manifestum est. Benè quæritur, cur duo altaria Apollini se positurū dicat, cum cōstet supernos deos impari gaudere numero, inferos uero pari; ut, Numero deus impare gaudet. quod etiā Pōtificales

indicant

indicant libri. sed cōstat secundū Porphyrij librū, quem Solē appellauit, triplicē esse Apollinis potestatē, & eundem esse Solē apud superos, Liberū patrem in terris, Apollinē apud inferos. Vnde etiā tria insignia circa eius simulachrū uidemus. lyrā, quæ nobis cælestis harmoniæ imaginē monstrat: Griphenæū, quod & terrenū numen ostendit: Sagittas, quibus infernus deus & noxius indicatur. Vnde & Apollo dictus est, ἀπὸ τ͂ ἀπολλύειν. Hinc est quòd & Homerus eundē tā pestilentiæ dicit, q̄ salutis esse authorē. & Horat. ait, Condito mitis, placidusq́ telo Supplices audi pueros Apollo. Vnde Vergil. rationis huius peritus, per altaria supernū numē ostēdit: per parem numerū, infernā indicat potestatem. Bina.) duo. Quotannis.) singulis q̄busq; annis. Pinguis oliui.) q̄d Græci λιπάσμον dicūt. Hilarās) participiū est ab eo q̄d dicitur hilaro. Sanè sciendū nomē unde uenit, i. hilarus uel hilaris, à græco descēdere. nam ἱλαρὸς facit. Vina nouum fundā calathis.) Ordo est: Vina fundam calathis, id est, calicib. quæ uina sint nouū nectar, id est, magna dulcedo. Aruisia autē est Chia, à promontorio Chij insulæ Aruisio.

Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis,
Craterasq́ duas statuam tibi pinguis oliui:
Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,
Ante focū, si frigus erit: si messis, in umbra.
Vina nouū fundam calathis aruisia nectar.
Cantabunt mihi Damœtas, & Lyctius Aegon.
Saltanteis satyros imitabitur Alphesibœus.
Hæc tibi semper erunt, & cum solennia uota
Reddemus Nymphis, & cū lustrabimus agros.
Dum iuga mōtis aper, fluuios dū piscis amabit
Dumq́ thymo pascētur apes, dum rore cicadæ,
Semper honos, nomēq́ tuū, laudesq́ manebūt.
Vt Baccho, Cererīq́, tibi sic uota quotannis
Agricolæ faciūt, dānabis tu quoq; uotis. Mo.
Quæ tibi, quæ tali reddā pro carmine dona?
Nam neq; me tantū uenientis sibilus austri,
Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
Saxosas inter decurrunt flumina ualles. Me.
Hac te nos fragili donabimus ante cicuta.
Hęc nos, Formosum Corydon ardebat Alexin:
Hæc eadē docuit, Cuiū pecus, an Melibœi? Mo.

Lyctius Aegon.) Cretensis: ut, Lyctius Idomeneus. Saltanteis Satyros imitabitur Alphesibœus.) pastor quidā. Sanè ut in religionibus saltaretur, hæc ratio est, quòd nullā maiores nostri partē corporis esse uoluerunt, quæ nō sentiret religionē. nam cantus ad animū, saltatio ad mobilitatē pertinet corporis. Et cum lustrabimus agros.) sic suprà: Cum faciā uitula pro frugib. Dum iuga montis aper.) sic, In freta dum fluuij currēt. Vt Baccho, Cererīq́.) Hæc enim duo sunt numina, quæ & rustici maximè colūt, & quorū numina cōmunia sunt mortalib cunctis. sic in Geor. Vestro si munere tellus Chaoniā pingui glandem mutauit arista.. Dannabis tu quoq; uotis.) id est, cum tu deus præstare aliqua hominib. cœperis, obnoxios tibi eos facies ad uota soluenda, quæ antequā soluantur, obligatos & quasi damnatos homines retinent. Reddam pro carmine dona.) Ille eum supra tantū laudauerat, hic & laudat & de munere etiā cogitat. Sibilus.) Hic sibilus dicitur res ipsa. nā Sibila ora participialiter dictū est, pro sibilantia. Hac te nos fragili donab. an. cic.) Bene anticipat & offert munus, quod ille se facturū esse promiserat.

Sume pedum.) uirga incurua, unde retinentur pecudum pedes. Non tulit Antigenes, & erat tum dignus amari.) Aut pastorem quendam pulcherrimum dicit, aut choraulam significat, quē legimus admodum à Vergilio fuisse dilectum. Paribus nodis.) Pari & aequali tumore nodosum. & honestè locutus est, Formosum nodis uel aere: ut si dicas, Pulcher est frenis. Menalca.) Vocatiuus est.

At tu sume pedum, quod me cum sæpe rogaret,
Non tulit Antigenes: & erat tum dignus amari:
Formosum paribus nodis, atque ære Menalca.

Prima Syracosio dignata est ludere uersu Nostra.) Romana, inquit, Musa nō erubuit se syluis ante committere: id est, imitari Theocritum Syracusanū, & Bucolica scribere. Syracosio autē Graecè ait, nam Latinè Syracusanus dicimus. Nostra) id est, Romana: ut, Tu quoque littoribus nostris. Et dignata est sic dixit, quasi ex loco superiore. Syluas habitare) sicut, Atque humileis habitare casas. Thalia.) Musa scilicet: & Graecè ait θάλεια. nam Latinè Thaléa debuit dicere, sicut κυθέρεια, Cytheréa: sed propter euphoniam contempsit ius regulae, & ideo in Graecitate permansit. Cum canerē reges & praelia.) Cū canerę uellē. & significat Aeneidē, aut gesta regum Albanorum, quae coepta omisit, nominum asperitate deterritus. Cynthius.) Apollo, à Cyntho monte Deli, in quo natus est. Aurem uellit.) id est, mouit: ut alibi, Postesque à cardine uellit. Aurem autem ideo, quia Memoriae consecrata est, ut frons Genio, digiti Mineruae, genua Misericordiae. Deductum dicere carmen.) tenue. translatio à lana, quae deducitur in tenuitatem. Nunc ego.) Ordo est, Nunc agrestem tenui meditabor arundine musam: id est, carmen rusticum scribam. Nanque super tibi erunt.) superabundabunt tibi, inquit, ô Vare, qui ambiant tua facta describere. Hic autem Varus Germanos uicerat, & exinde maximam fuerat & gloriam & pecuniam consecutus, per quem Vergilius meruerat plurima. Tristia condere bella.) Epitheton perpetuum bellorum. Non iniussa cano.) uel à Pollione, uel ab Augusto, uel à Mecoenate. Haec quoque.) Licet uilla, sicut Theocriti. & hoc dicit, Si quis licet rustica legere fuerit ista dignatus, tuas tamen in his laudes inueniet. nam per myricas & nemora, Bucolica significat.

ECLOGA SEXTA, SILENVS.

PRima Syracosio dignata est ludere uersu
Nostra, nec erubuit syluas habitare Thalia.
Cum canerem reges, & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admouit: pastorem Tityre pingueis
Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.
Nunc ego (nanque super tibi erunt, qui dicere laudes
Vare tuas cupiant, & tristia condere bella)
Agrestem tenui meditabor arundine musam.
Non iniussa cano: siquis tamē hęc quoque, siquis
Captus amore leget, te nostræ Vare myricæ,

Nec Phœbo

Te nemus omne canet: nec Phœbo gratior ulla ē,
Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.
Pergite Pierides. Chromis & Mnasylus in antro
Silenum pueri somno uidere iacentem,
Inflatum hesterno uenas, ut semper, Iaccho.
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant.
Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.
Aggressi (nam sæpe senex spe carminis ambos
Luserat) iniiciunt ipsis ex uincula sertis.
Addit se sociam, timidisq; superuenit Aegle,
Aegle Naiadum pulcherrima: iamq; uidenti
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.
Ille dolum ridens: quo uincula nectitis? inquit:
Soluite me pueri, satis est potuisse uideri.
Carmina quæ uultis, cognoscite: carmina uobis,
Huic aliud mercedis erit. simul incipit ipse.
Tum uero in numerū Faunosq;, ferasq; uideres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.
Nec tantum Phœbo gaudet parnassia rupes,
Nec tantū Rhodope miratur, & Ismarus Orphea,

*Nec phœbo gratior ulla est.) nec enim pagina ulla Apollini est gratior, q̄ quæ nomen Vari gestat in titulo. quod ideo dicit, quia hanc Eclogam constat in honorem Vari esse perscriptam. Dicitur autem ingenti fauore à Vergilio esse recitata, adeò ut cū eam postea Cytheris cantasset in theatro, quam in fine Lycoridē uocat, stupefactus Cicero, cuius esset in theatro requireret. & cum eum tandem aliquādo uidisset, dixisse dicitur & ad suam & ad illius laudē: Magnæ spes altera Romæ. Quod ille postea ad Ascaniū transtulit, sicut cōmētatores loquūtur. Pergite Pierides.) Hortatur musas ad referēda ea quæ Silenus cantauerat pueris. Nā uult exequi sectam Epicuream, quā didicerāt tam Vergilius, q̄ Varus, docēte Sirone. & quasi sub psona Sileni Sironē inducit loquētem. Chromin autem et Mnasylon, se & Varū uult accipi: quibus ideo coniungit puellam, ut ostendat plenam sectā Epicureā, quæ nihil sine uoluptate uult esse perfectum. Chromis autem et Mnasylus, isti pueri satyri sunt. Inflatum.) impletū. Venas.) figurate. Iaccho autē, uino. à Libero patre, qui etiā Iacchus uocatur. Serta procul.) modò prope. nam intulit, Tantū capiti delapsa. ut ostenderet non longius prouolutam esse coronā. Attrita ansa.) frequenti scilicet potu. Ipsis ex.) ex ipsis: ut, transtra per & remos, id est, per trāstra. Timidis.) pro timētibus. Nam timidus est qui semper timet. Timēs uero qui ad tempus formidat ex causa. Aut reuera timidis, quia pueris naturaliter per ætatē timor est insitus. Satis est potuisse uideri.) Soluite me. sufficit enim q̄uia potui à uobis uideri. qđ ideo dicit, quia semidei cū uolūt tantū uidentur, ut Fauni, Nymphæ, Silenus. Potest & aliter intelligi. Soluite me.) sufficit, qđ talis uobis uisus sum, ut & ligari possim. Aliud mercedis erit.) Nymphæ minatur stuprū latēter, qđ uerecūde dixit Verg. In numerū ludere.) id est, saltare ad modū rhythmi & cātilenæ. Motare cacumina.) quasi hoc genus saltationis uult esse in arboribus, cacuminū motū. Parnassia rupes.) mons Thessaliæ, Apollini consecratus. Rhodope & Ismarus.) montes

Thraciæ, in quibus Orpheus consueuerat canere. & hoc dicit, Nō tantū isti montes gaudēt cantāte Apolline uel Orpheo, quantū cantante Sileno lætatus est mundus. nanq; etiam paulò post dicturus est: Et inuito processit uesper olympo. Nanq; canebat uti magnū per inane coacta Semina.) Variæ sunt philosophorum opiniones de rerū origine. Nam alij dicunt omnia ex igne procreari, ut Anaxagoras: alij ex humore, ut Thales Milesius. unde est, Oceanumq; patrē rerū.

Nanq; canebat uti magnum per inane coacta
Semina, terrarumq;, animæq;, marisq; fuissent,
Et liquidi simul ignis: ut his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis.
Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit, & rerum paulatim sumere formas.
Iamq; nouum terræ stupeant lucescere solem
Altius, atq; cadant summotis nubibus hymbres.
Incipiant syluæ cum primum surgere, cumq;
Rara per ignotos errent animalia montes.
Hinc lapides Pyrrhę iactos Saturnia regna,

alij ex quatuor elementis, ut Empedocles, secundū quem ait Lucret. Ex imbri, terra, atq; anima nascuntur & igni. Epicurei uero, quos nūc sequitur, nihil horū comprobant, sed dicūt duo esse rerū principia: corpus, & inane. Omne enim qđ est aut cōtinet, aut continetur. & corpus uolūt esse atomos, id est, quasdam minutissimas partes, quæ τομὴν, id est, sectionē non recipiūt: unde & atomi dictæ sunt, quas Lucretius minutiores dixit esse illis corpusculis, quæ infusis per fenestram radijs solis uidemus. dicit enim illis nec uisum posse accidere. Inane uero dicunt spatiū in quo sunt atomi. De his itaq; duobus principijs uolūt quatuor ista procreari, ignem, aërem, aquā, terram: & ex his cætera. ut illa duo elementa sint, hæc uero quatuor syntheta, id est, cōposita, ex alijs duobus præstent originem alijs omnibus rebus. Hac autem ratione cōprobant ex atomis & inani esse, quòd nihil est in rerum natura, quod non & corpus habeat: & quia non recipit sermonē, indicet etiam inanitatem. Vti per inane coacta Semina.) Canebat, inquit, mundi principiū: id est, quemadmodū coactæ & collectæ atomi per magnū inane fuissent origo ignis, aëris, terrarū, & maris. nam semina atomos dicit. dicimus hæc atomus, & hæ atomi. Animæq;.) id est, aëris: unde & uenti sunt. Et liquidi simul ignis) puri, id est, ætherei. Omnia & ipse tener mūdi concreuerat orbis.) Antè orbis, & sic omnia quæ in orbe sunt. nam mutato ordine ait primo, Omnia, & sic Orbis. Cōcreuerit.) collectus & informatus sit. Tum durare solum & discludere Nerea ponto.) Canebat etiam quemadmodū terra rerum sumpserit formā. Iamq; nouū terræ stupeant lucescere solem) Canebat quemadmodum post hæc stupeant terræ solis ortū, & quemadmodū cadant imbres nubibus in altū leuatis. naturale enim est, ut nubes cū cœperint soli esse uicinæ, eius calore soluātur in pluuias. Vnde & in Georgicis ait de signis serenitatis: At nebulæ magis ima petunt. Bonū sanè secutus est ordinē: ut, post solis & pluuiarū cōmemorationem, ortas syluas & animalia cūcta procreata.

Hinc lapides Pyrrhæ.) Quæstio est hoc loco. nam relictis prudentibus rebus de mūdi origine, subito ad fabulas transitū fecit. Sed dicimus, aut exprimere eum uoluisse sectā Epicuri, quæ rebus serijs inserit semper uoluptates: aut fabulis plenis admirationibus, puerorum

corda

corda mulceri. Nam fabulæ causa delectationis inuentæ sunt, ut ipse in Georgicis, dicens: Cætera quæ uacuas tenuissent carmina mentes. Quod autem dicit regna Saturnia, fabularum ordinem uertit. Nam quo tempore Saturnus regnauit in terris, nõ fuit diluuiũ, sed sub Ogyge rege Thebanorum. secundum autem diluuium fuit sub Deucalione & Pyrrha. Sane sciendum & per diluuium, & per ecpyreosin significari tẽporum mutationem.

Caucaseasq; refert uolucres, furtũq; Promethei.
His adiungit, Hylam nautæ quo fonte relictum
Clamassent, ut littus Hyla Hyla omne sonaret.
Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent,
Pasiphaën niuei solatur amore iuuenci.
Ah uirgo infelix quæ te dementia cepit?
Prœtides implerunt falsis mugitibus agros.

Caucaseasq; refert uolucres, furtumq; Promethei.) Et hic fabulæ ordinẽ uertit, quæ talis est. Prometheus post factos à se homines dicitur auxilio Mineruæ cœlum ascẽdisse, & adhibita facula ad rotam solis, ignem furatus, quem hominibus indicauit. ob quam causam irati dij duo mala immiserunt terris, febres & morbos. sicut & Sappho, & Hesiodus memorant: ἄλλα δὲ μυρία λυγρὰ κατ᾽ ἀνθρώπους ἀλάληται. πλέη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλέη δὲ θάλασσα. Quod tangit & Horatius dicens: Post ignem ætherea domo Subductum, macies & noua febrium Terris incubuit cohors. Ipsum etiam Prometheum per Mercurium in monte Caucaso religauerunt ad saxum, & adhibita est aquila, quæ eius cor exederet. Hæc aũt omnia non sine ratione finguntur. Nam Prometheus uir prudẽtissimus fuit. unde etiam Prometheus dictus est, ἀπὸ τῆς προμηθείας, à prouidẽtia. Hic primus astrologiã Assyrijs indicauit, quam residẽs in monte altissimo Caucaso nimia cura & sollicitudine deprehenderat. Hic aũt mons positus est circa Assyrios, uicinus penè sideribus. unde etiã maiora astra demõstrat, et diligẽter eorũ ortus occasusq; significat. Dicitur aũt aquila cor eius exedere, quòd ἄχος est sollicitudo, qua ille affectus siderũ omnes deprehenderat motus. Et hoc quia per prudentiam fecit, duce Mercurio, qui prudentiæ & rationis deus est, ad saxũ dicitur esse religatus. Deprehendit præterea rationẽ fulminũ, & hominibus indicauit. unde cœlestẽ ignem dicitur esse furatus. Nam quadã arte ab eodẽ mõstrata supernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit, donec eo bene usi sunt. Nam postea malo hominũ usu, in perniciem eorũ uersus est: sicut in Liuio lectũ est de Tullio Hostilio, qui eo igni exustus est cũ omnibus suis. Numa uero Põpilius impune eo usus est tantũ in sacris deorũ. Hinc est quod igne rapto, ab iratis numinibus morbi dicũtur immissi. His adiũgit Hylam.) puerũ comitem Herculis, quẽ perdidit in finibus Ionijs iuxta Mysiã, nec usq; potuit reperire. Postea cum esset cognitũ, quòd perisset in fonte, ei instituta sunt sacra, in quibus mos fuerat, ut eius nomẽ clamaretur in fontibus. ad quam imitationẽ nunc dicit, Vt littus Hyla Hyla omne sonaret. Postremũ autem la breue est: ideò, quia uocalis uocalem sequitur. Nam omnis uocatiuus græcus à masculino ueniens, a terminatus, lõgus est: ut, Aenea, Hyla, Palla. Pasiphaën.) nota fabula: Cretẽsiũ reginã, Minois uxorẽ, quæ tauri amore flagrauit. Ah uirgo.) ad hoc ptinet, quod ait Solatur. ut qđ amat taurũ, fortunæ magis uideatur esse, q̃ morũ. Virgo autem.) ut diximus suprà, à uiridiori ætate. Nam iam mater fuerat Phedræ, Ariadnes, Androgei. Prœtides implerũt falsis

mugitibus agros.) Prœtides Prœti & Stenobeæ, siue Anthiopæ secũdum Homerũ filiæ fuerunt. Hæ se cum Iunoni in pulchritudine prætulissent, illa irata hunc errorem earum immisit mẽtibus, ut se uaccas putarent: adeo ut plerunq; gemerent, & timerent aratra. Has Melampus postea purgasse perhibetur.

At non tam turpes pecudũ tamen ulla secuta est
Concubitus, quãuis collo timuisset aratrum,
Et sæpe in leui quæsisset cornua fronte.
Ah uirgo infelix, tu nunc in montibus erras,
Ille latus niueum molli fultus hyacintho
Ilice sub nigra pallenteis ruminat herbas,
Aut aliq̃ in magno seqt̃ grege: claudite nymphæ,
Dictææ nymphæ nemorũ iam claudite saltus,
Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda bouis uestigia. forsitan illum
Aut herba captum uiridi, aut armenta secutum
Perducant aliquæ stabula ad Cortynia uaccæ.
Tum canit hesperidum miratam mala puellam.
Tum phaëthontiadas musco circũdat amaræ
Corticis, atq; solo proceras erigit alnos.
Tum canit, errantem Permessi ad flumina Gallũ
Aonas in montes ut duxerit una sororum,
Vtq; uiro Phœbi chorus assurrexerit omnis.

Ilice sub nigra.) uel umbrosa, uel re uera nigra. nam talis est. *Pallenteis ruminat herbas.)* reuomit, & denuo consumit. Ruminatio autem dicta est, à ruma, eminente gutturis parte: per quam admissus cibus, à certis reuocatur animalibus. Pallenteis autem, uel aridas, uel quæ uentris calore ꝑpria uiriditate caruerunt. *Aliquam in magno seqtur grege.)* ac si diceret, habes aliquid spei, siquidem nouit amare quem diligis. Notãdũ autem, gregem eum de bobus dixisse, cum armenta dicamus. licet grex sit quorumlibet animalium congregatio. Sic Cicero in Philippicis: Fudit apothecas, cecidit greges armentorum. *Claudite nymphæ.)* Melius hoc à persona Pasiphaës dictũ accipimus. ut dicat Silenus, hoc illam aliquando dixisse. *Errabunda bouis uestigia.)* Illud expressit, quod uno uerbo Homer. ait, εἰλίποδας βοῦς, hoc est, flexis pedibus incedẽtes. *Ad cortynia.)* Nam apud Gnoson imperabat Minos eius maritus in Creta. unde illuc taurum nõ uult uenire, sed ad Cortynon, ubi fuerant áliquando Solis armenta. *Tum canit hesperidum miratam mala puellam.)* mala, quibus acceptis à Venere Hippomenes, uicit Atlantã puellam Scyriam, cursu potẽtem, quæ multos sponsos superatos occiderat: quod plenius in Aeneidos tertio libro memorauimus. *Phaëthontiadas.)* Clymenes & Solis filias, quæ dum extinctum fratrem flerent, conuersæ sunt in arbores: ut hoc loco dicit, in alnos: ut in decimo, in populos, ubi etiam plenius hanc diximus fabulam. Mira autem est canentis laus, ut quasi non factam rem cantaret, sed ipse eam cantando facere uideatur. *Amaræ corticis.)* Álibi ait, Raptus de subere cortex: qđ magis sequi debemus, ut masculino utamur. *Permessi ad flumina Gallũ.)* Helicon mons est Bœotiæ, quæ & Aonia dicitur. de hoc plurima cadũt flumina, inter quæ etiam Permessus, iuxta quem dicit ambulantem Gallum ab una Musa ad cæteras esse deductum, & illic esse factum poëtam. *Assurrexerit.)* honorẽ præbuerit; ut, Tmolus assurgit

quibus

quibus, & rex ipse Phaneus, id est, cedit. Vt Linus.) *Apollinis filius, quem suprà memorauit.* Diuino carmine.) *id est, uaticinās.* Ascræo quos ante seni.) *Hesiodo, qui Ascræus fuerat, quem dicūtur Musæ raptū de monte Parnasso poëtam fecisse, munere calamorum.*

Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor,
Floribus atq; apio crines ornatus amaro,
Dixerit: hos tibi dant calamos, en accipe, musæ:
Ascræo quos ante seni, quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grynęi nemoris dicatur origo.
Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.
Quid loquar? aut Scyllā Nisi, quā fama secuta est
Candida succinctā latrantibus inguina monstris
Dulichias uexasse rates? & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis.

Grynæi nemoris dicatur origo.) *Grynæum nemus est in finibus Ioniis, Apollini cōsecratum, in quo aliquando Calchas & Mopsus dicuntur de peritia diuinādi inter se habuisse certamen. & cum de pomorum cuiusdā arboris contenderent numero, stetit gloria Mopso, cuius rei dolore Calchas interiit. Hoc autē Euphorionis continēt carmina, quæ Gallus trāstulit in sermonē latinū. unde est illud in fine, ubi Gallus loquitur: Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi cōdita uersu Carmina. Nam Chalcis ciuitas est Eubœæ, de qua fuerat Euphorion.* Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.) *Sēsus hic est: Si tu Grynæū laudaueris nemus, in nullo se iactat Apollo.* Quid loquar aut Scyllā Nisi, quā fama secuta est.) *Scyllæ duæ fuerūt, una Phorci & Creteidos nymphæ filia pulcherrima. quā cum amaret Glaucus deus marinus, dum ipse amaretur à Circe, & eam cōtemneret, illa irata fontem in quo se Scylla solebat abluere, infecit uenenis. in quē quū descendisset puella, media sui parte in ferā mutata est. hanc postea Glaucus fecit deam marinā, quæ classem Vlyssis & socios euertisse narratur. Altera uero Scylla fuit Nisi Megarensiū regis filia, cōtra quos dum deuinctis iam Atheniensibus pugnaret Minos, propter filii Androgei interitum, quem Athenienses & Megarēses dolo necauerāt, amatus est à Scylla Nisi filia. quæ ut hosti posset placere, comam purpureā parentis abscisam obtulit: quā Nisus ita habuerat cōsecratam, ut tam diu regno potiretur, quādiu illā habuisset intactā. Postea & Scylla à Minoē contēpta, dolore in auem cōuersa est: & Nisus extinctus, deorū miseratione in auis mutatus est formam. quæ aues hodie, ut ipse in Georg. docet, flagrant inter se magna discordia. Modo ergo Vergilius aut poëtarum more miscuit fabulas, & nomē posuit pro nomine, ut diceret Scylla Nisi, pro Phorci: sicut alibi, Domitus Pollucis habenis Cyllarus: cum Castor equorū domitor fuerit. Item: Et manibus Progne pectus signata cruētis: cum Philomenæ, nō Prognæ abscisa sit lingua. Aut certe sit hysteronproteron, ut quasi utriusq; fabulæ uideatur facere cōmemorationē: ut intelligamus, Quid loquar aut Scyllam Nisi, aut quā fama secuta est Cādida succinctā latrantibus inguina monstris Dulichias uexasse rates? Aut certe accipiamus, Quid loquar, aut Scyllam Nisi, aut quā fama secuta est. ut est illud in primo: Non ignara mali miseris succurrere disco.* Dulichias uexasse rates.) *Ithacēses, à monte. Dulichiū insula est, ubi mons est Ithacus, in qua fertur habitasse Vlysses, eoq; & ipse Dulichius & Dulichias habuisse rates dicitur.*

dicitur. Vexaſſe autem rates, per tapinoſin dictum eſt. Nam non uexauit, ſed euertit: quod Probus uult hac ratione, dicens uexaſſe uenire ab eo quod eſt ueho, uecto, uexo. ut uexaſſe ſit portaſſe, & ſine dubio pro arbitrio ſuo euertiſſe. Tera.) pro Terei. Nam per ſynæreſin dictū eſt: ſicut ſuprà, Furtūq́ Prometh⸗ p Promethei. Tereus aūt rex Thracū fuit, q cū Pādionis Athenarū regis filiā Prognē nomine duxiſſet uxorē, et poſt aliquātum tempus ab ea rogaretur, ut ſibi Philomelam ſororem uidēdam accerſeret, profectus Athenas dū adducit puellam, eam uitiauit in itinere, & ei linguam (ne facinus indicaret) abſcidit. Illa tamē rem in ueſte, ſuo cruore deſcriptā miſit ſorori. Qua re cognita Progne, Itym filiū interemit, & patri epulandū appoſuit. poſtea omnes in aues mutati ſunt, Tereus in upupam, Itys in phaſianū, Progne in hirundinē, Philomela in luſciniā. Philomela dapes.) Atqui hoc Progne fecit, ſed aut abutitur nomine, aut illi imputat propter quā factū eſt. Eurotas.) fluuius Laconū, qui ab Apolline inſtructus, ſuas edocet lauros, quibus eius plenæ ſunt ripæ. Et inuito proceſſit ueſper Olympo.) Et ex eo quod dies inuitus abſceſſit, & ex eo quod nimio audiēdi deſiderio ueſper exortus eſt, cantilenæ uoluptas oſtenditur. Olympo.) id eſt, cœlo.

Aut ut mutatos Terei narrauerit artus?
Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit?
Quò curſu deſerta petiuerit? & quibus ante
Infelix ſua tecta ſuperuolitauerit alis?
Omnia quæ Phœbo quondã meditante beatus
Audijt Eurotas, iuſſitq́ ediſcere lauros.
Ille canit: pulſæ referunt ad ſydera ualles.
Cogere donec oues ſtabulis, numerumq́ referre
Iuſſit, & inuito proceſſit ueſper Olympo.

ECLOGA SEPTIMA. MELIBOEVS, CORYDON ET THYRSIS.

Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis.
Cōpulerātq́ greges Corydon et Thyrſis in unum:
Thyrſis oues, Corydon diſtentas lacte capellas.
Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo,
Et cantare pares, & reſpondere parati.

Forte ſub arguta cōſederat ilice Daphnis.) Ecloga hæc penè Theocriti eſt. Nam & ipſam tranſtulit, & multa ad eam de alijs cōgeſſit. Arguta aūt, modo canora, ſtridula. alibi argutū breue ſignificat, ut Argutūq́ caput. Daphnis.) Diuinum hunc inducit, quippe filiū Mercurij, ut diximus ſuprà. Nam hinc eſt qđ paulo poſt dicturus eſt: Caper tibi ſaluus & hœdi, quaſi diuinus. Cōpuleratq́.) Cōpellere proprie eſt in unum locū, uel diuerſa, uel diuerſorū, animalia cogere. Arcades ambo.) Nō re uera Arcades, (nam apud Mātuā res agitur) ſed ſic periti, ut eos Arcades putares. Nam & paulo poſt dicturus eſt: Soli cantare periti Arcades. Et cātare pares & reſpōdere parati, hoc eſt, qui poſſunt etiam continuū carmē dicere. Nam hoc eſt,

Cantare:

cantare:ut, Extinctũ nymphæ crudeli funere Daphnim. uel, Cãdidus insuetum miratur limen Olympi. & amœbæũ referre:ut, Et me Phœbus amat, Phœbo sua semper apud me Munera sunt lauri. Hic mihi dum.) scilicet circa eam partẽ, in qua Daphnis sedebat. Teneras defendo à frigore myrtos.) Variè hic locus exponitur. nã alij simpliciter accipiũt, dũ myrtos tego & tueor, ne eas frigus exurat. Alij, q̃ a æstatis illud fuisse asseritur tẽpus, dicunt: defendo à frigore, & tego contra frigus futurũ. Alij dicũt, dum defendo, id est, dum mihi ad defensaculum præparo myrtos à frigore, id est, quæ sũt sine frigoribus. solent enim pastores uendicare sibi loca aliqua propter frigus futurũ.

Hic mihi, dum teneras defendo à frigore myrtos,
Vir gregis ipse caper deerrauerat, atq; ego Daphnin
Aspicio: ille ubi me cõtrà uidet, ocyus inq̃t,
Huc ades ò Melibœe, caper tibi saluus & hœdi.
Et si quid cessare potes, requiesce sub umbra.
Huc ipsi potum uenient per prata iuuenci.
Hic uiridis tenera prætexit arundine ripas
Mintius, eq; sacra resonãt examina quercu.
Quid facerẽ? neq; ego Alcippẽ, nec Phyllida habebam,
Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos.
Et certamẽ erat Corydon cum Thyrside magnũ,
Posthabui tamen illorum mea seria ludo.
Alternis igitur contendere uersibus ambo
Cœpere, alternos musæ meminisse uolebant.
Hos Corydõ, illos referebat in ordine thyrsis. Co.

Vir gregis.) abusiuè. nam tantũ hominũ est: sicut alibi, Quem legêre uirũ. Item & Horatius: Et olentis uxores mariti. acyrologia est, quod tamẽ ad Theocriti imitationem dictũ est, qui ait: ὦ τράγε τᾶν λευκᾶν αἰγᾶν ἄνερ. Caper tibi saluus & hœdi.) aut, quia in capro est spes hœdorũ: aut intelligimus istum etiam hœdos perdidisse, sed nescire. quod tamen ille quasi diuinus indicat. potest tamen etiã scire, sed leuius damnũ maioris cõtemplatione cõtemnere.

Et si quid cessare potes.) Si potes tibi breue ociũ persuadere. Nam loquitur ad hominẽ amantẽ laboris. Requiesce sub umbra.) mecũ scilicet. Huc ipsi potũ ueniẽt per prata iuuẽci.) ipsi, id est, sponte sua. & intelligimus istũ præter capellarũ gregẽ iuuẽcos habuisse peculiares: aut certe Ipsi, referamus ad hœdos & caprũ: ut, per prata iuuẽci. Mintius.) fluuiũ intelligamus, q̃ Venetiæ est. E'q; sacra.) & de sacra: ut, E'q; chao dẽsos diuũm enumerabat amores, id est, à chao. Neq; ego Alcippen, neq; Phyllida habebã.) Has duas intelligamus esse amicas cãtantium. Nã hoc dicit, nec Alcippen habebã, ut ille: nec Phyllida, ut alter. Certamen erat Corydon cũ Thyrside.) Figuratè locutus est, magnũ certamen ille cum illo erat: ac si dicas, magna contentio est cum Cicerone Vergilius. Mea seria.) necessitatem capri inquirendi, uel hœdorum. Ludo.) cantilenæ: ut, Ipsum Ludere quæ uellem calamo permisit agresti. Alternis igitur cõtendere uersibus ambo.) hoc est quod ait suprà, Respondere parati. Alternos musæ meminisse uolebant.) Si uolebant, sensus est, Musæ utriusque meminerãt: ut, Amant alterna camœnæ. sed multi Volebam legunt, ut sit: Optabam ô Musæ meminisse alternos, id est, omnia quæ dixerunt tenere. Nam & in fine dicturus est, Hæc memini. Referebat.) Amœbæi carminis lege, ut diximus suprà.

Nymphæ noſter amor Libethrides.) Libethros fons eſt, ubi colūtur Muſæ. & ſic ait Libethrides, ac ſi diceret Hippocrenides, à fonte Hippocrene. ut aūt poëtæ inuocēt nymphas (ſicut hoc loco, itē in fine: Extremū hūc Arethuſa mihi concede laborē) hæc ratio eſt, qđ ſecundum Varronē ipſæ ſunt nymphæ, quæ & Muſæ: nec immerito. nam aquæ motus muſicā efficit, ut in hydria uitrea uidemus. Sanè ſciendū, qđ idem Varro tres tantū Muſas eſſe cōmemorat: unā, quæ ex aqua naſcitur motu: alteram, quam aëris icti efficit ſonus: tertiam, quæ mera tantum uoce cōſiſtit. Et multi uolunt in hac Ecloga eſſe allegoriam: ut Daphnis ſit Cæſar, Corydō Vergilius, Thyrſis uero q̄ uincitur Vergilij obtrectator, aut Bauius, aut Anſer, aut Meuius poëtæ.

Nymphæ noſter amor Libethrides, aut mihi car=
Quale meo Codro, cōcedite: ꝓxima Phœbi (men
Verſibus ille facit: aut ſi non poſſumus omnes,
Hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu. Thyr.
Paſtores hedera creſcentem ornate poëtam
Arcades, inuidia rumpantur ut ilia Codro.
Aut ſi ultra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne uati noceat mala lingua futuro. Co.
Setoſi caput hoc apri tibi Delia paruus,
Et ramoſa Micon uiuacis cornua cerui.
Si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota
Puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno. Thyr.
Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis

Proxima Phœbi.) ſubaudis Carmina. *Aut ſi non poſſumus omnes.)* Secundū illud dixit, Nō omnia poſſumus omnes. Nā debuit dicere, Aut ſi ego nō poſſum. *Sacra pinu.)* matri deū cōſecrata: ſic ſuprà, Sacra quercu: ſcilicet Ioui dicata. *Creſcentē poëtā,)* Verecūde locutus eſt, nō iam poëtā dicens, ſed naſcentem. Sanè hoc loco carmen exprimitur amœbæum. Nam cum Corydon petijſſet, ut eſſet Codri ſimilis: hic ſe adeò Codrū ſuperare dixit, ut in ſe eius inuidiam poſſit mouere. Hedera autē coronantur poëtæ, ut quaſi Libero cōſecrati, qui etiā ut Bacchæ inſaniūt. Sic Horatius: Vt maleſanos Aſcripſit ſatyris Fauniſq; poëtas. Vel quod ſemper uirēt hederæ, ſicut carmina æternitatē merētur. *Rūpantur ut ilia.)* ſicut etiā in Aeneide diximus, hoc ile & hæc ilia facit. Vnde etiā Iuuenal. ait: Vis frater ab ipſis Ilibus? Nam Marylus mimographus cōtempſit artem ad iocū mouendū. & paraſito dixit: Tu ut Hector ab ilio nunquā recedis. Eſt aūt hoc dictū per amaritudinē ruſticam. *Vltra placitum.)* id eſt, nimiè. Irriſorie, ultra q̄ placeo et mereor. *Mala lingua.)* faſcinatoria, nocendi ſcilicet ſtudio. *Micon.)* uel eius filius, uel patronus. *Viuacis cerui.)* ut enim Plin. dicit in naturali hiſtor. cū ſe cerui grauatos ætate cognouerūt, ſerpētes requirūt, ut eos flatu ad ſe tractos cū comederint, reuertantur rurſus in ætatē priorē. *Si proprium hoc fuerit.)* Quod ſuprà petierat ſcilicet, ut talia carmina fecerit, qualia Codrus effecerat. *Leui de marmore tota.)* Solēt enim plerūq; caput tantū, uel thoraca facere. *Suras euincta cothurno.)* Ideo ſingulari uſus eſt numero, quia hoc genus calciamēti utriq; aptū eſt pedi: ſic in primo Aeneidos: Purpureóq; alte ſuras uincire cothurno. *Sinum lactis.)* Sinus genus eſt uaſis, quod cum ſignificamus, ſi producitur. cum uero gremium ſignificamus, ſi corripimus. Sanè notandum, haberi conſiderationē diuinarū perſonarū. nam ille ſuprà cum uene=

ratione locutus est apud numen seuerum: contrà hic iocatur, quia loquitur numini, quod iocis gaudere manifestum est. Priapus autem deus Lampsacenus est Hellesponti, *qui hortos tuetur.* Liba.) *placenta.* Pro tempore.) *pro necessitate.* Si *fœtura gregem suppleuerit.) si tot agnos habuero, quot oues. hoc est enim gregem suppleri per fœturam.* Fœtura *enim est prouentus, id est, ipse fœtus.* Nerine Galatea.) O *amica, quæ talis es qualis fuit* Galatea, *quam* Cyclops *amauit.* Nerine *autẽ patronymicum est* Græcũ. Nã *fœminina patronymica, aut in as exeunt, ut* Pelias: *aut in eis, ut* Atreis: *aut in ne, ut* Nerine, Adrastine. Thymo mihi dulcior hyblæ.) Vel *odore hyblæi thymi, uel melle hybleo: ut à materia rem ipsam dixerit.* Nam *apibus, nõ hominibus dulcis est thymus.* Hedera *formosior alba.) qa sunt & nigræ hederæ: ut,* Aut *hederæ pandunt uestigia nigræ.* Nigra *autẽ uel alba hedera non ex folijs, sed ex ligno cognoscitur.* Tui Corydonis.) Plenus *affectus est: ut,* Si *quis amatæ* Tangit *honos animũ.* Sardois *herbis.*) In Sardinia *enim nascitur quædã herba, ut* Sallu. *dicit, quæ sardoa dicitur, apiastri similis. hæc ora hominũ rictus dolore contrahit, & quasi ridentes interimit.* Ite *domũ pasti, si quis pudor, ite iuuenci.*) Qui *ad pascendũ auidissimi sunt.* Ideo *autem increpat tauros tardè redeuntes ad stabula, quia superius ille dixerat, tunc amicã suã uenire debere, cum tauri ad præsepia fuissent reuersi.* Muscosi *fontes.*) Lanugine *uiridiore cooperti.* Arbutus.) Genus *arboris frondibus raris.* Iam *uenit æstas.*) Iam *aduenit, iam propinquat.* Non *enim dicit æstatẽ esse, cũ adhuc turgere gemmarũ palmites dicat. & bene tardè frondere uites, in* Venetia, *quæ est prouincia frigidior.* Hic *focus & tædæ pingues.*) Contraria *iste dicit.* Pingues *autem tædas ait, desudantes picem.*

Numerũ *lupus.*) Quia *solã considerat lupus prædã.* Torrẽtia *flumina ripas.*) Quæ *au ctã riparũ numina spernũt.* Stant & *iuniperi.*) *modò plenæ sunt, aliàs horrẽt: ut,* Stãt *lumina flãma. aliàs uero stant: ut,* Stant *manib. aræ.* Castaneæ *hirsutæ.*) *adhuc inter si os*

Expectare sat est: custos es pauperis horti.
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu,
Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto. Co.
Nerine Galatea thymo mihi dulcior hyblæ,
Candidior cygnis, hedera formosior alba.
Cum primũ pasti repetent præsepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura, uenito. Thyr.
Immò ego Sardois uidear tibi amarior herbis,
Horridior rusco, proiecta uilior alga,
Si mihi non hæc lux toto iam longior anno est:
Ite domũ pasti, si quis pudor, ite iuuenci. Co.
Muscosi fontes, & somno mollior herba,
Et quæ uos rara uiridis tegit arbutus umbra,
Solstitium pecori defendite: iam uenit æstas
Torrida, iam læto turgẽt in palmite gẽmæ. Thyr.
Hic focus, & tædæ pingues, hic plurimus ignis
Semper, & assidua postes fuligine nigri.
Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum
Aut numerũ lupus, aut torrẽtia flumina ripas. Co.
Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ.

echinos locatæ. Rident.) Lætæ sunt: ut, Mixtáq; ridenti colocasia fundet acantho. Horat. Ille terrarum mihi præter omnes Angulus ridet. Flumina sicca.) ὑπερβολικῶς. etiã iuges aquas, & perpetuo fluentes siccari cõspicias. Aret ager.) Ordo est: aret ager, & sitit herba moriẽs uitio aëris. id est, pestilẽtia corrupti aëris affligitur. Inuidit collibus umbras.) Exiccatæ sunt uites nimio æstu, & folia amiserũt: ut, Te ne, inquit, miserande puer cum læta ueniret, Inuidit fortuna mihi? Nam inuideo tibi illam rẽ dicimus. Sanè sciendum, has pampinos nunquam Vergilium dicere, sed Varronem fœminino uti frequẽtius. Iuppiter & læto descẽdet plurimus imbri.) Sic alibi, Coniugis in gremium lætæ descendit. Aër enim in pluuias soluitur. Fraxinus in syluis cedet tibi, pinus in hortis.) Nõ sic erũt pulchræ arbores in suis locis, hoc est, sibi aptis creatæ, sicut si ad me frequenter uenire curaueris. Hæc memini.) Et memini illam rem dicimus, & memini illius rei: ut, Nec ueterũ memini, lætór ue malorũ. Item, Numeros memini. Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.) uictor nobilis supra omneis: quam rem quasi rusticus implere non potuit.

Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma.
Omnia nunc rident. at si formosus Alexis
Mõtibus his abeat, uideas & flumina sicca. Thyr.
Aret ager, uitio moriens sitit aëris herba.
Liber pampineas inuidit collibus umbras.
Phyllidis aduentu nostræ nemus omne uirebit.
Iuppiter & læto descendet plurimus imbri. Co.
Populus Alcidæ gratissima, uitis Iaccho,
Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.
Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus uincet corylos, nec laurea Phœbi. Th.
Fraxinus in syluis pulcherrima, pinus in hortis,
Populus in fluuijs, abies in montibus altis.
Sæpius at si me Lycida formose reuisas,
Fraxinus in syluis cedet tibi, pinus in hortis. Me.
Hæc memini, & uictũ frustra cõtendere Thyrsim,
Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

ECLOGA VIII. PHARMACEVTRIA.

DAMON, ALPHESIBOEVS.

PAstorum musam, Damonis & Alphesibœi:
Immemor herbarum quos est mirata iuuenca,

PAstorũ musam Damonis.) Apud Theocritum est una ecloga, quæ appellatur φαρμακεύτρια, in qua inducitur mulier quædam sacris quibusdã peruertens mentem amatoris, à quo spernebatur. Quã Vergilius transtulit ad huius eclogæ ultimã partem. Prima enim eius pars conquestionẽ solã habet amatoris decepti, quem nubendo alteri antiqua sponsa fefellerat. Musam.) cantilenã amorum, quos inter se cecinerũt. Immemor herbarũ quos est mirata iuuenca.) Qui cantilenæ suauitate coëgerunt

coegerunt etiã ea animalia obliuisci pascuorũ, quæ sunt pascendi auidissima. Nã suprà ait: Ite domũ pasti, si quis pudor, ite iuuenci. Stupefactæ carmine lynces.) *Paulatim ad argumenta procedit, dicens: Iuuencæ oblitæ sunt pascuorũ, stupuerunt feræ, flumina etiam sensu carentia cursus proprios retardarunt.* Requierũt flumina cursus.) *quietos esse fecerunt. sic Sallust. Paululum requietis militibus quiesco. Ego enim aliter, & aliter quiesco seruũ: id est, quiescere facio.* Tu mihi seu magni superas iam saxa Timaui.) *Vbi ubi es, ò Auguste, siue Venetiæ fluenta trãscendis (nam Timauus fluuius est Venetiæ) siue prope Illyricũ nauigas mare, id est, per Dalmatiã: putas unquam erit tempus, quo mihi liceat tua facta describere? putas erit?* Ecce iam aderit. *nã* En *unũ, optãtis est: aliud confirmãtis.* Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.) *ac si diceret, Quanquã impar sit ingeniũ meũ laudibus tuis. Nam tuæ laudes merentur exprimi Sophocleo tantũ cothurno. Sophocles autẽ tragœdiographus fuit altisonus.*

Certantes, quorum stupefactæ carmine lynces,
Et mutata suos requierunt flumina cursus:
Damonis musam dicemus, & Alphesibœi.
Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timaui,
Siue oram Illyrici legis æquoris, en erit unquam
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta?
En erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem,
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.
A te principium, tibi desinet. accipe iussis
Carmina cœpta tuis, atq; hanc sine tempora circũ
Inter uictrices hederam tibi serpere lauros.
Frigida uix cælo noctis decesserat umbra,
Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est,
Incũbens tereti Damon sic cœpit oliuæ. Da.
Nascere, præq; diem ueniens age lucifer almum,
Coniugis indigno Nysæ deceptus amore
Dum queror, & diuos (quanquam nil testibus illis

A te principium, tibi desinet.) *Sic & Hom.* ἐν σοὶ μὲν λήξω καὶ ἄρξομαι. *Horatius: Prima dicte mihi, summa dicẽde camœna.* Iussis carmina cœpta tuis.) *Suprà enim dixerat, Non iniussa cano.* Atq; hanc sine tempora circum Inter uictrices hederã tibi serpere lauros.) *Allegoricôs dicit: Debet etiã carmen meum florere inter tuos plures triumphos. nam uictores imperatores lauro, hedera coronantur poëtæ. Verecundè autem ait serpere, hoc est, humiliter procedere.* Frigida uix cælo noctis decesserat umbra.) *Statim simulatq; decesserat. & bene ostendit amatorem totã nocte uigilasse. Siquidem ortum luciferum primus aspexit, & ad eum quippe, ut ad Veneris stellam locutus est.* Cum ros gratissimus.) *Masculini est generis, secundũ quod etiã in Aeneid. ait, Spargit rapida ungula rores Sanguineos.* Tereti.) *Teres est rotundũ & oblongum, ut columna, arbor.* Præq; diem ueniens age Lucifer almũ.) *Præueniens age diem clarissimũ. sic alibi, Ducebatq; diem. & hoc dicit: Nascere, dum queror cõiugis Nysæ indigno amore deceptus, & moriens alloquor diuos. quanq̃ mihi nihil profuerit, quòd sum eos sæpe testatus. Quam rem secundum Epicureos ait, qui dicunt: Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.* Coniugis.) *Non quæ erat, sed quæ fore sperabatur. sic in 4. Aeneid. Quos ego sum toties iam dedignata maritos.*

Extrema moriens tamen alloquor hora.) id est, paulò post moriturus. sic in quarto: incubuitq; thoro, dixitq; nouissima uerba. Incipe Mænalios mecũ mea tibia uersus.) id est, Arcadicos: nam Mænalus mons est Arcadiæ. Dicitur autẽ hic uersus intercalaris, qui frequenter post aliquãtulos interponitur uersus: sicut intercalares dies, aut menses uocãtur, qui interponũtur, ut ratio Lunæ Solisq; cõueniat. Fecit autẽ hunc uersum ad imitationẽ Theocriti, qui frequenter dicit in Pharmaceutria: ἴυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα. O turbo maritum meũ domũ adducito. sicut hic in sequentibus: Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnim.

Profeci) extrema moriens tamen alloquor hora.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
Mænalus, argutumq; nemus, pinosq; loquenteis
Semper habet: semper pastorũ ille audit amores,
Panaq;, qui primus calamos non passus inerteis.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
Mopso Nysa datur: quid nõ speremus amanteis?
Iungentur iam gryphes equis, æuoq; sequenti
Cum canibus timidi uenient ad pocula dammæ.
Mopse nouas incide faces, tibi ducitur uxor.
Sparge marite nuces, tibi deserit hesperus Oetã.

Mea tibia.) mea Musa. Mænalus) ille mons. Argutũq; nemus.) Garrulũ, stridulũ: ut, Fortè sub arguta cõsederat ilice Daphnis. Pinosq; loquenteis.) Ideo hoc ausus est dicere, quia dicturus est: Semper pastorũ ille audit amores. sic etiã in prima ecloga, Formosam resonare doces Amaryllida syluas. sic in Aeneide, Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni. Mopso Nysa datur.) Honesta turpissimo, pulchra deformi. Iungentur iam gryphes equis.) Hoc genus ferarũ in Hyperboreis nascitur mõtibus, omni parte leones sunt, alis & facie aquilis similes, equis uehementer infestæ, Apollini consecratæ. Aeuoq; sequenti.) id est, accessu temporis non solũ pulchræ deformibus nubent, sed etiã contrariæ naturæ animalia iungentur. Cum canibus timidi uenient ad pocula dãmæ.) Alludit ad personas. nam Mopsum quasi canem, Nysam quasi dammã uult: & dammas mascul. genere posuit. sic alibi, Timidi dammæ, ceruiq; fugaces. Horatius fœmineo ait: Et superiecto pauidæ natarũt æquore dãmæ. Mopse nouas incide faces.) quæ solent præire nubenteis puellas. Sanè Varro in nuptijs dicit ideo faces præire, quòd antea non nisi per noctem nubentes ducebãtur à sponsis. quas etiã ideo limen ait non tangere, ne à sacrilegio inchoarent, si depositurae uirginitatẽ calcent rem Vestæ, id est, numini castissimo consecratã. Tibi ducitur uxor.) id est, sub tuo nomine alij ducitur: ut eã non ipsi, sed alijs seruiturã significet esse, scilicet eius corruptoribus. Sparge marite nuces.) Idem Varro spargendarũ nucum hanc dicit esse rationẽ, ut Iouis omine matrimonium celebretur, ut nupta matrona sit sicut Iuno. Nam nuces in tutela sunt Iouis, unde & iuglandes uocãtur, quasi Iouis glandes. Nam illud uulgare est, ideo spargi nuces, ut à rapientib. pueris fiat strepitus, ne puellæ uox uirginitatem deponentis possit audiri. Modò tamẽ ideo ait, Sparge marite nuces, ut eum culparet infamiæ. nam meritorij pueri, id est, catamiti, quibus licenter utebantur antiqui, recedentes à turpi seruitio nuces spargebant: id est, ludũ pueritiæ, ut significarent se puerilia cuncta iam spernere. Vnde & illud dictũ est, Tibi ducitur uxor: id est, sub

Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
O digno coniuncta uiro, dum despicis omneis,
Dumq́ tibi est odio mea fistula, dumq́ capellæ,
Hirsutumq́ supercilium, prolixaq́ barba:
Nec curare Deum credis mortalia quenquam.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
Sepibus in nostris paruam te rosida mala,
Dux ego uester eram, uidi cum matre legentem.
Alter ab undecimo tum me iam cœperat annus.
Iam fragileis poteram à terra contingere ramos.
Vt uidi, ut perij? ut me malus abstulit error?
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
Nunc scio quid sit amor: duris in cotibus illum
Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,
Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem

tuo nomine alijs ducitur, ut eam non ipsi, sed alijs seruiturã esse significet, scilicet eius corruptoribus. Tibi deserit hesperus Oetam.) *Montem Thessaliæ, in quo stellæ uidentur occidere, sicut de Ida nasci: ut,* Iamq́ iugis summæ surgebat Lucifer Idæ. *& hoc dicit* Tibi, *id est, propter te nox aduenit.* O digno coniuncta uiro.) *Iam insultat puellæ.* Viro.) *Mopso, rustico & deformi, qualẽ tu quæsisti dum despicis omneis. & iracundè dicit eum omneis despicere, cum se solũ despiciat.* Mea fistula.) *cantilena.* Dumq́ capellæ.) *scilicet tibi sunt odio.* Hirsutũq́ supercilium.) *Per incultum corpus ostẽdit fortitudinem suam.* Prolixaq́ barba) *demissa barba.* Nec curare deũ credis mortalia quenquã.) *Superbia tua dãnata est turpi marito, dum credis nullum deorũ curare mortalia. Quã rem secundũ Stoicos dixit.* Rosida mala) *matutini roris humore perfusa.* Dux ego uester erã.) *Aut dux præibam, aut capellas alloquitur.* Alter ab undecimo tunc me iam cœperat annus.) *id est, tertiusdecimus. Alter enim de duobus dicimus. ut unus sit ab undecimo duodecimus: alter, tertiusdecimus. Nã pubertati uicinũ se fuisse significare uult, quod de duodecimo anno procedere nõ potest.* Iam fragileis poterã à terra cõtingere ramos.) *nec dum magnos & altos. & hoc dicit: tantæ altitudinis eram, iam ut possem attingere minores & fragileis adhuc arboris ramos. & bene cum annis iungit habitum corporis. nam & iure pubertas ex utroq; colligitur.* Vt uidi, ut perij?) *Vnum est temporis, aliud qualitatis. nam hoc dicit, Mox uidi: quemadmodum perij.* Malus error.) *Diffinitio amoris. nam amor errare plerunque compellit.* Nunc scio quid sit amor.) *uel quasi iam iuuenis, uel quasi spretus. Grauior enim amor fit ex desperatione. Terent. Perij, quanto minus spei est, tanto magis amo.* Ismarus aut Rhodope.) *Montes sunt Thraciæ asperrimi. Et peritè uituperat amorẽ ab origine. itẽ à gestis rebus: ut,* Sæuus amor docuit. *Nã de exitu circa deũ uituperatio nõ cadit.* Extremi Garamantes.) *Populi sunt Africæ. Extremi aũt, sæui, quasi à cõsortio humanitatis remoti: ut,* Extremiq́; hominũ Morini, Rhenusq́ bicornis. Nec generis nostri puerũ, nec sanguinis edunt.) *id est, nihil habentẽ in se humanitatis. nam nõ dicit, non mortalem.* Sæuus amor docuit natorũ sanguine matrem Cõmaculare manus.) *quasi nouã artem insinuauit, & infudit.* Natorũ

ſanguine.) Et bene fabulam omnibus notā per tranſitum tetigit. Quis enim ignorat Medeā ab Iaſone contemptam, ſuos filios interemiſſe? Commaculare.) polluere. Crudelis tu quoq; mater.) Vtitur autē optima moderatione. nam nec totum amori imputat, ne defendat paricidam: nec totum matri, ne amorem eximat culpa. ſed & illā quæ paruit, & illū qui coēgit, incuſat. Improbus ille puer, crudelis tu quoq; mater.) Non eſt ſuperflua hæc uerborum iteratio. nam ſyllogiſmus eſt plenus, qui conſtat ex propoſitione, aſſumptione, & concluſione. Oues ultro fugiat lupus.) Optat omnia fieri contra naturam, ut ſcilicet quia illa pulcherrima turpiſſimo marito nupſit: quod bene contra naturā uidebatur, cum eſſet ipſa honeſta: conſequēs ſit, ut ſint alia contra naturam. ut fugiat lupus oues, & ferāt quercus aurea mala, & reliqua quæ dicit.

Commaculare manus. crudelis tu quoq; mater:
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer, crudelis tu quoq; mater.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uerſus.
Nunc & oues ultro fugiat lupus, aurea duræ
Mala ferant quercus, narciſſo floreat alnus.
Pinguia corticibus ſudent electra myricæ.
Certent & cygnis ululæ, ſit Tityrus Orpheus.
Orpheus in ſyluis, inter delphinas Arion.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uerſus.
Omnia uel medium fiant mare, uiuite ſyluæ.
Præceps aërij ſpecula de montis in undas
Deferar, extremū hoc munus morientis habeto.
Deſine Mænalios, iam deſine tibia uerſus.
Hæc Damon. uos quæ reſponderit Alphœſibeus,
Dicite Pierides: nō omnia poſſumus omnes. Al.

Electra pinguia.) id eſt, ſuccinæ gemmæ. Myricæ.) arbuſta uiliſſima. Certent cygnis ululæ.) Aues, ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, id eſt, à fletu nominatæ. Sit Tityrus Orpheus.) Viliſſimus ruſticus Orpheus ſcilicet putetur, in ſyluis: Arion uero, inter delphinas. Hic autem Lesbius citharœdus optimus fuit, qui quū Tarento Corinthum cum multis opibus peteret, & uideret ſibi in mari tendi à nautis inſidias, petijt ut cithara paululum caneret: ad cuius ſonū cum Delphini perueniſſent, excuſſit ſe ſuprà unum, & ita imminens uitauit periculū. Delphinas.) Nas ideo breuis eſt, quia Græca declinatio eſt: ſicut, Arcadas accenſos monitu. Nam omnia Græca nomina, quæ nominatiuum in es terminant, ut Arcades, Delphines, Naiades, accuſatiuū pluralem corripiunt. Omnia uel medium fiant mare.) aut omnis terra operiatur fluctibus maximis, aut medium χάος. optat enim confuſionem omniū elementorum. Viuite ſyluæ.) Valete. nam non bene optantis eſt, ſed renūciantis. Ordo eſt, Præceps deferar in undas de ſpecula aërij montis. Extremū hoc munus morietis habeto.) id eſt, moriar in inuidiā tuā. nam amarè ait Munus. ſic Mezentius, Et hæc tibi porto Dona prius. Hæc Damon) ſubaudi Dixit, uel Cecinit. Dicite Pierides.) Bene animos erigit auditorū, dicendo: Superiora utcūq; dicta ſunt, ſequentia nō niſi à numinibus potuerūt explanari. Sanè id debemus accipere, paſtores hoc referre, quod aliquando in Arcadia audierūt. unde & ſupius ait, Incipe Mænalios mecū mea tibia uerſus. i. Arcadicos. Non oīa poſſumus omnes.) ſic Cicero: Vnū ſuſtinere uix pauci poſſunt, utrūq; nemo.

Effer

Effer aquam.) Hic inducit mulierem sacris quibusdā peruertentem mentem amatoris, à quo spernebatur. Adole.) incende, κατὰ εὐφημισμὸν dicitur. nam Adole, est auge. Sanos sensus) non amantes. unde contrà amanteis, insanos uocamus. Auertere autē, à sanitate mutare: aut auertere ait, pro conuertere, ut sit mutata præpositio. Experiar.) coner, probem, incipiam. Carmina uel cælo possunt deducere lunam.) Vel, id est, etiam:

Effer aquam, & molli cinge hæc altaria uitta,
Verbenasq; adole pingueis, & mascula thura,
Coniugis ut magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus: nihil hic nisi carmina desunt.
Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Carmina uel cælo possunt deducere lunā.
Carminibus Cyrce socios mutauit Vlyssi.
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnin.
Terna tibi hęc primū triplici diuersa colore
Licia circundo, terq; hæc altaria circùm
Effigiē duco: numero Deus impare gaudet.
Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnin.
Necte trib⁹ nodis ternos Amarylli colores.
Necte Amarylli nodos, & Veneris dic uincula necto.
Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daphnin.
Limus ut hic durescit, & hęc ut cera liquescit,
Vno eodemq; igni: sic nostro Daphnis amore.

ut, Vel Priamo miserāda manus. Est autem argumentum à maiore ad minus. Si hæc possunt facere carmina, cur nō etiam facilia impleantur? Quid enī facilius, q̄ ut ex urbe rus redeat, & ciuitatem deserat rusticus? Cantando.) dum incantatur. nā gerundiuus modus ab omni uerbo similiter procreatur. unde modo Cantādo à passiuo ait, cum suprà ab actiuo dixerit: ut, Cantando tu illum? Tale est illud in Sallustio, Cū ipse ad imperandū Tisidium uocaretur: id est, ut ei imperaretur. Frigidus.) nocens: ut, Frigida Saturni quo sese stella receptet. Licia circūdo.) Bene utitur licijs, quæ ita stamen implicant, ut hæc adolescentis mentem implicare contendit. Effigiem duco.) Amatoris dicit effigiē. sic Dido: Effigiemq; toro locat, haud ignara futuri. Numero Deus impare gaudet.) Aut quēcunq; superorū, aut Hecatē dicit, cuius potestas triplex esse perhibetur. Vnde est, Tria uirginis ora Dianæ. Nam (ut supra dictū est) superi dij impari, inferi pari gaudent. Impare autē propter metrū ait. nam ab hoc impari dicimus. Necte) coniunge. Tribus nodis.) alligationibus. Amarylli.) Vocatiuus græcus. Hæc Amaryllis est ea, quā Græci συμνέτιν dicunt. Et Veneris dic uincula necto.) Anapæstus est, trimeter hypercatalecticus. Hoc autem metrum est Cupidini consecratū, ut ita implicetur mens amatoris, sicut implicantur & cōnectuntur illi colores inuicem. Limus ut hic durescit.) Fecerat illas duas imagines, alteram ex limo qui ex igne fit durior, alteram ex cera quæ igne soluitur: ut uidelicet mens amatoris ita duresceret ad illā quā tunc amabat, omneisq; alias sicut limus ad ignē: & ad se ita molliretur & solueretur amore, ut cera ad ignē liquescit. Sic nostro Daphnis amore) subaudi Durescat et liquescat, ut scilicet quā appetit deserēs, me potius amet.

Sparge

Sparge molam.) far & salem. Et fragileis incende bitumine lauros.) id est, lauros diuino igne consume. nam bitumen ex fulmine dicitur procreari, Vnde iuxta Babiloniam, quia frequentia cadunt fulmina, hac re lacus redundat, adeo ut inde fabricasse muros Semyramis dicatur. In Daphnide laurum.) Aut archaismos est, pro In Daphnidē: aut intelligamus supra Daphnidis effigiem eum laurum incendere, propter nominis similitudinem.

Sparge molā, & fragileis incēde bitumine lauros.
Daphnis me malus urit, ego hāc in Daphnide laurū.
Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daph=
Talis amor Daphnin, qualis cū fessa iuuencū (nin.
Per nemora, atque altos quærendo bucula lucos
Propter aquæ riuum uiridi procumbit in herba,
Perdita, nec seræ meminit decedere nocti:
Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.
Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Da=
Has olim exuuias mihi perfidus ille reliqt (phnin.
Pignora chara sui, quæ nunc ego limine in ipso
Terra tibi mando, debent hæc pignora Daphnin.
Ducite ab urbe domū mea carmina, ducite Daph=
Has herbas, atque hęc Pōto mihi lecta uenena (nin.
Ipse dedit Mœris, nascuntur plurima Ponto.
His ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis
Mœrin, sæpe animas imis exire sepulchris,
Atque satas aliò uidi traducere messes.
Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Da=
Fer cineres Amarylli foras, riuoque fluenti, (phnin.
Trāsque caput iace, ne respexeris: his ego Daphnin
Aggrediar: nihil ille Deos, nil carmina curat.
Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Da=
Aspice, corripuit tremulis altaria flāmis (phnin.
Sponte sua dum ferre moror, cinis ipse: bonū sit.
Nescio quid certe est, & Hylax in limine latrat.

Bucula) Bouis est diminutio. Sanè bos anomalū nomē est. Nā hic bos & o bos producit, sicut his bobus, & ab his bobus. Nam reliqui omnes casus breuem habent syllabā primā. Propter aquæ riuū.) iuxta. Perdita.) amore cōsumpta. Nec sit mihi cura mederi.) Aut nolim magicis artibus subuenire, aut nolim cum ipso concumbere. Ab utroque enī medicina amantibus uenit. Perfidus.) nunc scilicet perfidus. Limine in ipso) loco sacro: sicut suprà diximus, Vestæ. Atque satas aliò uidi tra. mess.) Magicis quibusdam artib. hoc fiebat. unde est in Duodecim tabulis: Né ue alienam segetem pellexeris. Ne respe.) Nolunt enim se uideri numina, nisi ex nimia necessitate. unde pro miraculo dictū est: Alma parens confessa deam. quod non faceret, nisi in periculo filij. Nihil ille Deos, nil car. cu.) Satis est quòd putat artē magicā nil ualere. Corripuit tre. al. flam.) Hoc uxori Ciceronis dicitur cōtigisse, cum post peractū sacrificiū libare uellet, in cinere uisa est flāma, quæ flāma eodē anno consulē futurū ostēdit eius maritū: sicut Cice. in suo testatur poëmate. Bonū sit,) Ideo dubitat & optat, ut hoc signū bonū sit, quia ignis medius est, & qui possit etiā nocere. In li. latrat.) In loco, ubi amati uestes obruerat.

Ipsi sibi

Ipsi sibi somnia fingunt.) Omnia quæ suprà dixerat de arte magica, destruit dicẽdo, hæc uera desiderãtibus tãtũ uideri, qđ prouerbiũ est locutus.

Credimus: an q amãt, ipsi sibi ĩsõnia fingũt? (nis.
Parcite, ab urbe uenit, iam parcite carmina, Daph

QVò te mœri pedes? an quò uia ducit in urbem?) Hæc Ecloga continuum non habet carmen, sed de diuersis locis Theocriti aliqua ad eam contulit. Sanè hoc cõtinet. Virgilius postquam penè occisus est ab Ario centurione, Romam reuertens, mandauit procuratoribus suis, ut tuerentur agros, & ad præsens obsequerentur Ario. Modo ergo Mœris procurator eius secũdum præceptum patrom portat hædos Mantuam, quos Ario offerat. Sequitur alter pastor, & eum quò pergat interrogat. ille deflet suas miserias: & hinc iã uariæ pstatur occasio cãtilenæ. *Quò te Mœri pedes?*) subaudi, ducunt: & est zeugma à posterioribus. *Viui peruenimus.*) id est, diu uiuẽdo ad ista peruenimus. & ostẽdit plerunque obesse hominibus uitæ lõginquitatẽ, quæ interdum causa est miseriarum.

ECLOGA NONA, MOERIS.

LYCIDAS, MOERIS.

QVò te Mœri pedes? an quò uia ducit in
in urbem? Mœ.
O Lycida uiui peruenimus: aduena
nostri,
Quod nunquam ueriti sumus, ut possessor agelli
Diceret, hęc mea sunt, ueteres migrate coloni:
Nunc uicti tristes, quoniam sors omnia uersat,
Hos illi (qđ nec bene uertat) mittimus hœdos. Ly.
Certe equidẽ audierã, quà se subducere colles
Incipiunt, molliq; iugum demittere cliuo
Vsq; ad aquã, & ueteris iam fracta cacumina fagi,
Omnia carminibꝰ uestrũ seruasse Menalcã. Mœ.

Quod nũquam ueriti sumus.) Quia inopinata grauiora sunt mala. Vnde ait Dido: Hunc ego si potui tantum sperare dolorem, Et perferre soror potero. *Nunc uicti.*) id est, impotes uoti. nam quo modo uictores dicimus uoti cõpotes, qui quicquid uolunt faciũt: sic uictos è contrario uoti impotes, qui non possunt facere quod uolunt. Cæterum quo modo uicti sunt Mãtuani, qui nec bella gesserũt? *Sors omnia uersat.*) nisi hoc ad personam rusticam redigas, aspere contra Augustũ dictũ est, cuius felicitatem (sicut omnia) dicit posse mutari. *Illi.*) Ario centurioni. *Quod nec bene uertat.*) quæ res eius in perniciem uertatur, id est, ut malo omine hoc munus accipiat. Tractum autem hoc ab Hectore & Aiace. Nam Hector dedit Aiaci gladium, quo se Aiax postea interemit. Hector uero balteum accepit ab Aiace, quo circa muros patriæ tractus est. Postea inde & illud Comicũ natũ est, Dij bene uertãt quod agas. plerunq; enim bona in peius, mala mutantur in melius. *Subducere colles Incipiũt.*) & ex alto in campos dissolui. *Vsq; ad aquã.*) Mintij fluminis scilicet *Omnia.*) quæ suprà dixit. Intelligimus autem, aut Vergilij tantũ agrum, aut totius Mantuæ esse descriptum. *Seruasse.*) recuperasse. *Audieras, & fama fuit.*) beneuolẽtiam quidem Augusti etiam fama uulgaui, sed eam belli Actiaci necessitas impediuit. Menal

cam audieras.) id est, uestrum Vergilium. Sed carmina tantũ Nostra ualent Lycida tela inter Martia, quãtum.) Hoc etiam Cicero ait in Miloniana: Silent enim leges inter arma. Chaonias dicunt aquila ueniente columbas.) Minora enim auguria maioribus cedunt, nec ullarum sunt uiriũ, licet priora sint. Chaonias autem, Epiroticas. Nam in Epiro dicitur nemus fuisse, in quo responsa dabant columbæ. quod ideo fingitur, quia lingua Thessala Peliades, et colũbæ & uaticinatrices uocãtur. Quacunque.) subaudi Ratione. & bene augurij peritiã dat ei, de quo suprà ait: His ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis Mœrim, sæpe animas imis exire sepulchris. Nouas lites) magnas, id ē, militaria iurgia.

Audieras, & fama fuit: sed carmina tantum
Nostra ualent Lycida tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt aquila ueniente columbas.
Quod nisi me quacunq; nouas incidere lites
Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix,
Nec tu⁹ hic Mœris, nec uiueret ipse Menalcas. Ly.
Heu cadit in quẽq̃ tantũ scelus? heu tua nobis
Pene simul tecum solatia rapta Menalca.
Quis caneret nymphas? q̃s humũ florẽtib. herbis
Spargeret? aut uiridi fontes induceret umbra?
Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper,
Cum te ad delitias ferres Amaryllida nostras.
Tityre dum redeo (breuis est uia) pasce capellas,

Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix.) Hoc ad augur alem pertinet disciplinam. Augures enim designãt spacia lituo, & eis dant nomina: ut prima pars dicatur antica, posterior postica. item dextra, & sinistra. Modò ergo cornicẽ de nulla harum parte uenisse dicit, sed ab antica ad sinistram partem uolasse, & in caua ilice cõsedisse: quæ res agrorũ damnũ significabat. Ilex enim glandifera arbor est, quæ quãdo uitiosa est, uitiũ possessionis ostendit fore per milites, clamore gaudentes & litibus, sicut cornix est. Nam hæc auis & clamore lætatur, & alias frequẽter inuadit. Hoc ergo nũc dicit: augurio se esse admonitũ, ut abstineret ab occursu litigiosi militis, qui retenturus fuerat possessionẽ. Tuus Mœris.) tuus amicus. Heu cadit in quenq̃ tantũ scelus?) Postq̃ audiuit occidi potuisse Vergiliũ, quasi obstupuit. Hoc generaliter dicit: potest in quenq̃ tantum scelus uenire, ut Vergiliũ necare cõtendat? Penè simul tecũ solatia rapta Menalca.) Cũ suis enim solatijs perit poëta, qui nec dum editis carminibus moritur. Virgilius aũt illo tempore nondũ aliquod opus scripserat. & dicẽdo Solatia, latenter tẽpora carpit Augusti, quibus carmina nõ oblectamẽto fuere, sed solatio, quod infeliciũ esse cõsueuit. Quis humũ florẽtibus herbis Spargeret.) Sic est dictum: ut, Tum Phaëtontiadas musco circũdat amaræ Corticis, atq; solo proceras erigit alnos. Fontes induceret umbra.) tegeret, cooperiret.

Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper.) rustica affectione reminisci se illorũ carminum fingit, quæ aliquãdo à Vergilio, licet inuito, Romã eũti abstulerat. Nam sublegi est, furatus sum: unde & sacrilegus dicitur, qui sacra legit, id est, furatur. Delitias nostras.) id est, cõmunem materiã. Tityre dum redeo, breuis est uia, pasce capellas.) Theocriti sunt uersus, uerbũ ad uerbũ translati, sed tamen Vergilij negociũ continentes. Nam allegoricõs

imperat

imperat suis, ut rem tueantur: nec tamen audeāt cōtra Arij praeceptū uenire. τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε βόσκε τὰς αἶγας, καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε τίτυρε, καὶ τὸν ἐνόρχαν τὸν λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο μή τυ κορύψῃ. Inter agēdum.) dum agis. & honesta locutio est, si dicamus, Inter cœnādū hoc sum locutus. Necdū perfecta.) nimiae familiaritatis est signū, qđ ei recitabat carmen nondū ad limā redactū. Dicit aūt carmē, quod quasi cœperat in honorē

Et potum pastas age Tityre: & inter agendum
Occursare capro, cornu ferit ille, caueto. Mœ.
Imò hęc, quę Varo necdū perfecta canebat.
Vare tuum nomen, superet modo Mantua nobis,
(Mantua uæ miseræ nimium uicina Cremonæ.)
Cantantęs sublime ferent ad sidera cygni. Ly.
Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos,
Sic cythiso pastæ distentent ubera uaccæ.
Incipe si quid habes: & me fecere poëtam
Pierides, sunt & mihi carmina, me quoq; dicunt
Vatem pastores, sed non ego credulus illis.
Nam neq; adhuc Vario uideor, nec dicere Cinna
Digna, sed argutos inter strepere anser olores. Mœ.
Id qdē ago, & tacitus Lycida mecū ipse uoluto,
Si ualeam meminisse: neq; est ignobile carmen.
Huc ades o Galatea, quis est nam ludus in undis?

Vari componere. et per trāsitū ponit diuersa schedia. Superet modo Mātua nobis.) supersit, reddatur. & hoc dicit: Si nobis Mātua fuerit reddita, faciam ut te celebrent oēs poëtae. Mātua uae miserae nimiū uicina Cremonae) Bene ingemit Mantuanorū infelicitatē, quibus sola obfuit uicinitas Cremonēsiū. Nā Cassij, Bruti, & Antonij copias Cremonenses susceperunt. Quos etiā ipsos mire excusat dicēs, Miserae Cremonae: quae etiam si uellet, minime tantis copijs posset resistere. Nimiū uicina.) id est, usq; ad periculū. Vare t.n.) Ordo est: Vare tuum nomen sublime ferent ad sydera cantantes cygni, id est, poëtae. Sic Horatius de Pindaro: Multa Dircaeum leuat aura cygnū. Sic tua Cyrnaeas fugiant examina taxos.) Venenata arbor est, quae abūdat in Corsica. Haec autem insula graecè Cyrne dicitur, unde fecit hanc deriuationem Cyrneas taxos, quibus pastae apes mel amarissimum faciunt. Distentent ubera.) plurimum lactis reportēt. Me quoque dicunt Vatem pastores.) Magna uerecundia suum meritū extenuat. nec enim ait Probant, sed Dicunt. nec Docti, sed Pastores, quibus tamen ipso non credo. Vario uideor.) Varius poëta fuit. de hoc Horatius, Varius dicit molle atq; facetum. Item: Scribêris Vario fortis & hostium Victor. Nam Varus dux fuit, cui suprà blāditur. Cinna digna.) Etiam Cinna poëta fuit optimus, qui scripsit Smyrnam, quem libellum decem annis elimauit. Sed argutos inter strepere anser olores.) Argutos, canoros: ut, Porte sub arguta. & alludit ad Anserē quēdam Antonij poëtā, qui eius laudes scribebat, quem ob hoc per transitū carpsit. De hoc etiam Cicero in Philippicis dicit: Ex agro Falerno anseres depellantur. Ipsum enim agrum ei donarat Antonius.

Id quidem ago.) id est, ut carmen in memoriam possit redire. Si ualeam meminisse.) ut etiam in Aeneide diximus, ideo ista iunxit tempora, quia defectiuum uerbū est Memini.

Huc ades ò Galatea) Theocriti uersus sunt: ἐξένθοις γαλάτεια, καὶ ἐξενθοῖσα λάθοιο.

quibus inducit Cyclopem usum, cum in scopulo sedens amicā suam Galateam de fluctibus inuitaret ad terras. Cyclops enim dicitur nymphā amasse Galateā. quæ cum quendā pastorem amaret, & Polyphemū sperneret: ille iratus Acin necauit, qui postea Galateæ miseratione in fontē mutatus est, qui hodieq; latinè Acilius dicitur. Quis nā ludus in undis?) & quæ sequuntur carmina: ad maiorem terrarum laudem dicit, in mari nullam esse uoluptatē. Nam hæc est plena laus, quæ cōtrariarum continet uituperationē. Insani fluctus.) id est, magni: ut, Insano iuuat indulgere dolori. Pura sub nocte.) serena. Numeros memini.) metra, rhythmos. Daphni quid antiquos signorum suspicis ortus? Ecce Dionæi pcessit Cæsaris astrū.) Cū Augustus Cæsar ludos funebres patri celebraret, die medio stella apparuit. ille eam esse confirmauit parentis: unde sunt uersus isti compositi. Dionæi autem longe repetitum est, à matre Veneris Dione. Sanè astrum græcè dixit: nam stella debuit dicere. Quò segetes gauderent frugibus.) Ad mensem alludit Iulium, qui dictus est in honorem Cæsaris, quo & uuæ & frumenta maturescunt. Carpent tua poma nepotes.) ac si diceret, nihil est quod possis timere. nam illud respicit, quod suprà inuidiose ait: Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine uites. Omnia fert ætas.) id est, aufert. Nam intelligamus eum subito obticuisse, nec quod cœperat implere potuisse. Animū quoq;.) etiam memoriam. Longos soles.) æstiuos dies finire: ut, Tris adeò incertos cæca caligine soles. Condere.) finire, atque ad occasum ducere. Lupi Mœrim uidere priores.) Hoc etiam physici cōfirmant, quod uoce deseratur is, quem prior uiderit lupus. unde etiam prouerbium hoc natum est, Lupus est in fabula: quoties superuenit ille de quo loquuntur, & nobis sui præsentia amputat facultatē loquēdi. Causando.) causam nectendo differs nostra desideria. Tibi stratū silet æquor.) In tuā gratiā. & hoc dicit: Vt possis canere cūcta siluerūt. q̃d quidē ex Theocrito sumptū est: τὰ δέ νιν καλὰ κύματα φαίνει ἄσυχα καχλάζοντα.

Hic uer purpureum, uarios hic flumina circùm
Fundit humus flores, hic candida populus antro
Imminet, & lentæ texunt umbracula uites.
Huc ades, insani feriant sine littora fluctus. Ly.
Quid, quæ te pura solum sub nocte canentē
Audierā? numeros memini, si uerba tenerē. Mœ.
Daphni q̃d antiquos signorū suspicis ortus?
Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum:
Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus uua colorem.
Insere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes.
Omnia fert ætas, animū quoq;. sæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere soles.
Nunc oblita mihi tot carmina, uox quoq; Mœrim
Iam fugit ipsa, lupi Mœrim uidere priores.
Sed tamē ista satis, referet tibi sępe Menalcas. Ly.
Causando nostros in longum ducis amores.
Et nunc omne tibi stratum silet æquor, & omnes
(Aspice) uentosi ceciderunt murmuris auræ.
Hinc adeò media est nobis uia, nanq; sepulchrum

Bianoris.

Bianoris.) Hic est qui & Ocnus dictus est, de quo ait in decimo: Fatidicæ Mantûs et Thusci filius amnis: conditor Mantuæ. Dictus est Bianor, quasi animo & corpore fortissimus, ἀπὸ τῆς βίας, καὶ ἀνορίας. *Stringunt frondes.)* amputant, decutiunt. Ipse in Georg. Sed tamen & quernas glandes tunc stringere. *Tamen ueniemus in urbem.)* etiam si paululum quiescentes, dederimus operam cantilenæ.

Incipit apparere Bianoris, hic ubi densas
Agricolæ stringunt frondes, hic Mœri canamus.
Hic hœdos depone, tamen ueniemus in urbem.
Aut si nox pluuiam ne colligat ante ueremur,
Cantantes licet usque (minus uia lædet) eamus.
Cātantes ut eamus, ego hoc te fasce leuabo. Mœ.
Desine plura puer, & qđ nūc instat agamus:
Carmina tum melius, cum uenerit ipse, canemus.

Nox pluuiā ne colligat ante ueremur.) Aër enim cū occasu mutatur frequenter, quod in Aeneide etiā sæpius indicatur. *Vsque eamus.)* iugiter eamus, sed cantātes. Ita enim minorem itineris sentiemus laborē. *Hoc fasce leuabo.)* si cantantes ierimus, hœdorū te onere ipse leuabo. nam fascem ait onus. sic in Georgicis, Iniusto sub fasce uiam dum carpit. *Desine plura puer.)* ac si diceret, nimij desiderij es. *Quod nūc instat agamus.)* Nos centurionē placemus. nam canere ociosorum est. *Cum uenerit ipse.)* uel Vergilius, cuius aduentu sperabat securitatē: uel ipse Augustus, qui Actiacis bellis fuerat occupatus.

E*Xtremum hunc Arethusa mihi concede laborem.)* Gallus ante omnes primus Aegypti præfectus fuit, poëta eximius. Nam & Euphorionē (ut suprà diximus) transtulit in latinum sermonem, & amorum suorum de Cytheride scripsit libros quatuor. Hic primū in amicis Augusti Cæsaris fuit. postea cum uenisset in suspitionem, quod cōtra eum coniuraret, occisus est. Fuit amicus Vergilij adeò, ut quartus Georgicorū, à medio usque ad finem, eius laudes teneret: quas postea iubente Augusto in Aristæi fabulā commutauit. Hic Gallus amauit Cytheridem meretricem, libertam Volumnij, quæ eo spreto Antonium euntē ad Gallias est secuta. propter quod dolorem Galli nunc uidetur consolari Vergilius. Nec nos debet mouere, quod cum mutauerit partem quarti Georgicorum, hanc Eclogam sic reliquit. Nam licet consoletur in ea Gallum, tamen altius intuenti uituperatio est. Nam & in Gallo impatientia turpis amoris ostenditur, & apertè hic Antonius carpitur, inimicus Augusti, quem cōtra Romanū morem Cytheris est in castra comitata. *Extremum laborē.)* nō quod laboriosum est, (Nam scribere apud poëtas lusus est: ut, Et ipsum Ludere quæ uellē.) sed rem tibi laboriosam: scilicet ut nympha uirginitate gaudēs, præstes de amoribus

ECLOGA DECIMA, GALLVS.

EXtremum hunc Arethusa mihi concede laborem.
Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris,
Carmina sunt dicēda: neget quis carmina Gallo?

ribus cantilenã. Vnde & rogat dicens Cõcede. & uerecũdè pauca postulat, & eam adiurat etiã: Sic tibi cũ fluctus subterlabere Sicanos. Per Arethusam aũt, Musam Siculã, id est, Bucolicũ Theocriti inuocat carmen. Sanè Arethusa secundum latinitatem in penultima habet accentũ, secundum rationem græcam in tertia à fine, sicut Creúsa & Créusa. Pauca meo Gallo.) non ad cæterarũ Eclogarũ comparationem, sed pauca quantum ad Galli pertinet scripta, quæ (ut suprà diximus) de suo amore composuit. Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos.) Varia enim opinio est. nã alij dicunt ad Arethusam nymphã Siciliæ, Alpheũ de Elide uenire p maria. secundum quos alibi dixit, Alpheus fama est huc Elidis amnem. alij dicunt ipsam Arethusã in

Sic tibi cum fluctus subterlabere Sicanos,
Doris amara suam non intermisceat undam.
Incipe, sollicitos Galli dicamus amores.
Dum tenera attondent simæ uirgulta capellæ.
Non canimus surdis, respondent omnia syluæ.
Quæ nemora, aut qui uos saltus habuere puellæ
Naiades, indigno cum Gallus amore periret?
Nam neq; Parnassi uobis iuga, nam neq; Pindi
Vlla moram fecere, neq; Aonie Aganippe.
Illum etiam lauri, etiam fleuere myricæ.
Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem
Mænalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycæi.
Stant & oues circum, nostri nec pœnitet illas:

fontẽ mutatã, Alpheũ fugere, & de Elide ad Siciliam uenire, quod nunc est secutus. Doris amara.) Mater nympharũ est, quam pro mari posuit. Sollicitos.) sollicitatos, plenos sollicitudinis: post Cytheridis abscessum, quã Lycorim uocat. Fuerũt autẽ uno tẽpore nobiles meretrices tres: Cytheris, Origo, Arbuscula. Horatius: Explosa Arbuscula dixit. Idẽ: Vt quondã Marseus amator Originis, ille Qui patriũ mimæ donat fundũq; laremq;. Simæ.) græcũ nomẽ est, id est, pressis naribus. Vnde & simias dicimus, quod epitheton Theocritus dat præcipue apibus: ὡς τί νιν, αἱ σιμαὶ λαμυρόθι φέρβον ἰοῖσαι, κέδρον ἐς ἀδεῖαν μαλακοῖς ἄνθεσι μέλισσαι. Respõdẽt oĩa syluæ.) per echò, id est, uocis imitationẽ nos solãtur. Quæ nemora.) Est quædã Theocriti Ecloga, in qua suos amores deflere Daphnis inducitur. huius oẽm ordinẽ ad hãc Eclogã trãstulit. Saltus habuere puellæ Naiades.) Nymphas simpliciter accipiamus. Nã si pprie loqueretur, Oreades diceret. Naiades enim fontiũ, Oreades montiũ nymphæ sunt. Sanè quia diximus easdẽ esse nymphas, quas etiã Musas, uidetur hoc dicere. quia si cũ ipso fuissent Musæ, id est, si dedisset operã scribẽdis carminib. non incidisset in tãtas amoris angustias. Indigno.) uel meretricio, uel magno. nam & Ennius ait: Indignas turres, id est, magnas. Neq; Parnassi nobis iuga, nam neq; Pindi.) Mõtes Thessaliæ sunt, Apollini & Musis cõsecrati. Aonie Aganippe.) nominatiui sunt singulares. Aganippe aũt fons est Bœotiæ, quæ & Aonia dicitur. Aonie aũt breuis fit ni, quia seqtur uocalis uocalẽ. Sola sub rupe.) deserta. Mænalus aũt & Lycæus sunt mõtes Arcadiæ. Stãt & oues circũ.) scilicet circa Gallũ, eius amorẽ stupentes. sensus aũt est: Sicut oues ô Galle circa te stare nõ pœnitet, ita nec te illarũ pœniteat. nam etiã Adonis quondã ouiũ extitit pastor. & qđ ait Nostri, miscuit suam personã, ut frequenter facere consueuit. nam erat integrũ Tui

nec

nec pœnitet illas. Nec te pœniteat pecoris diuine poëta.) *Allegoricôs hoc dicit, nec tu erubescas* Bucolica *scribere.* Adonis.) A *habet accentum, quia græcũ est nomen. tamen & latinè sic dicimus, nam Adon nusquã lectũ est.* Venit & upilio.) *propter metrum ait upilio: nã opilio dicimus. & græco usus est schemate, sicut illi dicũt* οὔρεα, *pro eo qđ est* ὄρη: *&* οὔνομα, *pro eo quod est* ὄνομα. Tardi uenere bubulci.) *id est, stulti.* Terẽtius *in* ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ: Tardus est, *id est, stultus. nam porci cito ambulant.* Vuidus hyberna uenit de glande Menalcas.) *pinguis. et humidũ est, quod extrinsecus habet aliquid humoris: uuidum uero, quod intrinsecus, unde & uuæ dictæ sunt. qđ tamen plerunq; confundunt poëtæ.* Amor iste.) *tam impatiẽs, tam turpis.* Tua cura Lycoris.) *Penè irrisoriè dictũ est,* Tua cura: *id est, pro qua tu ita es sollicitus te reliquit. & bene cũ alij interrogẽt, quasi deus* Apollo *diuinat.*

Nec te pœniteat pecoris diuine poëta.
Et formosus oueis ad flumina pauit Adonis.
Venit & upilio, tardi uenere bubulci,
Vuidus hyberna uenit de glande Menalcas,
Omnes unde amor iste rogant. tibi uenit Apollo,
Galle quid insanis inquit, tua cura Lycoris,
Perq; niues aliũ, perq; horrida castra secuta est.
Venit & agresti capitis Syluanus honore,
Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.
Pan deus Arcadiæ uenit, quem uidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccis, minioq; rubentem.
Et quis erit modus, inquit? amor non talia curat.
Nec lachrymis crudelis amor, nec gramina riuis,
Nec cythiso saturantur apes, nec fronde capellæ.
Tristis at ille tamen, cantabitis Arcades inquit,
Montibus hæc uestris, soli cantare periti
Arcades. ô mihi tum q̃ molliter ossa quiescent,
Vestra meos olim si fistula dicat amores.
Atq; utinam ex uobis unus, uestriq; fuissem
Aut custos gregis, aut maturæ uinitor uuæ.
Certe siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas,

Perq; horrida castra.) *Hic tangit* Antoniũ, *ut diximus suprà.* Quassans.) *concutiens.* Quem uidimus ipsi.) *Solẽt numina plerũq; se rusticis offerre. unde est:* Satis est potuisse uideri. *Notandũ sanè quod ea numina quæ plerũq; amauerũt, dicit ad amatorẽ uenire.* Nam Apollo *amauit* Daphnim, Pan Syringa, Syluanus Cupressum. Sãguineis ebuli baccis miniõq; rubẽtem.) *Facie enim rubra pingitur* Pan, *propter ætheris similitudinem.* Aether *autem est* Iupiter. *Vnde etiam triumphantes habent omnia* Iouis *insignia, sceptrũ, palmatam togam, qua utebãtur illi, qui palmã merebantur. unde ait* Iuuenalis, In tunica Iouis. *faciem quoq; de rubrica illinũt, instar coloris ætherei.* Amor non talia curat.) *Quasi expertus loquitur.* Tristis at ille.) *Alij tamen superioribus iungunt, sed melius ut sic legamus:* Tamen cantabitis. *ut sit sensus: licet ego tuo amore consumar, tamen erit solatium, quia meus amor erit uestra cantilena quandoque..* Ossa quiescent.) *Nam se dicit esse moriturum.* Olim.) *futuri temporis est modò.* Aut custos gregis.) *ac si diceret:* Quid mihi cum

urbibus,

urbibus ubi ſunt meretrices tam pulchræ, q̃ perfidæ. Quicūq; furor.) *Omnis enim amor plenus furoris eſt.* Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori.) *ac ſi diceret, Quid te iuuat inter frigora Gallicana demorari?* Nūc inſanus amor.) *Hinc uſq; ad finē amatoris inconſtātia exprimitur, cui electa diſplicēt ſtatim.* Tela inter media atq; aduerſa detinet hoſtes.) *Ex affectu amantis ibi ſe eſſe putat, ubi amica eſt: ut, mecū ſit meus animus.* Nec ſit mihi credere tātū.) *Ordo eſt, Tu es tantū procul à ciuitate, quæ ſolebas urbibus frui. & per parentheſim dictum eſt, Nec ſit mihi credere: id eſt, quod utinam nō credam. Hi autē omnes uerſus Galli ſūt, de ipſius tranſlati carminibus.* Ah dura.) *quæ & amatorem ſpernis, & Gallicana potes frigora ſuſtinere.* Me ſine ſola uides.) *Hinc eſt, Sola domo mæret uacua.* Ibo, & Chalcidico quæ ſunt mihi condita uerſu Carmina paſtoris Siculi modulabor auena.) *Eubœa inſula ē, in qua Chalcis ciuitas, de qua fuit Euphorion, quē trāſtulit Gallus. et hoc dicit: Ibo, & Theocritio ſtilo canam carmina Euphorionis.* Spelæa.) *græcè ait, pro ſpeluncis.* Creſcent illæ.) *quaſi ei iterū diſplicet, ne cū arboribus eius creſcūt amores.* Parthenios canib. circūdare ſaltus.) *Parthenius mōs eſt Arcadiæ, dictus à uirginibus, ἀπὸ τῶν παρθένων, quæ illic uenari cōſueuerāt.* Tanquā hæc ſit noſtri medicina laboris.) *Iam quaſi ad ſe recurrit, & illud quod ſuprà audijt reſpicit: Amor nō talia curat.* Hamadryades.) *nymphæ, quæ cum arboribus naſcuntur & pereunt. qualis fuit illa, quam Eriſichthon occidit: qui cum arbores incideret, & uox inde erupit & ſanguis, ſicut Ouid docet. Dryades uero ſunt, quæ inter arbores*

Seu quicūq; furor, (quid tum ſi fuſcus Amyntas?
Et nigræ uiolæ ſunt, & uacinia nigra,)
Mecum inter ſalices lenta ſub uite iaceret:
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.
Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori,
Hic nemus, hic ipſo tecum conſumerer æuo.
Nunc inſanus amor duri me Martis in armis
Tela inter media, atq; aduerſos detinet hoſtes.
Tu procul à patria (nec ſit mihi credere) tantum
Alpinas ah dura niues, & frigora Rheni
Me ſiue ſola uides. ah te ne frigora lędant,
Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas.
Ibo, & Chalcidico quæ ſunt mihi condita uerſu
Carmina paſtoris Siculi modulabor auena.
Certum eſt in ſyluis inter ſpelæa ferarum
Malle pati, teneriſq; meos incidere amores
Arboribus: creſcent illæ, creſcetis amores.
Interea mixtis luſtrabo Mænala nymphis,
Aut acres uenabor apros: non me ulla uetabunt
Frigora, Parthenios canibus circundare ſaltus.
Iam mihi per rupes uideor, lucoſq; ſonantes
Ire, libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula, tanquā hæc ſit noſtri medicina furoris:
Aut deus ille malis hominum miteſcere diſcat.
Iā neq; Hamadryades rurſus, nec carmina nobis

arbores habitant. Hoc autem ad superiora pertinet, quia dixerat: Mixtis lustrabo Mænala nymphis. Nec carmina uobis ipsa placent.) Quia dixerat, Carmina pastoris Siculi modu labor auena. Ipsæ rursus concedite syluæ.) Propter illud, Iam mihi per rupes uideor lucosq; sonanteis. Non illũ nostri possunt mutare labores.) id est, Nec si frigoribus medijs, Ebrumq; bibamus. Manifestè hoc dicit, amore se carere nõ posse, nec si Ebrum Thraciæ fluuium medijs frigoribus bibat, nec si æstib. nimijs fuerit in ardẽti prouincia. Dicit autem hoc secundũ Physicos, qui morbos aut à cõtrarijs, aut à similibus asserunt posse depelli. Sic Theocritus, Ἕβρον πὰρ ποταμὸν. τετραμμένος ἐγγύθεν ἄρκτου ἐν δὲ θέρει πυμάτοισι παρ' αἰθιόπεσι νομεύοις.

Ipsa placent, ipsæ rursus concedite syluæ.
Non illum nostri possunt mutare labores,
Nec si frigoribus medijs Ebrumq; bibamus,
Sithoniasq; niueis hyemis subeamus aquosæ:
Nec si cum moriens alta liber aret in ulmo,
Aethiopum uersemus oues sub sidere Cancri.
Omnia uincit amor, & nos cedamus amori.
Hæc sat erit diuæ uestrum cecinisse poëtam,
Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco:
Pierides, uos hæc facietis maxima Gallo,
Gallo, cuius amor tantũ mihi crescit in horas,
Quantum uere nouo uiridis se subijcit alnus.
Surgamus: solet esse grauis cantantibus umbra,
Iuniperi grauis umbra, nocẽt & frugibus umbræ.
Ite domum saturæ, uenit hesperus, ite capellæ.

BVCOLICORVM FINIS.

Sithoniasq; niues.) Sithon mons est Thraciæ. Liber.) corticis pars est interior. Versemus.) pascamus. Hæc sat erit.) Iam ad Musas loquitur. Gracili fiscellam texit hibisco.) ac si diceret: hac re occupatus, minimè canerem. Allegoricôs autem significat, se composuisse hũc libellũ tenuissimo stilo. Quantum uere nouo uiridis se subijcit alnus.) Amo, inquit, Gallum: sed latenter, sicut arbores crescunt. nam comparatio ista hoc significat, scilicet propter Cæsarem. Et frugibus umbræ.) Quanto magis hominibus? unde est in Georgicis: Et ruris opaci Falce premes umbram. Ite domum saturæ, uenit hesperus, ite capellæ.) Verecundè se capellarum dicit esse pastorem, id est, uilissimorum animalium. Nam bucolica scribens, debuit dicere boum esse pastorem: sed uitans arrogantiam, ultimũ se esse uoluit, non principem, in scribendis bucolicis.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN
primum Georgicorum, Argumentum.

QVid faciat lætas segetes, quæ sidera seruet
Agricola, ut facilem terrã proscindat aratris:
Semina quò iacienda modo, cultusq; locorum,
Edocuit messes magno olim fœnore reddi.

VErgilius in operibus suis diuersos est secutus poëtas: Homerum in Aeneide, quem, licet longo interuallo, secutus est tamen: Theocritum in Bucolicis, à quo non longè abest: Hesiodum in his libris, quem penitus relinquit. Hic aût Hesiodus fuit de Ascra ciuitate, qui scripsit ad fratrem suum Persen, librũ quem appellauit ἔργα καὶ ἡμέρας, id est, opera & dies. Hic autem liber continet, quemadmodum agri, & quibus temporibus sint colendi: cuius titulum transferre noluit, sicut Bucolicorum trãstulit, sicut Aeneidem appellauit ad imitationem Odysseæ. & tamen eum per periphrasin primo exprimit uersu, dicens: Indicabo quo opere, & quibus temporibus ager colendus sit.

P. VERGILII M. GEORGICORVM, LIBER PRIMVS.

AD MECOENATEM.

QVid faciat lætas segetes, quò sidere terram
Vertere Mecœnas, ulmisq; adiungere uites
Cõueniat, quæ cura boũ, qs cultus habẽdi

Ingenti autem egit arte, ut potentiam nobis sui indicaret ingenij, coartando lata, & angustiora dilatando. Nam cum Homeri & Theocriti prolixitatem in breuitatem collegerit, unũ Hesiodi librum diuisit in quatuor: quod ratione non caret. nam omnis terra (ut etiam Varro docet) quadrifariam diuiditur. aut enim aruus est ager, id est, sationalis: aut consitus, id est, aptus arboribus: aut pascuus, qui herbis tantum & animalibus uacat: aut floreus, in quo sunt horti apibus congruentes & floribus. Malè autem quidam Georgicorum duos tantum esse asserunt libros, dicentes Georgiam esse γῆς ἔργον, id est, terræ operam, quam primi duo continent libri: nescientes tertium & quartum, licet Georgiam non habeant, tamen ad utilitatem rusticam pertinere. nam & pecora & apes habere, studij est rustici, licet possimus agriculturam etiam in his duobus sequentibus inuenire. nam farrago sine cultura non nascitur: & in hortis colendis non minorem, quàm circa terras, constat impendi laborem. Et hi libri didascalici sunt, unde necesse est ut ad aliquem scribantur. nam præceptum & doctoris & discipuli personam requirit. Vnde ad Mecœnatem scribit, sicut Hesiodus ad Persen, Lucretius ad Memmium. Sanè agriculturæ huius præcepta non ad omneis pertinent terras, sed ad solum situm Italiæ, & præcipuè Venetiæ, teste ipso Vergilio, qui ait: Tibi res antiquæ laudis & artis Ingredior: cum de Italia diceret. Quid faciat lætas segetes.) Quæ res terras pingueis efficiat. nam segetem modò pro terra posuit: sicut alibi, Horrescit strictis seges ensibus. Pingues autem efficit terras (sicut paulò post dicturus est) cinis, intermissio arandi, incensio stipularum, stereoratio. Vnde etiam Lætas ait. nam fimus qui per agros iacitur, uulgò læta nen uocatur. Quò sidere terram.) quo tempore. Ex sideribus enim tempora colliguntur. Et sciendum quatuor primis uersibus textum sequentium quatuor librorum per ordinem contineri. Vlmisq; adiungere uites.) Secundum Italiæ situm locutus est, in qua uites altius eleuantur. sic alibi, Non eadem arboribus pendet uindemia nostris. Quæ cura boum, qui cultus habendo sit.) Aut in sequenti epexegesis est, ut hoc sit, Quis cultus habendo sit pecori: quod est, quæ cura boũ.

aut

Sit pecori, atq; apibus quanta experientia parcis:
Hinc canere incipiam. uos ò clarissima mundi
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum,
Liber, & alma Ceres, uestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit arista,
Poculaq; inuentis Acheloia miscuit uuis.
Et uos agrestum præsentia numina Fauni,
Ferte simul Fauniq; pedem, Dryadesq; puellæ,
Munera uestra cano. Tuq; ò, cui prima frementē
Fudit equum magno tellus percussa tridenti,

aut certè κατ' ἐξοχὴν ait boues, & postea intulit cætera pecora, ut maius animal separaret à minoribus, sicut de hominibus facit, dicens: Relliquias Danaum, atque im. Habendo.) *idest, ad hoc ut habeatur pecus.* Experientia.) *usu nata doctrina.* Parcis.) *aut seruatricibus, frugi, quæ mella custodiunt.* Vos ò clarissima mundi Lumina, Liber & alma Ceres.) Stoici *dicunt non esse nisi unum deum, & unā deam: eandem esse potestatē, quæ pro ratione officiorum nostrorū uarijs nominib. appellatur. unde eundem* Solē, *eundem* Liberum, *eundem* Apollinem *uocant. Item* Lunā, *eandem* Dianam *uocant, eandem* Cererem, *eandem* Iunonem, *eandem* Proserpinam *dicunt: secundum quos pro* Sole *&* Luna, Liberum *&* Cererem *inuocauit.* Quæ ducitis annum.) *Quorum cursu tempora computantur. nam per Lunam, mensis: per Solem, annus ostenditur.* Alma Ceres.) *Alma ab alendo, Ceres à creando dicta.* Si munere.) *siquidem. nam* Si *confirmantis est.* Chaoniam pingui glandem mutauit arista.) *Epiroticam, à loco in quo abundant glandes, quibus antea homines uescebantur. & modò speciem pro genere posuit. Non enim aut in Epiro tantum glandes fuerunt, aut de solo Acheloo homines potare consueuerant. Sanè Acheloia non præter rationem dixit. nam sicut* Orpheus *docet, generaliter aquam ueteres Acheloum uocabant: sed quia specialiter quidam fluuius Achelous dicitur, aut species est pro genere, aut secundum antiquitatem est locutus.* Pingui arista.) *Aristam modò pro frumento posuit. & affectatè ait* Pinguem *aristam, quum propriè arista ab ariditate sit dicta.* Et uos agrestum præsentia numina Fauni.) *id est, propicia: ut,* Nec tam præsenteis alibi cognoscere diuos. *quorum præsentia fauor est.* Et *bene de diuersis rebus dicturus, diuersa inuocat numina.* Ferte simul Fauniq; pedem.) Ferte, *aut simul uenite, aut date carmini meo facultatem, quod utiq; pedibus continetur: ut sit* Ferte *pedem, metricam præstate rationem.* Cui prima frementem Fudit equum magno tellus percussa tridenti.) *Fabula talis est.* Quum Neptunus *&* Minerua *de Athenarum nomine contenderent, placuit dijs ut eius nomine ciuitas appellaretur, qui munus melius mortalibus obtulisset. tunc* Neptunus *percusso littore, equum animal bellis aptum produxit:* Minerua *iacta hasta, oliuam creauit, quæ res est melior comprobata, & pacis insigne.* Vt *autem modò* Neptunum *inuocet, causa eius numeris facit, quia de equis est dicturus in* Tertio. *alioquin incongruū est, si de agricultura locuturus, numen inuocet maris. Equū autem à* Neptuno *progenitum, alij* Scythium, *alij* Syronem, *alij* Arionē *dicunt fuisse nominatum.* Et *ideo dicitur equū inuenisse, quia uelox est eius numen, & mobile sicut mare.* Vnde *etiam* Castor *&* Pollux, *quia eorū uelocissimæ stellæ sunt, equos in tutela habere dicūtur.*

Et cultor nemorum, cui pinguia Cææ.) Aristæum inuocat, id est, Apollinis & Cyrenes filium, quem Hesiodus dicit Apollinem pastoralem. Hic (ut etiā Sallustius docet) post laniatum à canibus Actæonem filium, matris instinctu Thebas reliquit, & Cæam insulam tenuit primò, adhuc hominibus uacuam: postea ea relicta cum Dædalo, ad Sardiniā transitum fecit. Lycæi.) mōtis Arcadiæ. Si tibi.) siquidē. Mænala.) mons est Arcadiæ, dictus

Neptune: & cultor nemorum cui pinguia Cææ,
Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.
Ipse nemus linquens patrium, saltusq́ꝫ Lycæi,
Pan ouium custos, tua si tibi Mænala curæ,
Adsis ò Tegeæe fauens, oleæq́ꝫ Minerua
Inuentrix, unciq́ꝫ puer monstrator aratri,
Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum.
Dijq́ꝫ, deæq́ꝫ omnes, studium quibus arua tueri,
Quiq́ꝫ nouas alitis nonnullo semine fruges,
Quiq́ꝫ satis largum cælo demittitis imbrem.
Teq́ꝫ adeo, quem mox quæ sint habitura deorum
Concilia incertum est: urbis ne inuisere Cæsar,

ἀπὸ τῶν μήλων, id est, ab ouibus, qbus plenus est. Tegeæe.) Vocatiuus est, à deriuatiōe Tegei oppidi Arcadiæ. & Tegeum tribrachus est: Tegeæe, pæon tertius. Vncíq; puer mōstrator aratri.) Alij Triptolemum, alij Osirim uolunt, quod magis uerum est. nam Triptolemus frumenta diuisit. Benè aūt tacuit de nomine, & generaliter ait Puer. Nam non unus aratrum in toto orbe monstrauit, sed diuersi in diuersis locis. Et tenerā ab radice ferens Syluane cupressum.) Syluanus deus est syluarū. hic amauit puerū, Cyparissum nomine, qui habebat mansuetissimā ceruam. hanc cum Syluanus nescius occidisset, puer est extinctus dolore, quem amator deus in cupressum arborē eius nominis uertit, quam pro solatio portare dicitur. Dijq́;, deæq́; omnes.) Post specialem inuocationē, transit ad generalitatē, ne quod numen prætereat. Quòd aūt dicit, Studium quibus arua tueri: nomina hæc numinum in indigitamētis inueniuntur, id est, in libris Pontificalibus, qui & nomina deorum, & rationes ipsorū numinū continent, quæ etiā Varro dicit. Nam (ut supra diximus) nomina numinibus ex officijs cōstant imposita. uerbi causa, ut ab occatione, deus Occator dicatur, à sarritione, deus Sarritor: à stercoratione, Sterquilinus: à satione, Sator. Nonnullo semine.) id est, aliquo. & hoc dicit, quia à nobis iacta semina uestris seminibus alitis. Semina autem dicit deorum, cæli temperiem, pluuias & rorem. Satis.) segetibus: ut, Sata læta, boumq́; labores. Teq́; adeo quem mox quæ sint habitura deorum Concilia incertum est.) Iam adulatur Augusto, quem inter deos innocat. nec totū tamen dandum est adulationi, sed & ueritati. Nam cum omnes imperatores post mortē sint inter deos relati, Augustus uiuus diuinos honores meruit. quod etiā Horatius testatur, dicēs: Præsenti tibi maturos largimur honores, Iurandasq́; tuū per nomen ponimus aras. Vnde malè quidā culpant Vergilium, dicentes eum auiditate laudandi citum interitū Augusto optasse, cum eum cōstet ad rem quæ tunc fiebat respexisse. Mox tamē, possumus pro postea accipere: ut Horat. Mox daturos Progeniem uitiosiorē, id est, postea. Potest etiā Mox ad uitæ humanæ breuitatē referri, nam ipse ait in decimo: Rhœbe diu, res si qua diu mortalibus ulla est, Viximus. Sanè sciendū mirè eum laudasse, quod ait: Quem mox quæ sint habitura deorū Concilia, incertū est. id est, nondum

scimus

Scimus qui deus esse uelis: nam deum fieri maximũ est. In potestate autem habere quis deus uelis fieri, plus esse quàm maximũ constat. Vrbis ne inuisere Cæsar.) Verũ uelis terrarum, an maris, an cæli imperium possidere. Tempestatumq; potentem.) Aut bonarũ tempestatum: ut, Vnde hæc tam clara repente Tempestas? aut Tempestatum ait, temporũ: sicut ubiq; Sallust. Materna myrto.) quæ in honore est Veneris, à qua Augustus originẽ ducit.

Terrarumq; uelis curam, & te maximus orbis
Autorem frugum, tempestatumq; potentem
Accipiat, cingens materna tempora myrto.
An deus immensi uenias maris, ac tua nautæ
Numina sola colant, tibi seruiat ultima Thule,
Teq; sibi generum Tethys emat omnibus undis.
An ne nouum tardis sidus te mensibus addas,
Quà locus Erigonen inter chelasq; sequenteis
Panditur: ipse tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cæli iusta plus parte relinquit.

Numina sola colãt.) id est, magna, quasi melior sit futurus & Neptuno, & cæteris dijs marinis. Thule.) insula est Oceani, inter Septentrionalem et Occidentalem plagam, ultra Britanniam & Orcadas: quæ insula in Oceano ultima est, in qua Sol cum in Cancro est, perpetui dies sine noctibus esse dicuntur. Tethys emat omnibus undis.) Tethys uxor est Oceani, nympharum mater. Quòd autem ait Emat, ad antiquum nuptiarum pertinet ritum, quo se maritus & uxor inuicem emebant: sicut habemus in iure.

Tardis sidus te mensibus addas.) id est, æstiuis. Qua locus Erigonen inter chelasq; sequenteis.) Aegyptij duodecim esse asserunt signa, Chaldæi uero undecim. nam scorpiũ & libram unum signum accipiunt. (chelæ enim scorpij libram faciunt.) Iidem Chaldæi uolunt, æquales esse partes in omnibus signis, sed pro qualitate sui aliud signum uiginti, aliud quadraginta habere, quum Aegyptij tricenas esse partes in omnibus uelint. modò ergo secundum Chaldæos locutus est, dicens posse eum habere locum inter scorpium & uirginem. Nam Erigone ipsa est uirgo. Sciendum deinde est, uoluisse maiores in his signis esse deorum domicilia, & Solis est leo, Lunæ uero cancer. Cæterorum uero quinq; planetarum bina sunt signa, prout se ratio siderum sequitur. Nam primus circulus à terra, Lunæ est: secũdus Mercurij, tertius Veneris, quartus Solis, quintus Martis, sextus Iouis, Saturni ultimus. sed rẽmotis Sole & Luna, quorum domicilia leo & cancer, hi quinq; ordine quo eorum sunt circuli, bina possident signa: unum à sequentibus, & unũ à superioribus. ut Mercurij sint uirgo & gemini, Veneris libra & taurus, Martis scorpius & aries, Iouis sagittarius & pisces, Saturni capricornus et aquarius. Vnde per hæc loca siderum, Augustũ & fortem propter scorpium (id est, Martis domicilium) & iustum propter librã, & prudentem propter uicinã uirginem (id est, Mercurij domiciliũ) esse significat. Bene autẽ Augusto inter uirginem & scorpium, inter iusticiã & uirtutem locũ tribuit. nam chelæ scorpij brachia sunt, quæ sexaginta partes in cælo sunt. solũ fore significat. Panditur ipse tibi.) ordo est, Qua locus ipse panditur. Tibi autem, in tuũ honorẽ & gratiã. Ardens scorpius.) Ardens ad illud refertur, quia Martis est domiciliũ. nam scorpij tempus frigidũ est, quippe cuius Nouẽber est mensis.

Iusta plus parte.) Secundũ Chaldæos, qui scorpiũ dicunt spatium duorũ signorũ tenere.

Quicquid eris.) Ordo est, Quicquid eris, da facilem cursum. cætera enim per parēthesim dicta sunt. Nec sperent tartara regem, Nec tibi regnandi ueniat tam dira cupido.) Allegoricôs dicit, illum nec debere mori uelle, nec posse. Quamuis Elysios miretur Græcia campos.) licet præferantur inferi à Græcis poëtis. Nec repetita sequi curet Proserpina matrem.) Ceres cum raptam à Plutone Proserpinam filiam diu quæsisset, tandē aliquando eam esse apud inferos cōperit. pro qua re cum Iouis implorasset auxilium, ille respondit posse eam reuerti, si nihil apud inferos gustauisset. Illa autem iam punici mali in Elysio grana gustauerat. quam rem Ascalaphus Stygis filius prodidit: unde Proserpina ad superos remanare non potuit. Hinc ait Lucanus: Quæ te Detineant Aetnæa dapes. Quam necessitatem modò Vergilius Proserpinæ tribuit uoluntati. Sanè Ceres à Ioue postea meruisse dicitur, ut Proserpina sex esset cum matre mensibus, sex cum marito. quod ideo fingitur, quia Proserpina ipsa est quæ & Luna, quæ toto anno sex mensibus crescit, sex deficit: scilicet per singulos menseis quindenis diebus, ut crescēs apud superos, deficiens apud inferos esse uideatur. Da facilem cursum.) meo scilicet poëmati. Audacibus annue cœptis.) Verecūdè suas uires extenuat. Ignarosq́ uiæ mecum miseratus agresteis Ingredere.) Aut mecū uiæ, id est, rationis ignaros intelligas: aut, rusticis ignaris faue mecum, id est, quibus etiā ego his scriptis collaturus sum: aut mecum ignaros agricolas miserare, aut eis mecum faue. Iam nunc.) id est, adhuc uiuus. nam (ut diximus) Augustus uiuus diuinos honores emeruit. Vere nouo gelidus canis quum montibus humor Liquitur.) Nouum uer ideo ait, quia anni initium mensis est Martius. Et sciendum decem tantum menses fuisse apud maiores. Martium autem anni principium habere uoluerunt, propter Martem suæ gentis autorem. Aprilis dictus est, quasi terras tepôre aperiens. Maius, à Maia. Iunius, à Iunone: quanquam alij à maioribus & iunioribus hos duos menseis uelint esse nominatos. nam antè pop. Rom. in centurias iuniorum & seniorum diuisus fuerat. Reliqui iam à numero nominabātur, Quintilis, Sextilis, September, October, Nouember, & December. Et hi erant tantū decem menses. duo uerò propter rationem signorum anni intercalabantur, qui postea à Iano & Februo nominati sunt. Februus autem Ditis est pater, cui eo mense sacrificabatur. Quintilis & Sextilis mutati sunt postea in honorem Iulij Cæsaris & Augusti, unde sunt Iulius & Augustus: Sic Ouidius in Fastis. Ergo Vere nouo, & anni initium accipimus, & primam partem ueris. Nam anni quatuor sunt tempora, diuisa in ternos menseis, & ipsorū temporum talem faciunt discretionem, ut primo mense ueris Nouū dicatur uer, secundo Adultum, tertio Præceps. sicut & Sallustius dicit ubiq. Item noua æstas, adulta, præceps: sic autumnus nouus, adultus, præceps: item hyems noua, adulta, præceps, uel extrema. unde est, Extremæ sub casum hyemis i. n. s. Sanè sci-

Quicquid eris, (nam te nec sperent tartara regem,
Nec tibi regnandi ueniat tam dira cupido:
Quamuis Elysios miretur Græcia campos:
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem.)
Da facilem cursum, atq; audacibus annue cœptis.
Ignarosq́ uiæ mecum miseratus agresteis
Ingredere, & uotis iam nunc assuesce uocari.
Vere nouo, gelidus canis cum montibus humor

endum

endum Xenophontem scripsisse unum librum Oeconomicum, cuius pars ultima agriculturā continet, de qua parte multa ad hoc opus Vergil. transtulit, sicut etiam de Georgicis Magonis Afri, Caeonis, Varronis, Ciceronis quoq; libro tertio Oeconomicorū, qui agriculturam continet. Nam primus præcepta habet, quemadmodū debeat materfamilias domi agere: secundus, quemadmodū foris paterfamilias. Illud quoq; sciendum est, in his libris non esse obscuritatem in quæstionibus, sicut in Aeneide, nisi in paucis admodum locis. Sed in hoc tantum esse difficultatem, ut res positas intelligamus, id est, τὸ κάλυον: sicut hæc prima quoq; eius præcepta significant. Nam hoc dicit, agrum fertilem, id est, pinguē & herbosum bis debere arari: uerno tempore, ut & herbæ adhuc teneræ & sine semine auellātur: & æstatis calore, ut superfluus humor siccetur, uel glebarū putrefiat durities: & semel autumnali, cum seminibus. agrum uero tenuem & sterilem autumnali tantū tempore arandum, ne si etiam uerno araueris, exiguus eius humor siccetur æstate. Canis montibus.) albis ex niue.

Liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit:
Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere, & sulco attritus splendescere uomer.
Illa seges demum uotis respondet auari
Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit,
Illius immensæ ruperunt horrea messes.
Ac prius ignotum ferro quàm scindimus æquor,

Liquitur.) Liquor quum nomen est, Li breuis est: quum ad uerbū uenerit, producitur, ut Liquor, liqueris, liquitur: nam mutauit naturam. sicut humus, hu breuis est, humanus producitur. Itē Itur, i producitur, Iturus corripit. Liquitur.) defluit. Et Zephyro putris se gleba resoluit.) Quo tempore Fauonij flatu arua laxantur, quæ fuerant præclusa frigoribus. ipse alibi: Rura gelu tum claudit hyems. Putris gleba.) solubilis. Depresso incipiat iam tum mihi taruus aratro Ingemere.) Aliud pendet ex alio. nam altius impressum aratrum boues cogit in gemitum: quod genus arationis pingui conuenit terræ. nam contrà paulo pòst de infœcunda terra dicturus est, Tenui sat erit suspendere sulco. Mihi autem, aut uacat, ut Cicero: Qui mihi accubantes in conuiuijs. aut Mihi, hoc est, rustico amanti terras. & Taurum, bouem fortissimum accipimus. nam tauri difficile ad aratra iunguntur. Attritus splendescere uomer.) A frequenti aratione teritur, & decrescit. Lucretius: Occulto decrescit uomer in aruo. Dicimus autem & hic uomer, & hic uomis, sed ab utroque huius uomeris facit. Illa seges demum.) Seges modò terra. Demū autem, nouissimè. uerè, specialiter. Votis respondet.) Immane est quod ait Votis: nam plerunq; plus optamus, quàm speramus posse contingere. Respondet autem, consentit: ut, Dictis respondent cætera matris. Bis quæ solem, bis frigora sensit.) Quæ bis & dierum calorem, & noctium senserit frigora. per quod duplicem ostendit arationem, uernalem & autumnalem. nec enim ad tempora æstatis, uel hyemis referre possumus, quod ait Bis solem, bis frigora. quia non fuit in Italia in uno anno duæ æstates, & duæ hyemes: sicut geometræ dicunt esse in quadam parte Indiæ, in insula Taprobane. Ruperunt horrea.) Plus est, quàm si diceret Impleuerunt. Ac prius ignotū ferro quàm scindimus æquor.) id est, antequā faciamus ueruactum. Aequor aūt modò terrā accipe, ab æqualitate dictā: unde & maria Aequora dicūtur.

Ventos.)

Ventos.) quia diuersis locis diuersi præualent uenti. & hoc dicit: debes scire, ager cui uento subiaceat. Varium cæli prædiscere morem.) id est, aëris. Lucretius: In hoc cælo, qui dicitur aër. & hoc dicit: debes etiam cæli qualitatem nosse, utrum pluuijs gaudeat, an tepôre uel frigore. Patrios cultus, habitusq; locorum.) Duas res dicit. sciendum est ager quemadmodum à maioribus cultus sit, & quid melius ferre consueuerit. nanq; Habitus locorũ, possibilitates accipimus.

Ventos, & uarium cæli prædiscere morem
Cura sit, ac patrios cultusq; habitusq; locorum,
Et quid quæq; ferat regio, & quid quæq; recuset.
Hic segetes, illic ueniunt felicius uuæ.
Arborei fœtus alibi, atq; iniussa uirescunt
Gramina: nónne uides croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua tura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum, uirosaq; Pontus
Castorea, Eliadum palmas Epeiros equarum.

Veniunt.) crescunt: ut, Et pulchro ueniens in corpore uirtus. Arborei fœtus alibi.) id est, poma. Iniussa uirescunt Gramina.) Bene iniussa: nam frumenta iussa nascuntur. unde est: Atq; imperat aruis. Nonne uides.) Argumẽtatur quasi hoc dicẽs: Si una prouincia ferre non potest omnia, quanto magis unus ager? Vt Tmolus.) mons est Ciliciæ, in quo nascitur crocum præcipue. nam loca cõmemorat ubi plus prouenit, & melius aliquid. nam crocũ & in Africa nascitur, sed nan tale, nec tantũ, uel quale in Cilicia. India mittit ebur.) Et in Africa fuerunt elephantes, sed meliores in India. hinc est quod ait Terent. Elephantis quem Indicis præfecerat: id est, maximis. Molles sua tura Sabæi.) Sabæi populi sunt iuxta Syriam & Arabiã: dicti Sabæi, ἀπὸ τοῦ σέβειν, quòd apud eos thus nascitur, quo deos placamus. Molles aũt ideo ait, quòd sub aẽre clemẽtiore sunt. nam, ut ait Lucan. Quicqd ad Eoos tractus mundiq; tepôrem Labitur, emollit gentes clementia cæli. Aut certe, quia Alexander Macedo dicitur obscœnos omneis de exercitu suo segregatos, illic condidisse. Sanè Tus modò sine aspiratione dicimus: nam antiqui Thus dicebant, ἀπὸ τῶν θεῶν, quod displicuit: uel à θύω, quod est sacrifico. Tura enim à tundendo dicta esse uoluerũt, à glebis tusis, cum qbus dicitur fluens de arboribus coalescere. At Chalybes nudi ferrũ.) Populi sunt apud quos nascitur ferrũ, unde abusiuè dicitur chalybs ipsa materies: ut, Vulnificusq; chalybs. Nudi autem, aut apud quos arbores nõ sunt, aut uerè nudi propter ferri cædẽdi studiũ. nã legimus: Brõtesq;, Steropesq;, & nudus mẽbra Pyragmon. Virosaq; Pontus Castorea.) Fibri canes sunt Pontici, quorũ testes apti sunt medicaminibus, propter quos ubi se requiri senserũt, eos secãt. de his Cicero: Redimunt se ea parte corporis, propter quam maximè expetuntur. Iuuenalis: Qui se Eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno Testiculi. Castores autem à castrando dicti sunt. Virosa aũt, uenenata: nam licet sint multis remedio, tamen prægnãtes eorũ odore abijciũt, & egerunt partũ. & Virosa dicta, ab eo quod est uirus. Alij fortia accipiunt, à uiribus.

Eliadũ palmas Epei. eq.) Hypallage est. nam hoc dicit: Epeiros creat equas optimas, quæ apud Elidẽ palmas merẽtur, in Iouis Olympici curruli certamine. Sanè Epeiros Græcè profertur: unde etiã e habet accẽtũ. nã si latinũ esset Epirus Epiri, pi haberet, quia lõga est. Nec mireris equas currere. nam (ut dicit Plin.) uelociores sunt, ideo quòd in cursu urinã faciũt.

Continua

Continuo has leges.) iugiter, in æternum, ad perpetuum: sicut sequentia indicant. Nam dicturus est, Aeternaq́ꝫ fœdera mundi. Deucalion lapides uacuū iactauit in orbem.) Iam transit ad fabulā, & poëticè dicit, ista tum primū statuta, quæ ab initio mūdi constat fuisse. Vnde homines nati, durum genus.) Expressit τὸ ἄιτιον, id est, causatiuū. nam & græcè populi λαοὶ dicūtur, à lapidibus. λᾶαι enim lapides dicuntur. Ergo age pingue solum.)

Continuo has leges, æternaq́ꝫ fœdera certis
Imposuit natura locis, quò tempore primum
Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem:
Vnde homines nati, durum genus. ergo age terræ
Pingue solum primis extemplo à mensibus anni
Fortes inuertant tauri, glebasq́ꝫ iacentes
Puluerulenta coquat maturis solibus æstas.
At si non fuerit tellus fœcunda, sub ipsum
Arcturum tenui sat erit suspendere sulco.
Illic officiant lætis ne frugibus herbæ,
Hic sterilem exiguus ne deserat humor arenam:
Alternis idem tonsas cessare nouales,
Et segnem patiere situ durescere campum.
Aut ibi flaua seres mutato sidere farra.

Iam redit ad causam. Primis à mēsibus anni.) hoc est quod dixit, Vere nouo. Puluerulēta coquat maturis solibus æstas.) quæ glebas soluit in puluerem. & reddit causā, cur hoc debeat fieri. Maturis autem solibus est, uehementer feruidis, magnis. Sub ipsū arcturū.) id est, autūnali tēpore, quo arcturus oritur. Et sciendū, quia Sub præpositio quādo tēpus significat, accusatiuo gaudet: ut hoc loco, Sub arcturū, id est, circa arcturū. Idem: Aut ubi sub lucem densa inter nubila sese: &, Sub lucem exportant calathis. Sulco.) id est, aratione. aliter arcturus qui & arctophylax, id est, bootes, post ursæ caudā locatus, quē alij Arcadē fuisse aiūt, Calistonis & Iouis filiū. quia cū matrē in figura ursæ ira Iunonis transfiguratā uellet occidere, ambos à Ioue in cœlū esse trāslatos: ille Arcturus, illa Elice dicta. alij Lacarū hūc uolunt esse, q à pastoribus, quos uino tūc primū repto ebrios fecerat, uelut dato ueneno fuerat occisus. Arcturus aūt, qđ post caudā ursæ locatus sit. ἄρκτος enim ursa, καὶ οὐρὰ cauda: bootes, qđ boues cū plaustro agat dictus est. oritur autē idē Arcturus ante xv. Cal. Octobr. atq́ꝫ exinde pluuiæ incipiūt, qđ ipse aperuit dicēdo: Hic sterilē exiguus ne deserat humor arenā. Arcturū autē pluuiarū & tempestatū esse autorē, & Plautus ostendit in Rudēte, cū eūdem ipsum dicentē facit: Increpuit hybernū, & fluctus moui maritimos. Illic.) in terra pingui. Hic.) in sterili, in tenui & infœcunda. & ut suprà diximus, omnia præcepta quæ cōmemorat, ad illud pertinent quod ait: Quid faciat lætas segetes. Arenam.) aridā terrā, quæ est sicut arena. Alternis.) id est, alternatim. Idem, scilicet agricola. Tonsas nouales.) agros messos. dicimus autē & has nouales, & hæc noualia. proprie nouales sunt arua primū proscissa, & primū segetem ferētia. Patiere.) pro patieris. Situ durescere campū.) ut redeat in uires priores. Sanè sciendū & Ciceronē in dialogis, & cæteros philosophos tractare non quid debeat fieri, sed qd potissimū fieri: quā rem nūc Vergilius sequitur. nam quū dicat multa remedia agrorū recreandorū, ponit præ oībus intermissionē. unde eā rem frequēter iterat. Aut ibi

flaua feres mutato sidere farra.) Si te terrarum cogit angustia, & non habes ubi intermisso agro rursus feras, ibi frumenta feras, unde legumina sustulisti: aut si tibi est opus frumēto, stercora sparge & cinerem, uel incende stipulas. *Sidere.*) modò anno. *Farra.*) genus est frumenti optimi. dicitur frumentum à frumine, quod est gulæ prominēs pars. *Lætū legumen.*) fertile. & lætus prout res fuerit accipimus, ut lætus homo, id est, hilaris: lætū

Vnde prius lætum siliqua quassante legumen,
Aut tenues fœtus uiciæ, tristisq; lupini
Sustuleris, fragiles calamos, syluamq; sonantem.
Vrit enim lini campum seges, urit auenę,
Vrunt Lethæo perfusa papauera somno.
Sed tamen alternis facilis labor: arida tantum
Ne saturare fimo pingui pudeat sola, neúe
Effœtos cinerem immundum iactare per agros.
Sic quoq; mutatis requiescunt fœtibus arua.
Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ.
Sępe etiam sterileis incendere profuit agros,
Atq; leuem stipulam crepitātibus urere flammis.
Siue inde occultas uires, & pabula terræ

pecus, id est, pingue: lætū legumen, ut diximus, fertile, & sic in reliquis. *Siliqua.*) theca leguminis. *Quassante.*) id est, quassa. & legumen dicitur quod manu legatur, nec sectionē requirat: frumenta uero sunt oīa, quæ ex se emittunt aristas. nā quod suprà ait Farra, frumenta accipimus: species est enim pro genere. *Aut tenues fœtus uiciæ.*) Mire ait tenueis: nā uicia uix ad triplicē peruenit fructū, quū alia legumina prouentū habeant felicissimū & fertilem. *Tristisq; lupini Sustuleris fragiles calamos, syluamq; sonantē.*) id est, amari: nam incoctus amarus est. *Vrit enim lini campū seges.*) Bene excerpsit linū, auenas, papauer. & dicit post hæc frumenta serenda non esse. nam licet manu legantur, & sint inter legumina, uiribus tamen frumentis exæquātur. *Lethæo perfusa papauera somno.*) plena obliuionis. nam Ceres Ioue admonente dicitur cibo papaueris orbitatis oblita. & reuera papauer gignit soporem.

Alternis facilis labor.) Redit rursus ad præceptū, quod scit esse præcipuū: id est, ad intermissionē. *Alternis.*) intermissis, subaudi agris. *Facilis.*) utilis. *Ne saturare.*) recreare, pro reparare. *Pingui fimo.*) uel humido, uel fertili. *Effœtos per agros.*) cōtinua fertilitate lassatos: sicut & frequenti partu effœta dicitur mulier. *Cinerem immūdū.*) dicit ad discretionem illius, quo utuntur puellæ: de quibus cineribus in Bucolicis, Fer cineres Amarylli foras. *Mutatis fœtibus.*) ut omni anno proferant, sed diuersa. nam eadē ferre semper non possunt. *Requiescūt fœtibus arua.*) non etiam roborantur, quod intermissio efficit arationis: quam rem rursus repetit dicēdo, Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ. nam liptotes figura est, id est, maxima & præcipua: ut, Munera nec sperno. *Incendere profuit agros.*) non agros, sed ea quæ in agris sunt, id est, stipulas: uel quisquilias, id est, purgamenta terrarū. nam ut uidemus, si in agris qui incendendi sunt desunt stipulæ, aliunde illuc nutrimenta portantur incendij. *Atq; leuem stipulam crepitantibus urere flammis.*) Ecbasis poëtica. *Siue inde occultas uires.*) Inde, id est, ex igni. Occultas aūt, arcana quadā ratiōe cælatas. in hoc aūt sensu sequtur Heracleti opinionē, qui dicit omnia ex igni procreari.

procreari, quem nunc terris alimenta præbere commemorat. Vitium.) quod fœcunditatem impedit. Exudat inutilis humor.) Nouè locutus est. nam nõ ipse humor, sed terra desudat. unde Exudat, pro exudatur accipimus. Cæca relaxat Spiramẽta.) breues cauernas, ꝑ quas sudor emanat, quæ tenuitate sui nõ possunt uideri. Relaxat.) aperit. Quà.)

Pinguia concipiunt, siue illis omne per ignem
Excoquitur uitium, atq; exudat inutilis humor:
Seu plures calor ille uias, & cæca relaxat
Spiramenta, nouas ueniat quà succus in herbas.
Seu durat magis, & uenas astringit hianteis,
Ne tenues pluuię, rapidiúe potentia Solis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
Multum adeò rastris glebas qui frangit inertes,
Vimineasq; trahit crates, iuuat arua: neq; illum
Flaua Ceres alto nequicq̃ spectat Olympo.
Et qui proscisso quę suscitat æquore terga,
Rursus in obliquum uerso prorumpit aratro,
Exercetq; frequens tellurem, atq; imperat aruis.
Humida solstitia, atq; hyemes orate serenas

pro quæ. Durat.) Actiuum est hic. dicimus enim duro et duror, & duro neutraliter, & dureo. Hiãteis.) apertas & patẽtes. Ne tenues pluuiæ.) aut lentæ & penetrabiles, aut epitheton est aquarum. aquæ enim naturaliter tenues sunt: sic alibi, Aut in aquas tenues dilapsus abibit. Rapidi.) feruidi et ardẽtis. Acrior.) ualidior. Boreæ.) uẽti, aquilonis. Penetrabile frigus.) q̃d omnia penetrat. Adurat.) & ad Solem & ad frigus pertinet. nam uno sermone duo diuersa conclusit, quæ tamen unũ effectum habẽt. nam & frigus est caloris initiũ, & summus calor frigoris est principium. unde quasi unus effectus est & frigoris & caloris. Rastris.) Et hos rastros dicimus, & hæc rastra. Legimus enim, At istos rastros interea depone: in Terentio. item, Rastraq; & incuruis æuum tribuere ligones. Et rastra dicta, quod terram radant. Glebas inertes.) pigras, nihil creantes. Vimineas crates.) Instrumẽta rustica ad agrorũ scilicet exæquationem. & hic trãsit ad aliud præceptũ. Alto.) de alto. Flaua Ceres.) Flaua dicitur propter aristarum maturitatẽ. & Ceres nomẽ est quod in polysyllabis in nominatiuo singulari producit ultimã, quũ in obliquis corripiat. Nequicq̃.) id est, non sine causa. nam semper duæ negatiuæ unam cõfirmatiuam faciũt. unde male quidam locum illum legunt in Terentio: Pater adest, caue ne te tristem sentiat. si enim hoc est, dicit: Vide ut te tristẽ esse sentiat, quod procedere minime potest. sed ita intelligendũ est: Caue te tristẽ sentiat. nam & ne, & caue prohibentis est. Quæ suscitat æquore terga.) id est, terram quam arauerat. Spectat.) respicit. Rursus in obliquum uerso prorumpit aratro.) scilicet autũnali tempore, quo iam cũ seminibus aratur. nam hoc præcipit, ut quũ denuo aramus, tũc per obliquũ aratra ducamus. nemo enim uno tẽpore bis arat. Atq; imperat aruis.) id est, ut tantũ ferãt, quantũ ipse desiderat. & hoc est quod ait suprà: Illa seges demũ uotis respondet auari Agricolæ. Humida solstitia, atq; hyemes orate serenas.) Duo sunt solstitia: unum æstiuũ, viij. Calen. Iulij die, quo tẽpore remeare sol ad inferiores incipit circulos: & aliud hyemale, viij. Calen. Ianuarias die, quo tẽpore sol altiores incipit circulos petere. Vnde hyemalis solstitij

dies minimus, sicut æstiui maximus inuenitur. Videtur ergo contrariū esse, quod dicit Optate pluuias per solstitia, & per hyemem serenitatem, quum (ut diximus) unum æstiuū sit, & aliud hyemale solstitium. Sed sciendū modò annū in quatuor partes esse diuisum, in duo solstitia, & duo æquinoctia, unum uernale, & aliud autumnale, quæ Græci ἰσημερίας uocant. sunt aūt, viij Calen. Aprilis, & viij. Calen. Octobr. die, qui annus olim in duas tātum partes diuidebatur, hoc est, in æstiuū & in hyemale solstitiū, in duo hemisphæria. ut intelligamus, omnia eum tempora uoluisse complecti. Nam hoc dicit, optandum rusticis ut autumnali & hyemali tempore sit serenitas, quæ duo tempora pro uno habebantur secundū hemicycli rationem, ut diximus. Vernali uero & æstiuo tempore, ut sint pluuiæ: quæ & ipsa duo tempora pro uno erant. tamen si diligenter attendamus, poëtica licentia est usus, ut pluralem numerum pro singulari poneret. nam solstitia pro solstitio, & hyemes pro hyeme posuit. Dicit aūt optāda hæc, quæ per naturā non sunt, quo possit utriusq; tēporis asperitas mitigari, & æstatis calor pluuijs, & frigus hyemis serenitatis tēpore.

Agricolæ: hyberno lætissima puluere farra.
Lætus ager, nullo tantum se Mœsia cultu
Iactât, & ipsa suas mirantur Gargara messes.
Quid dicam? iacto qui semine cōminus arua
Insequitur, cumulosq́ ruit male pinguis arenæ:
Deinde satis fluuium inducit, riuosq́ sequentes.
Et cum exustus ager morientibus æstuat herbis,
Ecce supercilio cliuosi tramitis undam
Elicit, illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, scatebrisq́ arentia temperat arua.

Hyberno puluere.) hyberna serenitate, eo quod nimia serenitas puluerē creat. Lætus ager.) hyberno scilicet sereno. Nullo se tantum Mœsia cultu.) Constat quidē Mœsiam circa culturā esse diligentem, sed non ei cultus suus tantum prodest, quantū hyberna serenitas. Mysia autem prouincia est: Mœsia uero ciuitas Phrygiæ, haud longe à Troia, quā magis debemus accipere, propter Gargara montes Phrygios. Mirantur Gargara messes.) Phantasia est poëtica, rei inanimatæ sensum dare: sic alibi, Mirata estq; nouas frondes, & nō sua poma. Cōminus.) id est, statim, sine intermissione. Insequitur.) prosequitur, & nō sinit quiescere. Male pinguis.) non pinguis, id est, sterilis. Ruit autē, euertit, dissipat. nam modò agētis: ut, Vnà eurusq; notusq; ruunt. nam aliter dictum est, Ruit alto à culmine Troia. Deinde satis fluuium inducit riuosq; sequentes.) Post commemoratam generalem agriculturam, transit ad species, & culturas uenientes ex tempore. nam arare, cinerem iacere, incendere æternum est: irrigare autem non nisi nimiæ siccitatis est. sicut siccare etiam aut ex magnis pluuijs, aut ex fluminis eruptione compellimur. Satis.) segetibus, agris satis. nam participium est. Riuosq; sequētes.) id est, iuges. aut certe riuorum est epitheton. Exustus ager.) scilicet æstatis calore. Morientibus herbis.) Secundum Pythagoricos qui dicūt, omne quod crescit habere animā. unde est, Atq; interfice messes. Ecce.) id est, ex improuiso. Supercilio.) altitudine, summitate terrarum. Raucum per leuia murmur Saxa ciet.) Non solū utilitati hāc rem dicit fore, sed etiā uoluptati. Leuia.) lubrica. Detrita.) nitida. Scatebris.) ebullationibus, quæ sunt quū aqua in aliquas ruinas defluxit:

unde

unde etiam uasa æstuantia scaturire dicuntur. Quid.) subaudi De illo dicēdum est: aut, Quātum illi prodest? Grauidis aristis.) Grauidas aristas periphrasticôs pro spicis posuit. Dicimus autē & hic spicus, & hoc spicū. Cicero in Arato: Spicū illustre ferens insigni corpore uirgo. Sed scire debemus, in usu esse à masculino utrunq; numerū, à neutro uero raro tantū singularē inueniri. nā pluralis nusq̄ lectus est. Culmus.) iūctio spicarū. Luxuriē

Quid, qui ne grauidis procumbat culmus aristis,
Luxuriem segetum tenera depascit in herba,
Cum primum sulcos æquant sata? quiq; paludis
Collectum humorem bibula deducit arena?
Præsertim incertis si mensibus amnis abundans
Exit, & obducto late tenet omnia limo,
Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ.
Nec tamen hæc, cū sint hominūq; boūq; labores,
Versando terram experti, nihil improbus anser,
Strymoniæq; grues, & amaris intyba fibris
Officiunt, aut umbra nocet. pater ipse colendi
Haud facilē esse uiam uoluit, primusq; per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda,
Nec torpere graui passus sua regna ueterno.
Ante Iouem nulli subigebant arua coloni,

segetū.) Bene luxuriē: ut ostendat rem superfluam & nocituram, nisi amputetur. Cum primū sulcos æquāt sata.) quum adhuc herbæ sunt teneræ: id est, antequā cogātur in culmos. & est Vergilij hoc hemistichion unū de inuictis. Deducit.) siccat, detrahit. sic paulò post: Riuos deducere nulla Religio uetuit, id est, siccare. Incertis mēsibus.) inopportunis. Incerti autem mēses sunt ueris & autūni. nam & hyemis certū est frigus, & æstatis certus est calor: Veris uero & autūni nūc frigus, nūc calor est. Obducto late tenet omnia limo.) superlito, superfuso. Tenet.) occupat, & operit. Vnde.) de huiusmodi inundatiōe est amnis. Tepido humore.) noxio, inutili. Lacunæ aūt sunt fossæ, in quibus collecta aqua stare cōsueuit. Nec tamē hæc, cū sint hominūq; boūq; labores.) Ordo est: nec tamē nihil officiūt. & hoc dicit: Licet hæc omnia quæ dixi arando sint experti, & hominū & boū labores, tamē sunt adhuc aliqua, quæ obsunt nisi prouideris, scilicet ut aues obsint, aut umbra arborū. Improbus anser.) insatiabilis, nulli probādus. & dicit anseres agrestes. Strymoniæq; grues.) Thraciæ, â flumine Strymone. Et amaris intyba fibris.) Vt etiā Donatus dicit, male quidā intybā auem quandā amari iecoris accipiūt. nam intyba dicit cicorea, quorum radices multæ & tenues, ambiūt segetes & necāt. Fibris aūt abusiuè ait, q̄ radices intyborū hac atq; illac decurrunt, ut fibræ per iecur, id est, uenæ quædam & nerui. Amaris.) nocentibus: ut, Hostis amare. Aut umbra nocet.) ut, Nocent & frugibus umbræ. Viam.) rationē & artem colendi. Mouit agros, curis acuēs.) Dicturus est Iouem fecisse multa quæ possunt in uituperationem uenire. & ea hoc colore defendit, quod dicat uoluisse cum ingeniū mortalibus ex necessitate præstare, ne torperēt ocio, quod ex rerum abundantia procreatur. Acuens.) exercens. Veterno.) pigritia. nam ueternum dicitur morbus incus, id est, ὕδρωψ, qui homines efficit pigros. & dicitur intercus intercutis. Subigebant.) id est, suo labore colebant. Arua, Nec signare quidem, aut partiri li-

mite campũ.) diuidere & designare. Fas.) id est, licet. In mediũ quærebant.) in commune. Omnia liberius.) quia suprà ait, Atq; imperat aruis. Bene. tunc enim libere cũcta sponte proferebant: nunc autem imperante alio, per laborem culturæ seruiunt. Malũ uirus.) bene addidit malũ, ad discretionẽ epitheton. nam uirus & bonũ & malũ est, sicut uenenũ: nam idẽ est. uenit aũt à græco. nã illi φάρμακον mediũ habẽt: id est, bonũ & malũ. Sanè uirus hodie tres tãtum habet casus, hoc uirus, hoc uirus, ô uirus. antiqui huius uiri dicebãt. Lucret. Tetri primordia uiri. Ignemq; remouit.) nõ penitus sustulit, sed occuluit: unde est, Quærit pars semina flammæ Abstrusa in uenis silicis. Passim.) abũdanter, ubiq. Riuis.) fluminibus. Excuderet.) studiose reperiret & coleret.

Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant, ipsaq; tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.
Ille malum uirus serpentibus addidit atris,
Prædariq; lupos iussit, pontumq; moueri,
Mellaq; decussit folijs, ignemq; remouit,
Et passim riuis currentia uina repressit,
Vt uarias usus meditando extunderet artes
Paulatim, & sulcis frumenti quæreret herbam,
Et silicis uenis abstrusum excuderet ignem.
Tunc alnos fluuij primum sensere cauatas.
Nauita tum stellis numeros, & nomina fecit:
Pleiadas, Hyadas, claramq; Lycaonis Arcton.
Tum laqueis captare feras, & fallere uisco
Inuentum, & magnos canibus circundare saltus.

Frumenti herbam.) periphrasis segetis. Nauita.) pro nauta: sicut Mauors, pro Mars. Numeros.) aut currẽdi modos, id est, ortus & occasus. quod si est, quasi rem philosophorum prætermisit. nam tantũ de nominibus dicit, Pleiadas, hyadas. Aut certe reuera ait Numeros, nam Hipparchus scripsit de signis, & cõmemorauit etiã unumquodq; signũ quot claras, quot secundæ lucis, quot obscuras stellas habeat. secundum quod bene commemoratis signis, quasi notum stellarum numerum prætermisit. & in eo cum dixit, Nautam stellis numeros & nomina fecisse, significat necessitate quærendarum rerum, quæ antè sponte sua cunctis prouenіebãt, homines nauigandi peritiã & studiũ reperisse. & ex eo quod sequitur, quod præcedit ostendit. Nauigandi quippe peritiam sequitur studiũ motus & rationes siderum cognoscẽdi, propter tempestatẽ maris & uentorũ motus. Pleiadas.) Signũ est ante genua tauri, quod ortu suo primæ nauigationis tẽpus ostẽdit. unde græcè Pleiades dicũtur, ἀπὸ τοῦ πλεῖν: latinè Vergiliæ, à uerni tẽporis significatione, quo oriũtur. Hyadas.) signũ est in frõte tauri, quod ortu suo efficit pluuias. unde stellæ hyades uocãtur, ἀπὸ τοῦ ὕειν, quas Latini suculas appellauerũt. Clarãq; Lycaonis Arcton.) Elicẽ dicit, id est, maiorẽ septentrionem: nã minor appellatur cynosura. Lycaonis aũt, subaudi filiã: ut, Deiphobe Glauci. Lycaon enim rex Arcadiæ habuit filiã Calistò, quã quũ uitiasset Iupiter, Iuno in ursam cõuertit, & postea Iupiter miseratus in signũ trãstulit. Tũ laqueis captare feras, & fallere uisco Inuentũ.) Vnus sensus est diuisus interpositiõe alterius. nã laqueis feras captare ad uenationem ptinet, id est, illaqueare feras incuruatis arborib. Fallere uisco.) ad aucupiũ. Et magnos

gnos canibus circũdare ſaltus.) item ad uenationẽ. Male aũt de aucupio reſpuũt, totum referẽtes ad uenationẽ: & dicũt Fallere uiſco, pro uiſceratione poſitũ. Conſtat enim luparios carnibus tinctis ueneno lupos necare. quod ideo non procedit, quia hoc uiſcũ, huius uiſci facit, ſicut templũ templi: unde eſt, Fallere uiſco. Viſcus uero, id eſt caro, uiſceris facit: ut pecus pecoris. & ſi de carne loquebatur, uiſcere debuit dicere. Lucret. Permixtus uiſcere ſanguis. item ipſe, Viſcus gigni ſanguenq; creari. Primo de nautis & nauigio inuẽto, poſtea de uenatione dixit, nunc de piſcatoribus loquitur. cuncta enim neceſſitas inuenit. Funda iam uerberat.) Genus eſt retis, dictũ à fundẽdo: id eſt, retiaculum, qui dicitur βόλος. Humida lina.) uerriculum ſignificat. Rigor.) durities: unde et rigidus, durus homo dicitur. Argutæ ſerræ.) ſtridulæ, ſonoræ. & dicitur Perdix ſororis Dædali filius inueniſſe circinũ & ſerrã. Fiſſile.) quod findi põt. Tũ uariæ uenêre artes.) ex neceſſitate ſcilicet diuerſarũ rerũ, quibus homines repreſſa ſpõtanea cunctarũ rerũ origine, & terrarũ fructificatiõe ceperũt egere. Labor improbus.) uel magnus, uel nulli probabilis: nullus eſt enim amator laboris. Duris urgens in rebus.) urgẽs, inſiſtens, cogẽs, & quaſi importunè. Egeſtas.) indigentia rerum. Perſius: Magiſter artis ingeniiq; largitor Venter, negatas artifex ſequi uoces. Prima Ceres.) Prima Ceres omne genus agriculturæ hominibus indicauit. ſuperfluo enim quæſtionem mouent quidã cõmentarij, dicentes Oſyrim uel Triptolemũ aratrũ inueniſſe. Nam aliud eſt unam rem inuenire, & aliud omnem agriculturam docere, quod fecit Ceres. Nam ferrum dicẽdo, cuncta generaliter ruſticorum arma complectitur. Sacræ Deficerent ſyluæ.) Emphaſis eſt: id eſt, etiam ſacræ, quarũ ſterilitas cæterarum quoq; ſignificat infœcunditatem. Arbuta autem ſunt rubra poma ſyluarum, quæ Plinius unedones uocat: aſperitate ſui plura edi non poſſunt. Victum Dodona negaret.) Dodona ciuitas Epiri, iuxta quam eſt nemus Ioui ſacratũ, & abũdans glandibus ſemper. unde κατ᾽ ἐξοχὴν Dodonæ efficit mentionem. & totum quod dicit hic, hoc eſt: prius homines (ut legimus) glãdibus paſti ſunt, nec aliud ad uictũ quærebãt. cũ igitur iam deficerent glandes, & nõ ſolum quælibet ſyluæ, ſed etiam ſacræ uictum hominibus negarent, & cum alijs ſyluis ipſa quoque Dodona ciuitas, quæ iuxta ſe nemus Ioui cõſecratum habebat, glandes uſibus humanis ſubtraheret, Ceres prima omne genus agriculturæ hominibus indicauit. Labor additus.) aut datus, ut nihil mali antè habuerint: aut reuera additus, quia antè erat quidem labor, ſed tantum herbarũ intyborum, poſtea acceſſit rubiginis, carduorum. Eſſet.) conſumeret: ut, Eſt mollis flamma medullas. Rubigo autem genus eſt uitij, quo culmi pereunt. ſed abuſiue rubigo dicitur. nam proprie rubigo eſt, ut Varro dicit, uitiũ obſcenæ

Atq; alius latum funda iam uerberat amnem,
Alta petens, pelagoq; alius trahit humida lina.
Tum ferri rigor, atq; argutæ lamina ſerræ,
(Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum)
Tum uariæ uenere artes. Labor omnia uincit
Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas.
Prima Ceres ferro mortales uertere terram
Inſtituit, cum iam glandes, atq; arbuta ſacræ
Deficerent ſyluæ, & uictum Dodona negaret.
Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos
Eſſet rubigo, ſegniſq; horreret in aruis

Carduus, intereunt ſegetes, ſubit aſpera ſylua,
Lappæq́, tribuliq́, interq́ nitentia culta
Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.
Quod niſi & aſſiduis terram inſectabere raſtris,
Et ſonitu terrebis aues, & ruris opaci
Falce premes umbras, uotisq́ uocaueris imbrē,
Heu magnum alterius fruſtra ſpectabis aceruum,
Concuſſaq́ famem in ſyluis ſolabere quercu.
Dicendum & quæ ſint duris agreſtibus arma.
Queis ſine nec potuere ſeri, nec ſurgere meſſes.
Vomis, & inflexi primum graue robur aratri,
Tardaq́ Eleuſinę matris uoluentia plauſtra,
Tribulaq́, traheæq́, & iniquo pondere raſtri.

obſcenæ libidinis, quod ulcus uocatur. id aūt abūdantia & ſupfluitate humoris ſolet naſci, quæ græcè σατυρίασις dicitur. Segnis carduus.) *inutilis, infœcūdus.* Aſpera ſylua.) *Notandum, etiam de herbis ſyluam dictam.* Infelix lolium.) *infœcūdum. cōtrà,* Feliceḿq trahit limū. Steriles auenæ.) *ad diſcretionem earū quæ ſeruntur.* Quod niſi & aſſiduis terram.) *Iam concludit, & hoc dicit: niſi ſæpe ſarrieris, propter illud:* Et amaris intyba fibris Officiunt. *niſi aues fugaueris, propter illud:* Strymoniæq́ grues. *niſi falce amputaueris ramos, propter illud:* Aut umbra nocet. *niſi uotis inuocaueris pluuias, ꝑpter* Humida ſolſtitia, atque hyemes orate ſerenas: *ſine cauſa ingenteis frumēti alieni aceruos aſpicies. per qđ oſtendit ruſticū ſua inertia famē, nō anni uitio ſuſtinere.* Inſectabere.) *pro inſectatus fueris, futurum indicatiui, pro futuro ſubiūctiui.* Raſtris.) *ſarculis.* Terrebis.) *pro terrueris.* Premes umbras.) *coartabis, & imminues.* Vmbras.) *id eſt, ramos arborū incūbentes ſegetibus amputans.* Votisq́ uocaueris imbrem.) *ut inuoces fore tibi pluuiam.* Alterius aceruū.) *qui hæc accuratè egerit.* Fruſtra ſpectabis.) *in alio cernens, quod ipſe non habeas.* Famem ſolabere.) *ac ſi diceret, ne glādibus quidē ſatiaberis: quia dixerat,* Et uictum Dodona negaret. Duris agreſtibus.) *quia in labore durant.* Arma.) *inſtrumenta: ut alibi,* Cerealiáq arma. Quis ſine.) *ſine quibus.* Seri, *ſeminari.* Surgere.) *creſcere.* Vomis.) *& ab eo quod eſt uomer, & ab eo qđ eſt uomis, uomeris facit: ſed rationis eſt uomer. nā uomis uſurpatū eſt. rarū enim eſt, ut in is exeūtia, ri in obliquis recipiant, ut cinis, puluis. talis eſt & in græcis ratio. nam actin & actis dicūt, delphin & delphis, eleuſin & eleuſis: ſed uerius in n deſinūt, quod in obliquis habent, ut actinos, eleuſinos, delphinos.* Graue robur.) *propter ſulcos altius imprimēdos. Inflexi aūt pro flexi, nam* In *abūdat.* Tardáq Eleuſinæ matris.) *Eleuſin ciuitas eſt Atticæ prouinciæ, nō longe ab Athenis. in qua quū regnaret Celeus, & Cererē filiam quærentē liberaliſſime hoſpitio ſuſcepiſſet, illa pro munere oſtendit ei omne genus agriculturæ: filiū etiā eius Triptolemū recens natū, per noctem igne fouit, per diem diuino lacte nutriuit, & eum alatis ſerpentibus ſuperpoſitū per totum orbem miſit, ad uſum frumentorū hominibus indicandum. ergo hoc dicit,* Plauſtra uolubilia matris Eleuſinæ, *id eſt, qualia oſtendit Ceres apud Eleuſin. aut certe, qualibus mater deûm colitur: nam ipſa etiā eſt Ceres.* Tribula.) *genus uehiculi, quo terūtur in area fruges maturæ.* Traheæq́.) *Epentheſim fecit cauſa metri, ſicut nauita. traha autem genus uehiculi, dictū à trahendo,*

hendo: nam non habet rotas. Iniquo pondere rastri.) Pro, iniqui ponderis, id est, magni: scilicet ut sine labore rustici glebas possint infringere. Virgea praeterea Celei, uilisq; supellex.) id est, uasa de uimine facta, qualia Ceres aliquando monstrauit: ut qualos, corbes, & caetera. Sanè haec corbis dicendum est, foemineo genere, secundum Tulliū qui ait, Messoria se corbe contexit. Sanè Supellex usurpatum, nam artis est supellectilis. genitiuus enim

Virgea praeterea Celei, uilisq; supellex,
Arbuteae crates, & mystica uannus Iacchi:
Omnia quae multo ante memor prouisa repones,
Si te digna manet diuini gloria ruris.
Continuo in syluis magna ui flexa domatur
In burim, & curui formā accipit ulmus aratri.
Huic à stirpe pedes temo protentus in octo,
Binae aures duplici aptantur dentalia dorso.
Caeditur & tilia ante iugo leuis, altaq; fagus,
Stiuaq;, quae currus à tergo torqueat imos,
Et suspensa focis exploret robora fumus.

aut par debet esse nominatiuo, aut maior: ut musa, musae, doctor doctoris. Si duabus maiorem inuenerimus, contra artem id esse manifestū est: ut anceps, praeceps, & pauca alia. Arbuteae crates.) ex arbuto factae. Et mystica uānus Iacchi.) id est, cribrum areale. Legimus autem & Vallus, secundum Varronem, quod id nihilominus significat. Mystica autē Iacchi ideo ait, quòd Liberi patris sacra ad purgationem animae pertinebant, & sic homines eius mysterijs purgabantur, sicut uannis frumenta purgantur. hinc est quod dicitur, Osyridis membra à Typhone dilaniata, Isis cribro superposuisse. nam idem est Liber pater, in cuius mysterijs uannus est, quia (ut diximus) animas purgat. unde & Liber, ab eo quod liberet, dictus est: quem Orpheus à gigantibus dicit esse discerptum. Ante memor prouisa repones.) antequam agriculturam exerceas, antè praeparabis haec omnia, quae in illius rei sunt usu necessaria. Prouisa.) id est, praeparata. Repones.) recondes, & sylua custodies. Manet.) expectet. Diuini gloria ruris.) id est, si tu gloriā diuini ruris uis adipisci: aut si id tibi cōcessum est caelitus, ut gloriā ruris habeas. Diuini autē, à dijs conditi, quia Terra dea dicitur. Continuo.) principio, statim, aut priusquam agriculturā coeperis. Vi.) uirtute. Domatur.) usui seruire cogitur. In burim.) in curuaturā. nam Buris est curuamentū aratri, dictū quasi βοὸς οὐρὰ, quòd sit in similitudinē caudae bouis. Formā.) modum. Huic.) id est, aratro. A stirpe.) id est, à radice, uel ima summitate. Temo.) ad quem ligantur uel iunguntur boues. Pedes protentus in octo.) subaudi Aptatur. Binae.) duae, quibus latior sulcus efficiatur. Duplici dentalia dorso.) Dentale est lignum, ad quod includitur uomer. Duplici autē dorso dicitur, aut lato: ut, At duplex agitur per lumbos spina: aut reuera duplici, cuius utrunq; eminet latus. & ferè huiusmodi sunt omnes uomeres in Italia. Iugo.) id est, ad iugum. Leuis.) Ideo leuis, ne boues laborēt. Stiua.) manica aratri qua regitur. Cicero in Scauriana: Ab ipsa stiua mecū homines loquebantur. Currus imos.) Currus dixit propter morem prouinciae suae, in qua aratra habent rotas quibus iuuantur. A tergo.) post tergum. Torqueat.) uertat. Suspensa focis exploret.) Probatae enim soliditatis sunt ligna, si fumo rimas minimè effecerint. nanq;

ad exudandum fumũ adhibita, ſtrimas faciunt & ſciſſuras, mala ſunt & infirma. totus autem hic locus de aratro Heſiodi eſt: τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν μεμνημένος ὥριον ἔργον. ὅλμον μὲν τριπόδην τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν, ἄξονα δ' ἑπταπόδην. Ni refugis.) *ni graue tibi ſit.* Tenues.) *leues.* Piget.) *pigrum eſt.* Tum primum, *in primis.* Tum primum ingenti æquanda cylindro, Et uertenda manu, & creta ſolidanda tenaci.) Hæc per hyſteron proteron: *nam primum eſt, ut terra uertatur, deinde ſolidetur glarea, poſtmodum æquetur cylindro, id eſt, lapide tereti in modum columnæ, qui à uolubilitate nomẽ accepit.* κυλινδεῖν *eſt uerti.* Neu puluere uicta fatiſcat.) Hypallage *eſt, pro ne uicta fatiſcat in puluerẽ.* Variæ illudũt peſtes.) *per ludum nocẽt.* Exiguus mus) *nitela, cuius* Cicero *meminit in* Sextiana. *Et quia hic* Vergilius *uilium animaliũ mentionem fecit, ideo præmiſit,* Ni refugis, tenueſq; piget cognoſcere curas. Aut oculis capti talpæ.) *hoc eſt, oculis debiles. & mutauit genus, nam hæc talpa dicitur, ſicut & de damis fecit: ut,* Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ. *Cum enim talpæ cæci naſcantur, qui capti oculis? illi enim capi dicuntur, qui aliquando uiderunt.* Cauis.) *cauernis.* Bufo.) *rana terreſtris nimiæ magnitudinis.* Monſtra.) *id eſt, & alia purgamenta terrarũ.* Ferunt.) *gignunt.* Farris.) *frumenti, & ſpeciale poſuit pro generali. nam non ſolũ far, ſed alias fruges & ſegetes hæc monſtra & uermes populantur.* Curculio.) Varro *ait, hoc nomen per antiſtichon dictũ, quaſi gurgulio, eo quòd nihil in eo penè aliud quàm guttur uidetur.* Inopi metuens formica ſenectæ.) *quæ ſemper alienũ quærit auxiliũ: nam* Inopi *non tantũ ad formicam ptinet, ſed generale epitheton eſt ſenectutis.* Contẽplator itẽ.) Prognoſticon *eſt anni fertilis uel infœcũdi.* Contẽplator *aũt modi imperatiui eſt, futurũ pro præſenti* Contẽplare: *ut,* Cõtemplator aquas dulces. Terent. Loqtor paucula, *pro loquere.* Nux plurima.) *id eſt longa. ſignificat aũt amygdalũ: ſed hoc* Græcũ *eſt* τὸ ἀμύγδαλον, καὶ τὰ ἀμύγδαλα. Et cum *flos induat nucẽ, id eſt, ueſtiat: figuratè hoc dixit.* Syluis.) *in ſyluis.* Induet in florẽ.) *ſe effundet in florẽ. & bene elegit arborẽ, quæ folijs prima ueſtitur.* Ramos curuabit olẽtes.) *Multitudine & denſitate florũ.* Olentes *aũt, odoriferos.* Si ſuperant fœtus.) *id eſt, ſi flores in fructus uertũtur, & ſi ipſi creſcãt & abundent: nam propriè ſuperãt, abundant.* Pariter frumẽta ſequẽtur.) *& etiã frumẽta copioſa prouenient.* Pariter *hic pro ſimiliter:* Plau. in Aulu.

Poſſum multa tibi ueterum præcepta referre,
Ni refugis, tenueſq; piget cognoſcere curas.
Area tum primũ ingenti eſt æquanda cylindro,
Et uertenda manu, & creta ſolidanda tenaci,
Ne ſubeant herbæ, neu puluere uicta fatiſcat.
Tum uariæ illudunt peſtes, ſæpe exiguus mus
Sub terris, poſuitq; domos, atq; horrea fecit,
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ,
Inuentuſq; cauis bufo, & quæ plurima terræ
Monſtra ferunt, populatq; ingẽtem farris aceruũ
Curculio, atq; inopi metuens formica ſenectæ.
Contemplator item cum ſe nux plurima ſiluis
Induet in florem, & ramos curuabit olenteis.
Si ſuperant fœtus, pariter frumenta ſequentur,

in Aulu. Pariter moratus ut pater atq; auos fuit eius. Magnaq; cum magno ueniet tritura calore.) *Aut æstus nimios futuros significat cum abundātia frugū, aut certe per calorē festinationem operis: alibi,* Feruet opus: *ut ostendat eo anno pro copia frugū festinantiā & studiosam triturā futurā.* Luxuria foliorū exuberat.) *superabundat, & amplior est.* Nequicq̄ pingues.) *nō pingues, id est, sine frugib. ut alibi,* Nequicq̄ seros exercet noctua cātus:

Magnaq; cum magno uenient tritura calore.
At si luxuria foliorum exuberat umbra,
Nequicquā pingues paleæ teret area culmos.
Semina uidi equidem multos medicare serentes,
Et nitro prius, & nigra perfundere amurca,
Grandior ut fœtus siliquis fallacibus esset,
Et quamuis igni exiguo properata maderent,
Vidi lecta diu, & multo spectata labore
Degenerare tamen, ni uis humana quotannis
Maxima quæq; manu legeret. Sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri.
Non aliter, quàm qui aduerso uix flumine lembū
Remigijs subigit, si brachia forte remisit,
Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.

idest, nō. Palea.) *ablatiuus est, quasi ex palea. & hoc dicit, si in amygdali floribus folia semper abundauerint, & in frugibus paleæ granis erunt copiosiores, & in area amplius paleæ q̄ grana teruntur. Et notandum paleā dictā singulari numero contra artē. nā quæ ex pluribus cōstant, numeri sunt tantū pluralis secundū artē, ut cancelli, bigæ, scopæ, licet abutātur poëtæ.* Semina uidi equidē multos medicare.) *Incipit dicere de medicandis seminibus leguminū, quemadmodū & maiora fiant, & modico igni soluantur. Bene aūt ait, Equidē, ut à præiudicio inchoaret. nam hoc dicit, Equidē hæc uidi fieri. Sed sic quoq; legumina degenerāt, nisi singulis quibusq; annis hoc fiat. Inde enim est:* Sic omnia fatis In peius ruere. *Medicare aūt antiquè dixit, nam maiores Medico, & Medicor dicebāt, ut populo, & populor, quæ uerba modo ab utraq; significatione passiuæ sunt declinationis: sed ut medicare pro medicari diceret, metri necessitas fecit. Sanè Medicor accusatiuū regit, ut, Medicor illam rem, Medeor uero illi rei dicimus, Medeor illam rem figuratū est.* Et nitro prius.) *Nitrū ex aqua in modū salis coalescit, & ad solem liquescit, quod aptū est ad lauandū.* Nigra perfundere amurca.) *Olei sordibus, scilicet his quæ præcedūt: nam sordes quæ oleū sequūtur, fæces uocantur. & Amurca per c scribitur, & per g pronunciatur, ut C. Gaius: Cn. Gneus.* Siliquis fallacibus.) *quæ fallere plerūq; solent. Interdū enim leguminū folliculi maiores uidentur, quū inanes sint.* Properata maderēt.) *festināter coquerentur & cito.* Spectata.) *probata: ut,* Et rebus spectata iuuētus. Ni uis humana.) *aut possibilitas. Sallust.* Sed nostra omnis uis in animo & corpore sita est. *Aut certè multitudo. tamē uerius est, ut Vis quasi uiolētia sit in rebus, quæ cōtra naturā uertuntur in melius. Sic enī & Donatus sensit, dicēs: nisi uiolētia fiat naturæ, oīa in deterius cadunt.* Manu legeret.) *hinc quidā uolunt dictū legumē.* In peius ruere, ac retro sublapsa referri.) *τὸ αὐτὸ: nam bis idem dixit.* Lembū.) *nauiculā admodū breuem.* Subigit.) *sursum agit: ut,* Et corpora saltu Subijciūt in equos. *Aut certè* Subigit, *id est urget, impellit.* Atq; statim in præceps.) *Et hoc dicit; ita omnia quæ terra profert, nisi continuū in eis stu*

dium agricola exerceat, licet medicentur, et grandia plerunq; nascãtur, in peius ruũt, & sic feruntur. sicut qui cõtra cursum fluminis, & ui nauim agere uult, si aliquantulũ brachia & manus remiserit, & fessus uel modicè ab opere cessauerit, statim agente ui fluminis, & naturali cursu relabitur, nec potest sursum ire, sed in præceps uadit. nam propriè Præceps *id significat.*

Præterea tam sunt arcturi sidera nobis,
Hædorumq́; dies seruandi, & lucidus anguis,
Quã quibus in patriam uentosa per æquora uectis
Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi.
Libra die, somniq́; pares ubi fecerit horas,
Et medium luci atq; umbris iam diuidit orbem,

Præterea tam sunt arcturi sidera nobis.) *Id dicit, astrologiã ita rusticũ, ut nauigantem scire debere: ut sicut nauigãdi tempus & uentorũ atq; tempestatũ motus, alter ex siderũ compositione cognoscit: ita & iste terrã colendi cõgrua tempora, & diuersos casus uel caloris uel frigoris, aut pluuiarum ex stellis agnoscet.* Arcturus *aũt stella est in signo* Bootæ, *post* Septentrionẽ, *cuius ortus & occasus tẽpestates grauissimas facit; unde ait* Sidera, *id est, tempestates: ut alibi,* Scit triste Mineruæ Sidus. Hædorumq́; dies.) Aurigæ *signũ est haud longe à* Septentrione, *cuius pedẽ cum cornu tauri una stella cõiungit. hic in manu sinistra fert hædos, in humeris caprã, quæ aluisse dicitur* Iouẽ. Hoc *quoq; signũ tam ortu q̃ occasu suo efficit tempestates.* Bene *aũt ait* Dies, *quia et magnitudine sui multis diebus oritur, & tempestas aut præcedit signũ, aut sequitur, aut cum eo est.* Sanè *sciendum omneis astrologos pro ratione climatũ dissentire in ortu siderũ, sed ipsa dissensio ultra septẽ dies nõ procedit. septem enim sunt ipsa quoq; climata. hinc est quòd* Solem *ad unũquodq; signũ alij quintodecimo* Cal. *die dicũt uenire: alij xiij, & infra usq; ad octauũ, nec quisquã procedit ulterius.* Lucidus anguis.) Tres *sunt angues in cælo: unus qui in septentrione est, alter* Ophiuchi, *tertius australis: in quo sunt crater & coruus, de quo nunc propriè ait* Anguis: *nam* ὕδρα *dicitur* Græcè. *& scimus anguis aquarũ esse, serpentes terrarũ.* Hæc *aũt signa generaliter posuit. nõ enim hæc tria tantũ, sed omnia præcipit obseruanda.* Vectis.) *his qui uehuntur, cuius significationis participiũ latinitas nõ habet.* Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi.) Sestos & Abydos *ciuitates sunt* Hellesponti, *quæ angusto & periculoso mari segregãtur. unde elegit locũ periculosiorẽ, quem pro omni poneret pelago.* Sanè *secundũ artem hæc ostræa ostreæ dicimus. nullũ enim habet* Latinitas *nomen animalis, quod neutri sit generis: sicut* Græcè τὸ κῆτος, καὶ τὰ κήτη. *licet &* Horat. *dixerit:* Ostrea Circæis, Miseno oriuntur echini. Et Iuuenal. Grandia quæ medijs iam noctibus ostrea mordet. *quos tamẽ possumus* Græcè *locutos accipere. ita enim dicũt,* τὸ ὄστρεον, καὶ τὰ ὄστρεα. Libra die.) Hic *iam incipit disputare de cognitione temporũ ex sideribus.* Die.) *nõ est apocope pro diei, sed regularis genitiuus: nam (ut sæpe diximus) obliqui casus singularis numeri, nõ debent esse maiores nominatiuo plurali. quod uerũ esse* Sallust. *probat, qui in prosa ait,* Dubitauit acie pars. Hinc *est & illud:* Curruq; abscisa duorũ Suspendit capita. Somni.) *id est, noctis: nam ab officio tempus demõstrat.* Dicit *aũt æquinoctiũ autumnale, quod fit sole in libra posito. uernale æquinoctiũ sol in ariete efficit.* Dicit *aũt frumenta serẽda esse autumnali tẽpore, legumina uero usq; ad ueris initiũ.* Luci.) *diei.* Vmbris.) *nocti.* Diuidit orbẽ.) *ut orbẽ uide*

licet

licet cæli mediũ teneat ſol, medium luna. Exercete uiri tauros.) *ad aratra iungite.* Tauros *autem, boues forteis accipe.* Ordea.) *Vſurpatiuè.* Et *ſciendũ in his tres tantum caſus uſurpari, hæc ordea, ò ordea: ſicut uina, uina, uina: mella, mella, mella.* Vſq; ſub extremũ brumæ.) *id eſt, non uſq; ad brumæ finem, ſed circa. nam bruma finitur octauo* Cal. Ianuarij *die. & Iſte non uſq; ad ipſum diem dicit eſſe ſerendum.* Intractabilis *autẽ, propter frigus dura & aſpera.*

Exercete uiri tauros, ſerite ordea campis,
Vſq; ſub extremũ brumæ intractabilis imbrem.
Nec non & lini ſegetem, & cereale papauer,
Tẽpus humo tegere, & iandudũ incũbere aratris,
Dum ſicca tellure licet, dum nubila pendent.
Vere fabis ſatio, tunc te quoq; Medica putres
Accipiunt ſulci, & milio uenit annua cura:
Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus, & aduerſo cedens canis occidit aſtro.

Cereale papauer.) *uel quod eſt eſui, ſicut frumentũ: uel quo* Ceres *uſa eſt ad obliuionẽ doloris.* Iandudũ) *quamprimũ. & dicit ſerendũ eſſe eo tẽpore, nõ quo iã ſunt pluuiæ, ſed quo imminent pluuiæ.* Incumbere aratris.) *inſiſtere arationi.* Dum ſicca tellure licet.) *dum adhuc non dum pluit, ſed iam eſt uicinũ.* Dum nubila pendent.) *dum penè iam uidentur nubila pendere, & expectare ut effundant pluuias.* Vere.) *tempore ueris.* Satio.) *ſementis: & declinatur, ſicut nauis.* Tunc te quoque medica putres Accipiunt ſulci.) *Ad ipſam herbam apoſtropham facit.* Hæc *autẽ herba à Medis trãſlata eſt in* Græciam, *quo tempore eam inuaſerunt. huius plena* Venetia *eſt, & (ut dicit* Dionyſius*) trium foliorũ eſt, ſemperq; uirens.* Quòd *autem ait* Putres *ſulci, naturã ipſius herbæ reſpicit: nam uno anno frequenter ſeritur, & poſtea aliquot annis ſponte procreatur: quod etiã ſequens indicat uerſus. nam dicendo,* Et *milio uenit annua cura: oſtendit medicæ curam non eſſe annuã. hæc autem herba uulgo dicitur ſylla.* Candidus auratis aperit cum cornibus annũ Taurus.) Quo *tempore annum aperit candidus taurus, qui eſt cum auratis cornibus. nam* Aperit *cornibus, non procedit. nõ enim à capite, ſed à dorſo oritur, id eſt, à medio ſui, unde incipit apparere. nam ea parte qua latus eſt, oritur, non à fronte.* Aperit *autẽ ideo ait, aut quia* Aprili *menſe ſol in tauro eſt, quo cuncta aperiuntur. & aliud eſt* Aperire *annũ, & aliud* Inchoare. *nam nullus dubitat* Martio *menſe (ut ſupra diximus) annũ inchoari, & hoc eſt melius.* Aut *certè* Aperit *annũ dixit, quia & unumquodq; ſignũ poteſt inchoare annũ & finire, ut* Aperit *annum dixerit, ſcilicet ſuum: nam & à tauro uſq; ad taurum, & à geminis uſq; ad geminos, annus eſt.*

Auerſo *autẽ aſtro, duplex lectio eſt. nam alij* Aduerſo *legunt. cum cane enim naſcitur* Sirius, *qui eſt terris aduerſus, de quo legimus:* Ille *ſitim, morboſq; ferens mortalibus ægris* Naſcitur. *Aut aduerſo ſit, peſtifero & contrario mortalibus.* Si *autẽ* Auerſo *legerimus,* Cum *ſubaudiamus neceſſe eſt: ut,* Atq; Ixionij *uento rota conſtitit orbis: id eſt, cum uento. ut ſit ſenſus,* Quo *tempore etiam canis cedens occidit cum auerſo aſtro: id eſt, cum* Argo, *quæ & ipſa media eſt, ſicut taurus, & â puppi oritur, cui canẽ conſtat eſſe coniunctũ. &* Cedens *canis, non recedens, ſed incedẽs accipimus & ſe mouens.* Tempore *enim quo taurus cũ ſole eſt, etiã canis ad ortum feſtinat.* Quòd *aũt ait* Occidit, *ad aſpectum noſtrũ rettulit. nam ortus & occaſus duo ſunt.* Vnde *ἡλιακὸς, id eſt, ſolis: & alter κοσμικὸς, id eſt, mũdanus. unde ſit,*

ut ea signa quæ cum sole oriuntur, à nobis non possint uideri, & ea quæ uidemus, quantum ad solis rationem pertinet, uideantur occidere: secundū quod nunc ait, Occidit canis. *nam canis paranatelon est cancri, id est, cum eo oritur.* Cancer *autem, quo tempore sol in tauro est, post horā quartam diei oritur. nam taurus & gemini binas horas tenent: sic ergo fit, ut canis nobis occidat, quantum autem ad solis pertinet cursum, in ortu esse uideatur. Secundum hanc rationem etiam paulopòst dicturus est:* Ante tibi Aeoæ Atlantides abscōdatur. *nam* Aeoas *ait in ortu* Heliaco *positas, unde & tibi abscōdantur intulit.* Triticeā in messem.) *ad messem tritici uel segetis.* Robustáq; farra.) *frumenta quæ plus habent uirium q̃ legumina, quo tempore* Atlantides *nobis occidunt, sunt serēda.* Atlantides *autem licet septem fuisse dicantur, sex tamē uidentur in cælo, quæ* Nouembri *mēse nobis incipiunt nō uideri. hæ autē, ut alij uolunt,* Iouis: *ut alij,* Liberi *nutrices fuerunt: alij ipsas fuisse asserunt* Hesperidas.

At si triticeam in messem, robustáq; farra
Exercebis humum, solisq; instabis aristis,
Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur,
Cnosiáq; ardentis decedat stella coronæ,
Debita quàm sulcis committas semina, quamq́;
Inuitæ properes anni spem credere terræ.
Multi ante occasum Maiæ cœpere, sed illos
Expectata seges uanis elusit auenis.
Si uero uiciamq́; seres, uilemq́; faselum,
Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis,
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes,
Incipe & ad medias sementem extende pruinas,

Exercebis.) *pro exercueris.* Solisq́; instabis aristis.) *Non leguminibus, sed solis segetibus instabis, pro institeris.* Aristis.) *Et hic, sicut suprà, per aristas frumēta significat.* Cnosiáq; ardentis.) *Quum* Liber *pater* Ariadnā Minois *regis* Cretæ *filiā, uxorē duceret,* Vulcanus *ei coronā obtulit, quam ille ad uxoris insigne inter sidera collocauit. & hic stellā poëtica licentia dicit. Ceterū sunt quibus in cælo corona declaratur.* Cnosia *autē* Cretica, *quia ad laudem illius, quæ* Cretici *regis filia fuit, in cælo est posita ipsa corona.* Sulcis.) *arationibus.* Cōmittas.) *quasi custodibus fidis.* Inuitæ terræ.) *Quæ quasi coacta rusticorum labore, & nō sponte fructus profert.* Anni spem.) *unde tu annū possis deducere.* Ante occasum Maiæ.) *Anteq̃* Atlantides *occidant: nam* Maia *una est earū.* Vilem.) *abundantē. nam omne quod abundat, uile est: ut,* Vilibus aut onerat pomis. Nec Pelusiacæ curā aspernabere lentis.) Pelusiū *unū est de septem hostijs* Nili, *ubi optima lens nascitur, unde* κατ' ἐξοχὴν *locutus est.* Cadens.) *occidens, uerno scilicet tēpore: tunc enim* Bootes *occidit.* Quòd *autē subdidit:* Incipe, & ad medias sementem extende pruinas: *omnia complexus est tempora, & uernū scilicet quo legumen seritur, & autumnale quo frumentū: & multi uolunt ita hanc partē astrologiæ librasse* Vergiliū, *ut in omnib. utrūq; significaret, uernale & autumnale: unde & supra bina signa memorauit, taurū cum cane,* Atlantides *cum corona: tamen quantū ad necessitatē loci huius pertinet, hæc dixisse sufficiat: nam maioris prudentiæ est ad subtilē harum rerū scientiam peruenire, adeo ut sequentē rationem zonarum* Metrodorus *philosophus uix quinq; expresserit libris, insertis tā astronomiæ quàm geo-*

metriæ

metriæ partibus, sine cuius lineis haud facile zonarũ deprehenditur ratio. Idem etiã Metrodorus asserit frustra culpari à plerisq; Vergiliũ, quasi ignarũ astrologiæ, quum eum constet operis lege compulsum, ut quædã exponeret, quæ obscura uidentur, ideo quia à naturali ordine remota sunt. ut autẽ omnia non diceret, rusticarũ personarũ habuit consideratione͂, & ipsius est operis breuitate cõpulsus, Dimensum partibus orbem.) *Annũ diuisum in quatuor tẽpora. & duodecim signa 12 menses accipimus.* Quinq; tenent zonæ cælũ.) *Circuli qui cælum ac terrã ueluti zonæ cingunt. Translatiuè, nã propriè zonæ in terris, sed pro parallelis, i. circulis posuit, septentrionalis, æstiualis, æquinoctialis, brumalis, australis.* Rubens.) *ardens.* Torrida.)

Iccirco certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi sol aureus astra.
Quinq; tenent cælum zonæ, quarum una corusco
Semper sole rubens, & torrida semper ab igni,
Quam circum extremæ dextra, læuaq; trahuntur
Ceruleæ, & glacie concretæ, atq; imbribus atris,
Has inter, mediamq;, duæ mortalibus ægris
Munere concessæ diuûm, & uia secta per ambas,
Obliquus quà se signorum uerteret ordo.
Mundus, ut ad Scythiam, Riphęasq; arduus arces
Consurgit, premitur Libyæ deuexus in Austros,
Hic uertex nobis semper sublimis, at illum
Sub pedibus styx atra uidet, manesq; profundi.

id est, accensa. Extremæ,) *Bene extremæ addidit, ne eas intelligeremus, quæ circa igneã sunt, quas constat esse temperatas uicinitate solis & frigoris, quarũ unam nos habitamus, alteram antipodes, ad quos hinc torrente zona, hinc frigidis ire prohibemur. Antipodes autem dicũtur, qui contra nos positi sunt contrarijs uestigijs: terram enim dicunt undiq; cælo & aëre cingi. per has autem duas zonas in obliquũ uertitur signifer circulus, qui solis continet cursum: unde etiam fit, ut duæ zonæ frigidissimæ sint, ad quas nunq̃ accedit, una feruens, à qua pene nunquam recedit, duæ temperatæ, ad quas uicissim uenit.* Per ambas.) *Vtrãq; cũ uitet temperatã: ipsa præpositio Per pro inter accipienda est.* Quà.) *i. per quã.*

Mundus ut ad Scythiã.) *Iam hic diffinitio est nostri climatis, id est, nostræ habitationis, quæ à septentrione incipiens, in australi plaga desinit.* Riphæas autem arces *Scythiam dicit, cuius sunt montes Riphæi.* Arduus.) *excelsus, & summa uertice arctatus.* Vertex nobis semper sublimis.) *id est, hæc pars mundi à nobis semper uidetur.* At illum sub pedibus styx atra uidet.) *id est, axem notion, id est, australem, qui à nobis nunquã uidetur: sicut Boreus, id est, septentrionalis à nobis semper uidetur. & sicut uariæ sunt philosophorũ opiniones, ita & hic uariè loquitur. nam alij dicunt à nobis abscedentẽ solem ire ad Antipodas, alij negãt, & uolũt illic tenebras esse perpetuas. Mirè aũt ait, quasi de inferis:* Styx atra uidet, manesq; profundi: *ut ostenderet illud quod dicũt philosophi, recedentes hinc animas, & illic corpora sortiri. unde & Lucanus ait:* Regit idem spiritus artus orbe alio: *quod uerisimile est, quia dicitur anima, aut igni, aut uento, aut aqua purgari, quod ut fiat, necesse est dum per aut frigidas plagas, aut igneam transeunt. Et licet hoc alij à Vergilio dictum per poëticam licentiam uelint, tamen sciendũ est eum poëticæ licentiæ inseruisse philosophiã.*

Maximus

Maximus anguis.) quia ipse cæteris est maior. Circum perq; duas.) Et circū enim est, & per. nam per utranq; labitur, maiorē cauda tangens, aluo complectens minorē. In morem fluminis arctos.) Hesiod. ποταμῷ ῥείοντι ἐοικώς. Oceani metuentes æquore tingi.) Hoc refertur ad fabulam. nam hæ duæ pellices Iunonis fuisse dicuntur, quas postq̃ Iupiter in siderum numerū retulit, Iuno rogauit Tethym suam nutricē, ne unquā eas pateretur occidere. unde nūc Metuentes dixit, scilicet nutricem Iunonis. Vt perhibēt.) Poëticè. nam in rebus dubijs suam denegat fidem. Intempesta.) inactuosa, alta, densa, crassa, qualis est intempesta. Posse aūt hoc fieri in aliqua parte mundi, ut pene totū sibi uēdicet nox, probat Britannia, quæ lucis diues uix quoddam spatiū noctib. cedit. Obtenta.) obducta. Diemq́ reducit.) Vt quando discedit à nobis, & dies clauditur, tunc illic fit aurora. Afflauit anhelis.) cursu anhelantibus. Sera.) nocti uicina. Vesper.) stella, quæ & Venus & Lucifer dicitur. nam Vesper, eo quòd quibusdam mensib. uespere: Lucifer aūt dicitur, eo quòd quibusdam mane oriatur. Hinc.) id est, ex ratione astrologiæ. & est conclusio. nam hoc dicit, non sine causa intuentur siderum ortus & occasus: hinc enim uniuersa noscuntur. Dubio cælo.) id est, etiā dubio cælo, qđ nunc prospera, nunc aduersa ingerit. Messisq; diē.) id est, quādo sit metendi tēpus oportunum. Serendi.) id est, seminādi. Infidum.) cui nullus potest aut debet cōmittere fidē. nam subito fallit hominem. Marmor.) mare. Quando armatas deducere classeis.) id est, quādo sit tempus ad agendū nauale præliū. Tempestiuā pinū.) opportunā. nam tempore importuno cæsæ arbores cito termites faciūt: ita enim ligni uermes uocātur. Temporibusq; parē.) De rebus cōtrarijs fecit declamationē, dicendo Parem ex diuersis. Re uera enim nihil est tam contrariū inter se, q̃ æstas & hyems: & tamē de his annus efficitur. Multa forent quæ mox cælo properāda sereno Maturare datur.) Ordo est, Multa datur maturare quæ forent properāda sereno cælo: id est, in serenitate. nam malè quidā Forent præsentis temporis esse uolūt, ut sit sensus: Multa sunt quæ maturare datur, mox cælo sereno properanda: id est, in usum sereni cæli. quod non est idoneū. Licet re uera Fore tantū semper futuri temporis

Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis,
Circum perq; duas in morem fluminis arctos:
Arctos Oceani metuentes æquore tingi.
Illic (ut perhibent) aut intempesta silet nox
Semper, & obtenta densantur nocte tenebræ,
Aut redit à nobis aurora, diemq; reducit.
Nosq; ubi primus equis oriens afflauit anhelis,
Illic sera rubens accendit lumina uesper.
Hinc tempestates dubio prædiscere cælo
Possumus, hinc messisq; diē, tempusq; serendi,
Et quando infidum remis impellere marmor
Conueniat, quando armatas deducere classeis,
Aut tempestiuam in syluis euertere pinum.
Nec frustra signorum obitus speculamur, & ortus,
Temporibusq; parem diuersis quattuor annum.
Frigidus agricolam si quando continet imber,
Multa forent quæ mox cælo properanda sereno,

temporis

temporis sit. nam foret & præteritum, & præsens, & futurũ complectitur. Salustius: Ni uirtus, fidesq́ue uestra spectata mihi foret, id est, esset. Ordo est. Multa maturare datur, & celeriter facere, quæ si uelis cœlo sereno properãter facere, non diligenter poteris facere, dum festinas. Procudit.) cudendo extenuat. Vomeris obtusi dentem.) Antiqui tamen n addebãt, quod nos propter euphoniã in aliquibus detraximus, ut obtusus: in aliquibus n remansit, ut tunsus.

Maturare datur, durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem, cauat arbore lintres,
Aut pecori signũ, aut numeros impressit aceruis.
Exacuunt alij uallos, furcasq́ue bicornes,
Atq; Amerina parant lentæ retinacula uiti.
Nunc facilis Rubea texatur fiscina uirga,
Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.
Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas, & iura sinunt. riuos deducere nulla
Religio uetuit, segeti prætendere sepem,

Lintres.) fluuiales nauiculas. Aut pecori signum, aut numeros impressit aceruis.) id est, facit aut characteres, quibus pecora signantur, aut tesseras, quibus frumentorũ numerus designatur. nã numeros pro literis posuit, quibus numeri continentur. Amerina retinacula.) uirgas de quibus uites religãtur, quæ uirgæ abundant circa Amerinũ oppidum Italiæ, cuius crebram in Rosciana facit Cicero mentionem. Lenta.) flexibili: hic computat ea quæ quilibet domi potest facere, dum ab agricultura pluuijs impeditur: aut nimium frigus terram constringit. Cuncta enim utilia sunt humano usui, quæ hic dicit, & quouis tempore possunt fieri. Exacuunt.) repurgant, & reformant in altitudinẽ pristinam. Vallos.) fossas & muros de terra factos, & glebis quæ fiunt in circuitum cohortiũ & uinearum, aut quibus aquæ ducũtur de locis aquosis. Bicornes.) duorum cornuum. Facilis fiscina.) leuis ad faciendum. Rubea uirga.) quæ abũdat circa Rubos Italiæ oppidum. Horatius: Inde Rubos fessi peruenimus: id est, ea uirga, quæ apud Rubos plurima nascitur. Nũc torrete igni fruges.) siccate. Frangite saxo.) hysteron proteron, tanq̃ dicat, torrete igni, coquite panes: & postea dicat, frãgite saxo: cum prius sit frumentũ molere, & deinde factos panes coquere, sed recte & ordinate dixit. nam torrere fruges non decoquendis panibus, sed de siccandis frugibus dixit, quod fit primũ, & postea siccatæ fruges moluntur, & præcipit parandũ esse panem, quo utẽdum sit sereno cœlo, ne eares tunc sit impedimento. Quippe etiam.) Non mirum est rusticũ aliquas res facere debere per pluuias: quum sint quædam quæ facere possit etiam festis diebus. Fas & iura sinunt.) diuina, humanáq; iura permittũt: nam fas ad religionẽ, iura pertinẽt ad homines. Riuos deducere nulla Religio uetuit.) id est, siccare: nam irrigare inducere est: ut, Deinde satis fluuiũ inducit. Sanè sciendũ secundum Varronem contra religionem esse, uel si irrigentur agri, uel lauentur animalia festis diebus. nymphæ enim sine piaculo nõ possunt moueri, sed scimus necessitati religionem cedere: unde perite Virgilius ait, Balantumq́ue gregem fluuio mersare salubri, id est, salutifero: nam dicturus est in tertio, scabie tẽtari animalia nisi lauentur. De irrigatione uero nihil ad hunc pertinet locum, quia deducere, ut diximus, significat siccare. Vetuit.) prohibuit. Prætendere sepem.) circundare & oppo-

nere, & subaudi nulla religio uetuit. Insidias auibus moliri.) *id est, aucupia facere.* Incendere uepres.) *hoc autem sicut & proprie licet & festis diebus agere.* Balantumq́ gregem.) *id est, ouium frequenter mergere propter scabiem.* Costas aselli.) *aut reuera costas, aut clitellas: ut Horatius:* Hi muli Capuæ clitellas tẽpore ponunt. Agitator.) *uerberator, ab agendo dictus.* Vilibus pomis.) *abũdantibus: ut,* Vilemq́ faselum. Lapidem incusum.) *manualem molam cudẽdo asperatam.* Massam picis urbe reportat.) *aut q oleũ uel poma portauerat ad urbẽ, aut certe ideo reportat, qa pix in agris nascitur, & in urbem distracta, in agrum à plerisq́ reportatur.* Ipsa dies alio.) *plenissime de lunæ diebus omnib. expressit* Hesiodus: ἤματα δ' ἐκ Διόθεν πεφυλαγμένος εὖ κατὰ μοῖραν. πεφραδέμεν δμώεσσι τριηκάδα μηνὸς ἀρίστην. ἔργα τ' ἀποπτεύειν ἠδ' ἁρμαλιὴν δατέασθαι. *Quã rem breuiter iste p̃libat.* Felices operũ.) *aptos felicibus operibus.* Quintam fuge.) *Dicitur enim hic numerus* Mineruæ *esse cõsecratus, quã sterilẽ esse cõstat: unde etiã omnia sterilia quinta* Luna *nasci dicuntur, ut orcus, furiæ, gigãtes.* Pallidus.) *quia pallidos facit.* Eumenides.) *ut sæpe diximus,* κατ' εὐφημισμὸν, Eumenides *uocãtur.* Nefando.) *sacrilego. per* Cœum *aũt &* Iapetum, *&* Typhoëũ *omnes gigantes intelligũtur.* Fratres.) Othum *&* Ephialtem *dicit, qui fuerũt filij* Neptuni, *& nouem digitis singulis crescebãt mẽsibus, qua freti altitudine cœlũ uoluerũt euertere, sed cõfixi sunt sagittis* Apollinis *&* Dianæ. Pelio Ossam.) *o longa est, sed fit breuis sequẽte uocali o, ut* Sub ilio alto. Septima post decimã felix.) *aut septimam decimã dicit: aut hoc dicit, felix quidẽ est septima, sed felicior decima, ut primum locũ decimæ relinquat.* Alij *quartã decimam accipiũt, ut sit, felix est septima duplicata, id est, cuius numerus post decimã inuenitur, quo die reuera melius uites ponimus.* Nona fugæ melior, cõtraria furtis.) *Nõ ut quibusdã imperitis uidetur* Vergilius, *aut fugã seruis suadet, aut eis indicat dies, quibus se à rapinis abstineant: nam & fugam de profectione & cursu legimus: ut,* Simul arua fuga, simul æquora uertit. *Etiã uelocẽ equũ fugacẽ dicimus: & fuga potest etiã honesta esse, ut si quis hostem, si quis imminẽtem tyrannũ, si quis sæuum iudicẽ fugiat.* Cõtraria autẽ furtis.) *illuc spectat, ut domino sit spes inueniẽdi quod amiserit, & seruus*

Insidias auibus moliri, incendere uepres,
Balantumq́ gregem fluuio mersare salubri.
Sæpe oleo tardi costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis, lapidemq́ reuertens
Incusum, aut atræ massam picis urbe reportat.
Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum: quintam fuge, pallidus orcus
Eumenidesq́ satæ, tum partu terra nefando
Cœumq́, Iapetumq́ creat, sæuumq́ Typhoëa,
Et coniuratos cœlum rescindere fratres,
Ter sunt conati imponere Pelio Ossam
Scilicet atq́ Ossæ frõdosum inuoluere Olympũ,
Ter pater extructos disiecit fulmine montes.
Septima post decimam felix, & ponere uites,
Et prensos domitare boues, & licia telæ
Addere, nona fugæ melior, contraria furtis.

rapere aliquid aufugiens formidet. Adeò.) *ualde.* Terētius: *Adolescentē adeò nobilem.* Melius se nocte dederunt.) *melius nostro obsequuntur labori.* Nocte *nomen est, adeò ut ei* Horatius *iunxerit præpositionem: ut,* Iugulent homines, *surgunt de nocte latrones. nam aduerbiū noctu facit sicut diu.* Salustius: *Diu noctuq; laborare, festinare.* Non deficit.) *non deserit: unde & qui deserūt exercitū, ad hostes transeuntes, defectores uocātur.* Sole nouo.) *id est, oriente, die & sole adhuc recenti nec dum feruēti.* Irrorat.) *illustrat: aut enim certe matutino tēpore ros cadit. & dicit hoc loco, & die & noctu insistendū labori.* Eous, *id est, lucifer, de quo etiā* Cirina in Smyrna, *sicut ait: Te matutinus flentem conspexit eous, Et flentem paulo uidit post hesperus idē.* Arida prata.) *iā matura.* Tondētur.) *secantur. noctes, accusatiuus pluralis.* Faces inspicat.) *incidit ad speciē & aristarū imaginē.* Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorē.) *Hypermetrus uersus est: unde & sequēs à uocali inchoat. Bene aūt ait, decoqt humorē, id est, rem superfluam: sicut suprà posuit,* Luxuriem segetū tenera depascit in herba.

Multa adeò melius gelida se nocte dedere,
Aut cum sole nouo terras irrorat Eous.
Nocte leues stipulæ melius, nocte arida prata
Tondentur, noctis lentus non deficit humor.
Et quidam seros hyberni ad luminis ignes
Peruigilat, ferroq; faces inspicat acuto.
Interea longum cantu solata laborem
Arguto coniunx percurrit pectine telas,
Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem.
Et folijs undam tepidi despumat aheni,
At rubicunda Ceres medio succiditur æstu,
Et medio tostas æstu terit area fruges.
Nudus ara, sere nudus, hyems ignaua colono.
Frigoribus parto agricolæ plerunq; fruuntur,
Mutuaq; inter se læti conuiuia curant.
Inuitat genialis hyems, curasq; resoluit,
Ceu pressæ quum iam portum tetigere carinæ,
Puppibus & læui nautæ imposuere coronas.

Aheni.) *uasis in quo coquitur uinū, & trepidū dicitur, quia qd̄ bullit quasi tremere uidetur: aheni ex ære facti.* Ceres.) *frumentū* Medio æstu.) *per diē quādo æstus est.* Nudus ara, sere nudus.) *sic* Hesiod. γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν, γυμνὸν δ᾽ ἀμᾶσθαι. *Adeò sereno cælo, ut amictū possis cōtēnere. Sanè qdā post hoc hemistichiū dicitur subsecutus, habebis frigore febres.* Hyems ignaua.) *quæ ignauū reddit colonū.* Plerūq.) *quia dicturus est aliqua, quæ rusticus etiā hyeme possit efficere.* Cōuiuia.) *aut mittere sibi inuicē aut uicissim parare.* Genialis hyems.) *uoluptuosa, cōuiualis: nā quoties uoluptati operā damus, indulgere dicimur genio. unde ecōtrario habemus in* Terent. *Suū defraudās geniū. geniū aūt dicebant antiqui naturalē deum uniuscuiusq; loci uel rei aut hominis.* Curasq; resoluit.) *quiescere facit à labore & curis.* Pressæ carinæ.) *onerariæ.* Quū iam portū tetigere.) *dat cōparationē de nauigantibus, quòd sicut illi expleta iam nauigatione & positis in sicco nauibus lætantur, & epulis uacant: sic etiam rustici completis & finitis æstiuis laboribus hyeme conuiuia celebrant, & à curis soluūtur.* Imposuere coronas.) *aut reuera coronas,*

aut ſpiras funium accipimus. Sed tamen & quernas glandes.) Sũt aliquæ deriuationes ex uſu magis quàm ex ratione uenientes, ut quernus, ficulnus, ilignus, colurnus à corylo, ilice, ficu, quercu. Cruenta.) matura enim cruoris imitãtur colorẽ. Pedicas.) laqueos, quibus pedes illaqueantur. Auritos lepores.) maiores aures habentes. Horat. aliter ait: Doctum & auritas fidibus canoris ducere quercus, ſenſum audiendi habentes. Balearis fundæ.) Hiſpanicæ,

Sed tamẽ & quernas glãdes tum ſtringere tẽpus,
Et lauri baccas, oleamq́, cruentaq́ myrta.
Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis,
Auritosq́ ſequi lepores, tum figere damas.
Stupea torquentem balearis uerbera fundæ,
Cum nix alta iacet, glaciem cum flumina trudũt.
Quid tempeſtates autumni, & ſidera dicam?
Atq; ubi iam breuiorq́ dies, & mollior æſtas?
Quæ uigilanda uiris, uel cum ruit imbriferũ Ver,
Spicea iam campis cum meſſis inhorruit, & cum
Frumenta in uiridi ſtipula lactentia turgent?
Sæpe ego cum flauis meſſorem induceret aruis
Agricola, & fragili iam ſtringeret ordea culmo,
Omnia uentorum concurrere prœlia uidi,
Quæ grauidam late ſegetem ab radicibus imis
Sublime expulſam eruerent. ita turbine nigro
Ferret hyems, culmũq́ leuem, ſtipulasq́ uolãteis.
Sæpe etiã immenſum cœlo uenit agmen aquarũ,

à Balearib. inſulis Hiſpaniæ, ubi inuẽta eſt funda. Quid tẽpeſtates autũni.) Verno & autumnali tempore fiũt tempeſtates, quãdo nec plena æſtas eſt, nec plena hyems: unde medium & confine utriuſque temporis ex coniũctione contrariarũ rerũ tempeſtates efficit: ſanè ſciẽdum ultimas partes tam autũni, q̃ ueris ſignificare, quibus ſunt procellæ, quod de autũno hic indicat uerſus: Atque ubi iam breuiorq́ dies & mollior æſtas. de Vere hic: Spicea iam cãpis cum meſſis inhorruit. deinde ait, Ruit, id eſt, præcipitatur in finem. & in hoc talis eſt ſenſus: Quid dicam, quantum oporteat ſolicitũ ac ſtudioſum eſſe agricolam tempore autumni & ueris? Vigilanda uiris.) uigilanter prouidẽda. Spicea meſſis.) ſpicos de maturis frugibus abuſiue dicimus: nam proprie eſt ſpicus, quũ per culmi folliculũ, id eſt, extremũ tumorẽ ariſtæ adhuc tenues in modũ ſpiculi eminẽt. Inhorruit.) intremiſcit. Frumẽta lactẽtia.) adhuc tenuia et lactis plena. Sanè ſciendũ Varronẽ in libris diuinarũ rerũ dicere, lactantẽ deũ eſſe, qui ſe infundit ſegetibus, & eas facit lacteſcere. Et ſciendũ inter lactantẽ & lactentẽ hoc intereſſe, q̃d lactãs eſt, qui lac præbet: lactẽs, cui lac præbetur. Flauis.) maturis: ſtipulæ nomine pro culmo abutitur. Induceret aruis.) pro ſegetibus. Fragili culmo.) id eſt quæ in fragili culmo erãt.

Stringeret ſecaret: ut, Hic ubi denſas agricolæ ſtringũt frondes. Omnia uentorũ cõcurrere inter ſe: ut, Mutati trãſuerſa fremũt. Sublimem expulſam eruerent.) id eſt, per ſublime portarent erutam ſegetẽ. Turbine nigro.) tempeſtate noxia. Horatius: Hic niger eſt, hunc tu Romane caueto. Culmumq́ leuem.) culmus eſt ipſe calamus: ſtipulæ uero folia, quæ ambiunt culmum. Agmen aquarũ.) impetus: ut, Leni fluit agmine Thybris. Eſt autem hic

tem hic ecbasis poëtica ad describendam tempestatē. Collectæ ex alto nubes.) ab Aquilone, qui utiq; de alto flat, id est, à septētrione, & tēpestas te grauissimas facit: nam Auster humilis est: ut, Mundus ut ad Scythiam, ripheasq; arduus arces Cōsurgit, premitur Libyæ deuexus in Austros. Ruit arduus æther.) tonitribus percrepat: ut, Cœliq; ruina. Caua flumina.) profunda & alta. Lucanus: Rutubamq; cauum. Spirantibus.) in motu positis: alibi, Qua uada nō spirant, nec fracta remurmurat unda.

Et fœdam glomerant tempestatē imbribus atris
Collectæ ex alto nubes, ruit arduus æther,
Et pluuia ingenti sata læta, boumq; labores
Diluit, implentur fossæ, & caua flumina crescunt
Cum sonitu, feruetq; fretis spirantibus æquor.
Ipse pater media nimborum in nocte corusca
Fulmina molitur dextra. quo maxima motu
Terra tremit, fugere feræ, & mortalia corda
Per gentes humilis strauit pauor. ille flagranti
Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Deijcit, ingeminant Austri, & densissimus imber.
Nunc nemora ingenti uento, nūc littora plangūt.
Hoc metuens cœli menses, & sidera serua.
Frigida Saturni sese quò stella receptet,

Corusca fulmina.) coruscantia: ut, Sibila lambebant linguis uibrantibus ora. Molitur.) agitat & iacit. Terra tremit.) terræ motus efficitur, uel tremit terra, tremere uidetur, & pauent hi, qui terram colūt. Humilis pauor.) q humiles reddit, ut pallidus morbus. Aut Atho aut Rhodopen.) per trāsitum secundū Epicureos loquitur, qui dicunt fulmina non iudicio deorum, sed ex nubibus fieri: nam montes quid necesse fuerat fulminari? Athon aūt mons est Græciæ, Rhodope mons Thraciæ. Aut alta Ceraunia.) montes sunt Epiri, à crebris fulminibus dicti. Vnū enim fulmen quod colorat, aliud quod trāsfigit, aliud quod afflat, ut est, ex quo me diuûm pater atq; hominū rex fulminis afflauit. Ingemināt Austri.) repetūt suos flatus uenti. Plangit.) resonare facit: alij legunt Plangūt, ut sit nemora & littora plangūt, id est, resonant. Hoc metuēs cœli mēses & sidera serua.) id est, duodecim signa, quibus menses cognoscimus. Sidera aūt uel tempestates uel planetarū motus. Sciendū autē, ut diximus de planetis quinq;, duos esse noxios, Martē & Saturnū: duos bonos Iouē & Venerē. Mercurius uero talis est qualis ille cui iungitur: unde etiā fingitur minister esse deorū, qd eorū obtēperat potestati: hinc est quod dicit: In quos cœli orbes erret Cyllenius ignis, id est, utrū in septentrionalē, aut in australē partē inclinetur, aut cui planetarū cohæreat, ut qualitatē Mercurij ex illo possis agnoscere. Cyllenius aūt ignis propter stellam Mercurialem dicitur, quia in Cylleno monte Arcadiæ dicitur natus esse Mercurius. Frigida Saturni sese quò stella receptet.) id est, nocēs: ut, Frigidus ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba. Ideo autem hoc dicit, quia Saturnus deus pluuiarum est, unde etiam primus senex fingitur: nam senes nouimus semper esse gelidos. hic autem in Capricorno facit grauissimas pluuias, & præcipue in Italia: unde & Horatius ait, Seu tyrannus Hesperiæ capricornus undæ, ut in Scorpio grādines. Item in alio fulmina, in alio uentos: unde præcipit nos scire debere, in quod se signū recipiat sidus Saturni. Sanè perite ait receptet, ut ex frequen-

tatiuo uerbo nobis ostenderet Saturnũ bis ad unumquodq; signum reuerti, quod alij planetæ minime faciũt, solus enim est, qui & longius à sole discedat, et bis ad unũquodq; signũ recurrat. Quos ignis Cyllenius erret in orbes) ordo est, in quos orbes cœli erret Cyllenius ignis, & bene erret: nam planetæ uocantur ἀπὸ τῆς πλάνης, id est errore. nam interdũ ad austrum, interdum ad septentrionem, plerunq; contra mundũ, nonnũquam cum mundo feruntur.

Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.
In primis uenerare deos, atq; annua magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis
Extremæ sub casum hyemis, iam uere sereno,
Tunc agni pingues, & tunc mollissima uina,
Tũc somni dulces, densæq; in montibus umbræ,
Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret,
Cui tu lacte fauos & miti dilue Baccho,
Terq; nouas circum felix eat hostia fruges,
Omnis quam chorus, & socij comitentur ouãtes,
Et Cererem clamore uocent in tecta, neq; antè
Falcem maturis quisquam supponat aristis,

In primis uenerare deos.) Post hæc cognita da pcipue operam sacrificijs, quibus tẽpestates & pluuiæ possint repelli. & mire hoc statim subiunxit, qa occurrebat, quid prodest tempestates futuras uidere. & bene ait in primis, præcipue, et ante omnia. nam alia neglecta possũt habere emẽdationem, tempestas adueniens, nisi ante prouideris, uniuersa subuertit. Annua sacra refer Cereri, anniuersaria magna: sicut in Aeneide: annua quæ differre nefas. & Ambaruale sacrificiũ dicit. Lætis operatus in herbis.) aut dans operã conuiuijs, aut postquã opera cuncta compleueris. Extremæ sub casum hyemis.) circa finem hyemis antequam uer incipiat. Iam uere sereno.) Ver pluuiale tempus est, sed circa finem incipit esse serenum, dicit ergo uere sereno, ut sit iam tunc & uer & serenum. Tunc pingues agni.) subaudi sunt, quia aut epulis, aut sacrificijs sint apti. Mollissima uina.) carentia asperitate & defecata. Densæ in montibus umbræ.) quia tunc incipiũt arbores frondescere. Tibi.) in honorem tuum, & in tuam gratiam. Cui tu lacte fauos & miti dilue Baccho.) cui tu liba de lacte, melle, & uino: nam superfluum est quod quidam dicunt contra religionem dixisse Vergilium licere Cereri de uino sacrificari. pontificales nanque hoc non uetant libri: quod autem ait Plautus in Aulularia, cuius ipsi utuntur exemplo: Cereri nuptias facturi estis, quia temeti allatum nihil uideo, non est huic loco contrarium: nam aliud est sacrificium, aliud nuptias Cereri celebrare, in quibus reuera uinum adhiberi nefas erat, quæ orci nuptiæ dicebantur, quas præsentia sui pontifices ingenti solennitate celebrabãt. Alij hunc locum aliter accipiunt, ut miti Baccho non sit septimus casus, sed datiuus, & duo nomina intelligimus, Liberi & Cereris: nam suprà quoq; ait, In primis uenerare deos: ut sit sensus, cui Cereri & miti Baccho fauos lacte dilue, id est, eis sacrifica melle & uino permixtis. Felix hostia.) id est, fœcunda, & dicit Ambaruale sacrificium, quod sæpe de porca fœcunda, & grauida fieri consueuerat, siue felicem dicit, cuius sacrificio & immolatione fœcunditas agrorum merebatur. Omnis quam chorus.) Chorus propriè est conuiuorum cãtus atq; saltatio. Cererem clamore uocent.) inuocent dari copiã frumentorũ.

Torta

Torta redimitus tempora quercu.) id est, habens in memoria uictũ priorẽ, à quo Cereris re uocatus est benignitate: nam olim homines glandibus uescebãtur. *Det motus incompositos*, id est, saltationẽ aptam religioni, nec ex ulla arte uenientẽ. Salustius: Saltare elegãtius, quàm necesse est probæ. *Carmina dicat.*) hymnos. *Menstrua luna.*) unde & mene dicitur. *Caderent austri.*) desinerẽt uenti. Ex hoc etiam loco prognostica sunt translata de

Quàm Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompositos, & carmina dicat.
Atq; hæc ut certis possimus discere signis
Aestusq;, pluuiasq;, & agenteis frigora uentos,
Ipse pater statuit quid menstrua Luna moneret,
Quo signo caderent Austri, quid sæpe uidentes
Agricolę propius stabulis armenta tenerent.
Continuo uentis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis
Montibus audiri fragor, aut resonantia longe
Littora misceri, & nemorũ increbrescere murmur.
Iam sibi tum curuis male temperat unda carinis,
Quum medio celeres reuolant ex æquore mergi,
Clamoremq; ferunt ad littora, quumq; marinæ
In sicco ludunt fulicę, notasq; paludes
Deserit, atq; altam supra uolat ardea nubem.

Arato, & pauca de multis. *Propius stabulis armenta tenerẽt*) scilicet ppter repẽtinos casus tẽpestatis aut grandinis, uel terræmotus aliorumúe: & dicit qđ uidentes agricolę possint hæc uentura pscire. *Ventis surgẽtibus.*) flare incipientibus: unde est ecõtrario cũ uẽti posuere, id est, flare desierũt. *Aut freta ponti.*) littora pelagi, quæ feruntur à fluctibus. duo autem dicit naturalia. futura enim tempestate & ante aduentum fluctus mouetur, & fragor auditur è syluis arcana quadam ratione naturæ. *Aridus fragor.*) sonitus qualis solet fieri ex aridis, cum franguntur, arboribus, ergo aridus nimius: omne enim quod aridum est, quum frangi cœperit nimium efficit sonum: fragor etiam à fractarum rerum nominatus est sonitu. *Aut resonantia longe Littora misceri.*) τὸ αὐτὸ, id est, bis idem dixit. misceri autem pertubari: ut, Miscet agens telis. *Increbrescere murmur.*) sæpe & crebros fieri sonitus. *Iam sibi tum.*) Scias, inquit, in pelago esse grauissimam tempestatem, quum mergi ad littora confugiunt. Poëticè autem ait, sibi tum unda male temperat à curuis carinis, id est, sibi non parcit, sed crescit in perniciem suam. Nam in carinam scindendam consurgit, & nauigantum perniciem. Temperat autem absolute posuit: nam certe subauditur male. *Temperat.*) seipsam sibi. *Cũ medio celeres reuolant ex æquore mergi.*) Scias, inquit, in pelago esse grauissimam tempestatem, cum mergi ad littora confugiunt: mergi autem sunt nonnulli, q.os ceruos aquaticos uocant. *Clamoremq; ferunt.*) id est, si cum clamore reuertuntur: n.am plerunque plura dicit signa, è quibus unum non sufficit, sed omnia sunt animaduertenda, ut quum cornix plena pluuiam inuocat improba uoce: Et sola in sicca secum spaciatur arena. *Marinæ fulicæ.*) ad discretionem fluuialium. Fulicæ autem sunt aues aquaticæ. anatibus. paulò minores, sed corporis forma consimiles. *Altam super uolat.*

uolat ardea nubem. Ardea autem dicta est quasi ardua, quæ cum altius uolauerit tempestatem significat. Lucanus: Quod signũ ausa uolare ardea. Stellas præcipites. *Sequitur uulgi opinionem: non enim omnia prudenter à poëta dicenda sunt, quod autẽ uidemus stellas, quasi cœlo labi ἀπόῤῥοια sunt ignis ætherei, quæ fiũt ex igne æthereo, quũ uehemẽtior uentus altiora cõscenderit, & inde quasi quasdã particulas trahere cœperit, quæ simulant casum stellarum: nam stellæ cadere nõ possunt, quarum natura est ut stent semper: unde & stellæ uocantur, & sciendum est ab illa parte uentum flaturũ, in quã ille ignis ceciderit.* Sæpe leuem paleam.) *Dat alud signum, quod fit, quando futuro uentorũ motu spõte sua leuis palea uolitat.* Et frondes.) *arborũ minores & leuiores.* Nãtes.) *natãtes.)* Colludere.) *moueri. Terent. Congrum istum maximũ finito ludere, id est, moueri. Virgilius: Ludere pendentes pueros.* At Boreæ de parte trucis cum fulminat.) *Hoc uult dicere, ubiq; grauissimas & ingẽtes efficit pluuias tẽpestas ab his mota uẽtis.* Omnia plenis Rura natãt fossis.) *operiuntur terræ aquis, & fossæ, ubicunq; fuerint implentur, & est hic metaphora: dicit enim natare rura cum terra immobilis est.* Legit.) *id est, colligit.*

Sæpe etiam stellas uento impendente uidebis
Præcipites cœlo labi, noctisq; per umbras
Flammarum longos à tergo albescere tractus.
Sæpe leuem paleam, & frondes uolitare caducas,
Aut summa nantes in aqua colludere plumas.
At Boreæ de parte trucis cum fulminat, & cum
Euriq; Zephyriq; tonat domus, omnia plenis
Rura natant fossis, atq; omnis nauita ponto
Humida uela legit. nunquã imprudẽtibus imber
Obfuit, aut illum surgentem uallibus imis
Aeriæ fugere grues, aut bucula cœlum
Suspiciens patulis captauit naribus auras,
Aut arguta lacus circumuolauit hirundo,
Et ueterem in limo ranæ cecinere querelam.
Sæpius & tectis penetralibus extulit oua

Nunquã imprudentibus imber Obfuit.) *Alij in uacare uolunt, alij augẽtis habere significationẽ, ut sit nunq̃ imber ualde prudẽtibus obfuit, quæ res satis nõ sunt idoneæ: unde melius est intelligere, nunquã imber offuit nõ ante prouisus, tam clara sui signa dat, ut imprudẽtibus ignauis accipiamus: nam hoc dicit, nunq̃ nesciẽti nocet imber, quia se designat antè uenturũ, & scimus leuiora esse mala, quæ ex opiniõe cõtingũt.* Aëriæ grues.) *aut aërij coloris, aut in altũ uolantes: dicit aũt grues de uallibus fugere, nõ pluuiã de uallibus surgere.*

Suspiciens patulis.) *hic locus oĩs de Varrone est: ille enim sic, Tũ liceat pelagi uolucres, tardæq; paludis Cernere, inexpleto studio certare lauãdi, Et uelut insolitũ pennis infundere rorem. Aut arguta lacus circũuolitauit hirũdo. Et bos suspiciens cœlũ (mirabile uisu) Naribus aëriũ patulis decerpsit odorẽ, Nec tenuis formica cauis non euehit oua.* Et ueterem in limo ranæ.) *Fabula duplex est: nam ut Ouid. dicit, Ceres quum Proserpinã quæreret, ad releuandã sitim accessit ad quendã fontẽ, tunc eam Lycij rustici à potu prohibere cœperunt, & cõturbantes pedibus fontem, quũ cõtra eam mitterent turpem naribus sonũ, illa irata eos cõuertit in ranas, quæ nunc quoq; ad illius soni imitationem coaxant, sed hoc non est*

ualde

ualde aptum, nam illud magis insultatio fuerat, q̃ querela, & pœnã sacrilegij iuste pertulerant: unde magis Aesopus sequendus est, qui dicit: Quũ Iuppiter reges omnibus animalibus daret, & ranis dedisset colendum breuissimum lignum, tunc illud aspernatæ sunt: inde exquetæ appellatæ sunt ranæ. Iuppiter iratus, hydrũ eis dedit, qui uescitur ranis. Bibit ingens arquus.) *Sequitur rursus uulgi opinionem.* E pastu decedens agmine magno.) *Dicit etiã coruos propter futurã inundationem à pastu fugere.* Increpuit.) *insonuit.* Exercitus) *multitudo.* Iam uarias pelagi uolucres, & quæ Asia circum Dulcibus in stagnis rimãtur prata Caystri.) *Hæc est uera lectio, & sensus talis est: Iam uarias uolucres pelagi, & eas quæ circũ Asia prata rimãtur in dulcibus stagnis Caystri, uideas certatim largos humeris infundere rores. nam si iam uariæ legeris, sensus nulla ratione procedit. Caystrus aũt fluuius est, Asia uero palus. Vnde fecit per deriuationẽ possessiuũ, quod possessiuũ quantum ad literã, similis est primitiuo suo: nam de prouincia prata Asiatica diceret, non Asia prata. & de palude Asia a longa est, de prouincia, breuis: ut, Europa atq; Asia pulsus. & est Homericus uersus:* ἀσίῳ ἐν λειμῶνι καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. Rimantur.) *pascuntur in pratis, cibũ per terræ rimas requirentes. nã rimari tractũ est à porcis, qui glandes rimantur de rimis terrarũ.* Humeris infundere rores.) *perfundere humeros largis aquis, & quasi se irrigare.* Nunc caput ob. fre.) *mergere sub aquis caput.* Currere in undas.) *se in aquã mittere & natare.* Studio gestire lauandi.) *Lætitiã suam habitu corporis significare: nam ut homines lætitiã suam uerbis, ita aues corporis gesticulatione exprimũt.* Incassum autẽ ideo, *quia plumarũ compositio aquã minimè admittit ad corpus.* Tum cornix plena.) *rauca contra naturã suã.* Et uocat, *poẽticè: non enim uocat, sed denunciat pluuiã. Et notandum cornicem rauca uoce & solã pluuiam prædicere: coruos uero & plures, & uoce tenui & purissima contra naturã suam: ut, Tum liquidas corui presso ter gutture uoces. Et altius alijs auibus sonant, sed cum pluuiam denunciãt, tenues formãt.* Spaciatur.) *discurrit.* Nec nocturna quidẽ.) *Dicit nec puellas quidẽ carpentes lanas nocte ignorare uenturã tempestatẽ, si sciant hoc quod nunc dicit.*

Angustum formica terens iter, & bibit ingens
Arquus, & è pastu decedens agmine magno
Coruorum increpuit densis exercitus alis.
Iam uarias pelagi uolucres, & quæ Asia circum
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,
Certatim largos humeris infundere rores,
Nunc caput obiectare fretis, nũc currere in undas,
Et studio incassum uideas gestire lauandi.
Tum cornix plena pluuiã uocat improba uoce,
Et sola in sicca secum spatiatur arena:
Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ
Nesciuere hyemem, testa cum ardente uiderent
Scintillare oleum, & putres concrescere fungos.

Pensa.) *lana, quæ ad pensum datur puellis intra constitutos dies paranda.* Testa cum ardente.) *Propter uilitatẽ noluit dicere lucerna, sed nec lychnũ, quemadmodũ in Heroico carmine, Dependent lychni dixit. medius enim in his stilus est libris, sicut diximus supra.*

Putres concrescere fungos.) *ut dicit Plin. quũ aër humidus esse cœperit: fauilla quæ cum*

fumo solet egredi prohibita aëris crassitate in lucernis residet, & quasdam uelut fungorum imitatur imagines. Ex imbri soles.) serenitates, & uersa uice dat prognostica, quibus agnoscamus è tempestuoso cælo futurā serenitatem. Aperta serena.) Aër enim densatur nubilo, & rarescit sereno, ut Dēset erāt quæ rara modo, & quæ densa relaxat. Nec fratris radijs obnoxia surgere luna.) subaudi à superioribus obtusa luna: nam hoc dicit, Nec luna uidetur obtusa, quæ est radijs solis obnoxia. nam (ut dicunt physici) ab eo accipit lumen. Tenuia.) Proceleusmaticus est pro dactylo, quam rem quotiescunque facit Vergilius, seruat locum synæresi: ut tenuia: item, Et genua labāt. Dilectæ Thetidi Halcyones.) Ceyx filius Luciferi habuit coniugem Halcyonem, à qua quū prohibitus, iuisset ad consulendum Apollinem super statu regni sui, naufragio perijt: cuius corpus quū ad uxorem Halcyonē delatum fuisset, illa se præcipitauit in pelagus, postea Thetidis & Luciferi miseratione cōuersi sunt ambo in aues marinas, quæ Halcyones uocantur. Et sciendū quia quū de muliere dicitur, hæc Halcyone facit: quum de auibus, hic & hæc Halcyon, hi & hæ Halcyones. Istæ aūt aues nidos faciunt in mari media hyeme, quibus diebus tanta est tranquillitas, ut penitus nihil in mari possit moueri. Inde etiam dies Halcyonij uocantur. Non ore solutos.) scilicet manipulos, quod sequitur: alij soluto ore accipiunt, id est, nimiū patenti. Immundi sues.) luto gaudentes. Horat. Et amica luto sus. Nebulæ ima petunt.) deprimūtur ad ualles.

Nec minus ex imbri soles, & aperta serena
Prospicere, & certis poteris cognoscere signis.
Nam neq; tum stellis acies obtusa uidetur,
Nec fratris radijs obnoxia surgere luna:
Tenuia nec lanæ per cælum uellera ferri.
Non tepidū ad solem pinnas in littore pandunt
Dilectæ Thetidi Halcyones, non ore solutos
Immundi meminere sues iactare maniplos.
At nebulæ magis ima petunt, campoq; recūbunt,
Solis & occasum seruans de culmine summo
Nequicquam seros exercet noctua cantus.
Apparet liquido sublimis in aëre Nisus.
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
Quacunq; illa leuem fugiens secat æthera pennis,
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus, quà se fert Nisus ad auras,

Nequicq̄ exercet.) id est, non. Persius: Nequicq̄ fundo suspiret nummus in imo. Item Vergil. Et summo clypei nequicq̄ umbone pependit. Seros noctua cantus.) Noctua autem auis est lucifuga, quæ significat pluuiā, si cecinerit post solis occasum. de hac talis est fabula, Nictymene postq̄ cum patre concubuit, & agnouit facinus, in syluis se abdidit, & lucem refugit, ubi deorum uoluntate conuersa est in auem, quæ tanto scelere omnibus auibus est admirationi. Liquido aëre.) Nisus rex Megarensiū in auem mutatus, de quo plenius dictū est in Bucolicis. Pœnas dat.) aduersante sibi patre. Scylla, eiusdem Nisi filia, quæ patri suo abscissam comā purpuream Minoi obtulit contra patrem pugnanti, & inde in auem conuersa est, quas aues dicit nūc discordes nimis esse inter se. Illa.) id est, Scylla. Fugiens) patrē scilicet. Aethera.) aërem. Atrox.) crudelis & immitis. Stridore.) sonitu alarū.

Nisus.

Nisus.)auis. Tum liquidas corui pressō ter gutture uoces Aut quater ingeminăt.) Plinius in naturali historia dicit coruos obliuiosos esse, & plerunq; minimè ad nidos suos reuerti, sed quadam ratione naturæ congerūt ad suos nidos quæ uermes possint creare, ex quibus relicti eorū pulli aluntur interdū. Horū obliuionem probat etiā ex rebus, quas quū abscōderint, dere linquunt: quod etiā mustelæ dicuntur efficere, & mures.

Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis.
Tum liquidas corui presso ter gutture uoces,
Aut quater ingeminant, & sæpe cubilibus altis
Nescio qua præter solitum dulcedine lęti,
Inter se folijs strepitant, iuuat imbribus actis
Progeniem paruam, dulcesq́ue reuisere nidos.
Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis
Ingenium, aut rerum fato prudentia maior.
Verum ubi tempestas, & cæli mobilis humor
Mutauere uias, & Iuppiter humidus austris
Denset, erāt quæ rara modo, & quæ densa relaxat:
Vertuntur species animorum, & pectora motus
Nunc alios, alios dum nubila uentus agebat,
Concipiunt. hinc ille auium concentus in agris,
Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui.
Si uero solem ad rapidum, lunasq; sequenteis

Ingeminant.)repetūt uoces præter cōsuetudinē, læti ex uentura propinquitate serenitatis. Iuuat) delectat. Haud equidem credo.)Proponit sibi quæstionē acerrimā, & de intima philosophia, quā tamen totam facilitate dissoluit. Nam quærit quur homines, quos cōstat esse prudētiores animalibus, per se non sentiant qualitatem futurā aëris, sed eam magis ex alijs animantibus colligūt. Et hoc dicit, homines prudentiā habere naturalem, & suo iudicio lætos esse uel tristes, quæ res in hæc animalia cadere non possit, quæ nihil suum habentes, naturam aëris sequuntur, & pro eius qualitate aut læta uidentur, aut tristia, nec prædicere aëris naturam uidentur, sed eam uel prosperā uel aduersam sequuntur. Nos uero & læti esse inter nubila possumus, & in serenitate solliciti. Sit diuinitus illis ingeniū.) non est illis diuinitus concessum ingenium. Nec prudentia.) quæ est maior rerū fato: alibi, Metus omnis & inexorabile fatum Subiecit pedibus, strepitumq; Acherontis auari. Mutauere uias.)Dicit, quia animalia & aues animos cum cæli & aëris qualitate commutant, ut quæ serenitate gaudent, tempestate turbentur. Iuppiter humidus.)id est, aër: ut Horatius: Manet sub Ioue frigido uenator. id est, aëre. Vertuntur,) species animorum mutatur, aut lætitia in tristitiam, aut tristitia in lætitiā. Nunc.) id est, in serenitate. Dum nubila uentus agebat.) dum essent imbres & pluuiæ. Auium concentus.)cōmixtus cantus, id est, symphonia. Lætæ pecudes.) aëris serenitate gaudentes. Solem ad rapidum.) uelocem. Et notandum hæc signa magis fida & subtiliora esse, quæ ex sole & luna colligimus. Lunasq; sequenteis Ordine respicies.) Non ordinem respicies, sed ordine, id est, rationabiliter ordinem sequentes. Luna enim solis circulum sequitur, licet ipsa sit inferior. Donatus dicit lunas noctes accipiendas, sed malè, Non enim signa quæ dicturus est ex nocte, sed ex luna colligimus, ergo lunas poëticè dixit pluraliter, pro uarietate eius luminis & augmenti & temporum.

Nunquã te craſtina fallet Hora.) Hyperbole eſt, nec hora quidẽ te decipiet. Capiere.) *decipieris: & eſt aphæreſis, etiamſi ſit ſerena nox, & futura immineat tempeſtas, non tamẽ te poterit noctis ſerenitas decipere, quin poſſis præuidere futuros imbres ex lunæ qualitate reuertentes.* Cum primum colligit igneis.) *cum incipit renaſci.* Obſcuro cornu.) *non clarè lucenti.* Maximus agricolis pelagóq; parabitur imber.) *id eſt, ſi non habuerit pura cornua, & intra eam nigrum aẽrem uideris, erit ubique pluuia: ſicut ſupra,* Omnia plenis Rura natant foſſis atq; omnis nauita ponto. Si uirgineũ ſuffuderit ore luborẽ.) *ſi ruborem forinſecus habuerit. nã de interiori parte inſuderit diceret.* Aurea) *id eſt, pulchra: ut,* At nõ Venus aurea contra. *Phœbe autẽ uenit ab eo qđ eſt* Phœbus. *Et ſciendum quædam propria nomina fœminum ex ſe facere tantum, non etiam neutrum, ut* Phœbus Phœbe, Iulius Iulia, Tullius Tullia: *non ut appellatiuum, doctus docta doctũ.* Sin ortu quarto.) *Aratus tertiã dicit animaduertendam eſſe lunã, hic quartam, non illud improbans, ſed hoc magis probans. nam ad hoc pertinet:* Nanq; *is certiſſimus autor.* Exactũ ad menſem.) *Vſq; ad menſis ultimã partem: unde &* Exacti *menſes dicuntur, qui circa partũ ſunt. Ipſe in ſequentibus:* Exactis *grauidæ cum menſibus errant.* Glauco & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.) *Glaucus piſcator fuit de Anthedone ciuitate, qui cum captos piſceis ſuper herbam poſuiſſet in littore, & illi recepto ſpiritu rurſus mare petijſſent, ſenſit quandã herbarũ potentiam, quibus eſis conuerſus eſt in numen marinum.* Panopea *autem eſt nympha marina.* Inoo *autem, eſt patronymicũ à matre* Ino. *Sanè* Ino & Melicerta *filius, poſtquã ſunt in numina cõmutati, Græcè* Palæmon & Leucothoe *ſunt appellati, Latinè* Portunus, & *mater* Matuta. *His ergo numinibus dicit mox ſacrificaturos nautas in littore eis diebus, qbus prædicta ſerenitas fuerit, eo quòd ſint in mari ſeruati.* Sol quoq; & exoriens, & quum ſe condet in undas.) *Dicitur enim occidens ſe in mari tingere.* Signa dabit.) *pluuiarum uel ſerenitatis.* Certiſſima ſigna.) *de quibus nemini neceſſe ſit dubitare.* Et quæ mane refert.) *ortu diei.* Surgentibus aſtris.) *ſuperuenien te nocte.* Maculis uariauerit ortum.) *Non clara & pura luce reſplendens in ortu ſuo.*

Ordine reſpicies, nunquam te craſtina fallet
Hora, neq; inſidijs noctis capiere ſerenæ.
Luna reuertenteis cum primum colligit ignem:
Si nigrum obſcuro comprenderit aẽra cornu,
Maximus agricolis, pelagóq; parabitur imber.
At ſi uirgineum ſuffuderit ore ruborem,
Ventus erit, uento ſemper rubet aurea Phœbe.
Sin ortu in quarto (nanq; is certiſſimus autor)
Pura, neq; obtuſis per cœlum cornibus ibit,
Totus & ille dies, & qui naſcentur ab illo
Exactum ad menſem pluuia, uentiſq; carebunt,
Votaq; ſeruati ſoluent in littore nautæ,
Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.
Sol quoq; & exoriens, & quum ſe condet in undas,
Signa dabit, ſolem certiſſima ſigna ſequentur.
Et quæ mane refert, & quæ ſurgentibus aſtris.
Ille ubi naſcentem maculis uariauerit ortum

Conditus in nubem.) id est, si orbis eius quasi concauus fuerit, quod ipse exprimit, dicẽs: Medioq́ refugerit orbe: id est, non fuerit plenus in sui metro. Vrget.) imminet, & insistit. Satis.) segetibus. Notus.) uentus. Sinister.) noxius. Sub lucem.) oriente die. Densa inter nubila.) operto sole nebula. Diuersi erũpent radij.) absconditio & operto sole, diuersi radij per nubem erumpent. Tithoni croceum.) Tithonus frater Laomedontis regis amatus est ab Aurora, cumq́; optasset prolixiorem uitam, conuersus est in cicadam. Malè defendet pãpinus uuas.) non defendet. nam decussis pampinis etiã uua uim grandinis patitur. Tã multa in tectis.) Dicit quòd si oriẽte sole pallida aurora fuerit, sicut sæpe uidemus diluculò sub eius ortu pallidã lucem fieri, signũ hoc fit tempestatis indubitanter. Emenso olympo.) percurso, perlustrato cælo, cũ iam descẽdet ad occasum. Profuerit meminisse magis.) ideo magis addidit,

Conditus in nubem, medioq́ refugerit orbe,
Suspecti tibi sint imbres, nanq; urget ab alto
Arboribusq́, satisq́ Notus pecoriq́ sinister.
Aut ubi sub lucem densa inter nubila sese
Diuersi erumpent radij, aut ubi pallida surget
Tithoni croceum linquens aurora cubile,
Heu male tum mites defendet pampinus uuas,
Tam multa in tectis crepitãs salit horrida grãdo.
Hoc etiam emenso quum iam decedet olympo,
Profuerit meminisse magis, nam sæpe uidemus
Ipsius in uultu uarios errare colores.
Cæruleus pluuiam denunciat, igneus Euros:
Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni,
Omnia tum pariter uento, nimbisq́ uidebis
Feruere, non illa quisquã me nocte per altum
Ire, neq; à terra moneat conuellere funem.
At si cum referetq́ diem, condetq́ relatum
Lucidus orbis erit, frustra terrebere nimbis.
Et claro syluas cernes Aquilone moueri.
Deniq; quid uesper serus uehat, unde serenas
Vẽtus agat nubes, quid cogitet humidus Auster,
Sol tibi signa dabit: solem quis dicere falsum

quia à sole uenientia uespertina signa meliora sunt. Cæruleus pluuiã denunciat.) Breuiter collecta conclusio. Omnia tum pariter.) Vbiq; & pluuiæ & uenti erũt. Feruere.) æstuare, impleri: cuncta hæc erunt in occasu consideranda. Me nocte.) Gratiorẽ sensum fecit interposita suæ personæ cõmemoratione: nam hoc dicit, nulli se suadere illa nocte nauigare. At si cum referetq́ diem, condetq́ relatũ.) Hoc ad futuræ serenitatis pertinet signum. nam si de ipso die dicas, de quo præmisit, stultissimũ est. Claro Aquilone.) serenifico, quia est & nubilus, sicut ferè omnes uenti. Horat. Albus ut obscuro deterget nubila cælo Sæpe Notus, neq; parturit imbres perpetuos. Deniq; quid Vesper serus uehat.) Conclusiò est quæ hoc cõtinet, signa quæ possumus ex stellis, uel ex uentis colligere, melius ex sole colligimus. Quid cogitet humidus Auster.) id est, in quã partem se flectat, utrũ ad serenitatem, an ad pluuias, ut diximus supra. Quis dicere falsum?) id est, fallacẽ. Salust. in

Catilinario: Ambitio multos mortales falsos fieri coëgit. Tumultus.) coniurationes, & latentes insidias. Ille etiã extincto miseratus Cæsare Romã.) Bonum epilogi repperit locum, ut in Augusti gratiam defleat Cæsaris mortem. Constat autẽ occiso Cæsare in senatu pridie Idus Martias, solis fuisse defectũ, ab hora sexta usq; ad noctẽ. Quod quia multis protractum horis, dicit in sequentibus: Aeternã timuerunt secula noctem. Ferrugine texit.)

Audeat? ille etiam cæcos instare tumultus
Sæpe monet, fraudẽq;, & operta tumescere bella.
Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam,
Quum caput obscura nitidum ferrugine texit,
Impiaq; æternam timuerunt secula noctem.
Tempore quanq̃ illo tellus quoq;, & æquora põti,
Obscœniq; canes, importunæq; uolucres
Signa dabant: quoties Cyclopũ efferuere in agros
Vidimus, undantem ruptis fornacibus Aetnam?
Flammarumq; globos, liquefactaq; uoluere saxa?
Armorum sonitum toto Germania cælo
Audijt, insolitis tremuerunt motibus Alpes.
Vox quoq; per lucos uulgo exaudita silentes
Ingens, & simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis, pecudesq; locutæ
Infandum: sistunt amnes, terræq; dehiscunt,
Et mœstũ illachrymat templis ebur, æraq; sudant.
Proluit insano contorquens uortice syluas,

Ferrugo est purpura nigrior Hispana. alibi: Et ferrugine clarus hibera. Impia secula.) quibus fuerat Cæsar occisus. Aeternam noctẽ timuerunt.) propter diutinũ et prolixum solis defectũ: idest, timuerunt ne semper ille defectus maneret. Tempore quãq̃ illo tellus.) ac si diceret: quanq̃ illo tempore non solũ sol defecerit, sed etiã diuersæ res & elementa quasi fleuerint Cæsaris mortẽ, & inaudita portenta fuerint, ut ex reliquorũ comparatione non minus mirũ uideatur solem defecisse. Aequora ponti,) Non sine causa addidit ponti, quia sunt & campi æquora: ut, Ac prius ignotũ ferro quàm scindimus æquor. Importunæq; uolucres.) in alienum tempus ruentes, ut stryges, aut bubones nocte gaudentes per diem possent uideri. Vidimus undantẽ ruptis fornacibus Aetnam.) Malum enim omen est, quoties Aetna mons Siciliæ non fumũ, sed flammarũ erigit globos: & (ut dicit Liuius) tanta flamma ante mortem Cæsaris ex Aetna monte defluxit, ut nõ tantum uicinæ urbes, sed etiã Rhegina ciuitas afflaretur. Vndantem autẽ, undæ modo flammas euomentem. Liquefacta saxa.) igne soluta. Sonitũ toto Germania cælo Audijt.) Bene Germania, quam uicerat Cæsar, ut eo occiso, in rebellionẽ uideretur exurgere. Insolitis tremuerunt motibus.) Aut nouis, id est, nunq̃ antea in Alpibus factis, aut magnis & maioribus soluto. Sub obscurũ noctis.) circa noctis obscurũ. Pecudesq; locutæ infandum.) aut infanda uerba protulerũt, aut hoc ipsum infandũ fuit, quod sunt cõtra naturã locutæ. Ebur.) scilicet simulachrorũ. Aeraq; sudant.) Signa sunt laboris futuri. Insano.) magno: ut, Quid tantũ insano iuuat indulgere labori? Et sciendum flumina quum supra modũ crescunt, non tantum ad præsens inferre damnũ, sed etiã alia futura significare.

Fluuiorum

Fluuiorum rex Eridanus.) Padum dicit. Fluuiorũ autem rex per Italiam, aut certe per totum orbem, secundum quod dicit Lucan. qui ait, quũ de isto flumine loqueretur: Non minor hic Nilo si non per plana iacentis Aegypti Libycas Nilus stagnaret arenas. Non minor hic Istro, nisi quòd dum permeat orbẽ Ister, casuros in quælibet æquora fonteis Accipit, & Scythicas exit non solus in undas. Dicit ergo tantum tunc excreuisse Eridanũ, ut etiã syluas moueret, & erueret arbores. *Cum stabulis armenta tulit.)* Et ipsa stabula subuersa secum trahit, & armenta simul.

Fluuiorum rex Eridanus, camposꝗ per omneis
Cum stabulis armenta tulit: nec tempore eodem
Tristibus aut extis fibræ apparere minaces,
Aut puteis manare cruor cessauit, & altæ
Per noctem resonare lupis ululantibus urbes,
Non aliàs cælo ceciderunt plura sereno
Fulgura, nec diri toties arsere cometæ.
Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum uidere Philippi.
Nec fuit indignum superis bis sanguine nostro
Emathiam, & latos Aemi pinguescere campos.
Scilicet & tempus ueniet, quum finibus illis
Agricola incuruo terram molitus aratro,
Exesa inueniet scabra rubigine pila,
Aut grauibus rastris galeas pulsabit inanes,
Grandiaꝗ effossis mirabitur ossa sepulchris.
Dij patrij indigetes, & Romule, Vestaꝗ mater,

Tristibus extis.) uisceribus pecorũ, tristia portendentibus. *Fibræ minaces.)* Fibras dicit uenas aliquas, quæ si apparent in uisceribus, malum omen erat, quæ nunc apparuere, aut puteis manare: nec cessauerunt eodem tempore, aut fibræ minaces apparere, aut puteis manare cruor.

Altæ urbes.) magnæ. *Non aliàs cælo ceciderũt plura sereno Fulgura.)* Omen est in eo, & quia sereno cælo missa sunt fulgura, & quòd plura missa sunt. *Diri cometæ.)* crinitæ stellæ, & pessimæ: quia sunt & bonæ, ut diximus in Aeneide, factæ ex Ioue uel Venere, quã rem plenissimè Auienus exequitur. *Paribus concurrere telis.)* Lucan. Pares aquilas, & pila minãtia pilis. *Iterum uidere Philippi.)* Ciuitas est Thessaliæ, in qua primo Cæsar & Pompeius, postea Augustus & Brutus cum Cassio dimicauerũt. *Nec fuit indignũ superis.)* Quasi exclamatio est ad deos. *Emathiã & latos Aemi pinguescere campos.)* Emathiam Thessaliam dictam ab Emathio rege. Aemus aũt mons est Thessaliæ. *Pinguescere* uero, aut fœcũdos fieri ex humano cruore: aut pinguescere dixit, quasi humana corpora terra deuorans, pinguis effici potuerit: sicut ex carniũ commixtione frequenter humana caro pinguescit. *Incuruo.)* una pars orationis est. *Scabra rubigine.)* aspera: unde & scabies dicitur à corporis asperitate. *Galeas inaneis.)* concauas: ut, Galeã ante pedes proiecit inanẽ. *Grandia ossa.)* aut multa, aut ingẽtia, qualia antiquorũ heroum. *Dij patrij indigetes, & Romule, Vestaꝗ mater.)* Patrij dij sunt qui præsunt singulis ciuitatibus, ut Minerua Athenis, Iuno Carthagini. Indigetes aũt propriè sunt dij ex hominibus facti, quasi in dijs agentes. Abusiuè aũt omnes dij possunt dici Indigetes, tanq̃ nullius rei egentes. Romulũ

autem

autem ideo inuocat, quia ipse iam inter deos colebatur: & rectè eum ad Augusti salutem inuocat, quasi ex eo descendentis, & qui illius sit urbis imperator, quam Romulus cōdiderat.

Vestáq; mater, Quæ Thuscum Tyberim, & Romana palatia seruas.) poëticè. Nam uerū nomen numinis quod urbi Romæ præesset, sciri sacrorum lege prohibetur: quod ausus quidam tribunus plebis enunciare, in crucem leuatus est. Hunc euerso.) Orat ut possit sedare tanta prælia, & bella ciuilia. Saltē.) ut Augustū dij conseruent. Cuius temporibus pax uniuerso orbe erat, & malis finem imponere, et penè iam ruenti mundo subuenire posset. Ne prohibete.) id est, ne prohibeatis. Iampridem.) olim. Sanguine nostro.) id est Romanorū. Laomedonteæ.) Excusat Augusti tempora, et eum dicit suis uiribus nō compensare damna Reipublicæ, quæ ex maiorum uitijs descendisse confirmat, Horatius: Negligis immeritis nocituram postmodo te natis fraudem committere. Atq; hominum queritur.) Cum cælesteis possis mereri. Vbi fas uersum atq; nefas.) apud homines scilicet, qui spernūt licita, appetentes illicita. Abductis colonis.) ad bella scilicet: ut, Et latos uastant cultoribus agros. Rigidū falces conflantur in ensem.) Ita orbem bella turbant, ut hi qui prius agriculturæ insistebant, cogantur deficientibus iam armis, instrumēta colendorū agrorum, & metendarum segetum in arma conuertere. Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum.) Vndiq; mouetur bellum. Euphrates nanq; orientis est fluuius, Germania autem occidentis prouincia. Arma ferunt uicinæ urbes.) hoc est, & externa & ciuilia bella desæuiūt. Vt cum carceribus.) hoc uult dicere: Res quidem publica habet optimum imperatorem, sed tanta uitia temporū præteritorum, quæ in dies singulos aucta sunt, quemadmodum in processu equorum cursus augetur, ut ea optimus rector refrenare non possit, sicut & auriga à feruenti cursu equos non potest plerunq; reuocare. Addunt se in spatia.) id est, currendo plus eorū cursus augetur. Currus.) id est, equi. Sanè sciendum translationem hanc esse, non comparationē: quæ si ponatur in fine, uitiosum est.

Quę Thuscū Tyberim, & Romana palatia seruas,
Hunc saltem euerso iuuenem succurrere seclo
Ne prohibete, satis iampridem sanguine nostro
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.
Iam pridem nobis cæli te regia Cæsar
Inuidet, atq; hominū queritur curare triumphos.
Quippe ubi fas uersū atq; nefas, tot bella per orbē,
Tam multæ scelerum facies, non ullus aratro
Dignus honos, squallent abductis arua colonis:
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum.
Vicinæ ruptis inter se legibus urbes
Arma ferunt, sæuit toto Mars impius orbe.
Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas.

FINIS PRIMI GEORGICON.

FINIS PRIMI GEORGICON.

Hactenus

HActenus aruorum cultus & sidera cæli. Nunc te Bacche canam.) Mire iterauit illum uersum: Quid faciat lætas segetes, quo sidere terram. In hoc autem libro exequitur culturã agri consiti, qui omniũ arborũ cõtinet genera. Et sciẽdũ est Virgiliũ uites quoq; arbores dicere: ut, Nec secius omnis in unguem, Arboribus positis secto uia limite quadret. Et hactenus, ut multi uolũt una pars oratiõis est, et est aduerbiũ significãs hucusque, alij duas partes uolũt, pronomẽ & aduerb. ut sit tenus hac: sicut, Crurum tenus à mento palearia pẽdẽt: sed melius est unã partem accipere orationis hactenus. Sidera cæli.) pleonasmos: nec enim sunt alibi, quàm in cælo sidera. Bacche.) inuentorem pro uitibus posuit: de quibus κατ᾽ ἐξοχὴν in hoc libro loquitur, nã uites præcipuæ sunt, licet & aliarũ arborũ faciat commemorationem. Nec non syluestria tecum Virgulta.) id est, infœcundas arbores, quibus præcipue in Italia uites cohærent. Tardè crescentis oliuæ.) Res enim diu duraturæ tardius crescit. Huc pater ò Lenæe.) Pater licet generale sit omnium deorum, tamen proprie Libero semper cohæret. Nam Liber pater uocatur. Lenæus autem, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, id est, à lacu. Nam quod Donatus dicit ab eo, quod mentem leniat nõ procedit: nec enim potest græcum nomen latinam etymologiam recipere. Tuis hic omnia plena Muneribus.) tuis muneribus hic sunt omnia plena, & ea ubique requiruntur. Pampineo autumno.) cuius tempore uites, & folijs, & fructibus plenæ sunt, & sub quo maturæ fiunt, & pampineo pro pampinoso, ut nemus frondeũ pro frondosum. Tibi Floret ager.) in honorem tuum exultat, & lætus est; nam autumnali tempore reuera florere non potest ager.

Vindemia.) quũ uindemiam numero singulari dicimus, unius anni significamus, quum plurali multorũ, ut messem, messes, hyemem, hyemes: hæc enim semel tantum annis singulis contingunt. Multi tamen uolunt uindemiam esse totius orbis generaliter, uindemias singularum partiũ, ut plus significet singularis, quàm pluralis numerus: sicut plus est cum dicimus, per terrã pluit, quàm per terras: tunc enim omne elemẽtum, nõ terras aliquas significamus. Musto.) mustum numero tantum singulari dicimus, sicut & uinum: licet Oui-

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN secundum Georgicorum, Argumentum.

HActenus aruorũ cultus, & sidera cœli, (teis,
Pãpineasq; canit ille comas, collesq; uiren-
Descriptasq; loci uites, & dona Lyæi,
Atq; oleæ ramos pomorũ ex ordine lectos.

P. VERGILII M. GEORGICORVM, LIBER SECVNDVS.

HActenus aruorũ cultus, & sidera cæli.
Nũc te Bacche canam, necnon syluestria tecum
Virgulta, & plẽ tardè crescẽtis oliuæ.
Huc pater ò Lenææ (tuis hic omnia plena
Muneribus, tibi pampineo grauidus autumno
Floret ager, spumat plenis uindemia labris)
Huc pater ò Lenææ ueni, nudataq; musto

dius abusiue dixerit musta, sed hoc ille plus fecit, quod & mustis dixit: cū ut diximus de his nominibus tres casus tantum usurpari consueuerint. Tingue nouo mecum.) *Pulchre inuocat Liberū patrem adesse sibi canenti de ratione uinearū, & uenire in auxilium, & poëticè dicit, hoc Liberū patrē secum agere, quod ipse ab agricolis debere fieri carmine demonstraturus est, cum dicit* Tingue mecum. Direptis.) *latis: quod est genus calciamenti poëtici. nam hoc uindemiæ tempore fieri debere, ipse demonstraturus est.*

Tingue nouo mecum direptis crura cothurnis.
Principio arboribus uaria est natura creandis.
Nanque aliæ nullis hominum cogentibus, ipsæ
Sponte sua ueniunt, campósque & flumina late
Curua tenent. ut molle siler, lentǽque genistæ,
Populus, & glauca canentia fronde salicta.
Pars autem posito surgunt de semine: ut altæ
Castaneę, nemorúmque Ioui quę maxima frondet
Aesculus, atque habitæ Graijs oracula quercus.
Pullulat ab radice alijs densissima sylua:
Vt cerasis, ulmísque. etiam Parnassia laurus
Parua sub ingenti matris se subijcit umbra.
Hos natura modos primū dedit, his genus omne

Principio arboribus.) *Creandarum arborū naturaliter sūt tria genera. aut enim sua sponte nascūtur, aut ex seminibus fortuito iacētibus surgūt, aut ex radicibus pullulāt. nā cætera usus inuenit, fauente natura.* Sponte sua.) *spōte modo nomen est, quia iūctum est ei genus, quo caret semper aduerbiū.* Veniūt.) *crescūt. alibi: Illic ueniūt felicius uuæ.* Cāposque & flumina late Curua tenēt.) *Per transitū ostendit, in quibus locis arbores spōte sua nascūtur, scilicet in humidis. nam terra mater est rerū omniū, & seminū cunctorū creatrix.* Vt molle siler.) *arboris genus est. Et notandū genus neutrū de arbore, quod est admodū rarū.* Glauca carētia fronde salicta.) *Locū salicum pro ipsis arboribus posuit. bene autē ait, & glauca & canentia: nam salix ab una parte alba est, ab altera uiridis. Sanè cacephaton est* Glauca canentia. Pars aūt posito de semine surgunt.) *quacunque ratione proiecto, uel ab auibus, uel ab hominibus ne incipiāt esse industriæ. Dicit quippe plerasque arbores ex semine nasci, nō studio hominū iacto, sed quocunque modo, & euentu ueniente.* Pars surgūt.) *pro surgit.* Nemorūque Ioui quæ maxima frondet Aesculus.) *Ordo est, nemorūque maxima Aesculus quæ Ioui frondet, id est, quæ crescit in Dodonæo nemore, quod erat Ioui consecratū.* Atque habitæ Graijs oracula quercus.) *Nam in Dodonæo nemore arbores dantes responsa fuisse dicūt.* Habitæ aūt Graijs: *uel quasi nō credēs dixit, uel quasi Italus, qui loca illa nesciret, uel reuera quondā habitæ, quia illo tēpore iam silebant.* Pullulat ab radice.) *Mira in singulis est proprietas. nam ait: Spōte sua ueniūt, surgūt de semine, pullulāt ab radicibus.* Vt cerasis ulmisque.) *Hæc cerasus, his cerasis facit. Sanè Cerasus ciuitas est Pōti, quā cū delesset Lucullus, genus hoc pomi inde aduexit, & à ciuitate cerasum appellauit. Nam arbor cerasus, pomū cerasum dicitur. hoc autē etiam ante Lucullū erat in Italia, sed durū & cornū appellabatur, quod postea mixto nomine cornocerasum dictū est.* Parnassia laurus.) *à Parnasso mōte, Apollini cōsecrato.* Parua sub ingēti.) *id est, radice maioris minor crescit & surgit, sicut uidetur in lauris.* Hos natura modos.

dos primum dedit.) Bene primū: nam ut suprà diximus, fauor naturæ fuit etiā ad alios inueniendos usus. contra naturā enim nihil hominū inuentū ualeret. *Via.)* ratione: ut, Inuenit germana uiam. *Repperit.)* adinuenit. & dicit, illa quæ prius dixerat ex ipsa natura omnem originē ducere: hæc aūt quæ sequūtur, usu & studio adinuenta sunt, nō obsistente tamen etiā in his natura. *Hic plantas tenero.)* inter plantas & plantaria hoc interest, quod

Syluarū fruticumq́ uiret, nemorumq́ sacrorum.
Sunt alij quos ipse uia sibi repperit usus.
Hic plantas tenero abscindens de corpore matrū
Deposuit sulcis, hic stirpes obruit aruo.
Quadrifidasq́ sudes, & acuto robore uallos.
Syluarumq́ aliæ pressos propaginis arcus
Expectant, & uiua sua plantaria terra.
Nil radicis egent aliæ, summumq́ putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur è sicco radix oleagina ligno.
Et sępe alterius ramos impune uidemus
Vertere in alterius, mutatamq́ insita mala
Ferre pirum, & prunis lapidosa rubescere corna.
Quare agite ô proprios generatim discite cultus
Agricolæ, fructusq́ feros mollite colendo.
Neu segnes iaceant terræ: iuuat Ismara Baccho
Conserere, atq́ olea magnum uestire Taburnum.

plātæ raptæ sunt de arboribus, plātaria uero, quæ ex seminibus nata, cum radicibus & terra propria trāsferūtur: ut Et uiua sua plantaria terra. *Sulcis.)* fossis: ut, Ausim uel tenui uitem cōmittere sulco. *Hic stirpes obruit aruo.)* altius deponit ualidiores cū radicibus plantas. *Quadrifidasq́ sudes.)* ita robustas, ut possint in quatuor partes diuidi. *Et acuto robore,* pro acuti roboris accipimus. et bis idē dixit: nā & ualli & sudes idē sunt. *Syluarūq́ aliæ.)* Propago præcipue uitibus congruit. unde apparet syluas eum etiā de uitibus dicere. *Arcus autē,* bene ait: nam ita reflectūtur propagines uitiū, cū in terra ponūtur, ut in medio sui in terra iaceāt, & utrinq́ capita terra excedāt. *Et uiua sua plantaria terra.)* & aliæ syluarum expectant plātaria cum sua terra uiua, id est, naturali: ut, Viuoq́ sedilia saxo. Inde est, Mutata ignorent subito ne semina matrem. *Quin & caudicibus sectis.)* caudicibus posuit pro codicibus, sicut caulem pro colem, sauricem pro sorice dicimus. Fit autem quod nunc dicit de oliua & myrto, quarum sicci stipites secantur usq́ ad medullam, & terra infossi ex se arbores gignūt, quod sine dubio mirū est. *Truditur.)* urgente natura procreatur. *E sicco ligno.)* ex arido. *Radix oleagina.)* Deriuatū ab olea. *Impune uidemus.)* sine dāno sui. & loqtur de insitione. Sanè insitas arbores dicimus, insertas uero causas aut fabulas. *Lapidosa corna.)* duta: alibi, Lapidosaq́ corna Dant rami. *Generatim.)* per singula genera, generaliter autē simul omnia: γενικῶς, καὶ, κατὰ γένος. *Fructus feros.)* qui non sunt apti humanis usibus: siue Feros, syluestres & incultos. *Mollite.)* aptos facite. *Colēdo.)* uel cultu. *Segnes terræ.)* pigræ, infœcūdæ. & docet posse industria etiā loca asperrima ad fertilitatem produci. *Ismara.)* mōtes Thraciæ. *Taburnus.)* mons Cāpaniæ. Vestire uero, implere significat.

Tuq; ades Mecœnas.) adesto, & inceptum fauorem omnibus libris impendito: nam ubiq; eum inuocat. O decus, ò famæ merito pars maxima nostræ.) Horat. O & præsidium, & dulce decus meum. Pelagoq; uolans da uela patēti.) Simplici genere carminis præsta fauorem, ut uela fauorem accipiamus, patens pelagus, carminis facilitatem: hoc autem carmen facile esse ipse significat, dicēs: In manibus terræ, hoc est, in facili & in promptu res posita est.

Tuq; ades, inceptumq; unà decurre laborem.
O decus, ò famæ merito pars maxima nostræ
Mecœnas, pelagoq; uolans da uela patenti.
Non ego cuncta meis amplecti uersibus opto.
Non mihi si linguę centum sint, oraq; centum,
Ferrea uox, ades, & primi lege littoris oram.
In manibus terræ, non hic te carmine ficto,
Atq; per ambages, & longè exorsa tenebo.
Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras,
Infœcunda quidem, sed læta & fortia surgunt.
Quippe sola natura subest, tamē hæc quoq; si quis
Inserat, aut scrobibus mandes mutata subactis,

Non ego cuncta meis amplecti uersibus opto.) id est, non sum uniuersa dicturus, nec enim possum, quare & suā extenuat possibilitatē, & Mecœnatis auribus ex sui carminis breuitate blanditur, alij aliter accipiūt. Cōstat Mecœnatē fuisse literarū peritū, et plura; cōposuisse carmina. Nam etiā Augusti Cæsaris gesta descripsit, quod testatur Horatius, dicēs: Tuq; pedestribus dicens historijs prælia Cæsaris Mecœnas melius, ductaq; per uias regū colla minacium: ut hoc nūc dicat. Inceptumq; unà decurre laborem, id est, adesto, & simul scribamus. licet enim quæ tu scribis esse cōstet ingentia, meum aūt carmen & breue sit, & totū id explicare nō possim, debes tamen fauere minoribus: ut, Pelagoq; uolans, da uela patēti, sit, Ingentia scribe. Et primi lege littoris oram.) faue minora scribēti.) Nō ego cūcta meis, Lucretij uersus, sed ille ænea uox ait non ferrea. Primi lege littoris oram. Lege nauticus sermo est, qui nunc & ad nauigandū, & ad lectionē potest referri. nam hoc dicit, faueto principio uel humilitati carminis mei. In manibus terræ.) id est, in facili & in promptu est terrarū descriptio, quod πρόχειρον Græci dicūt. Non hic te carmine ficto.) id est, simpliciter uniuersa describā: neq; ut in Aeneide aliquibus figmentis, aut ullis utar ambagibus: longa autē exorsa dicit, procœmia longè repetita, quæ cōstat esse uitiosa. Sponte sua.) Ad illud quod omiserat redit, & exequitur qualitatē trium generū, quæ suprà memorauit, arborū scilicet sponte natarū, procreatarū ex semine, & earū quæ de radicibus pullulant. Infœcunda.) fœtu carētia, & per transitū rem physicā tangit. Nam semen esum salicis dicitur infœcūditatem mulieribus gignere. Læta & fortia.) quasi in hoc ipsis arboribus genus sit fœcūditatis. Quippe solo natura subest.) quia ut suprà diximus, naturaliter rerū omniū mater est terra, & uniuersa intra se continet semina: hinc est, Quippe solo natura subest. Natura enim dicta est ab eo qđ nasci aliqđ faciat. Mire aūt ait subest, id est, inest latēter. Nā nō apparet, unde Epicurei dicūt nihil esse, qđ nō habeat originē sui: nā hoc est gigni de nihilo nihil, in nihilū nil posse reuerti. Hæc quoq; si quis.) uidelicet infœcūda, sed fortia. Inserat.) si quis eis fructiferarū arborū surculos inserat. Scrobibus mandet mutata subactis.) nos

scrobes

scrobes genere dicimus masculino. Licet Lucanus dixerit contra artem: Exigua posuit scrobe. duas autem hic res dicit, uidelicet ut aut inserantur infœcundæ arbores fœcundis & fructiferis, aut certe mutentur de suis locis & fossis immittantur. utrunq; enim eis infœcunditatem aufert. Syluestrem animum.) Naturalem asperitatem & infœcūditatem. Voces artes.) fœcunditates ex arte uenientes. Hoc faciet, id est, fœcunda si fuerit inde translata.

Exuerint syluestrem animum, cultuq; frequenti
In quascunq; uoces artes, haud tarda sequentur.
Necnon & sterilis quæ stirpibus exit ab imis,
Hoc faciet, uacuos si sit digesta per agros.
Nunc altæ frondes, & rami matris opacant.
Crescentiq; adimunt fœtus, uruntq; ferentem.
Iam quæ seminibus iactis se sustulit arbor,
Tarda uenit, seris factura nepotibus umbram.
Pomaq; degenerant succos oblita priores.
Et turpeis auibus prædam fert uua racemos
Scilicet omnibus est labor impēdendus, & omnes
Cogendæ in sulcū, ac multa mercede domandæ.
Sed truncis oleæ melius, propagine uites
Respondent, solido paphiæ de robore myrtus.
Plantis &, duræ coryli nascuntur, & ingens

Digesta.) posita & plantata, id est, si liberum spaciū habeat. Nunc altæ frondes.) hoc est, frondes & rami arborū ex qbus oriuntur nocenteis, & suis umbris earum fœcūditatē auertūt et prohibent. Vrūtq; ferentem.) quæ ferre potest, si ei umbra non noceat. Iam q seminibus iactis.) id est, quæ ex semine quocūq; modo iacto orta est: iam particula hic pro præterea ponitur, & tēpus quidē significat, ut iam tempus agi res. Nepotibus.) arbusculis quæ ex ea oriuntur. Factura umbram.) sui magnitudine & opacitate. Pomaq; degenerant.) modo degenerāt in peius uertuntur, alias in melius. Poma aūt arborum ex semine procreatarū dicit, quas cōstat nisi insitæ aut translatæ fuerint nō respondere qualitati seminis sui. Fert uua racemos.) uuam pro uite posuit, id est, fructū pro arbore. Sanè racemus botrionis est pars, & botryo græcū est, & sic uuā pro uite posuit: sicut Horat. pro uino, nam ait: Cecubū & prælo domitā Caleno tu bibes uuā. Cogēdæ in sulcū.) in ordinem cōponendæ, aut certe arandæ. Multa mercede.) multo labore, à sequente, qđ præcedit intellēge. Sed truncis oleæ.) quia suprà ait: Truditur è sicco radix, etiā redit ad eos modos, quos inuenit industria. Dicēdo aūt melius, ostēdit etiā alias arbores posse ex truncis procreari. Sanè olea est arbor ipsa, unde deriuatū est oleū. Oliua uero fructus ipse, unde est oliuū. Legimus tamē & oliuā de arbore: ut, Incūbēs tereti Damon sic cœpit oliuæ. Solido paphiæ.) Sicut & olea. Paphiæ autē Venereæ à Papho insula, in qua Venus colitur. Veneri aūt myrtus est cōsecrata, uel qđ hæc arbor gaudet littoribus, & Venus è mari dicitur procreata, uel quod ut medicorū indicant libri, hæc arbor apta est mulierū necessitatibus plurimis. Plantis & duræ coryli nascūtur.) duras dixit nō ad lignū, sed ad fructū ipsarū referens. Alij e duræ legunt quasi non duræ: ut paulo pòst, Enodes trunci, id est, sine nodis, ut modo e minuētis nō augētis habeat significationē. Sanè coryli proprie dicūtur. Nam auellanæ

ab Auellano Campaniæ oppido, ubi abundãt, nominatæ sunt. Herculeæ.) *ipse alibi:* Her*culea bicolor cum populus umbra. nam cum* Hercules *ab inferis rediret, hanc primam arborem dicitur contemplatus esse, & se inde coronasse, cõueniente colore arboris illi euentui, quo à tenebris in lucem cõmeauit.* Chaoniiq; patris.) Iouis Epirotici. Ardua palma.) *aut alta, aut ad quam difficile peruenitur.* Casus abies uisura marinos.) *Est enim abietis species apta nauibus, quam sappinum uulgò uocant.* Ex fœtu arbutus horrida.) *Versus dactylicus. Nã malè quidã* Horrens *legunt.* Horrida *autẽ, hispida. Et iã transit ad insitionẽ, quæ duplex est. nam aut insitio dicitur, quũ infisso trunco surculus fœcũdæ arboris sterili inseritur: aut oculorũ impositio, quum inciso cortice, libro alienæ arboris germen inserimus.*

Fraxinus, herculeæq; arbos umbrosa coronæ.
Chaoniiq; patris glandes, etiam ardua palma
Nascitur, & casus abies uisura marinos.
Inseritur uero ex fœtu nucis arbutus horrida,
Et steriles platani malos gessere ualentes,
Castaneæ fagos, ornusq; incanuit albo
Flore piri, glandemq; sues fregere sub ulmis.
Nec mod° inserere, atq; oculos imponere simplex.
Nam quà se medio trudunt de cortice gemmæ,
Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso
Fit nodo sinus, huc aliena ex arbore germen
Includunt, udoq; docent inolescere libro.
Aut rursum enodes trunci resecantur, & alte
Finditur in solidum cuneis uia, deinde feraces

Et steriles platani malos gessere ualentes.) Dicit *quid in quam arborem debeamus inserere: in arbuto nucem, in platano malum, in orno pirum. sed* Castaneæ fagos, *eget expositione. non enim in castanea fertili, infœcunda fagus inseritur. unde aut hypallage est, ut sit* Castaneæ fagos, *pro* Fagi castaneas gessere: *aut est mutanda distinctio, ut sit* Et steriles platani malos gessere ualentes Castaneæ: *hoc est, infœcundæ arbores platani fortes ramos castaneæ portauerunt,* Fagos ornusq; incanuit albo Flore piri: *secundum quam distinctionem,* Fagos *licet breuis sit* gos, *finalitatis tamen ratione producitur. fagos enim incipit esse nominatiuus casus græcus singularis: nam pluralis noster est accusatiuus. Alij neutrum probant, & ita accipiunt,* Castaneæ flore fagos incanuit, piri flore ornus incanuit, *ut similiter* Fagos *nominatiuus sit græcus.* Glãdemq; su. fr. sub ul.) *id est, ulmi insertis sibi surculis quercuũ glãdes tulerũt.* Nec mod. inser.) *aut, nõ est simplex & fortuita ratio, sed ea quæ ingẽti labbore colligitur: aut hoc dicit, nõ est idẽ inserere, quod & oculos imponere. quarum rerum discretionẽ hoc loco memorat, sicut nos diximus suprà.*

Trudũt.) *propellunt, eijciunt.* Tunicas.) *id est, libros arboris interiores.* Huc ex aliena.) *quia ait, ex aliena arbore. & est mutatio, ideo non ait,* Hic includunt, *sed* Huc. *sic* Cicero: Includuntur *in carcerem condemnati utiq; quia illuc fuerant aliunde deducti.* Inolescere.) *concrescere,* συμφῦναι. Libro.) Liber *dicitur pars corticis interior.* Aut rursum enodes trunci resecantur.) Rursum *hic non habet significationem iterandi, sed abundat.* Enodes trũci.) *sine nodis.* Resecãtur.) *abscinduntur.* Altè.) *profundè.* Fin

ditur

ditur in solidum.) ut solida sit ipsa fissio, & nō habeat rimas, aut aliquas scissuras. Feraces.) fertiles & fructiferæ plantæ, scilicet immittūtur surculi. nam abutitur plantis pro surculis arborum fertilium. Nec longum tempus.) nec multa mora. Exijt ad cœlum arbos.) nam hoc genere insitæ arbores citissime crescunt. Ramis felicibus.) fructiferis & fertilibus. Mirata estq; nouas frondes, & non sua poma.) Ingens phantasia. sanè Mirata estq; legendū est, ut stet uersus. Præterea genus haud unū.) Docet nūc etiam in singulis arborum speciebus esse aliquam uarietatē. Lotoq;.) Lotos nympha quædā fuit, quam quum amatam Priapus persequeretur, illa deorum miseratione in arborem conuersa est, quæ uulgò faba Syriaca dicitur. Vnam in faciē.)

Plantæ immittūtur: nec longū tempus, & ingens
Exijt ad cælum ramis felicibus arbos,
Miraturq; nouas frondes, & non sua poma.
Præterea genus haud unum nec fortibus ulmis,
Nec salici, lotoq;, nec Idæis cyparissis.
Nec pingues unam in faciem nascuntur oliuę,
Orchades, & radij, & amara pausia bacca,
Pomaq;, & Alcinoi syluę: nec surculus idem
Crustumijs, Syrijsq; piris, grauibusq; uolemis.
Non eadem arboribus pendet uindemia nostris,
Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos.
Sunt Thasiæ uites, sunt & Mareotides albę:
Pinguibus hæ terris habiles, leuioribus illæ.

in eandem similitudinem. Orchades.) genus oliuæ à græca etymologia, sed obscena: id est, à testiculis, qui ὄρχεις dicuntur. Radij.) Radij oliuæ sunt, ita à longinquitate nominati. Amara pausia bacca.) oliua, à pauiendo dicta, id est, à tundendo. aliter enim ex se oleum non faciet. Amara autem bacca, uiridi: ut alibi, Floribus atque apio crineis ornatus amaro, id est, uiridi. Nam de pausia uiride oleum fit, unde contrà dicitur dulce, quod non est uiride. Pomaq;.) subaudi à superioribus, non unam nascuntur in faciem. Alcinoi syluæ.) id est, pomiferæ arbores. Nam Alcinous rex Phæacum fuit, diligens cultor hortorum. unde per eius syluas arbores pomiferas intelligimus, de quo Homerus ait, quod haberet καὶ ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ. αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλή, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ. Crustumijs.) Crustumia pira sunt ex parte rubentia, ab oppido Crustumio nominata. Syrijsq; piris, grauibusq; uolemis.) Syrijs, id est, nigris. Grauibus uolemis, id est, magnis. nam & uolema, ab eo quod uolam impleant, dicta sunt. Vola autem est medietas palmæ, uel pedis: unde & inuolare dicimus. uolema autem gallica lingua bona & grandia dicuntur: sed magis dicta sunt ab eo, quod uolam impleant. Non eadem arboribus pendet uindemia nostris.) id est, uites quoque diuersæ sunt. Nostris autem, Italicis. & bene Pendet dixit. nulla enim uitis in Italia est, quæ non pendet. Methymnæo carpit de palmite Lesbos.) Lesbos insula est in Aegæo mari, cuius ciuitas Methymna, habens preciosissimum uinum. Thasiæ uites.) à Thaso insula nominatæ. Mareotides albæ.) Aegyptiæ. Mareotis enim pars est Aegypti. & dicēdo Albæ, ostendit etiam esse purpureas, uel alterius coloris. Pinguibus hæ terris habiles.) pinguibus Thasiæ, leuioribus Mareotides.

mareotides: nam ordinē positū sequimur, quum apertè aliquid non cōmemoratur. Passo psythia utilior.) *bene utilior: ut ostendat etiam de alia uua posse passum fieri, sed melius de psythia.* Passum *autem dicitur à patiendo: nam mustum decoquitur, & inde fit passum: hinc defrutum dictum quod defraudetur, & quasi fraudem patiatur.* Tenuisq́ lageos.) Lageos *est, quæ latine leporaria dicitur: nam* λαγὼς *græcè lepus dicitur. tenuis autem penetrabilis, quæ cito descendit in uenas.*

Et passo psythia utilior, tenuisq́ lageos
Tentatura pedes olim, uincturaq́ linguam,
Purpureæ, preciæq́, & quo te carmine dicam
Rhetica? nec cellis ideo contende falernis.
Sunt & Amyneæ uites firmissima uina,
Tmolus assurgit quibus, & rex ipse Phanæus,
Argitisq́ minor, cui non certauerit ulla,
Aut tantū fluere, aut totidem durare per annos.
Non ego te mensis, & dijs accepta secundis
Trāsierim Rhodia, & tumidis Bumaste racemis.

Tētatura pedes.) Terentius: *Neq́ pedes neq́ mens suum satis officiū facit.* Olim.) *aduerbiū est cuiuslibet tēporis.* Purpureæ.) *purpurei coloris.* Preciaq́.) *hæ cito maturescunt: unde & preciæ dictæ sunt, quasi præcoquæ, quod ante alias coquantur.* Quo te carmine dicā Rhetica? *hanc uuam Cato præcipue laudat in libris quos scripsit ad filium, cōtrà Catullus eam uituperat, & dicit nulli rei esse aptā, miraturq́ cur eam laudauerit Cato. Sciēs ergo utrumque Verglius mediū tenuit, dicens: Quo te carmine dicam Rhetica?* Nec cellis ideo contende falernis.) *id est, licet sis à Catone laudata: tamen uino te Cāpano præferre nō debes. Cellis autem apothecis dicit: nam cellas uinarias dicimus. Et Falernus mons est Cāpaniæ, in quo optima uina nascuntur.* Sunt & Amyneæ uites firmissima uina.) *Amyneum uinum dictum est, quasi sine minio, id est, rubore: nam album est. Sanè amyneæ dici, uersus probat, qui stare nō potest si Amynneum dixerimus.* Tmolus assurgit.) *duplex est hoc loco expositio. Nam alij uolunt sine dubio in subauditione esse posita, quæ aperte dicere non possumus, ut sit quibus uinis assurgit, id est, cedit, & Tmolus & Phanæus, quod si apertè dicatur, est utrunque uitiosum: tamen uinis de græco traxit. nam* οἴνος *dicunt: pleraq́ autem subaudiri, quæ apertè dicere nō possumus, & ipse alibi docet, dicens de Alecto: Nec dextræ erranti deus abfuit, quod penitus dicere non possumus, quum Alecto fœmininum sit. & Salustius qui ait: Quia Sertorio triplices insidiæ per idoneos saltus positæ erant: Prima & subaudiendum reliquit insidia, quod penitus dicere non possumus. Alij autem, ad superiora referunt, ut quibus non ad uina referatur, sed ad uites, ut sit quibus uitibus cedit Tmolus & Phanæus montes uitibus consiti. & est figura, qualis illa in Aeneide: Me puer Ascanius, capitisq́ iniuria cari, Quē regno hesperiæ fraudo, scilicet Ascaniū, nōquē caput. Tmolus aūt mons est Ciliciæ, & Phanæus mōs est in promōtorio Chij, dictus à Phanæo rege. Assurgit uero cedit significat, quod tractū est à sedētibus, qui in honorē alicuius surgere consueuerūt.*

Rex ipse Phanæus.) *De Lucilio tractum est, qui ait:* χῖος τε δυνάσθαι, οἶνος. Argitisq́ minor.) *quantū ad speciem solam pertinet.* Cui non certauerit ulla.) *id est, nulla se ei in his quæ sequuntur compararer contendat.* Aut tantum fluere.) *id est, tam abundans esse.* Et mensis accepta secūdis.) *pomorum scilicet.* Rhodia.) *Rhodos insula est, cuius nunc*

uinum

uinum laudat. Tumidis racemis.) *turgentibus.* Bumaste.) *uua in mammæ bouis similitudinem.* Quàm multæ species.) *Scit apud diuersos lecta esse innumera uitiũ genera, quibus offensus ait: Colligere tanta uitium genera, nec utile est, nec possibile. Qui enim conatur uniuersa cognoscere, debet etiã impossibilia scire, ut arenarũ uel fluctuum numerũ.* Refert.) *aut interest, aut prodest.* Libyci æquoris.) *id est, Africani. ipse alibi:* Littus arenosum Libyæ.

Sed necꝫ quàm multę species, nec nomina quę sint
Est numerus, necꝫ enim numero cõprẽdere refert:
Quem qui scire uelit, Libyci uelit æquoris idem
Discere quàm multæ Zephyro turbentur arenæ:
Aut ubi nauigijs uiolentior incidit Eurus,
Nosse quot Ionij ueniant ad littora fluctus.
Nec uero terræ ferre omnes omnia possunt.
Fluminibus salices, crassisꝗ paludibus alni
Nascuntur, steriles saxosis montibus orni.
Littora myrtetis lætissima: denicꝫ apertos
Bacchus amat colles, Aquilonem & frigora taxi.
Aspice & extremis domitum cultoribus orbem,
Eoasꝗ domos Arabum, pictosꝗ Gelonos.
Diuisæ arboribus patriæ. sola India nigrum

Nec uero terræ.) *Aut generale est, sicut ait in primo: Et quid quæꝗ ferat regio. & ad superiora pertinet, ut talis sit sensus: Non prodest nosse cuncta uitium genera, nec enim omnia procreãtur in omnibus terris.* Crassis paludibus.) *lutosis naturaliter.* Steriles saxosis mõtibus orni.) *Non solum in omnibus terris minimè nascuntur, sed etiã ea quæ propria sunt singulis regionibus, non ubiꝗ in eis proueniunt, sed distinctis proprijsꝗ locis nascuntur: ut quædã iuxta flumina, quædã in montibus, nonnulla in locis palustribus oriantur. Si ergo una regio arbores sibi naturaliter insitas, non in quibuscunꝗ locis, sed distinctis & certis profert, multomagis una prouincia uel regio non potest uniuersas arbores diuersi generis cõtinere.* Littora myrtetis lætissima.) *Locum posuit pro ipsis arboribus, sicut salictum pro salicibus. nam myrtetum est locus, ipsa arbor autem myrtus uocatur.* Apertos Bacchus amat colles.) *Hinc est quòd uites amant montium laxiora, uel scopulos. nam dicit Bacchũ colles amare, ut significet uineas in montibus plerunꝗ fertiliores existere, licet etiam planities plurimæ.* Et frigora taxi.) *Taxus est arbor uenenata. & Taxi hic pluralis est numerus. & hoc dicit, Bacchus amat colles: id est, uites uberiores sunt in montibus. Taxi amant Aquilonem, qui est uentus frigidus.*

Aspice & extremis.) *Intuere & extremum orbem cum suis cultoribus domitum. nam subaudiamus Cum. & per transitum maiestatem Romani laudat imperij.* Eoasꝗ domos.) *Arabum. Arabia Panchaia & Sabæorum gens eadem est, apud quam thus nascitur: ut, Solis est thurea uirga Sabæis. Item, Totaꝗ thuriferis Panchaia pinguis arenis. Plautus, Arabico thure.* Pictosꝗ Gelonos.) *id est, stigmata habentes. & sunt populi Scythiæ: ut, Pictiꝗ Agathyrsi.* Diuisæ arboribus patriæ.) *regiones: ut, Italiam quæro patriam.* Sola India nigrum Fert hebenum.) *Atqui & in Aegypto nascitur, sed Indiam omnem plagam Aethyopiæ accipimus. Sanè hæc hebenus, & hoc hebenum dicitur. hic neutro usus est. Lucanus autem ait, Hebenus Mareotica uastos Non operit postes.*

Hebenus autẽ arbor eſt, quæ cæſa dureſcit in lapidem. Solis eſt thurea.) Apud Sabæos thus naſcitur, qui (ut ſupra dictum eſt) ijdem ſunt & Arabici, & Panchaici. Odorato ſudantia ligno.) id eſt, quorũ ligna odoriferũ ſuccũ referunt. Balſamaq́;.) Vacat Que, ut alibi: Dixitq́;, & prælia uoce diremit. Sanè Balſamũ eſt ipſa arbor, Opobalſamũ ſuccus collectus ex arbore. nam ὀπὸς dicitur ſuccus, ξύλον, lignum: unde Xylobalſamũ, lignum ipſius arboris. Probatio aũt opobalſami eſt, ut dicit Plinius, ſi contra ſolẽ feratur, et corruptũ non ſit, manum ferẽtis exuſſerit. Et baccas ſemper frondẽtis achãti.) Achãtus arbor eſt in Aegypto, ſemper frondens, ut oliua, laurus. & Achãtus dicta, quaſi ſpinis plena: nã eſt ſpinoſa arbor. Abundat hæc etiã in Cyrenaica inſula.

Fert hebenum: ſolis eſt thurea uirga Sabæis.
Quid tibi odorato referam ſudantia ligno,
Balſamaq́;, & baccas ſemper frondentis achanti?
Quid nemora Aethiopum molli canentia lana?
Velleraq́; ut folijs depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi ſinus orbis, ubi aëra uincere ſummum
Arboris haud ullæ iactu potuere ſagittæ?
Et gens illa quidem ſumptis non tarda pharetris.
Media fert triſteis ſuccos, tardumq́; ſaporem
Felicis mali, quo non præſentius ullum
Pocula ſiquando ſæuæ infecere nouercæ,
Miſcueruntq́; herbas, & non innoxia uerba,
Auxilium uenit, ac membris agit atra uenena.

Velleraq́; ut folijs.) Apud Indos & Seres ſunt quidam in arboribus uermes, qui bombices appellantur, qui in aranearũ morem fila tenuiſſima deducunt, unde eſt ſericum. nam lanã arboream non poſſumus accipere, quæ ubiq́; procreatur. Depectant.) decerpant. ſed alij Depectat legunt: quod ſi eſt, Seres poſuit pro Ser, ſicut trabes pro trabs. ſic Lucanus: Sub iuga iam Seres, iam barbarus iſſet Araxes. Oceano propior gerit India lucos.) Gerit, pro habet: ut alibi, Virginis os habitumq́; gerens. Hæc enim habet arbores magnas, quæ eſt iuxta Oceanum. hinc eſt, Extremi ſinus orbis. Non tarda.) id eſt, ſtrenuiſſima. nam eſt liptotes figura. Media fert triſteis ſuccos.) Di ſine ſibilo proferenda eſt. Græcũ enim eſt nomen, & Media prouincia eſt. Triſteis autẽ, amaros: ut, Triſtesq́; lupini. Tardumq́; ſaporem Felicis mali.) Apud Medos naſcitur quædã arbor ferens mala, quæ Medica uocantur: quã per periphraſin oſtendit, eius ſupprimens nomen. Hanc pleriq́; citrum uolunt, quod negat Apuleius in libris quos de arboribus ſcripſit, & docet longè aliud eſſe genus arboris. Tardũ autem ſaporem dicit, uix intelligibilem, quod illi ad carnem mediã citri referũt. nam prima & interior facile ſuum oſtendit ſaporem. Felicis mali.) Secundũ eos qui dicunt citrum fœcundum. nam hæc arbor omni penè tempore plena eſt pomis, quæ in ea partim matura, partim acerba, partim adhuc in flore ſunt poſita. aut certè Felicis, ſalubris. nulla enim efficacior res eſt ad uenena pellenda. Sæuæ nouercæ.) Aut illæ quæ ſæuæ ſunt, aut epithetõ eſt omniũ nouercarum. Non innoxia uerba.) Liptotes figura eſt, id eſt, nocentiſſima. & eſt augmentum, quaſi parum putent uenena miſcere, niſi etiam magicos cantus addiderint.

Membris agit atra uenena.) Radices, nuces, lupini, citrum, apium proſunt cõtra futurũ,

non cõtra

non contra iam acceptum uenenum. unde etiam antiquitus ante ullas alias epulas hæc ſolebant menſis apponere. Apparet ergo non eum de citro loqui in præſenti, quũ dicit: Membris agit atra uenena: iam data. Faciemq́; ſimillima lauro.) Figura Ciceronis qui ait in Cæſarianis, Sed ſimillimũ deo iudico. Sanè etiam hoc probat, citrum non eſſe. nam citri arbor multũ non poteſt creſcere, & multo habet folia maiora quàm laurus. Si non aliũ latè.)

Ipſa ingens arbos, faciemq́; ſimillima lauro.
Et ſi non alium latè iactaret odorem,
Laurus erat: folia haud ullis labentia uentis.
Flos apprima tenax: animas, & olentia Medi
Ora fouent illo, & ſenibus medicantur anhelis.
Sed neq; Medorum ſyluæ ditiſſima terra,
Nec pulcher Gãges, atq; auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent: non Bactra, neq; Indi,
Totaq́; thuriferis Panchaia pinguis arenis.
Hæc loca non tauri ſpirantes naribus ignem
Inuertere, ſatis immanis dentibus hydri.
Nec galeis, denſisq́; uirûm ſeges horruit haſtis.
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Maſſicus humor
Impleuere, tenent oleæq́;, armentaq́; læta.

Et infinitum emittit ſuum odorẽ, & longè alium q̃ laurus. Flos apprima tenax.) Apprima, id eſt, maximè. & eſt nomẽ pro aduerbio: ſicut, Et pede terrã Crebra ferit, p crebro. Animas.) δύσπνοιαν, id eſt, pulmonis uitioſum anhelitum: quod exprimit ſubdens, Senibus medicantur anhelis. Olẽtia ora.) putentia, id eſt, δυσωδίαν oris. Notandum ſanè huic uni tantũ arbori incubuiſſe Vergilium, & expreſſiſſe ubi, qualis ſit, cuius poteſtatis: ſicut in Quarto de herba amello. Quod qui de arboribus aut herbis ſcripſerũt, in omnibus exequũtur. Sed neq; Medorum ſyluæ.) Iam incipit laus Italiæ, quam exequitur ſecundũ præcepta rhetorica. Nam dicit eam & habere bona omnia, & carere malis uniuerſis. Ganges.) Indiæ fluuius, per quem prouincia ſignificatur. Hermus.) Lydiæ fluuius, arenas aureas trahens. Laudibus Italiæ certent.) Figuratè: nam Certo tecũ dicimus. Nõ Bactra.) regio iuxta Aſſyrios, unde & populi Bactriani. Panchaia.) Arabia, ut ſuprà diximus. Arabia autẽ eſt regio, ubi & templum Triphylli Iouis habent. ipſe alibi, Panchæis adoleſcent ignibus aræ. Hæc loca non tauri ſpirantes naribus ignem.) Quales fuerũt in Colchide, ciuitate Scythiæ. nam hoc habet fabula. Iaſon Colchos profectus ad tollendũ uellus aureum, quod dicarat Marti Phryxus, fretus Medeæ auxilio, & peruigilem dracone̅ occidit, & eius denteis ſeuit, iunctis tauris ignem flantibus. unde nati armati quamprimum fecerunt impetũ in Iaſonem fruſtra, poſtea mutuis uulneribus ſe conciderunt. Has aũt ei conditiones Aeëta rex propoſuerat, cui Apollo reſpõderat, tamdiu eum fuiſſe regnaturũ, quãdiu illud uellus fuiſſet in templo. Satis.) ſeminatis. Hydri.) ſerpentis. hic eſt anguis quem Cadmus in Bœotia occidiſſe fertur, cuius dentes ipſe partim ibidem ſeuit, partim Aeëtas in Colchide, ex quibus utrinq; ſeges armatorũ hominũ enata eſt. Tauri aũt hi ſunt, quos ignem flantes Aeëtæ imperio Iaſon iunxit, unguẽto uſus quod ei Medea dederat. Seges horruit.) nõ placuit. Seges aũt, quia de ſemine. Grauidæ fruges.) largæ, abundãtes. Maſſicus humor.) id eſt, uinũ Campanũ, à Maſſico monte Campaniæ.

Hinc bellator equus campo ſeſe arduus infert.
Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus
Victima, ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro
Romanos ad templa deûm duxere triumphos.
Hic uer aſſiduum, atq; alienis menſibus æſtas.
Bis grauidæ pecudes, bis pomis utilis arbos.
At rabidæ tigres abſunt, & ſæua leonum
Semina, nec miſeros fallunt aconita legentes.
Nec rapit immēſos orbes per humum, neq; tanto
Squammeus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.
Adde tot egregias urbes, operumq; laborem,
Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis,
Fluminaq; antiquos ſubterlabentia muros.

Arduus.) celſus & eminēs. Hinc albi Clitumne greges, *& maxima taurus* Victima. *Ꝟ Clitumne uocatiuus eſt. Clitumnus autem fluuius eſt in Meuania, quæ pars Vmbriæ, partis Thuſciæ. de quo fluuio dicit Plinius in hiſtoria naturali, quòd animalia quæ eum potauerūt albos fœtus creant.* Maxima uictima.) *Quia triumphantes de albis tauris ſacrificabant.*

Sæpe tuo perfuſi flumine ſacro.) Flumine, fluento. Perfuſi autē tauri, qui ante triūphantes uſq; ad tēpla ducebantur: aut certè Perfuſi greges intelligamus, quod ad equos triūphales poteſt referri. Duxere triumphos.) *ſi equi, duxerunt: ſi boues, deduxerunt.* Hic uer aſſiduū, atq; alienis mēſibus æſtas.) *Ver aſſiduū, uerna tēperies. nā uer propriè aſſiduū eſſe non poteſt, ſeu longum. Horatius: Ver ubi longum tepidasq; præbet Iuppiter umbras.* Alienis menſibus æſtas.) *id eſt, quando alibi hyems, in Italia penè æſtas eſſe uidetur.* Bis grauidæ pecudes.) *Verum eſt. inde enim eſt in Bucolicis: Lac mihi non æſtate nouum, non frigore deſit.* Bis pomis utilis arbos.) *id eſt, biferæ ſunt arbores.* At rabidæ tigres abſunt.) *malum Armeniæ.* Et ſæua leonum Semina.) *malum Libyæ.* Semina.) *genera, & eſt Lucretij ſermo. nam quòd ait Sæua, aut cruenta accipimus, aut reuera ſæua ſemina. ut enim ait Plinius, animalia quæ ſunt cum acutis unguibus, frequenter parere non poſſunt. uitiantur enim intrinſecus ſe mouentibus pullis.* Nec miſeros fallunt aconita legentes.) *Mira arte uſus eſt, ut excuſaret rem, quam negare non poterat. nam aconita naſcūtur in Italia, ſed ea non obeſſe dicit, quia ſunt omnibus nota. unde dicit,* Nec fallit legentes: *uel quia ea ſcientes renuunt & reijciūt, quod omnes ſcire ſignificat.* Aconita autem nata dicuntur eſſe de ſpumis Cerberi, *quo tempore Hercules eum ab inferis traxit. quod quia in ſaxis & cotibus naſcitur, aconitum dicitur, ἀπὸ τῆς ἀκόνης, id eſt, à cote. & dicimus τὸ ἀκόνιτον, καὶ τὰ ἀκόνιτα.* Neque tanto Squammeus.) *Sunt quidam ſerpentes in Italia, ſed non tales, quales in Aegypto, aut in Africa.* In ſpiram autem dicit, *in collectionem uolubilitatis: quod eſt à funibus tractum.* Adde tot egregias urbeis.) *Laudat Italiam à ciuitatibus, quas & plures habet, & maximas, & opportuniſſimè collocatas.* Operumq; laborem.) *quæ ſunt in muris & mœnibus urbium, alijsq; ædificijs & templis.* Congeſta manu.) *ædificata & conſtructa. & hic ipſas urbes non ſolum ex ſua magnitudine, ſed etiam ex opere nobili laudat.*

Præruptis ſaxis.) *excelſis & magnis. & ſubaudi* Adde, *ſcilicet ad laudem Italiæ.*

Fluminaq; antiquos ſubterlabentia muros.) *Quod laudat etiam Cicero in* Republica.

Mare

Mare quod ſuprà.) id eſt, mare Adriaticum. Quodq́ alluit infrà.) id eſt, Tyrrhenum. Te Lari maximè.) Larius eſt lacus uicinus alpibus, qui iuxta Catonem in Originibus per ſexaginta tenditur milia. Et Larius Lari uocatiuus facit, ſicut Iulius Iuli, Mercurius Mercuri. Teq́ Fluctibus, & fremitu aſſurgens Benace marino?) Benacus lacus eſt Italiæ, qui magnitudine ſui tempeſtates imitatur marinas. Aſſurgens autem, uocatiuus eſt caſus: ut ſit, memorē & te o Benace aſſurgens, id eſt tumeſcens fremitu marino: aut certè antiptoſis eſt, id eſt, caſus pro caſu, aſſurgens pro aſſurgentē. An memorem portus, Lucrinoq́ addita clauſtra.) In Baiano ſinu Campaniæ, contra Puteolanam ciuitatem duo lacus ſunt, Auernus & Lucrinus, qui olim propter copiam piſcium uectigalia magna præſtabant. Sed quum maris impetus plerunque irrumpens exinde piſceis excluderet, & redemptores grauia damna paterentur, ſupplicauerunt ſenatui, & profectus C. Iulius Cæſar ductis brachijs excludit partem maris, quæ antè infeſta eſſe conſueuerat. Reliquit breue ſpatiū per Auernū, quà & piſcium copia poſſet intrare, & fluctus non eſſent moleſti. quod opus Iulij dictum eſt. Sed hoc ambitioſe undam Iuliam appellauit, frementem contra moles à Iulio oppoſitas. Indignatū magnis ſtridoribus æquor.) Indignatum, à ſolita excluſum licentia, & indignationem ſuā ſtridoribus prodens. Indignatum ideo dixit, quia quo tempore in Lucrinū lacum mare immiſſum eſt, deinde terra effoſſa contigit inter ipſum Lucrinū & Auernum, ut duo lacus miſcerentur, & tanta tempeſtas orta eſt, ut prodigij loco habita ſit, ac nunciatum, ſimulachrū Auerni ſudaſſe, propter quod pontifices ibi piacularia ſacra fecerunt. Iulia autē unda, Puteolanū portum ſignificat. Tyrrhenusq́ fretis æſtus.) Aeſtus quidem dixit Auerni, quoniā per Lucrinum lacū mare Tyrrhenum influit in Auernum. Auro plurima fluxit.) id eſt, copioſior fuit in rem precioſiorem. Aſſuetumq́ malo Ligurē.) id eſt, labori. Volſcosq́ uerutos.) Italiæ populi ſunt. Verutos.) iaculo utentes in modum ueru, uel quia ueruiis pugnant. Extulit hæc Decios.) creauit. Decij autem duo fuerunt, quorum unus bello Latino, alter Gallico ſe pro republica deuouerunt. Marios.) Marij multi fuerunt, quorū unus fuit ſepties conſul. Camillos.) Abuſiuè pluralem numerum pro ſingulari. nam Camillus unus fuit, qui à Gallis ſublata ſigna reuocauit. Scipiadas duros bello.) Scipiadas pro Scipionibus dixit, ſicut Amazonidum pro Amazonum alibi poſuit. Scipiones autem duo fuerunt, auus & nepos, quorum unus leges uictæ Carthagini impoſuit, alter eandem diruit. Hæc aūt omnia

An mare quod ſuprà memorē, quodq́ alluit infra?
An'ne lacus tantos? te Lari maxime, teq́
Fluctibus & fremitu aſſurgens Benace marino?
An memorē portus? Lucrinoq́ addita clauſtra?
Atq́ indignatum magnis ſtridoribus æquor,
Iulia quanq̄ ponto longè ſonat unda refuſo,
Tyrrhenusq́ fretis immittitur æſtus Auernis?
Hæc eadem argenti riuos, æriſq́ metalla
Oſtendit uenis, atq́ auro plurima fluxit.
Hęc genus acre uirûm Marſos, pubemq́ Sabellā,
Aſſuetumq́ malo Ligurem, Volſcosq́ uerutos
Extulit: hęc Decios, Marios, magnosq́ Camillos,
Scipiadas duros bello, & te maxime Cæſar,

plenius in ſexto memorauimus. Imbellē auertis Romanis arcibus Indū.) *auertēdo reddis imbellem.* Romanis *autē arcibus, à* Romanis *urbibus, à* Romano *imperio.* Salue magna parens.) *Poſtea quàm eam diutius laudauit, uertit ſe ad eam, & bene dicit eam laudans.*

Saturnia tellus.) Nam in Italia Saturnus regnauit. Magna uirûm.) *uirorum fortiū. & iam concludit, laudans eam à uiris, à fertilitate rerum, à* Saturni *imperio.*

Qui nunc extremis Aſiæ iam uictor in oris
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Salue magna parens frugum Saturnia tellus,
Magna uirûm: tibi res antiquæ laudis & artis,
Ingredior ſanctos auſus recludere fonteis,
Aſcræumq́ue cano Romana per oppida carmen.
Nunc locus aruorum ingenijs, quæ robora cuiq́ue,
Quis color, aut quæ ſit rebus natura ferendis.
Difficiles primum terræ, collesq́ue maligni,
Tenuis ubi argilla, & dumoſis calculus aruis,
Palladia gaudent ſylua uiuacis oliuæ.
Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem
Plurimus, & ſtrati baccis ſylueſtribus agri.
At quæ pinguis humus, dulciq́ue uligine læta,
Quiq́ue frequens herbis, & fertilis ubere campus,
Qualem ſæpe caua montis conualle ſolemus
Deſpicere, huc ſummis liquuntur rupibus amnes,
Felicemq́ue trahunt limum, quiq́ue editus Auſtro,

Tibi res antiquæ laudis & artis Ingredior.) *Tibi, in tuam utilitatē ſcribo carmen Georgicum. Antiquæ autē laudis, uel magnæ, uel quod apud antiquos ingenti honore fuit agricultura.* Aſcræūq́ue carmen.) *Heſiodicum. nam Heſiodus Aſcræus, de ciuitate Aſcra fuit.* Nunc locus aruorū) *Nūc, inquit, tempus eſt naturam agrorū deſcribere.* Ingenijs.) *naturis. Multi culpant hoc loco* Vergilium, *quòd in unū coēgit quatuor librorum propoſitiones. nam & de aruo, & de conſito, & de paſcuo, & de florido, iſto loco commemorat. quod ideo non eſt reprehendendum, quia non ea latè exequitur, ſed carptim & breuiter tranſit, quæ latius explanat in ſingulis.* Quæ robora cuiq́ue.) *quæ ſit uniuſcuiuſq́ue poſſibilitas.* Quis color.) *quæ ſpecies: ſicut dicimus,* Quo colore ille recitauit, *id eſt, ſpecie. licet breuiter etiam ſit dicturus de colore terrarum.* Difficiles.) *pene ſteriles, & parum creantes.* Colles maligni.) *id eſt, infœcundi.* Tenuis ubi argilla.) *ſine humore, quia eſt & pinguis.* Dumoſis.) *ſpinoſis, & uepribus plenis.* Calculus.) *lapis breuis terræ admixtus. dictus* Calculus, *quòd ſine moleſtia ſui breuitate calcetur.* Viuacis oliuæ.) *diu uiuētis. hinc ſuprà,* Tardæ creſcentis oliuæ. Res *enim diu duratura tardè creſcat neceſſe eſt.* Tractu.) *plaga, regione.* Oleaſter.) *olea ſylueſtris.* Plurimus.) *abundans.* Strati agri.) *operti.* Baccis ſylueſtribus.) *oliuis ex oleaſtro natis.* Dulciq́ue uligine læta.) Terræ *uligo propriè eſt naturalis eius humor, ex ea nunquam recedens.* Bene *autem* Dulci *addidit, ad diſcretionem amaræ.* Vliginoſus *ergo ager eſt, ſemper humidus. nam* Humidus *dicitur, qui aliquando ſiccatur.* Felicemq́ue trahunt limum.) *terrarum ſcilicet, id eſt, fertilem, nam fluminum limus eſt noxius.* Huc.) *illuc.*

Filicem curuis inuisam.) Filicis radices sibi inuicem nexæ, etiam quum auulsæ fuerint renascuntur. Olim.) quouis tempore. Pateris & auro.) id est, pateris aureis. Endyadē facit: ut, Molemq́; & monteis. Pinguis Tyrrhenus.) uictimarū scilicet carnibus, ut Plautus in Aulular. Tibi dabitur pinguior fidicina. quia propter assidua sacrificia pingues fiunt.

Inflauit ebur.) Tibiarū dicit, quibus in † auem sacerdotis cani solebat.

† *fortè laudem.*

Et filicem curuis inuisam pascit aratris.
Hic tibi præualidas olim, multoq́; fluentes
Sufficiet Baccho uites, hic fertilis uuæ,
Hic laticis: qualem pateris libamus & auro,
Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras:
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
Sin armenta magis studium, uitulosq́; tueri,
Aut fœtus ouium, aut urenteis culta capellas,
Saltus, & saturi petito longinqua Tarenti,
Et qualem infelix amisit Mantua campum,
Pascentem niueos herboso in flumine cygnos.
Non liquidi gregibus fontes, nō gramina desunt,
Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
Nigra ferè & presso pinguis sub uomere terra,
Et cui putre solum, (nanq; hoc imitamur arando)
Optima frumentis: non ullo ex æquore cernes
Plura domum tardis decedere plaustra iuuencis.
Aut unde iratus syluam deuexit arator:
Et nemora euertit multos ignaua per annos,

Lancibus pandis.) aut patulis, aut extorum pondere curuatis. Fumantia reddimus exta.) Sacerdotum usus est uerbo. Reddi enim dicebantur exta, quum probata & elixa aræ superponebantur. Aut urēteis culta capellas.) Omne enim quod momorderint, urunt & exiccant: unde est, Et admorso signata in stirpe cicatrix. Saturi.) aut fœcūdi, aut quod est iuxta oppidum Saturum. Tarentum enim & Saturum uicinæ sunt sibi Calabriæ ciuitates. Horatius, Me Satureiano uectari rura caballo. Et qualem amisit Mantua campum.) quando scilicet Augustus agros Mantuanos cum agris Cremonensiū militibus suis dedit. Dicit autē campum aptū ad pascenda animalia. Niueos cygnos.) candidos. Herboso flumine.) pratis iuxta flumen positis. Liquidi fontes.) puri, sine pestilētia. Et quantū longis carpēt armenta diebus Exig. tan. gel. ros no. re.) Vt in Aeneide diximus, hoc dicit Varro: ubertatē fuisse in Rosulano agro, postq̄ Velinus siccatus est lacus, ut ibi longā perticā magnitudo superaret herbarū. Nigra ferè.) nō per oīa nigra, sed penè. Pinguis terra.) crassi & abundantis humoris. Putre solum.) solubile. Hoc imitamur arādo.) hæc arando inspicimus & uidere solemus. Optima frumentis.) subaudi, est huiusmodi terra. Aequore.) id est, agro, uel campo. Plura domū tardis.) Plura comparatiuū est. nam dicit huiuscemodi terrā tantæ fertilitatis esse, ut ex nullo agro amplius agricola aliquis frumentū colligat, q̄ ex ea, quæ huiuscemodi est. Domum decedere.) id est, ad domū redire. Tardis autem iuuencis.) grauatis pondere ex copia frumenti.. Aut unde iratus.) scilicet, infœcunditati diuturnæ.

Antiquasq́ domos.) Aut reuera antiquas, aut charas. Salluſt. Tantũ antiquitatis, curæq́ maioribus pro Italica gente fuit. Eſt autem ecbaſis in iſta deſcriptione. Enituit.) fertilitate iucundus extitit. Impulſo uomere.) immiſſo aratro, ſcilicet ab agricolis. Ieiuna glarea.) ſicca & ſterilis terra. Caſia & roſmarinus apibus aptæ ſunt herbæ. Tophus ſcaber.) lapis aſperrimus. unde & ſcabies dicta, ab aſperitate. Nigris chelydris.) nocentibus. Negant.) ſcilicet Nicãder & Solinus, qui de his rebus ſcripſerunt. Dulcem ferre cibum.) Ordo eſt, atque dulcem, hoc eſt tam dulcem. Quæ tenuem exhalat nebulam.) Nunc dicit agrum omniũ rerũ feracem. Quatuor quippe imitatur genera agrorum, qui ſolus poteſt, quod illi quatuor: ſicut ſequentia indicant. Fumosq́ uolucres.) quaſi fumos, ſcilicet ex humore. Quæq́ ſuo ſemp.) naturali ſcilicet, nõ coacto. nam quum ager alia q̃ ei natura dederit, aut amplius profert, per ſtudium culturæ cogi uidetur. Hic autem de eo dicit, qui herbis naturaliter abundat. nam hoc, Viridi ſe gramine ueſtit.) id eſt, herbis ſemper eſt plena, non per ſemen acceptis, ſed naturaliter prolatis. Nec ſcabie & ſalſa rubigine ferrum.) propriè eſt. nam rubigo quaſi ſcabies ferri eſt. Talem diues arat Capua.) ideo diues, quia talem arat. Et uicina Veſeuo.) Veſeuus mons eſt Liguriæ, ſub alpibus poſitus. Nam Campaniæ mons quidam Veſuuius dicitur, pro quo multi Veſeuum poſitum uolunt. Et uacuis Clanius non æquus Acerris.) Acerræ ciuitas eſt Campaniæ, haud longè à Neapoli, quam Clanius præterfluit fluuius, cuius frequens inundatio eam exhaurit. unde ait Vacuis, id eſt infrequentibus. Supra morem.) abundanter, plus æquo. Iſti autem uerſus incomparabiles ſunt, tantam habent ſine periſſologia aliqua repetitionem. Denſa magis Cereri.) Bene addidit Magis. nam hoc uult oſtendere, quid ubi melius naſcitur. poteſt etenim frumentum in rara, & uinum in denſa, ſed non feliciter naſci.

Antiquasq́ domos auium cum ſtirpibus imis
Eruit: illæ altum nidis petiere relictis.
At rudis enituit impulſo uomere campus.
Nam ieiuna quidem cliuoſi glarea ruris
Vix humiles apibus caſias, roremq́ miniſtrat,
Et tophus ſcaber, & nigris exeſa chelydris
Creta, negant alios æque ſerpentibus agros
Dulcem ferre cibum, & curuas præbere latebras.
Quæ tenuem exhalat nebulam, fumosq́ uolucres
Et bibit humorem, & cum uult ex ſe ipſa remittit.
Quæq́ ſuo uiridi ſemper ſe gramine ueſtit,
Nec ſcabie & ſalſa lædit rubigine ferrum:
Illa tibi lætis intexet uitibus ulmos.
Illa ferax oleæ eſt, illam experiere colendo
Et facilem pecori, & patientem uomeris unci.
Talem diues arat Capua, & uicina Veſeuo
Ora iugo, & uacuis Clanius non æquus Acerris.
Nunc quo quanq́ modo poſſis cognoſcere, dicã.
Rara ſit, an ſupra morem ſi denſa, requiras:
Altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho.
Denſa magis Cereri, rariſſima quæq́ Lyæo.

Locum

Locum capies.)eliges:ut, Aut capere, aut captas iam despectare uidentur. In solido.) ne ager sit concauus. Aptius uber erit.)aptior ubertas & fertilitas. Glebas cunctantes.)ualidas, graues, & magnas:ut, Auidusq́ refringit Cunctantem. Expecta.) proba. Nec mansuescit arando.)dum aratur. Alibi de arboribus:Ita exuerint syluestrem animū. Sua nomina.)propriā generositatem:ut:Et nos aliquod nomenq́ decusq́ Gessimus. Ta

Ante locum capies oculis, alteq́ iubebis
In solido puteum demitti, omnemq́ repones
Rursus humū, & pedib. summas æquabis arenas.
Si deerit rarum pecoriq́, & uitibus almis
Aptius uber erit: sin in sua posse negabunt
Ire loca, & scrobibus superabit terra repletis
Spissus ager, glebas cunctantes, crassaq́ terga
Expecta, & ualidis terram proscinde iuuencis.
Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
(Frugibus infelix ea nec mansuescit arando,
Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat)
Tale dabit specimen: tu spisso uimine quallos,
Collaq́ prælorum fumosis deripe tectis.
Huc ager ille malus, dulcesq́ à fontibus undæ
Ad plenum calcentur, aqua eluctabitur omnis
Scilicet, & grandes ibunt per uimina guttæ.
At sapor indicium faciet manifestus, & ora
Tristia tentantum sensu torquebit amaror.
Pinguis item quæ sit tellus, hoc deniq́ pacto
Discimus, haud unquā manibus iactata fatiscit,
Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo.
Humida maiores herbas alit, ipsaq́ iusto
Lętior, ah nimium ne sit mihi fertilis illa,
Neu se præualidam primis ostendat aristis.
Quæ grauis est, ipso tacitam se pondere prodit,
Quæq́ leuis, promptū est oculis prędiscere nigrā.
Et quisquis color, at sceleratum exquirere frigus

le specimen.)talem probationē. Spisso uimine quallos.) spisso uimine, p spissi uiminis. Prælorum.) id est, quallos, per quos uinum defluit, qui & ipsi à colando dicti sunt. Præla autem trabes sunt, qbus uua iam calcata premitur. Eluctabitur.) cū mora egredietur. Amaror.)amaritudo. & est sermo Lucretij, & uera lectio: nā multi amaro legunt, ut sit Sensu amaro. Lentescit.)cohæret. Habēdo.)dū habetur. Humida.)quæ humore abundat & aqua. Iusto lętior.) ultra modū, plusq̄ oportet. Ah nimiū ne sit mihi fertilis illa.) id est, ne herbæ plusquā oportet crescētes spem adimant frumentorū.

Vnde ait in primo, Luxuriem segetū tenera depascit in herba. Primis aristis.)herbis surgentibus, quarū luxuries futuris frugibus nocet, quas culmi tenues ferre nō possunt. Ipso tacitam.)id est, si manu teneatur eius aliqua pars, statim sciri potest ex pondere, grauem & ualidam esse terram. Et quisquis color.)Vera lectio est Quisquis color. Nam male quidā Et quiscunq́ legūt, excludentes At: ut sit, Et quiscunq́ color sceleratū exquirere frigus Diffi-

cile est. Alij Colos legũt, ut exclusa s fiat synalœpha, & scandamus, Et quiscuiq; col' at sceleratũ. ut sit, quemadmodũ. Inter se coysse uiros & decernere ferro: quod nõ procedit. tũc enim r in s mutatur. cum longa opus est syllaba, ut labor labos, honor & honos, hic autem non solum longam non facit syllabam, sed etiam excluditur s cum superiori uocali, unde legendum est, Et quisquis color. Quod nec obscuritatem affert, nec fidem derogat lectioni.

Difficile eſt. piceæ tantum, taxiq; nocentes
Interdum, aut hederæ pandunt ueſtigia nigræ.
His animaduerſis terram multo ante memento
Excoquere, & magnos ſcrobib' cõcidere mõteis,
Ante ſupinatas Aquiloni oſtendere glebas,
Quàm lætum infodias uitis genus. optima putri
Arua ſolo, id uenti curant, gelidæq; pruinę,
Et labefacta mouens robuſtus iugera foſſor.
At ſi quos haud ulla uiros uigilantia fugit,
Ante locũ ſimilem exquirunt, ubi prima paretur
Arboribus ſeges. & quò mox digeſta feratur,
Mutata ignorent ſubito ne ſemina matrem.
Quin etiam cœli regionem in cortice ſignant.
Vt quo quæq; modo ſteterit, qua parte calores
Auſtrinos tulerit, quæ terga obuerterit axi,
Reſtituant: adeò in teneris conſueſcere multũ eſt.
Collibus, an plano melius ſit ponere uites
Quære prius, ſi pinguis agros metabere campi.

Sceleratum.) nocẽs, omnia exurẽs. Exquirere frigus Difficile est.) idest, terrã cui frigus dominatur exquirere difficile est. Hederæ pandũt uestigia nigræ.) hederæ indicant frigus: nam uestigia indicia dicit. Nigræ autẽ dicit, ad albarum discretionem: ut, Hedera formosior alba. His animaduersis.) i. agri qualitate deprehensa. Terram multo ante memẽto Excoquere.) Hoc dicit, non esse eo anno ponendas uites, quo fodiuntur scrobes, sed post annum, ut calore & frigore & labore rustici possit terra putrefieri. Infodias.) obruas. Vitis genus.) id est, ita fac scrobes, ut eodẽ anno quo factæ fuerint, hyeme contingantur, & anno sequenti uites ponas. Optima putri.) id est, ad uites ponendas putre solũ, id est, solubile optimum est. & quia rem difficilem uidebatur præcepisse, addit, Id uenti curant, gelidæq; pruinæ: per quod docuit nos, oportere ut solibus & pruinis coquatur. item alibi, Vt cui putre solum. Et labefacta mouens.) Hypallage, mouẽs & labefaciẽs. Ante locũ similẽ exquirũt.) Dicit in translatione arborũ similẽ terrã esse requirendã. Vbi prima paretur Arboribus seges.) id est, ubi arbores ante hac fructuosæ, uel etiã agrestes, degeneres effectæ, fructuosæ et saporis cõgrui existere possint. & bene, qa de seminario loqtur, arborũ segetẽ appellauit. Digesta.) ordinata: ut, Digerit in numerũ. Matrẽ.) terrã: ut, Antiquã exqrite matrẽ. Quæ terga obuerterit axi.) Septẽtrioni. nã græcè ἄμαξα dicitur. Collibus in plano.) Atqui suprà ait, Deniq; apertos Bacchus amat colleis. sed etiã in uallibus poni posse uites supius indicauit: ut, Hic tibi prœualidas olim multoq; fluentes Sufficient Baccho uites. Vnde modo utrũq; complectitur, & dicit quemadmodũ in colle uites ponere debeamus. Metabere.) eliges. & lõge alia signi-

ficatio

ſpeatio eſt, metor metaris: unde Lucanus, Heſperios audax ueniã metator in agros: & alia, metior metiris. illud enim metatus ſum, hoc menſus ſum facit. Denſa.) pro denſe: ut, Et pede terrã Crebra ferit, pro crebrò. Indulge ordinibus.) id eſt, da operã, & ordines effice largiores. nam de plano ait, Denſa ſere. In unguem.) ad perfectionem. & eſt tranſlatio à marmorarijs, qui iuncturas unguibus probãt. Horat. Ad unguem Factus homo. Ar-

Denſa ſere, in denſo non ſegnior ubere Bacchus.
Sin tumulis accliue ſolum, colleſq; ſupinos,
Indulge ordinibus, nec ſecius omnis in unguem
Arboribus poſitis ſecto uia limite quadret.
Vt ſæpe ingenti bello cum longa cohortes
Explicuit legio, & campo ſtetit agmen aperto,
Directæq; acies, & late fluctuat omnis
Aere renidente tellus, nec dum horrida miſcent
Prælia, ſed dubius medijs Mars errat in armis.
Omnia ſint paribus numeris dimenſa uiarum.
Non animũ modo uti paſcat proſpectus inanem,
Sed quia non aliter uires dabit omnibus æquas
Terra, nec in uacuum poterunt ſe extendere rami,
Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæras.
Auſim uel tenui uitem committere ſulco.
Altius ac penitus terræ defigitur arbor.
Aeſculus in primis, quæ quantũ uertice ad auras
Aetherias, tantum radice in tartara tendit.
Ergo non hyemes illam, non flabra, neq; imbres
Conuellunt, immota manet, multoſq; per annos
Multa uirûm uoluens durando ſecula uincit.
Tum fortes late ramos & brachia tendens,

boribus poſitis.) uitib. ordinatis. Secto.) ducto. unde et ſectæ philoſophorũ dicuntur, id eſt, ducti. Quadret.) cõſentiat, cõgruat. trãſlatio à quadris lapidibus, q ſibi bene cõueniũt. Fluctuat.) ſplendet. Numeris.) ordinationibus. Vt paſcat.) delectet: ut, Atq; animũ pictura paſcit inani. Vires æquas.) id eſt, fertilitatẽ æqualẽ omnibus uiribus. In uacuũ.) in apertũ & patulũ. Extẽdere) excreſcere. Forſitan & ſcrobib. quæ ſint faſtigia q̃ras.) ut etiam ſuprà diximus, ſcrobes maſculini ſunt generis. Nam & Cicero in Oeconomicis ſic dicit, & Plaut. ait: Sexagenos ſcrobes. Minor autẽ eſt Lucani & Gracchi autoritas. nã Lucan. ait, Exigua poſuit ſcrobe: Gracchus, Abũde foſſa ſcrobis eſt, quod exemplum in Terentiano eſt. Quæ ſint faſtigia quæras.) Faſtigium & ſummæ & infimæ partis poſſumus dicere: ſicut altum, & mare & cælum dicimus. Hinc eſt Cœlumq; profundũ, quũ & puteus ſit profundus. Auſim.) auſus ſim, uel audebo. Sulco.) id eſt, foſſa. Aeſculus in primis.) arbor eſt glandifera, quæ licet ab eſu habeat deriuationem, tamen per æ ſcribitur: ſicut & cælatum, quod eſt participium, licet à Celo celas ſit dictum. Tantũ radice in tartara tendit.) id eſt, quantum altior ſummitate ſui conſurgit, tantum etiam radicibus ima terræ profundius penetrat. Flabra.) Hoc nomen tantũ pluralẽ recipit numerũ. ab eo uero quod flamina, flamẽ poſſumus accipere: licet ſit uitandũ propter aliam ſignificationẽ. nam dicitur flamẽ Dialis, flamẽ Martialis.

Huc illuc media ipsa ingentem sustinet umbram.
Neúe tibi ad solem uergant uineta cadentem,
Neúe inter uires corylum sere, neúe flagella
Sūma pete, aut summa defringe ex arbore plātas.
Tantus amor terræ, neu ferro læde retuso
Semina, neúe oleæ syluestres insere truncos.
Nam sæpe incautis pastoribus excidit ignis,
Qui furtim pingui primum sub cortice tectus
Robora comprendit, frondesq; elapsus in altas
Ingentem cœlo sonitum dedit: inde secutus
Per ramos uictor, perq; alta cacumina regnat,
Et totū inuoluit flammis nemus, & ruit atram
Ad cœlum picea crassus caligine nubem.
Præsertim si tempestas à uertice syluis
Incubuit, glomeratq; ferens incendia uentus.
Hoc ubi, non à stirpe ualent, cæsęq; reuerti
Possunt, atq; ima similes reuirescere terra.
Infelix superat folijs oleaster amaris.
Nec tibi tam prudens quisq̄ persuadeat autor
Tellurem Borea rigidam spirante mouere.
Rura gelu tunc claudit hyems, nec semine iacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.
Optima uinetis satio est, cum Vere rubenti
Candida uenit auis longis inuisa colubris:
Prima uel Autumni sub frigora, cum rapidus Sol
Nondū hyemē cōtingit equis, iam pręterit æstas.

Néue inter uites corylum sere.) Radices enim eius nocēt uitibus. *Néue flagella Summa pete.*) Flagella dicuntur summæ arborum partes, ab eo quod uentorum crebros sustinēt flatus. *Aut summa defringe ex arbore plantas.*) Dicit nō esse summitatem uitium amputandam, ut tantum plantæ fiant. *Tantus amor terræ.*) id est, sic dilgenter à rusticis ager est colendus. *Ferro retuso.*) obtuso, quo uites quassantur potius, quàm putātur. *Néue oleæ syluestres.*) Nō quod non prosit, sed ut etiam ipse dicit, ꝑpter casum incendij. *Incautis pastoribus.*) negligentibus, et circa alia occupatis. *Ruit atrā nubem.*) egerit, & emittit, & ruere facit. nam modo Ruit actiuā habet significationem. *A uertice.*) ab Aquilone: ut, Hic uertex nobis semꝑ sublimis. *Ferens.*) flans: ut, Fieret uento mora ne qua ferenti. *Hoc ubi.*) subaudi, cōtigerit. *Infelix.*) infœcūdus, et sterilis. *Superat.*) supeꝑest: ut, Quid puer Ascanius, superat ne? *Nec tibi tam prudēs.*) dicit quo tempore uites sunt ponēdæ. & probat tollerabilius autūno, melius uerno. nā dicturus est, Ver adeò frondi nemorū, uer utile syluis. *Nec semine iacto.*) Syllepsis est, per assumptionē casus. nam ex ablatiuo, id est Semine, assumendus est nominatiuus, hoc est, Semen. & erit sic: nec semine iacto, patitur semē radicē terræ affigere. *Concretā radicē.*) Antè enim quasi gutta quædā ex terra & humore procreatur, quæ postea tēditur in radicē. *Vere rubenti.*) floribus splendido. *Cādida auis.*) id est, Ciconia. *Lōgis inuisa colubris.*) id est, odiosa eis. nā interficit illos, & comedit. Iuuenal. Serpēte ciconia pullos Pascit.

Vere

Vere tumēt terræ.) Asper simpliciter accipit, ut Terræ nominatiuus plural. sit, quæ dicuntur uerno tumere, & semina poscere. Donatus uero Terræ genitiuū uult esse singularem: ut sit sensus mutata distinctione, Vere tument syluæ, scilicet à superioribus terræ, & genitalia semina requirūt terrarum: sed melius Asperum sequimur, ut Genitalia semina, quæ nos iacimus intelligamus, non quæ syluæ ex terra suscipiunt. Genitalia autem dicimus semina, qbus aliqd procreatur & gignitur.

Ver adeò frondi nemorum, Ver utile syluis.
Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.
Tum pater omnipotēs fœcūdis imbribus aether
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magno commixtus corpore fœtus.
Auia tunc resonant auibus uirgulta canoris,
Et Venerē certis repetunt armenta diebus.
Parturit almus ager, Zephyriq; tepentibus auris
Laxāt arua sinus, superat tener omnibus humor,
Inq; nouos soles audent se gramina tuto
Credere, nec metuit surgētes pampinus Austros,
Aut actum cœlo magnis Aquilonibus imbrem.
Sed trudit gemmas, & frondes explicat omneis.
Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliúmue habuisse tenorem
Crediderim: Ver illud erat, uer magnus agebat

Tument.) suspenduntur. Tum pater omnipotēs.) Interdum pro aēre Iuno, pro æthere Iuppiter accipitur. aliquoties et p aēre, et p æthere Iuppiter. Iuno uero p terra: et aqua ponitur sicut hoc loco intelligimus. nā æther nō habet pluuias, unde Iouē pro æthere accipimus, cui attribuuntur aër, & æther. quæ duo mixta terræ & humori, pro quibus Iuno ponitur, uniuersa procreāt. Dicit aūt, uerno tempore esse pluuias, quibus cūcta nascūtur: unde & fœcūdis imbribus dixit, quibus terra fœcūdatur. Cōiugis in gremiū descēdit.) in terrā, quæ intelligitur per Iunonē, in gremiū suum.

Alit.) nutrit, fouet. Cōmixtus corpore.) pro corpori: ut, Hæret pede pes. item alibi: Et magno se corpore miscet. Licet possimus accipere Mixtus terræ magno suo corpore, id est, æthere. Auia uirgulta.) in quibus nō est uia, uel deserta. Tum, uere scilicet. Resonāt auibus canoris.) Rem dicit naturalē, quod ueris tēpore amplius solēt aues cātus edere, tam ex serenitate tēporis, q̄ ex herbarū frondiūq; innouatiōe, & naturalis uoluptatis. Certis diebus.) statutis legitimis, à natura arcana quadā ratione dispositis, ut: tractat Lucret. qui dicit rationē hanc æthereo calore descēdere. Almus ager.) ab eo qđ nos alat. Zephyri.) Fauoni. alibi, Zephyro putris se gleba resoluit. Horat. Soluitur acris hyems grata uice Veris & Fauoni. Nouos soles.) uernales dies. Nec metuit surgētes pāpinus austros) Varie dicit. nam suprà ait: Audēt se gramina cōmittere. Aut actum cœ. m. a. im.) id est, nullos calores, aut etiam pluuias tunc uites timent: quippe temperie. Trudit gemmas.) propellit, effundit in folia. Non alios prima.) Hoc secundū licētiam poēticam dixit: nam falsum est. Constat enim post factum mūdum ex qualitate cursus solis tempora esse diuisa.

Tenorē.) ductū. Ver illud erat.) Absoluta locutio. quicqd illud fuit, uer fuit. Ver magnus agebat.) id est, magnus orbis tunc uernale tempus ducebat, in sui scilicet primordio.

dio. Poteſt & magnũ orbem zodiacũ circulum dicere, qui temporũ diuiſionem facit. quod ſi eſt, Agebat, pro circumagebat accipiendum erit. Hybernis.) aſperis, ſæuis. Ferrea progenies.) procreata ex lapidibus ad laborẽ. alibi: Vnde homines nati, durum genus.

Immiſſæq; feræ ſyluis.) Hunc ordinem propter Arcadas tenuit, qui ſe proſelenos eſſe aſſerunt, id eſt, ante lunã natos: quod & Cicero in Fundiana cõmemorat, & Statius qui ait, Arcades aſtris lunaq; priores. Laborem.) uel frigoris, uel caloris. Si nõ tãta qes iret.) tranquillitas, & eſt uerus diffinitio. Frigusq; calorẽq; Inter.) Dicit oriente uere idcirco tẽperamentũ fuiſſe, ut res nouæ tũc orientes, & adhuc teneræ, nec hyemis frigora, nec æſtatis ferre ſufficerent. Exciperet.) acciperet.

Cœliq; indulgentia.) id eſt, ſerenitas & temperatio.

Terras) id eſt, fœtus terræ. & nouè indulgẽtiam dixit. ueteres enim indulgitatem dicebãt: ut Cælius in ſeptimo, Conſuetudine uxoris, indulgitate liberũm. Quod ſupereſt.) nõ quod deeſt, ſed quod ſequitur. Premes.) demerges, infodies. Quæcunq; uirgulta.) ſiue de plantarijs, ſiue de arboribus. Lapidẽ bibulũ.) qui arenarius uocatur. Aut ſqualleteis infode conchas.) Cochleæ propter admittẽda ſpiramina infodiũtur. Lapis uero arenarius aut ꝓpter ſpiramina, aut ꝓpter hauriendũ humorẽ, ſi forte nimius fuerit. Squallẽtes.) ſordidas. Animos tollẽt.) ſumẽt ex his rebus magnanimitatẽ. Iamq; reperti.) ſcilicet, ſunt diligẽtiores. Effuſos ad imbres.) id eſt, cõtra nimias pluuias. Hiulca ſiti.) præ nimijs calorib. ſciſſa. Ad capita.) ſcilicet, uitiũ poſitarũ. Et duros iactare bidentes.) Hoc ad cõmminuendas pertinet glebas. Flectere luctãtes iuuẽcos.) Cum quadã moderatiõe ducere, ne tenera adhuc uirgulta cõcutiãt. Leues calamos.) id eſt, nitidos. Et raſæ haſtilia uirgæ.) Præcipit & cannas in uirgas radi oportere, ne uidelicet ex corticib. rubigo aduerſa uitibus pcreari poſſit.

Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri.
Cum primum lucem pecudes hauſere, uirumq;
Ferrea progenies durum caput extulit aruis,
Immiſſæq; feræ ſyluis, & ſidera cœlo.
Nec res hunc teneræ poſſent perferre laborem,
Si non tanta quies iret, frigusq; caloremq;
Inter, & exciperet cœli indulgentia terras. (agros
Quod ſupereſt quæcunque premes uirgulta per
Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra
Aut lapidẽ bibulũ, aut ſquallẽteis infode cõchas.
Inter enim labentur aquæ, tenuisq; ſubibit
Halitus, atq; animos tollent ſata: iamq; reperti
Qui ſaxo ſuper, atq; ingentis pondere teſtæ
Vrgerent, hoc effuſos munimen ad imbres.
Hoc ubi hiulca ſiti findit canis æſtifer arua,
Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram
Sępius ad capita, & duros iactare bidentes.
Aut preſſo exercere ſolum ſub uomere, & ipſa
Flectere luctantes inter uineta iuuencos.
Tum leues calamos, & raſæ haſtilia uirgæ
Fraxineasq; aptare ſudes, furcasq; bicornes.
Viribus eniti quarum, & contemnere uentos

Tabulata

Tabulata.) Sunt rami effusiores & in plana tendētes, nō ad altiora crescētes. & est relatio facta à domibus, in q̄bus extructiones singulæ Tabulata dicūtur. Per purū.) id est, per aërē. Ipsa acie falcis nondū tētāda.) Si Acies legerimus, hic erit sensus: Teneris adhuc uitibus nondum esse falcis acies necessaria. si Acie, subaudimus Virgulta: ut sit, ipsa uirgulta nondū falcis acie tentāda sunt. Stirpibus.) solidioribus palmitib. id est, trūcis. alij stirpē pro ipsa materie uitiū positā uolunt: ut idē alibi, Et admorso signata in stirpe cicatrix. Dura Exerce imperia.) aut laboriosa, aut quasi durum sit ipsis uitibus ferro amputari. Texendæ sepes etiā.) Alij hic distinguūt, alij separāt: Texendæ sepes etiā, & pecus omne tenendum. Dū frōdis tenera.) Vera lectio est frondis. Lucret. Frōdiferasq; domos auiū. Hodie uero et à fronte et à fronde unus est nominat. Frōs, ut frōs frōtis, & frōs frōdis: sicut et lens à lēte et à lende, capitis breuiore pediculo. Indignas aūt hyemes, sæuas. Solē potentē.) intolerabilē, grauem Syluestres uri.) boues agrestes, qui in Pirenæo nascūtur monte, posito inter Gallias & Hispanias. Sunt autem exceptis elephātis maiores cæteris animalibus, dicti uri, ἀπὸ τῶν ὄρων, id est, à montibus. Capreæq; sequaces.) persecutrices: ut, Maleæq; sequacibus undis. Incumbens scopulis.) id est, etiam saxa calore penetrās. Admorso.) participium est: ac si diceret, abroso. Non aliam ob culpam.) Victimæ numinibus aut per similitudinem, aut per contrarietatem immolantur. per similitudinem, ut nigrum pecus Plutoni: per contrarietatem, ut porca quæ obest frugibus Cereri, & caper qui obest uitibus Libero: itē capra Aesculapio, qui est deus salutis, quū capra nunq̄ sine febre sit. Aris autē omnibus non sine causa dixit. nam cū numinibus cæteris uarie pro qualitate regionū sacrificetur, ut Veneri Paphiæ tātū de thure, (unde est, Haud eqdē tali me dignor honore) Genitrici uero Veneri, id est, Romanæ etiā de uictimis, Libero ubiq; caper immolatur. Veteres ineunt proscænia ludi.)

Assuescant, summasq; sequi tabulata per ulmos.
Ac dum prima nouis adolescit frondibus ætas
Parcendum teneris, & dum se lætus ad auras
Palmes agit laxis per purum immissus habenis,
Ipsa acie falcis nondum tentanda, sed uncis
Carpendæ manibus frondes, interq; legendę.
Inde ubi iam ualidis amplexæ stirpibus ulmos
Exierint, tum stringe comas, tum brachia tonde.
Ante reformidant ferrum, tum deniq; dura
Exerce imperia, & ramos compesce fluenteis.
Texendę sepes etiam, & pecus omne tenendū est,
Præcipue dum frons tenera, imprudēsq; laborū,
Cui super indignas hyemes, Solemq; potentem
Syluestres uri assidue, capreæq; sequaces
Illudunt, pascuntur oues, auidæq; iuuencæ.
Frigora nec tantum cana concreta pruina,
Aut grauis incumbens scopulis arentibus æstas,
Quantum illi nocuere greges, duriq; uenenum
Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.
Non aliā ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cęditur, & ueteres ineunt proscænia ludi,

Primi.

primi ludi theatrales ex liberalibus nati sunt, ideo Veteres ait. Proscænia autem sunt pulpita ante scænam, in quibus ludicra exercētur. Veteres ludi.) *Dionysia. antiquissimi enim rustici cōfecta uindemia faciebant.* Præmiaq; ingentis.) *id est, per quadriuia, quæ compita appellantur, ab eo quod multæ uiæ in unam confluant: & uillas, quæ pagi ἀπὸ τῶν πηγῶν, id est à fontibus, circa quos uillæ cōsueuerant cōdi. unde & pagani dicti sunt, quasi ex uno fonte potātes.*

Præmiaq; ingentes pagos, & compita circum
Thesidæ posuere, atq; inter pocula læti
Mollibus in pratis unctos saluere per utres.
Necnon Ausonij Troia gens missa coloni
Versibus incomptis ludunt, risuq; soluto.
Oraq; corticibus sumunt horrenda cauatis,
Et te Bacche uocant per carmina læta, tibiq;

Cōpita.) *unde ludi cōpitalitij.* Thesidæ.) *Athenienses, qui primi ludos instituere liberales.* Mollibus in pratis unctos) *uel oleo, uel lixiuia. In pratis aūt ideo, ne læderētur cadentes. Vtres uero fiebant ad insultationem etiam mortuorum caprorum, ne quid ex eis esset quod non sentiret iniuriam.* Saluere.) *secundum artem dixit. nam antiqui salio saliui dicebant, nunc autem & salui. unde Cicero in Miloniana: Quum hic de rheda reiecta penula desiluisset. sic etiam ab eo quod est cano, non cecini, sed canui dicebāt. unde Sallust. Cornua occanuerunt.* Necnon Ausonij Troia gens.) *id est, etiam Romani hos ludos celebrant & canunt. nam hoc est, Versibus incomptis ludunt, id est, carminibus Saturnio metro compositis, quod ad rhythmum solum uulgares componere consueuerunt. Horatius: Libertasq; recurrentes accepta per annos Lusit amabiliter.* Risuq; soluto.) *id est, cachinno.*

Oraq; corticibus sumunt.) *Quia necesse erat pro ratione sacrorum aliqua ludicra & turpia fieri, quibus posset populo risus moueri: et qui ea exercebāt, propter uerecūdiæ remediū hoc adhibuerunt, ut personas factas de arborū corticibus sumerent, ne agnoscerētur.* Et te Bacche uocant.) *hymnos in tuum honorē canunt.* Tibiq; Oscilla mollia.) *pensilia: ut, Pilentis matres in mollibus. Oscillorum uariæ sunt opiniones: nam alij hanc asserunt fabulam. Icarus Atheniensis pater Erigones, quum acceptū à Libero patre uinū mortalibus indicaret, occisus est à rusticis, qui quum plus æquo potassent, ebriati uenenū se accepisse crediderant. huius canis est reuersus ad Erigonen filiam, quæ cum eius comitata uestigia peruenisset ad patris cadauer, laqueo uitam finiuit. Hæc deorum uoluntate inter astra relata est, quam uirginem uocant. Canis ille est inter sidera collocatus. Sed post aliquantum tempus Atheniensibus morbus immissus est talis, ut eorum uirgines quodam furore ad laqueū cōpellerentur. Respōditq; oraculū, sedari posse illā pestilentiā, si Erigones & Icari cadauera requirerentur: quæ quum diu quæsita nusquā inuenirētur, ad ostendendam deuotionem suam Athenienses, ut etiam in alieno ea quærere uiderentur elemento, suspenderunt de arboribus funem, ad quē se tenentes homines hac atq; illac agitabātur, ut etiam quasi in aëre illorum cadauera quærere uiderentur. Sed quum inde pleriq; caderent, inuentū est ut formas, uel personas ad oris sui similitudinē facerent, & eas pro se suspenderent & mouerēt. Vnde & oscilla dicta sunt, ab eo quod in his cillerentur, id est, mouerentur ora. nam cillere est mouere: unde & furcillæ dictæ sunt, quibus frumenta cillentur. Alij dicunt, oscilla esse*

membra

membra uirilia de floribus facta, quæ suspendebantur per intercolumnia, ita ut in ea homines acceptis clausis personis impingerentur, & ea ore cillerent, id est, mouerent ad risum populo cōmouendum: & hoc in Orpheo lectū est. Prudentioribus tamen aliud placet, qui dicunt sacra Liberi patris ad purgationem animæ pertinere. Omnis autem purgatio aut per aquas, aut per ignem fit, aut per aërem, sicut & in Sexto ait: Aliæ pandūtur manes Suspensæ ad uentos, aliis sub gurgite uasto Infectū eluitur scelus, aut exuritur igni. Vt nūc p oscilla genus purgationis, quod maximum est, intelligamus. nam primū aquæ, secundum ignis, tertiū aëris est. Mollia.) id est, mobilia. & uidetur Vergilius illorū opinionē sequi, qui in honorē Liberi patris putant oscilla suspendi, quòd eius sit pendulus fructus. Oscilla autem dicta, quoniā capita & ora bestiarum in summis porticibus tegebantur. siue quia hunc usum Osci dicuntur frequenter exercuisse, & per Italiam sparsisse.

Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.
Hinc omnis largo pubescit uinea fœtu,
Complentur uallesq́; cauæ, saltusq́; profundi,
Et quòcunq; deus circum caput egit honestum.
Ergo ritè suum Baccho dicemus honorem,
Carminibus patrijs, lancesq́; & liba feremus.
Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram.
Pinguiaq́; in ueribus torrebimus exta colurnis.
Est etiam ille labor curandis uitibus alter,
Cui nunq̃ exhausti satis est. nanq; omne quotānis
Terq́; quaterq́; solum scindendū, glebaq́; uersis
Aeternum frangenda bidentibus, omne leuandū

Hinc.) id est, post hæc sacra celebrata. Largo.) abundanti & fertili. Ergò ritè suum Baccho dicemus honorem.) Iustè igitur Liberi sacra celebrabimus. Honestum.) pulchrū. Carminibus patrijs.) id est, Romana lingua. Pleraq; enim sacra pro gentium qualitate, pleraq; secundū suum ritum colūtur. Nam hymni Libero apud Græcos Græca, apud Latinos Latina uoce dicūtur. hymni uero matris deûm ubiq; propriam, id est, Græcam linguam requirunt. Ductus cornu stabit sacer hircus ad aram.) Stabit, placebit. tunc enim est aptum sacrificiū, quum animal dedicatum uictimæ, patiens inuenitur. unde alibi sic ait, Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum: id est, placere faciam. Contrà Lucanus, Discussa taurus ab ara. Nam improbant aruspices hostiam, quæ admota altaribus reluctatur. Sacer autem, execrabilis: ut, Auri sacra fames.

Veribus colurnis.) id est, de corylo factis. & hoc propterea, quia sicut caper est inimicus uitibus, qui Libero immolātur: ita etiā eis nocent coryli. unde & suprà ait, Néue inter uites corylum sere. Est etiam ille labor.) Iam se paulatim tendit ad uitiū uituperationē, dicens & infinitū esse earum laborem, ut cui nunquam exhausti satis est: & incertum fructum: ut, Et iam maturis metuendus Iuppiter uuis: & ipsum etiam fructum pernitiosum, ut, Bacchus & ad culpam causas dedit. Exhausti.) exhaustionis, finitionis. quod quia asperum uisum est, se ad figuram transtulit, dicens Exhausti: ut, Seruantissimus æqui, pro æquitatis. Omne solum.) continens scilicet uites. Aeternùm.) semper, & perpetuò. & absolutè locutus est. Leuandum.) releuandum, spoliandum. Omne autem nemus dicit, & arborum & uitium. unde paulopòst dicturus est, Bis uitibus ingruit umbra.

q Redit

Frõde nemus: redit agricolis labor actus in orbẽ,
Atq; in se sua per uestigia uoluitur annus.
Ac iam olim seras posuit cum uinea frondeis,
Frigidus & syluis Aquilo decussit honorem,
Iam tum acer curas uenientem extendit in annũ
Rusticus, & curuo Saturni dente relictam
Persequitur uitem attondens, fingitq; putando.
Primus humum fodito, primus deuecta cremato
Sarmenta, & uallos primus sub tecta referto:
Postremus metito. bis uitibus ingruit umbra,
Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ.
Durus uterq; labor: laudato ingentia rura,
Exiguum colito. necnon etiam aspera rusci

Redit agricolis labor actus in orbem.) id est, in anni circuitum labor se inuicem sequitur rusticorum. Olim.) quandoq;. significat autem finale tempus autumni. Seras frondeis.) serò cadenteis. Tardè enim spoliantur uites frondibus. Frigidus & syluis Aquilo decussit honorem.) Varronis hic uersus est. Acer rusticus.) non quilibet, sed acer & diligens. Curas uenientem extendit.) quasi in tempore alieno præmeditatur futurum laborem. Curuo Saturni dente.) id est, falce, quæ est in eius tutela. nam Saturnus dicitur patri Cælo falce uirilia amputasse: quæ in mare cadentia, Venerem creauerũt. qđ ideo fingitur, quia nisi humor de cælo in terras descenderet, nihil crearetur. Alij Saturnum deum esse temporum dicunt, quæ sicut falx in se recurrunt. Alij uero dicunt, Saturnum in progressu nihil nocere: quum retrogradus est, esse periculosum. ideóq; eum habere falcem in tutela, quòd & ipsa protenta nihil ualet: retrò uero acta, quicquid ei occurrit, secat. Relictam.) scilicet à se paulo antè desertã. Fingit.) componit: ut, Fingitq; premendo. Primus humum fodito.) id est, ad laborem primum te esse conuenit: ultimũ, ad fructus legendos. Vinũ enim factum de uuis immaturis, citò acescit. & in hoc loco est uitium uituperatio, quarũ fructus aut immaturi collecti depereunt, aut si earum fuerit expectata maturitas, nihilominus pereunt. nam dicturus est, Et iam maturis metuendus Iuppiter uuis. Vallos primus sub tecta referto.) id est, uitium sustentacula, quæ nonnullis locis sub tecta portantur, ne imbribus cito depereant. Metito.) uindemiato. Bis uitibus ingruit umbra.) scilicet & ipsius uitis & arboris: quæ amputanda est, ut demptis folijs sol admittatur, quo possint uuæ maturescere. Bis segetem densis obducũt sentibus herbæ.) Semel autumnali, & semel uernali tempore. Durus uterq; labor.) Et euellendarum herbarum, & secandarum frondium. Laudato ingentia rura Exiguũ colito.) Hoc etiam Cato dicit ad filium in libris de agricultura. quod ideo dictum est, uel quia maiores agros incultos Rura dicebant, id est, syluas & pascua: Agrum uero dicebant eum, qui colitur. ut intelligamus, Laudato ingenteis syluas, colito agrum minorem: uel quod melius, quia ait in primo, Alternis idem tonsos cessare nouales, Et segnem patiere situ durescere campum: quod fieri non potest, nisi fuerint spatia maiora terrarum. nam & Cato, ut diximus, & Cicero in Oeconomicis ob hoc laudant prædia latifundia: uel quia, ut Donatus dicit, etiam non culta præstant aliquid dominis. Rusci.) Ruscum uirgultum est, unde uites ligan

tes ligantur. & commemorat labores, qui licet circa alia, tamen pro uiribus exercentur.

Inculti'q; exercet cura salicti.) Quasi cum indignatione ait, Causa uitium cura nos etiam sponte nascentium rerum fatigat. Iam falcem arbusta reponũt.) id est, iam putatæ sunt, nec falcem requirunt. Iam canit extremos effœtus uinitor antes.) Melius est Effœtus legere, quàm Effœtos, ut quidam uolunt. Et Antes alij extremos uinearũ ordines accipiunt, alij macerias quibus uineta clauduntur, quæ maceriæ fiunt de assis, id est, de siccis lapidibus: unde & Assæ tibiæ dicũtur, quibus canitur sine chori uoce. Dicuntur autem Antes, à lapidibus eminẽtioribus, qui interponuntur ad maceriem sustentandam. licet Cato de re militari primo: Pedites quatuor agminibus, equites duobus antibus duces. Nam propriè

Vimina per syluam, & ripis fluuialis arundo
Læditur, inculti'q; exercet cura salicti.
Iam uinctæ uites, iam falcem arbusta reponunt.
Iam canit extremos effœtus uinitor antes,
Sollicitanda tamen tellus, puluis'q; mouendus.
Et iam maturis metuendus Iuppiter uuis.
Contra non ulla est oleis cultura, neq; illæ
Procuruam expectant falcem, rastros'q; tenaces,
Cum semel hæserunt aruis, auras'q; tulerunt.
Ipsa satis tellus, cum dente recluditur unco,
Sufficit humorẽ, & grauidas cum uomere fruges.

Antes sunt eminentes lapides, uel columnæ ultimæ, quibus fabrica sustinetur. & Antes appellantur ἀπὸ τοῦ ἀντισῆναι: ad quam etymologiam etiam extremos ordines uinearum possumus trahere, qui antè stant. Hoc autem dicit, Iam canit rusticus labore finito: tamen deesse non potest, quòd circa culturam uitium exercere adhuc debeat. & quod dicit, Iam canit extremos antes, ita sentiendum quasi dicat: iam quod ultimum & finitum esse uidetur in uineis, cultor rusticus compleuit. nam & ultimam partem uineæ per columnas & macerias struxit. ultimum enim uidetur esse, & inde quasi iam securus sui laboris canit & gaudet: tamen adhuc debet esse sollicitus, nec unquam in omnibus esse securus. Puluis'q; mouendus.) Genus ipsum culturæ Pulueratio uocatur, quo imminutæ glebæ uitibus applicantur. Maturis metuendus Iuppiter uuis.) aër, more suo, cuius uarietas laborem plerunq; decipit rusticorum. & tacitè uidetur admonere, quod in Primo apertè dixit, In primis uenerare deos, sacrificijs tempestates esse pellendas. Non ulla.) id est, nulla. alij Nonnulla legunt, id est, aliqua, non ut in uitibus nimia. Neque procuruam expectant falcem.) ut putentur: quod tamen ad curam anniuersariam refert. nam necesse est, licet tardè, oliuam putari. Rastros.) ad fodiendum scilicet. Negligentiam autem ferunt oleæ, quum iam cœperint esse ualentiores. nam adhuc paruæ nimiam curam requirunt. Auras'q; tulerunt.) Ferre auras propriè est, assuescere aëris uarietati, quæ obest rebus teneris. Ipsa satis tellus.) Hoc dicit, aratum oliuetum & oleis prodest, & exinde frumenta gignuntur. Sufficit humorem.) scilicet, quum sumministrat arboribus. Grauidas cum uomere fruges.) Cum, abundat. nam hoc dicit, Subministrat fruges uomere, id est, per uomerem. Ennius, Effundit uoces proprio cum pectore sancto: id est, proprio pectore. nam Cum uacat. Vrbanus tamen sic accipit, Grauidas cum uomere; id est, statim post arationem.

Hoc pinguem & placidam paci nutritor oliuam.
Poma quoq; ut primũ truncos ſenſere ualenteis,
Et uires habuere ſuas, ad ſidera raptim
Vi propria nituntur, opisq; haud indiga noſtræ.
Nec minus interea fœtu nemus omne graueſcit,
Sanguineisq; inculta rubent auiaria baccis.
Tondentur cythiſi, tedas ſylua alta miniſtrat.
Paſcunturq; ignes nocturni, & lumina fundunt.
Et dubitant homines ſerere, atq; impẽdere curas.
Quid maiora ſequar? ſalices humilesq; geniſtæ,
Aut illæ pecori frondem, aut paſtoribus umbram
Sufficiunt, ſepemq; ſatis, & pabula melli.
Et iuuat undantem buxo ſpectare Cytorum,
Nariciæq; picis lucos: iuuat arua uidere,
Non raſtris hominum, non ulli obnoxia curæ.
Ipſæ Caucaſeo ſteriles in uertice ſyluæ,
Quas animoſi Euri aſſiduè franguntq; feruntq;.
Dant alios aliæ fœtus, dant utile lignum:
Nauigijs pinos, domibus cedrosq;, cupreſſosq;.
Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plauſtris
Agricolæ, & pandas ratibus poſuere carinas.
Viminibus ſalices fœcundæ, frondibus ulmi.

Hoc.) hac re. Nutritor autem, pro nutri poſuit, imperatiui paſſiui futurum, pro præſenti actiui. Et uires habuere ſuas.) Quia tenera uirgulta ſolent religari ualidioribus fuſtibus: ſicut ſuprà ait de uitibus, Vitibus eniti, quarum & contemnere uentos. Fœtu nemus omne graueſcit.) Fœtu, utilitate: nam omnis utilitas fœtus eſt. Illuc autem tendit laus iſta ſyluarum, ut & probet non mirum eſſe, ſi & poma & oliuæ ſine nulla cultura præbeantur, & creſcat uituperatio uitium, in quas tantus impenditur labor. Auia ria.) ſecreta nemora, quæ aues frequẽtant. Baccas autẽ ſanguineas, accipimus poma ſyluestria. Tondentur cythiſi.) uirgulta, à Cytho inſula ubi abundãt, nominata. Et dubitant homines ſerere atq; impẽdere curas.) id eſt, nõ eſt neceſſe hominibus, his arboribus et ſyluis culturã impendere: quippe ſua ſponte proueniunt. & hoc dicit, ut ex obliquo uitium uituperatio ſubaudiatur. Quid maiora ſequar.) quid de maioribus multũ dicã arboribus? quum minora quæq; uirgulta humanis uſibus multam commoditatem præſtent, ſine ullo cultu prouenientia. Aut illæ.) ſcilicet, ſalices & geniſtæ. Multi tamẽ & Tiliæ legunt, ut tria dixerit, ſalices, tilias, & geniſtas. Vndantem buxo ſpectare Cytorum.) Montem Macedoniæ, in quo abundat buxus, quæ mota uento æſtus imitatur undarum. Nariciæq; picis.) à loco, in quo abundant piceæ. Non ulli obnoxia curæ.) non debitricia, nihil labori noſtro debentia. Ipſæ Caucaſeo.) Caucaſus mons eſt Scythiæ, poſitus hic pro quibuſlibet aſperrimis montibus. Steriles autem dicit, comparatione pomiferarũ arborum. Hinc.) de ſyluis ſcilicet. nam de cupreſſo, aut de cedro nullus unquam efficit rotas aut radios. Triuere.) tornauere, compoſuere de torno. Tympana.) tecta uehiculorum. Pandas.) curuas. Viminibus ſalices fœcundæ.) Legitur &, Fœcundæ frondibus ulmi.

At myrtus

At myrtus ualidis hastilibus.) alibi, Et pastoralem præfixa cuspide myrtum. Et bona bello Cornus.) Apta est enim etiam cornus hastilibus. Ityreos taxi torquentur in arcus.) hoc est, in similitudinem arcuum Ityreorum. Ityreos autem dicit Parthicos. Nec tiliæ leues.) ordo est: nec non, hoc est, etiam. Missa Pado.) Species est pro genere. Vitiosæq; ilicis aluo.) cariosæ. Vult autem probare etiã putres arbores habere aliquam utilitatem. Sanè hic pro alueo per synæresim Aluo dicitur. Quid memorandum æque.) id est, quid similiter laudandum tulerunt dona Liberi, sicut syluæ multa spõte procreantes? Alij Et quæ legunt, ut sit sensus: Quid dicendum quæ tulerunt, id est, attulerunt ipsa etiam dona baccheia? ut hoc dicat, parum est quòd uites tãtum laborem requirunt, etiã munera earum causas

At myrtus ualidis hastilibus, & bona bello
Cornus, Ityreos taxi curuantur in arcus.
Nec tiliæ leues, aut torno rasile buxum
Non formam accipiunt, ferroq; cauantur acuto,
Necnon & torrentem undam leuis innatat alnus,
Missa Pado, necnon & apes examina condunt,
Corticibusq; cauis, uiciosæq; ilicis alueo.
Quid memorandũ æque baccheia dona tulerunt?
Bacchus & ad culpam causas dedit: ille furenteis
Centauros leto domuit, Rhœtumq;, Pholumq;,
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.
O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas: quibus ipsa procul discordibus armis,
Fundit humo facilem uictum iustissima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta superbis

præstant furoris. Ille furenteis Centauros.) Atqui in Aeneide ait: Mars perdere gentem Immanem Lapithũ ualuit. Sed hoc soluit Horatius, dicẽs: Nec Semeleius Cum Marte confundet Thyoneus Prælia. Nam reuera licet irarũ causas Mars habuerit, Lapithæ tamẽ & Centauri in furorem sunt ebrietate compulsi. deinde hoc loco Centauros ait in furorẽ actos à Libero, non Lapithas. Magno Hylæum Lapithis cratere minantem.) Bonum schema. ita enim pinguntur, quasi poculis bella tractãtes. O fortunatos nimiũ, sua si bona norint, Agricolas.) Non est abruptus trãsitus ad laudem uitæ rusticanæ, sed ad superiora pertinet. post uituperationem quippe uini, ista quasi consolatio est: per quam ostenditur, quantas uoluptates rusticis natura præstiterit. Quod autem ait, Fortunatos nimium: non ad fortunam, sed ad fortunæ pertinet quantitatem. nam hoc dicit, quantum in se est, maximas eis natura præstitit uoluptates, quas si nossent, essent non fortunati, sicut nunc sunt, sed nimium fortunati. Procul discordibus armis.) id est, longè à ciuitatibus, plenis iurgio & rapinis. Iustissima tellus.) propriè. Nam si iustus est qui quod accipit, reddit: terra utiq; iustissima est, quæ maiore fœnore accepta restituit. Si non ingentem foribus domus alta superbis, Mane salutantum totis uomit ædibus undam.) Vt etiam in laude fecit Italiæ, non solum uitam laudat rusticã, sed etiam contrariã, id est, urbanã uituperat. Nam ista quæ de urbibus dicit, opinabilia sunt bona, non etiam uera, ut rustica sunt. Multum enim interest inter uerum & opinatum malum, seu bonum. unde Iuuenalis: Pauci dignoscere possunt Vera bona.

Mane salutantum.) hoc est, si non patiantur aduenientem multitudinem, sicut faciunt hi qui in urbibus cõsistentes, frequentiã multorũ quotidie patiuntur. Inhiant.) habere desiderant. & dicimus, Inhio illã rem. Pulchra testudine.) id est, Indica, unde postes ornantur, uel lectuli. Lucanus: Foribus testudinis Indæ, Terga sedent fuluo maculas distincta smaragdo. Illusasq; auro uestes.) id est, in quibus artifex ludens auro aliqua depingit. Malè aũt quidam Inclusas legũt. Ephyræaq; æra.) Corinthia, quæ laudat etiã Cicero. nã Ephyre est Corinthus. Alba nec Assyrio fucatur lana ueneno.) Assyrij populi sunt adiacentes Syriæ, apud quos primũ usus inuẽtus est purpuræ. Veneno.) colore. Nec casia liquidi corrũpitur usus oliui.) Casia herba est, qua fit unguentum. Mirè autẽ ait, Vsus oliui corrumpitur. nam oleum generalem usum habet, quod quũ in unguẽtum fuerit corruptum, uni rei tantũ esse aptũ incipit. Nescia fallere uita.) Aut quia innocentes sunt, aut quia immobilis est status uitæ eorum. Vrbanorũ enim fortuna aut insidijs, aut proscriptione uariatur. Latis ocia fundis.) Fundus dicitur ab eo, quòd rerum omniũ sit fundamentum. Speluncæ, uiuiq; lacus.) id est, bona naturalia, non sicut in urbibus labore quæsita. unde & Iuuenal. speluncas Dissimileis ueris. Frigida Tempe.) Tempe sunt propriè loca amœna Thessaliæ. abusiuè, cuiusuis loci amœnitas. Mollesq; sub arbore somni.) μαλακοὶ δ' ὑπὸ δένδρεσιν ὕπνοι. Illic saltus, & lustra ferarũ.) id est, uenationes, quæ penitus in urbibus non sunt. Bene autẽ lustra ferarũ, quia sunt in urbibus lustra meretricum. Paruoq; assueta.) id est, non ut urbana, quæ est segnis & prodiga. Sacra deûm, sanctiq; patres.) Duo dicit, sacra deorũ sancta apud illos sunt, sancti etiã parentes. Extrema per illos Iustitia excedens terris uestigia fecit.) Hoc & Aratus dicit, Iustitiã primò in urbibus, postea tantum in agris fuisse: ubi eam inducit loquentem cur abscedat è terris. Me uero primũ dulces ante omnia musæ Accipiãt.) Diu quæsitũ est, utrũ philosophiæ, an rusticitatis uita esset felicior. unde nunc dicit, primã esse philosophiam, post ipsam rusticã uitam. Suam aũt personam pro quacũq; ponit: sicut paulo pòst, Rura mihi placeant. Mihi, pro Cuilibet posuit. sic in Primo, Non illa quisquã me nocte per altum Ire. in Tertio, Ne mihi tunc molles sub diuo carpere somnos. & hoc est, quod dicit Horatius in Arte poëtica: Hoc amet, hoc spernat promissi carminis autor. Quarum sacra fero.) Poëta enim quasi Musarum sacerdos est.

Mane salutantum totis uomit ædibus undam.
Nec uarios inhiant pulchra testudine postes,
Illusasq; auro uesteis, Ephyræaq; æra:
Alba nec Assyrio fucatur lana ueneno,
Nec casia liquidi corrumpitur usus oliui.
At secura quies, & nescia fallere uita,
Diues opum uariarum: at latis ocia fundis,
Speluncæ, uiuiq; lacus: at frigida tempe,
Mugitusq; boum, mollesq; sub arbore somni.
Non absunt illic saltus, ac lustra ferarum:
Et patiens operum, paruoq; assueta iuuentus.
Sacra deûm, sanctiq; patres, extrema per illos
Iustitia excedens terris uestigia fecit.
Me uero primum dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra fero ingenti percussus amore,

Cæliq;

Cæliq; uias.) aut artes: ut alibi, Inueni Germana uiam. aut certè circulos, quibus ſidera continentur. Defectus ſolis uarios.) Atqui uno modo tantum ſol nobis deficere uidetur, quū prima luna è regione eius obſtiterit radijs, & eos nobis fecerit non uideri. Vnde uarios accipimus defectus, non quia uariatione contingūt: nam ratio una eſt, ut diximus: ſed quia uel uarijs temporibus fiunt, uel uariè. nam interdum duobus, interdū quatuor, interdū pluribus deficit.

Accipiant, cæliq; uias & ſidera monſtrent:
Defectus ſolis uarios, lunæq; labores,
Vnde tremor terris, qua ui maria alta tumeſcant,
Obijcibus ruptis, rurſusq; in ſeipſa reſidunt.
Quid tantum Oceano properent ſe tingere ſoles
Hyberni, uel quæ tardis mora noctibus obſtet.
Sin has ne poſſim naturæ accedere partes
Frigidus obſtiterit circùm præcordia ſanguis,
Rura mihi, & rigui placeant in uallibus amnes.
Flumina amem, ſyluasq; inglorius. ò ubi campi,
Sperchiusq;, & uirginibus bacchata Lacænis

Varios.) Secundū Epicurum qui ait, non unam cauſam pronunciandam, quia ſol deficere uideatur, ſed uarias. poteſt enim fieri, ut extinguatur, ut lōgius recedat, ut aliquod eum corpus abſcondat. Lunæq; labores.) uel errores, q̄a nō rectà incedit: uel defectus, qui contingunt lunæ, quoties terræ altitudo interueniens radijs ſolis eam illuminari non patitur, à quibus dicitur lumen accipere. Vnde tremor terris.) Variæ ſunt opiniones. nam alij dicunt uentum eſſe in concauis terræ, qui motus etiam terram mouet. Salluſtius: Venti per caua terræ citati. Lucanus: Quærentem erumpere uentum Credidit. Alij aquam dicunt genitalem ſub terris moueri, & eas ſimul concutere, ut uaſa aquæ: ut dicit Lucretius. Alij σφογγοειδῆ terram uolunt, cuius plerunque latentes ruinæ ſuperpoſita uniuerſa cōcutiunt. Quà ui maria alta tumeſcāt Obijcibus ruptis.) Alij ſic accipiunt, quòd ruptis obijcibus, id eſt, Calpe & Atlante, montibus Hiſpaniæ & Mauritaniæ, Oceanus eruperit, & iſta fecerit maria: quod non procedit. Si enim hoc eſſet, non diceret Tumeſcant, ſed Tumuerunt, quum eruperunt Oceani maria. unde Aeſtuaria Oceani accipimus, qui per Hiſpanias & Gallias infinitū erumpit, cōtempta lege riparū, ad quas rurſus recurrit. Cuius rei opiniones Lucanus in Primo cōmemorat, dicens: Ventus ab extremo pelagus ſic axe uolutet, Deſtituatq; ferens, an ſidere mota ſecundo Tethyos unda uagæ lunaribus æſtuet horis, Flammiger an Titan, ut alentes hauriat undas, Erigat Oceanum, fluctusq; ad ſidera tollit. Quid.) ob quam cauſam. Oceano properent ſe tingere ſoles Hyberni.) Circulorū hoc efficit ratio, ut etiam in Aeneide diximus. Tardis autem noctibus, id eſt, æſtiuis noctibus tardè uenientibus. Sin has ne poſſim.) id eſt, partes Phyſicæ philoſophiæ, ex qua ſunt illa quæ dixit. Frigidus obſtiterit.) Secundum Phyſicos dicit, qui dicunt ſtultos homines frigidioris eſſe ſanguinis, prudentes uero calidi. Vnde & ſenes, in quibus friget, & pueri in quibus necdum calet, minus ſapiunt. Inglorius.) comparatione ſcilicet philoſophiæ: ſic in Aeneide, Et mutas agitare inglorius arteis. non quòd nulla gloria medicina eſſet, ſed quòd minor quàm diuinitatis, & augurandi quæ ei obtulerat Apollo munera: ut, Augurium citharamq; dabat, celeresq; ſagittas. Sperchius.) fluuius Theſſaliæ.

Taygeta.)

Taygeta. ò qui me gelidis in uallibus Aemi
Sistat,& ingenti ramorum protegat umbra.
Felix qui potuit rerum cognoscere causas:
Atq; metus omneis, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitumq; Acherontis auari.
Fortunatus & ille, Deos qui nouit agresteis,
Panaq;,Syluanumq; senem, nymphasq; sorores.
Illum non populi fasces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans discordia fratres,
Aut coniurato descendens Dacus ab Istro,
Non res Romanæ, perituraq; regna: neq; ille
Aut doluit miserans inopem, aut inuidit habenti.

Taygeta.) mons Laconum, Libero & Baccho consecratus. Aemi.) montis Thessaliæ, in quo etiam sunt Tempe. Felix qui potuit.) Repetitio est superioris coloris. nam hoc dicit, & rustici felices sunt, & qui tribuunt operam philosophiæ. Inexorabile fatum.) alibi, Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum. Subiecit.) calcauit. Fatum.) id est, ex fato uenientia. Acherontis auari.) omnem mundum in mortem trahentis. Deos qui nouit agresteis.) q abstinet à ciuicis malis, & aut rura habitat, aut cum suis nominibus rura descripsit. Nymphasq; sorores.) Nō Panis sorores, aut Syluani, sed inter se sorores: ut, Aetnæos fratres, inter se scil. Nō populi fasces.) id est, honores, qui à populo præstātur. Propriè autem locutus est, ut fasces populi, regum purpuram diceret. Infidos agitans discordia.) Discordiā posuit pro auaritia, ab eo quòd præcedit, id quod sequitur. Infidos autem fratres ideo ait, quòd auaritiæ causa dissentiunt. Aut coniurato descendens Dacus ab istro.) Non eū sollicitat coniuratio Barbarorum. Ister autem, fluuius est Scythiæ. Non res Romanæ, perituraq; regna.) Regna, scilicet Barbarorū. nam duo dicit: rusticū nec Romanū imperium mouet, id est, ad ambitum cogit: nec Barbarorum regna peritura. Non enim Romano maledixit imperio, licet hoc alij dictum uelint ex generali sententia uenire, quòd omnis imperij magnitudo periculis subiacet. unde etiam Iuuenalis ait: Ad generum Cereris sine cæde & sanguine pauci Descendūt reges, & sicca morte tyranni. Neq; ille Aut doluit miserās inopem, aut inuidit habenti.) Cicero in Thusculanarū lib. 5. hoc tractat, dicens: In quem cadit una mētis perturbatio, posse in eum omnes cadere. sicut potest omni uirtute pollere, cui uirtus una contigerit. Vnde nunc Vergilius uoluit dare rustico misericordiā, ne ei daret etiam cæteras animi passiones, quas nouimus et à bonis, & à malis uenire rebus. A bonis opinatis, duas: unam præsentis temporis ut gaudiū, unam futuri ut spem. à malis similiter duas: unam præsentis ut dolorem, & unā futuri ut metum, quas passiones esse animi non dubiū est. unde & ipse ait in Sexto: Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudentq;. Sallustius etiam in Catilinæ bello ait: Omnes homines qui de rebus dubijs consultant, ab odio, amicitia, ira atq; misericordia uacuos esse decet. nam animus haud facilè uerum prouidet, ubi illa officiunt. Ergo aut secundū tractatum Ciceronis hoc dixit: aut quod absolutius est, intelligamus ideo rusticū paupertatē non dolere, quòd eam malū esse non credit, sed munus deorū. Lucan. de paupertate: Et munera nondū Intellecta deûm. Est & aliud qđ possumus accipere, ideo rusticū nec bonis, nec malis alienis moueri, quia eius nō interest: quippe q ab urbib. est remotus.

Nec ferrea

Nec ferrea iura.)dura,inexorabilia,immutabilia. Insanũq; forũ.)litigiosum. Populi *tabularia.)ubi actus publici cõtinentur.* Significat aũt *templũ* Saturni,*in quo ærariũ fuerat,& ubi reponebãtur acta,quæ susceptis liberis faciebãt parẽtes.*Iuuenalis : *Tollis enim, & titulis actorũ spargere gaudes* Argumenta *uiri.* Cæca *freta.) subito in tempestatem surgentia.* Penetrant *aulas.)id est,profitentur satellitiũ.* Limina *autem dicit,interiorem familiaritẽ. sic* Turnus : Stirpẽ *admisceri* Phrygiã,*se limine pelli.* Hic *petit excidijs urbẽ.) incertũ, alienã an suam.* Vt *gemma bibat.) id est,gemmeo poculo, nõ gẽmato.* Sarrano *ostro.) id est, tyria purpura. quæ enim nũc* Tyros *dicitur, olim* Sarra *uocabatur: à pisce quodã, q illic abundat, quẽ lingua sua* Sar *appellãt.* Iuuena. *Aut pictæ* Sarrana *ferẽtem* Ex *humeris aulæa togæ.* Plausus *hiãtem,* Per *cuneos geminatus enim plebisq; patrũq;,* Corripuit.) Ordo *est,corripuit enim hũc geminatus per cuneos plausus & plebis & patrum.* Exilio.) *uolũtario,scilicet propter auaritiã.* Sub *alio sole.)sub alio climate.* Hinc *anni labor.) id est,ex agricultura habet totius anni substantiã.* Hinc *patriam sustinet.)*Donatus *uillam intelligit,non re uera patriã.* Meritos *iuuencos.) laboris sui consortes.* Nec *requies.)id est,nunq̃ potest rusticus omni ex parte destitui.* Ceralis *mergite culmi.)Manipulos spicarũ,mergites dicimus.* Sicyonia *bacca.)oliua,à ciuitate* Laconiæ Sicyone,*ubi abũdat olea.* Trapetis.) *molis oliuaribus.& declinatur trapetũ: sicut templum.* Terentianus : Quo *supersidens trapeto signa gyris temperat. quod metrum aptum est oliuã terentibus.* Arbuta.) *poma syluestria.* Pendent *circum oscula nati.) id est,non solum alijs rebus,sed etiam filiorum aspectu & frequẽtia gaudent. contra illud:*

Quos rami fructus,quos ipsa uolentia rura
Sponte tulere sua,carpsit:nec ferrea iura,
Insanumq; forum,aut populi tabularia uidit.
Sollicitant alij remis freta cæca,ruuntq;
In ferrum,penetrant aulas,& limina regum.
Hic petit excidijs urbem,miserosq; penates,
Vt gemma bibat,& Sarrano dormiat ostro.
Condit opes alius,defossoq; incubat auro.
Hic stupet attonitus rostris, hũc plausus hiantem
(Per cuneos geminatur enim plebisq;, patrumq;)
Corripuit,gaudent perfusi sanguine fratrum.
Exilioq; domos & dulcia limina mutant,
Atq; alio patriam quærunt sub sole iacentem.
Agricola incuruo terram dimouit aratro.
Hinc anni labor,hinc patriam,paruosq; nepotes
Sustinet,hinc armenta boũ,meritosq; iuuencos.
Nec requies,quin aut pomis exuberet annus:
Aut fœtu pecorum,aut cerealis mergite culmi,
Prouentuq; oneret sulcos,atq; horrea uincat.
Venit hyems,teritur Sicyonia bacca trapetis.
Glande sues læti redeunt,dant arbuta syluæ.
Et uarios ponit fœtus Autumnus,& alte
Mitis in apricis coquitur uindemia saxis.
Interea pendent dulces circum oscula nati.

Exilioq; domos, & dulcia limina mutant. Casta pudicitiam domus.) nõ ut in urbibus impudica. Ipse dies agitat.) Hic est suspendendũ, & sic inferendum Festos. nam hoc dicit, Omnes dies sic habet, ut festos putes. Alij dicunt, Festos dies cum religione concelebrat.

Casta pudicitiam seruat domus, ubera uaccæ
Lactea demittunt, pinguesq; in gramine læto
Inter se aduersis luctantur cornibus hædi.
Ipse dies agitat festos, fususq; per herbam,
Ignis ubi in medio & socij cratera coronant,
Te libans Lenæe uocat, pecorisq; magistris
Velocis iaculi certamina ponit in ulmo,
Corporaq; agresti nudant prædura palæstra.
Hanc olim ueteres uitam coluere Sabini,
Hanc Remus, & frater, sic fortis Hetruria creuit
Scilicet, & rerum facta est pulcherrima Roma,
Septem quę una sibi muro circundedit arces.
Ante etiam sceptrum Dictæi regis, & ante
Impia quàm cęsis gens est epulata iuuencis,
Aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat.
Necdum etiam audierant inflari classica, necdum
Impositos duris crepitare incudibus enses.
Sed nos immensum spacijs confecimus æquor,
Et iam tempus equûm fumantia soluere colla.

FINIS SECVNDI GEORGICON.

Agresti palestra.) rustica luctatione. Palestra autẽ dicta, uel ἀπὸ τῆς πάλης, id est, à luctatione: uel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, hoc est, à motu urnæ. nam ducti sorte luctãtur. Sic fortis Hetruria creuit.) Iuxta historiã. nam cõstat Thuscos usq; ad fretũ Siculũ oĩa possedisse. Ante sceptrũ.) id est, antequã regnaret Iuppiter, qui est in Dictæo Cretæ monte nutritus. Impia quàm cæsis gens est.) Arati est hoc, qui dicit maiores boues comedere nefas putasse. Iuuenalis: Nesciẽrãt primi gladios extundere fabri. Iam tempus equûm fumantia soluere colla.) Allegoricè hoc dicit, debemus fatigato ingenio parcere, & finem facere carmini. Sanè non est cõparatio, sed trãslatio: sicut & in fine primi libri legimus. Et multi uolunt ideo dixisse eum hoc loco, finem carmini Georgico se esse facturum, quod duo sequentes libri pastorales sunt, non Georgici: ut etiam in prima huius carminum parte commemorauimus.

MODESTINI IVRISCONSVLTI
in tertium Georgicorum, Argumentum.

TE quoq; Pales, & pastorum memorande per orbem,
Et pecorum cultus, & gramine pascua lęta,
Queis habitent armenta locis, stabulentur & agni,
Omnia diuino monstrauit carmine uates.

TE quoq; magna Pales, et.) Inuocat deā pabuli, dicturus de animalibus: sicut de frumentis & de uitibus dicturus, Cererē inuocauit & Liberū. Sanè non est mirandū, usum esse eū procemio, sicut est usus in Primo. nam nūc aliud quodāmodo inchoaturus est carmen pastorale, scilicet post completū Georgicum. Deinde etiam si unū sit, scimus cōcessum esse scribentibus, ut iteratione procemij legentū reficiant interdū laborē. Nam & Liuius frequēter innouat principia: ut, Incensa à Gallis urbe, & completis consulibus: & Cicero in Verrinis, qui in frumentaria conciliauit auditorum animos iteratione pricipij: ut, Omnes qui alterū iudicāt, & reliqua. Pales autem, ut diximus, dea est pabuli, quā alij Vestam, alij matrem deûm uolunt. hanc autem Vergilius genere fœminino appellat. alij, inter quos Varro, masculino: ut hic Pales. huic sacra soluūtur. xij. Calend. Maias die, quæ Palilia uocātur. Ab Amphryso.) Amphrysus fluuius Thessaliæ, circa quem spoliatus Apollo diuinitate, ob occisos cyclopas, Admeto regi pauisse armēta dicitur: unde eum nūc inuocat, qui Nomius uocatur, uel ἀπὸ τῆς νομῆς, id est, à pascuis, uel ἀπὸ τῶν νόμων, id est, à lege chordarū. Syluæ, amnesq; Lycæi.) κατ' ἐξοχὴν montem Arcadiæ posuit, uel quia pecorosa est, uel quia Pan illic est rusticū numen. Cætera quæ uacuas t. c. m. Oīa iam uulgata.) id est, fabulæ, quæ delectationi esse poterāt, et occupare mētes curis solutas, iam descriptæ à multis in omniū ore uersantur. Quis aut Eurysthea durū?) Eurystheus rex fuit Græciæ, Persei genus, qui Iunonis instinctu impabat Herculi, ut uaria monstra superaret, quibus posset perire. unde eum durū appellauit, qui potuit ad cōplendū odiū nouercale sufficere. Aut illaudati nescit Busiridis aras?) Busiris rex fuit Aegypti, qui quū susceptos hospites immolaret, ab Hercule interēptus est, quū etiā eum uoluisset occidere. huius laudē scripsit Isocrates. unde Illaudati participiū est, pro nomine: ut sit illaudabilis, nō qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruit. ut est illud in 7. Diues inaccessos ubi solis filia lucos: pro inaccessibiles, nō quos nullus accessit, sed ad quos accedere nullus debeat. Aras.) in quibus ille hospites immolabat. Cui non dictus Hylas puer?) Cui autem, id est, à quo. Horatius: Scriberis Vario fortis & hostium, pro, à Vario. Hylas autem socius Herculis fuit, qui aquatum profectus, raptus est à nymphis in Mysia. Latonia Delos.) insula, in qua Latona enixa est Apollinem & Dianam. quam insulam antè uagam Apollo (ut in tertio legimus, Myconæ celsa Gyaroq; reuinxit: ubi fabulam eius plenius diximus) stabilem fecit. Hippodameq;.) Græca quæ in α exeunt, plerunque ipsum α in ia

P. VERGILII M. GEORGICORVM, LIBER TERTIVS.

TE quoque magna Pales, & te memorande canemus
Pastor ab Amphryso: uos syluæ, amnesq; Lycæi,
Cætera quæ uacuas tenuissent carmina mentes,
Omnia iam uulgata. quis aut Eurysthea durum?
Aut illaudati nescit Busiridis aras?
Cui non dictus Hylas puer? & Latonia Delos?
Hippodameq; ? hūeroq; Pelops insignis eburno,

ſoluūt, ut Hippodame Hippodamia, Penelope Penelopia. Fabula talis eſt. Hippodame filia fuit Oenomai, regis ciuitatū Elidis & Piſæ: hic equos habuit uelociſſimos, utpote uentorū flatu creatos. qui procos filiæ multos necauit, ſub hac cōditione prouocatos ad curule certamen, ut aut uictus traderet filiam, aut uictos necaret. Quum poſtea Pelopen amaſſet Hippodamia, corrupit Myrtilū aurigam patris primi coitus pactione: qui factis cereis axibus, quum uictore Pelope à puella promiſſum poſceret præmium, ab eius marito eſt ꝑcipitatus in mare, cui nomen impoſuit. Nam ab eius nomīe Myrtoū dicitur pelagus.
Humeroq́ Pelops inſignis eburno.) Tantalus pater Pelopis uolēs deorum tētare diuinitatem,

Acer equis: tētanda uia eſt, qua me quoq; poſſim
Tollere humo, uictorq́ uirûm uolitare per ora.
Primus ego in patriā mecū, modò uita ſuperſit,
Aonio rediens deducam uertice muſas.
Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas:
Et uiridi in campo templū de marmore ponam,
Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat
Mincius, & tenera prætexit arundine ripas.
In medio mihi Cæſar erit, templumq́ tenebit.
Illi uictor ego, & tyrio conſpectus in oſtro
Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus.

eis inuitatis filium ſuum epulandū appoſuit: à quo omnes dij abſtinuerunt, excepta Cerere, quæ brachium eius conſumpſit. poſtea dij petente Tantalo, quum uoluiſſet eius filium reuocare ab inferis, Ceres ei eburneū brachium reſtituit. Quod ideo fingitur, quia Ceres ipſa eſt terra, quæ corpora uniuerſa cōſumit, oſſa tantum reſeruans. Acer equis.) uictor etiam Oenomai. Via.) ratio. Me quoq;.) id eſt, ſicut ſe alij ſuſtulerūt carminis merito. Victor.) effector propoſiti & uoti: ſic paulo pòſt, Illi uictor ego. Volitare.) laudari ab omnibus. Primus ego in patriā.) Ideo primus, quod ante illū nullus Mantuanorū poëta fuit: aut quia nullus inde talis emerſit. Modò.) tantummodo. Aonio uertice.) Bœotio. Aonia ipſa eſt Bœotia, in qua eſt mons Helicon, Muſis dicatus. Idumæas palmas.) abundantes, quales ſunt, & quantæ apud Idumen ciuitatem Phœnicis. Lucanus: Et arbuſto palmarū diues Idume. Propter aquam.) id eſt, iuxta aquam, & uiridi in campo. hic eſt campus, de quo ait, Et qualem infelix amiſit Mantua campum. In medio mihi Cæſar erit, templumq́ tenebit.) id eſt, templum ipſi dabo. Et uerbo uſus eſt pontificali. nam qui templum dicabat, poſtem tenens, dare ſe dicebat numini, quod ab illo neceſſe fuerat iam teneri, & ab humano iure diſcedere. Quod autem dicit, In medio, eius templum fore ſignificat. Nam ei ſemper ſacratus numini locus eſt, cuius ſimulacrum in medio conſtituitur. alia enim ad ornatū tantum pertinēt. Tyrio cōſpectus in oſtro.) in habitu pontificis, cuius ſe officiū dicit in templi conſecratione ſumpturum. Centum quadriiugos.) id eſt, unius diei exhibebo Circenſes ludos. quia ut Varro dicit in libris de rebus populi Romani, olim xxv. miſſi exhibebātur, ſed uigeſimus quintus dicebatur ærarius, eo quod de collatione populi exhibebatur: qui deſijt eſſe, poſtquā cōferendæ pecuniæ eſt conſuetudo ſublata. unde hodieq́; permanſit, ut ultimus miſſus appellaretur ærarius. ergo centū currus ſecūdū antiqtatē dixit, ſicut etiā ad flumina. Olim enim in littore fluminis Circenſes agitabātur, in altero latere poſitis gladijs, ut

ab utraq;

ab utraq; parte esset ignauiæ præsens periculũ. unde & Circenses dicti sunt, qui exhibebantur in circuitu ensibus positis. licet alij à circũeundo dicant Circẽses uocari. Cuncta mihi Alpheũ linquens.) *Mihi, id est, ad honorem meũ. & hoc dicit, ex alijs agonibus ad me certatura græcorũ multitudo cõueniet. per* Alphæũ *aũt,* Iouis Olympici *agonẽ significat. nam* Alphæus *fluuius est* Elidis, *quæ ciuitas iuxta* Pisam *est, in qua colitur* Olympius Iuppiter.

Cuncta mihi, Alphæũ linquẽs, lucosq; molorchi,
Cursibus & crudo decernet Græcia cæstu.
Ipse caput tonsæ folijs ornatus oliuæ
Dona feram. iam nunc solenneis ducere pompas
Ad delubra iuuat, cæsosq; uidere iuuencos.
Vel scena ut uersis discedat frontibus, utq;
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.
In foribus pugnam ex auro, solidoq; elephanto
Gangaridûm faciam, uictorisq; arma Quirini.

Lucos Molorchi.) *id est, syluã* Nemeam, *in qua celebratur agon, in honorem* Archemori *cu iusdã pastoris.* Molorchus *autẽ pastor fuit, qui* Herculem *uenientem ad occidẽdum* Nemeæum *leonem, suscepit hospitio.* Eos *autem lucos accipimus per* Alphæum, *qui* Olympiaci *dicuntur: per lucos* Molorchi, *eos qui* Nemæa *uocantur.* Crudo.) *duro: ut,* Seu *crudo fidit pugnam committere cæstu.* Tonsæ oliuæ.) *minutis folijs compositæ: ut,* Tonsisq; *ferunt mantilia uillis.* Habiturum *se autem coronam tonsilem dicit, ut* Cicero, *cum saltatrice.* Tonsa.) *id est, composita.* Delubra.) *deorum templa.* Iuuat.) *delectat.* Cæsos iuuencos.) *immolatos in sacrificium.* Vel scena ut uersis.) Apud *maiores theatri gradus tantum fuerũt.* Nam *scena de lignis ad tempus fiebat. unde hodieq; consuetudo permansit, ut cõponantur pegmata ab ludorum theatralium editoribus.* Scena *autẽ quæ fiebat, aut uersilis erat, aut ductilis.* Versilis *tunc erat, quum subito tota machinis quibusdam uertebatur, & aliam picturæ faciem ostendebat.* Ductilis *tunc, cum tractis tabulatis hac atq; illac species picturæ nudabatur interior. unde peritè utrunq; tetigit, dicens:* Versis *discedat frontibus, singula singulis complectens sermonibus, quod* Varro & Suetonius *commemorãt.* Purpurea intexti tollant.) Hoc *secundũ historiam est locutus.* Nam Augustus *postquã uicit* Britãniam, *plurimos de captiuis quos adduxerat, donauit ad officia theatralia.* Dedit *etiã aulæa, id est, uela inimica, in qbus depinxerat uictorias suas. & quemadmodũ* Britanni *ab eo donati eadem portarent uela, quæ re uera portare consueuerant. quam rem mira expressit ambiguitate, dicens:* Intexti *tollant. nam in uelis ipsi erant picti, qui ea portabant.* Aulæa *autem dicta sunt ab aula* Attali *regis, in qua primum inuenta sunt uela ingẽtia, postquam is populum* Romanum *scripsit hæredẽ.*

Solido elephanto.) *ex ebore integro, non sectili.* Gangaridûm faciam.) Gangaridæ *populi sunt inter* Indos & Assyrios *habitãtes, circa* Gangem *fluuium. unde etiam* Gangaridæ *dicti sunt.* Hos *uicit* Augustus: *unde etiam,* Imbellem *auertis* Romanis *arcibus* Indum. Gangaridum *aũt, pro* Gangaridarum *dixit, quia hic* Gãgarida *facit.* Quod *autem ait,* Victoris *arma* Quirini, *nõ est contrariũ. nam ut etiam in primo* Aeneidos *diximus,* Suetonius Tranquillus *hoc de* Augusto *cõmemorat: quodam tempore tres partes populi consentiente senatu obtulisse ei tria nomina,* Quirini, Augusti, Cæsaris. *ille ne unũ eligendo alias offenderet*

 partes,

partes, primo Quirinus est dictus, inde Cæsar, pòst in nomine Augusti permansit: unde eum Vergilius omnibus his nominibus appellat. Nam hic Quirinum, Romulum nō possumus accipere, quia Gangaridas penitus ignorauit. Vndantem bello Nilum.) *quasi non undas, sed bella portantem, propter Antonij & Cleopatræ grauissimum prælium.* Magnúmq; fluentem.) *pro magnè, nomen pro aduerbio: ut,* Toruúmq; repente Clamat. Ac nauali surgenteis aere columnas.) *Augustus uictor totius Aegypti, quā Cæsar pro parte supauit, multa de nauali certamine sustulit rostra ærea: quibus conflatis quatuor effecit columnas, quæ postea à Domitiano in Capitolio sunt positæ, quas hodieq; cōspicimus. unde ait,* Nauali surgētes ære colūnas. *Nam rostratas Iulius Cæsar posuit, uictis Pœnis nauali certamine: è quibus unā in rostris, alteram ante arcum uidemus, à parte ianuarum.* Niphates.) *Et fluuius est, & mons: ut,* Et Cimini cum monte lacum. *Per eum autem populos iuxtà habitantes accipimus. nam nec fluuius unquam, nec mons potest pelli.* Fidentemq; fuga Parthum.) *Bene fidentem: tunc enim melius iaculantur sagittas.* Rapta manu trophæa.) *raptim & sine labore quæsita.* Diuerso ex hoste.) *orientis & occidētis accipimus. unde &,* Ab utroq; littore: *oriētis, propter* Gangaridarum: *occidentis, propter* Britannorum *triumphum.* Stabūt & Parij lapides, spirantia signa.) *in templo Cæsaris statuas maiorum eius dicit se esse positurum, quas commendat & à præcioso marmore, & ab arte, dicens* Spirantia signa: *sic alibi,* Viuos ducent de marmore uultus: *item,* Pariusúe lapis circundatus auro. Assaraci proles.) *Ponam, inquit, eorum statuas, qui à Ioue usque ad Assaracum, & ab Assaraco usque ad Augustum originem ducunt. Assaracus autem auus Anchisæ, pater Capis fuit.* Trosq; parens.) *Troianorum rex, Ganymedis pater, à quo & Troia nominata est.* Troiæ Cynthius autor.) *uel Apollinē dicit, propter muros Troiæ ab eo cōditos: uel Cynthium regem Troiæ, quem in Troicis suis Nero commemorat.* Inuidia infelix.) *quæ inuidentes efficit infelices. Dicit autem se talia scripturū, uel facturū, quæ magnitudine sui mereantur inuidiā: ipsam tamen inuidiam nihil esse nociturā timore pœnarū.* Amnemq; seuerū.) *tristem. contrà Terētius:* Tristis seueritas inest in uultu, atq; in uerbis fides. Tortos Ixionis angues.) *quibus uidelicet Ixion est religatus ad rotam, postquā illicitos Iunonis petiuit amplexus.* Nō exuperabile saxum.) *quod cōtra montem Sisyphus uoluit. & Inexuperabile dixit, nō quod exuperari non potest, sed quod exuperare non ualet summum montis cacumen.* Interea Dryadum

Atq; hic undantem bello, magnumq; fluentem
Nilum, ac nauali surgenteis ære columnas,
Addam urbes Asiæ domitas, pulsumq; Niphatē,
Fidentemq; fuga Parthum, uersisq; sagittis.
Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophęa,
Bisq; triumphatas utroq; à littore gentes.
Stabunt & Parij lapides, spirantia signa,
Assaraci proles, demissęq; ab Ioue gentis
Nomina, Trosq; parēs, & Troiæ Cynthius autor.
Inuidia infelix furias, amnemq; seuerum
Cocyti metuet, tortosq; Ixionis angues,
Immanemq; rotam, & non exuperabile saxum.
Interea Dryadum syluas, saltusq; sequamur

dum syluas.) id est, donec laudandi Cæsaris tempus adueniat, interim Georgica scribam.

Intactos autem saltus ait, quod ante ipsum nullus latinè carmen Georgicum scripsit.

Sequamur.) prosequamur. Haud mollia iussa.) non leuia, sed quæ felicitatem habere possint, aut debeant. & subaudi Sequamur, à præcedente uersu. Te sine nil altum mens inchoat.) ac si diceret, non meo ingenio, sed tuo fretus imperio ad hoc carmen accessi.

Intactos, tua Mecœnas haud mollia iussa.
Te sine nil altum mens inchoat: en age segneis
Rumpe moras, uocat ingenti clamore Citheron.
Taygetiq; canes, domitrixq; Epidaurus equorũ.
Et uox assensu nemorum ingeminata remũgit.
Mox tamen ardenteis accingar dicere pugnas
Cæsaris, & nomen fama tot ferre per annos,
Tithoni prima quot abest ab origine Cæsar.
Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ
Pascit equos, seu quis fortes ad aratra iuuencos,
Corpora præcipue matrum legat: optima toruæ
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix,
Et crurum tenus à mento palearia pendent.

Vocat ingenti clamore Citherõ.) id est, hortantur ad scribendũ nos illi montes, qui animalibus sunt referti. Citheron autem, pars est Parnassi. Taygetiq; canes.) id est, Lacones. nã Taygeta ciuitas Laconiæ est. & hoc ideo, qa dicturus ẽ: Nec tibi cura canũ fuerit postrema. Domitrix Epidaurus equorũ.) Epiri ciuitas est, equis nobilissima. Ingeminata.) id est, duplicata per Echò. alibi: Non canimus surdis, respondent omnia syluæ. Mox tamen.) id est, postquam Georgica scripsero. Ardenteis dicere pugnas Cæsaris.) Ardẽteis pugnas legendũ. nam malè quidam Ardentis Cæsaris accipiũt: ut is communis sit syllaba. Tithoni prima quot abest ab origine Cæsar.) id est, facta Cæsaris tot annis celebrabuntur, quot anni sunt ab eo usq; ad mũdi principiũ. & modò Tithonum, pro sole posuit: pro Titane. Nam Tithonus Laomedontis frater fuit, quem præliantem Aurora dilexit & rapuit, à quo usq; ad Cæsarem ualde multum temporis est. Seu quis Olympiacæ.) Dicturus est, de armentis & gregibus. Armenta aũt sunt equorũ & boũ, quòd hæc animalia apta sunt armis: ut scutis boum coria, equi prælio. Greges capellarum & ouium sunt: Ipse paulo pòst, Hoc satis armentis, superat pars altera curæ, Lanigeros agitare greges, hirtasq; capellas. hæc tamen, armenta scilicet & greges, sciendũ quod plerunq; confundit autoritas. Olympiacæ miratus præmia palmæ.) id est, studiosus curulis certaminis, quod geritur ad Pisam in honorem Iouis Olympici. Pascit equos.) id est, amans curule certamẽ, pascit equos ei rei aptos. Seu quis fortes ad aratra iuuencos.) id est, siue aliquis studium habeat arandi, & idcirco curam gerat.

Corpora præcipue matrum legat.) id est, magis matrum. per quod ostenditur, etiam patrum corpora esse requirẽda. Optima toruæ Forma bouis.) paulo pòst, Et faciem tauro propior: id est, tauro similis. Toruæ autẽ, terribilis. Turpe caput.) id est, magnũ: ut, Turpes pascit sub gurgite phocas. Plurima ceruix.) longa: ut, Quum se nux plurima syluis Induit in florem. Crurũ tenus.) usq; ad crura. & modò Tenus est aduerbiũ. Nam si esset præpositio, ablatiuo cohæreret. Palearia autem, sunt pelles dependentes ex gutture.

Nullus

Nullus lateri modus.) id eſt, habet latus grande & longum. & nõ dicit illum habere modum, ut oſtendat quo maior fuerit, eò bouem maiorẽ. Omnia magna.) omnia eius membra magna ſunt. Pes etiam.) ſubaudi, ſit magnus. Camuris cornibus.) id eſt, curuis: unde & cameræ appellatæ ſunt. Præcipit autẽ, aures & magnas & hirſutas eſſe debere. camuri enim boum ſunt, qui conuerſa introrſum cornua habent: quibus contraria patuli, qui cornua diuerſa habent, quorumq́ cornua terrã ſpectant. his contrarij licini, qui cornua ſurſum uerſus reflexa habent. Nec mihi diſpliceat) Liptotes figura eſt, id eſt, ualde placeat: ut, Munera nec ſperno. Faciẽ.) imaginẽ, & ſimilitudinem totam. Lucinam iuſtosq́ pati hymenæos.) Hyſteron proterõ. ante. n. eſt hymenæos pati, pòſt Lucina cõſequitur. Item hyſteron proteròn eſt, Deſinit ante decem, poſt quatuor incipit annos. antè enim incipit, ſic deſinit. Cætera ætas.) ſcilicet, quæ eſt uel ante quartũ, uel poſt decimũ annum. bene oſtendit, per hæc quoq; tempora poſſe quidem armentis, ſed inutiliter prouenire fœturam.

Tum longo nullus lateri modus, omnia magna,
Pes etiam, & camuris hirtę ſub cornibus aures.
Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo,
Aut iuga detrectans, interdumq́ aſpera cornu,
Et faciem tauro propior, quæq́ ardua tota,
Et gradiens ima uerrit ueſtigia cauda.
Aetas Lucinam, iuſtosq́ pati hymenæos,
Deſinit ante decem, poſt quatuor incipit annos.
Cætera nec fœturæ habilis, nec fortis aratris.
Interea ſuperat gregibus dum lęta iuuentus,
Solue mares, mitte in Venerẽ pecuaria primus.
Atq; aliam ex alia generando ſuffice prolem.
Optima quæq́ dies miſeris mortalibus æui
Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtisq́ ſenectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.
Semper erunt, quarum mutari corpora mauis.
Semper enim refice, ac ne poſt amiſſa requiras,
Anteueni, & ſobolem armento ſortire quotannis.
Necnon & pecori eſt idem delectus equino.
Tu modo quos in ſpem ſtatues ſummittere gẽtis,

Superat gregibus dum læta iuuentus.) dum ſuppetit. & dicit iuuenili eas ætate debere concumbere, quia cito meliora tempora depereũt. Pecuaria.) ab eo quod eſt pecuare uenit. nam pecua, ut ait in Pompeiana Cic. ab eo quod eſt pecu uenit, ut genu genua. Suffice prolem.) ſubminiſtra: unde & ſuffectos cõſules dicimus. Optima quæq; dies.) Hæc ſententia nõ ſolũ ad animalia ptinet, ſed generaliter ad omnia. Subeũt morbi, triſtisq́ ſenectus.) Naturalem ordinẽ tenuit, dicens aduenire morbos poſt ſenectutem, ad ultimũ mortem. Inclementia mortis.) inexorabilitas, & duricies. Semper enim refice.) uacat Enim. Sanè dicit, anteueniẽdum eſſe, ut antequam pereant, reparentur armenta. Sobolem armento ſortire.) ſubſtitue, ſubminiſtra. Et eſt uerbũ iudiciorũ. nam ſubſtituti dicuntur iudices, qui occupatorum fungũtur officio. Eſt idem pecori delectus equino.) id eſt, ut habeat matres optimas. In ſpem ſtatues ſummittere.) id eſt, quos uis admiſſarios fieri.

Notanda

Notāda sanè exquisita varietas. nam ut in bobus matres antè describit, in equis admissarios antè cōmemorat. Præcipuum.) *maximū.* A teneris.) *ex quo primū oriuntur & teneri sunt.* Impende laborem.) *scilicet, ut ab ipsa primū ætate eligas.* Continuo.) *in primordio, ut ambulare incipit.* Pecoris generosi pullus.) *id est, qui ex optimo genere descēdit.* Altius ingreditur.) *cum exultatione quadam incedit.* Mollia crura reponit.) Ennius *de gruibus:* Perq; fabam repunt, & mollia crura reponunt.

Præcipuum iam inde à teneris impende laborem.
Continuo pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit.
Primus & ire uiam, & fluuios tentare minaces
Audet, & ignoto sese committere ponti.
Nec uanos horret strepitus: illi ardua ceruix,
Argutumq; caput, breuis aluus, obesaq; terga.
Luxuriatq; toris animosum pectus, honesti
Spadices, glauciq;: color deterrimus albis
Et giluo: tum si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus,
Collectumq; premens uoluit sub naribus ignem.
Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo:
At duplex agitur per lumbos spina, cauatq;
Tellurem, & solido grauiter sonat ungula cornu.
Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus, & quorum Graij meminere poetæ,
Martis equi biiuges, & magni currus Achillis.

Primus ire uiā.) *Matris præire uestigia.* Ignoto ponti.) *per quem nunq̄ transierat.* Committere.) *credere se & ingredi. & bis idem dixit. nam* Fluuios tentare minaces, *hoc est, ignoto se cōmittere ponti.* Nec uanos horret strepitus.) *id est, nō facilè pauescit, scilicet strepitus.* Ardua ceruix.) *alta.* Argutum.) *breue.* Luxuriatq; toris animosum pectus.) *torosum, & eminens pulpis.* Spadices.) *Phœniciatos uocant, id est, professos myrteos: ipsi sunt badij.* Glauci *autem sunt felineis oculis, id est, quodam splendore perfusis.* Deterrimus albis Et giluo.) *Atqui alibi ait,* Qui candore niueis anteirent. *Sed aliud est Candidum esse, id est, quadā nitenti luce perfusum: aliud Albū, quod pallori constat esse uicinum. Giluus autē est, melinus color, quem uulgo fuluū uocant. Multi ita legunt,* Albis & giluo, *ut non albū uel giluū, sed albogiluū uituperet. quòd si singuli colores uituperādi sunt, quanto magis mixtus utroq;, id est, albogiluus?* Tremit artus.) *Figuratè, pro* Artubus tremit. Voluit sub naribus ignem.) *flatu indicat magnanimitatē suam.* At duplex agitur per lumbos spina.) *Aut reuera duplex, aut lata: ut alibi,* Duplicem gemmis auroq; coronam. *Item,* Et duplici aptantur dentalia dorso. Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus.) *Atqui Castor domitor equorum fuit, sed fratrem pro fratre posuit, poëtica licentia: ut,* Quas illi Philomena dapes, *pro Progne. item,* Reuocato à sanguine Teucri, *pro Dardani. Aut certè ideo Pollucem pro Castore posuit, quia ambo licenter & Castores & Polluces uocantur. nam & ludi, & templum eius, & stellæ, Castorum uocantur.* Martis equi.) *δεῖμος, & φόβος.* Et magni currus Achillis.) *Baliarchus, & Xanthus.*

Talis & ipse iubam ceruice effudit equina
Coniugis aduentu pernix Saturnus, & altum
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.
Hūc quoq; ubi aut morbo grauis, aut iā segnior an
Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectę. (nis
Frigidus in Venerem senior, frustraq; laborem
Ingratum trahit: & siquādo ad prælia uentum est,
Vt quondā in stipulis magnus sine uiribus ignis,
Incassum furit. ergo animos, æuumq; notabis
Præcipuè: hinc alias artes, prolemq; parentum,
Et quis cuiq; dolor uicto, quæ gloria palmæ.
Non'ne uides cum præcipiti certamine campum
Corripuere, ruuntq; effusi carcere currus,
Cum spes arrectæ iuuenum, exultantiaq; haurit
Corda pauor pulsans? illi instant uerbere torto,
Et proni dant lora: uolat ui feruidus axis.
Iamq; humiles, iamq; elati sublime uidentur
Aëra per uacuum ferri, atq; assurgere in auras.
Nec mora, nec requies; at fuluæ nimbus arenæ

Coniugis aduentu pernix Saturnus.) Dum cum amica Phillyra Saturnus coiret, Ops eius uxor aduenit, cuius præsentiam ueritus, se in equum conuertit, qualem potuit numen imitari: exinde natus est Chiron, dimidia parte homo, dimidia equus. atq; ita uterq; opprobriū effugerunt. Sanè Ops quū de uxore Saturni dicimus, o corripitur, ut Ops opis. quum uerò de nympha dicimus, Opis longa est: ut, Opis ad æthereum pennis aufertur olympum. Pernix autē, ad equū refertur. nā Saturni stella tardissima est. Quidam Phylliram in florē conuersam dicūt, uel in arborē: unde liber Phyllirinus, quo coronæ alligātur. Pelion.) montē Thessaliæ, in quo Chiron habitauit. Hunc quoq;.) licet bonum, & tot signis probatum. Vbi aut morbo grauis, aut iam segnior annis Deficit.) Duo sunt, quibus minuūtur corporis uires: senectus, & morbus. unde mirè utrūque complexus est. Abde domo.) in domo. nam si aduerbialiter uellet loqui, Domi diceret. Tale est illud in quarto: Non Libyæ, nō antè Tyro. Nec turpi ignosce senectæ.) Cicero in Catone maiore, & laudat & uituperat senectutē. unde dupliciter hūc locū intelligimus: aut, Nec ignosce turpi senectæ: aut, nā turpi senectæ ignosce, id est, abde & ignosce senectæ, quæ turpis non est, quia per naturā uenit. Frigidus.) iam per senectutē: adhuc quidē uult concūbere, sed impeditur defectu uirium. Frustraq; laborem.) difficilē & irritū. Si quando ad prælia uentū est.) alibi, Nocturnaq; bella. Animos, æuumq; notabis Præcipuè.) Antè omnia ætatem & magnanimitatem requires: pòst cætera, parentes & studiū. Et quis cuiq; dolor uicto, quæ gloria palmæ.) Vult probare, moueri equos uel amissione, uel acquisitione uictoriæ. nam eò tendit sequens iste decursus. Vnde est paulo pòst: Tantus amor laudū, tantæ uictoria curæ. Lucanus: Quantū clamore iuuatur Eleus sonipes. Ruūt effusi car. cu.) Vsurpatiuè, pro carceribus, q ab arcēdo dicti sunt. nā Carcer est custodia noxiorū. Iuuenū.) aurigarū, uel spectantiū. Haurit.) ferit: ut, Latus haurit apertū. Verbere torto.) frequēti scil. iteratione. Volat ui feruidus axis.) alibi: Frenaq; feruentesq; rotas. nam tam rotæ q axis cursu calescūt.

Primus

Tollitur, humeſcunt ſpumis, flatuq́ ſequentum:
Tantus amor laudum, tanta eſt uictoria curæ.
Primus Erichthonius currus, & quatuor auſus
Iungere equos, rapidisq́ rotis inſiſtere uictor.
Frena Pelethronij Lapithæ, gyrosq́ dedere,
Impoſiti dorſo, atq́ equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.
Aequus uterq́ labor, æque iuuenemq́ magiſtri
Exquirunt, calidumq́ animis, & curſibus acrem.
Quamuis ſæpe fuga uerſos ille egerit hoſteis,
Et patriam Epirum referat, fortisq́ Mycenas,
Neptuniq́ ipſa deducat origine gentem.
His animaduerſis inſtant ſub tempus, & omnes
Impendunt curas denſo diſtendere pingui,
Quem legere ducem, & pecori dixere maritum.

Primus Erichthonius.) Vulcanus impetrato à Ioue Mineruæ coniugio, illa reluctante, effectum libidinis proiecit in terrã: inde natus eſt puer draconteis pedibus, qui appellatus eſt Erichthonius, quaſi de terra & lite procreatus. nam ἔρις eſt lis, & χθὼν terra. Hic ad tegendam pedum fœditatẽ, iunctis equis uſus eſt curru, quo tegeret ſui corporis turpitudinẽ. De hoc Varro in libro, qui Mirabiliũ inſcribitur: Erichthoniũ primũ quatuor iunxiſſe equos ludis, qui Panathenaica appellantur. De hoc Erichthonio alibi ſatis dictũ eſt, qui anguinis pedib. fuiſſe memoratur. Rapidus.) uelox. Victor.) propoſiti ſui effector. Frena Pelethronij.) Pelethronium oppidũ eſt Theſſaliæ, ubi primũ domãdorum equorũ uſus inuentus eſt. Nam cũ quidam Theſſalus rex, bobus œſtro exagitatis, ſatellites ſuos ad eos reuocandos ire iuſſiſſet, illiq́ curſu non ſufficerent, aſcenderũt equos, & eorũ uelocitate boues ſecuti, eos ſtimulis ad tecta reuocarunt. ſed hi uiſi, aut quũ irent uelociter, aut quũ eorum equi circa flumen Peneon potarent capitibus inclinatis, locũ fabulæ dederũt, ut Centauri eſſe crederentur: qui dicti ſunt centauri, ἀπὸ τοῦ κεντᾶν τοὺς ταύρους. Alij dicũt, Centaurorum fabulã eſſe confictam ad exprimendam humanæ uitæ uelocitatem: quia equum conſtat eſſe uelociſſimum. Bene autem ait Pelethronij, quia ſunt & alij Lapithæ. Pelethroniũ autem antrum eſt in Theſſalia, ubi Achillẽ Chiron erudiuit. Equitẽ docuere.) id eſt, equum. nam pro equo, rectorẽ poſuit. Greſſus glomerare ſuperbos.) ut cum diſciplina incederet. Vterq́ labor.) & ſub iugum mittere, & ſubuertere frenũ. Quamuis ſæpe fuga.) Ordo eſt: quãuis ſæpe uictor fuerit, q̃uis nobili genere procreatus, tamen à magiſtris ætas eſt magnanimitasq́ requirẽda: quæ ſi non fuerint, illa nihil proſunt. Et patriam Epirum referat.) Quia in Epiro ſunt equæ optimæ, quibus exercetur curule certamen Iouis Olympici. Neptuniq́ ipſa deducat origine gentẽ.) id eſt, ſi ſit procreatus ab equo Neptuni, qui editus eſt tridentis percuſſione. His animaduerſis.) moribus & ætate deprehenſis. Inſtant ſub tempus.) coẽundi ſcilicet, quo eis cura maior adhibetur. Denſo diſtendere pingui.) non laxo, quod quibuſdã potionibus agaſones per fraudem facere conſueuerunt. unde ait, Dẽſo pingui: id eſt, uiribus pleno. Sane Pingue generis eſt neutri, & ita in omnibus idoneis inuenitur. nã nec pinguedo, nec pinguetudo latinũ eſt. Dixere.) pro deſignauere. Cic. de rep. ſic de accuſatore. l. v. dcã. & Hora. quẽ Venus arbitrũ Dicit bibẽdi, pro deſignat.

Florenteisq́; ſecant herbas, fluuiosq́; miniſtrant,
Farraq́;, ne blando nequeant ſupereſſe labori,
Inualidiq́; patrum referant ieiunia nati.
Ipſa autem macie tenuant armenta uolentes,
Atq; ubi concubitus primos iam nota uoluptas
Sollicitat, frondesq́; negant, & fontibus arcent.
Sæpe etiam curſu quatiunt, & ſole fatigant,
Cum grauiter tonſis gemit area frugibus, & cum
Surgentem ad Zephyrũ paleæ iactantur inanes.
Hoc faciunt, nimio ne luxu obtuſior uſus
Sit genitali aruo, ſulcosq́; oblimet inerteis.
Sed rapiat ſitiens Venerem, interiusq́; recondat.
Rurſus cura patrum cadere, & ſuccedere matrum
Incipit, exactis grauidæ cum menſibus errant:
Non illas grauibus quiſquã iuga ducere plauſtris,
Non ſaltu ſuperare uiam ſit paſſus, & acri
Carpere prata fuga, fluuiosq́; innare rapaces.
Saltibus in uacuis paſcant, & plena ſecundum
Flumina, muſcus ubi, & uiridiſſima gramine ripa.
Speluncæq́; tegant, & ſaxea procubet umbra.
Eſt lucos Silari circa, ilicibusq́; uirentem
Plurimus Alburnum uolitans, cui nomen aſilo
Romanum eſt, œſtrum Graij uertere uocantes.

Florentesq́; ſecant herbas.) adultas, maturiores, quibus robur acquiritur. Ne blando nequeat ſupereſſe labori.) Periphraſis eſt coitus. Ieiunia.) infirmitatẽ, ex inedia uenientem. Nota uoluptas.) Dicendo Nota, per tranſitũ rem ab alijs diligenter expreſſam tetigit. nam equæ puellæ quũ primũ coëunt, ſi macræ ſunt, & debilitantur & debiles gignunt. poſt primũ autem partũ tenues eſſe debent. Frondesq́; negant.) contra illud: Florenteisq́; ſecant herbas, fluuiosq́; miniſtrãt. Fontibus arcẽt.) id eſt, à potu etiam prohibent. Curſu quatiunt.) currere faciunt. Sole fatigãt.) calore faciunt laborare. Cum grauiter tonſis.) hoc eſt, die medio. hoc autẽ ad exprimendũ diei tempus eſt poſitum, non quòd equæ tempore æſtatis coëant. Hoc faciũt nimio ne luxu.) Nimio, pingui. & bene rẽturpem apertè à Lucretio tractatã, uitauit tranſlationib. quas omnes ab agricultura traxit: ut Luxu, propter luxuriem ſegetum. Genitali aruo.) pro muliebri folliculo, quem uuluam uocant, ut etiam Plinius docet. nam ante folliculus dicebatur. Sulcos oblimet inerteis.) claudat meatus. & hoc ſimiliter per tranſlationẽ dixit. nam legimus ſuprà, Et obducto latè tenet omnia limo. Interiusq́; recõdat.) id eſt, intra naturalia ſecreta & loca, quibus fœtus clauditur. Rurſus.) Non pro iterũ, ſed cõtrà ponitur. Exactis grauidæ cum menſibus.) uicinis partui. tunc enim diligentius tractãdæ ſunt, ne abigant. Non ſaltu ſuperare uiam ſit paſſus.) Quod ſolet fieri, quum paſcunt pedibus impeditis. Saltibus in uacuis.) magnis. Et plena flumina.) ne inclinentur ad potũ. Eſt lucos Silari circa ilicibusq́; uirentẽ Plurimus Alburnũ uolitans.) Ordo talis eſt: Circa lucos Silari fluminis Lucaniæ, & Alburnũ eiuſdem montẽ plurimus uolitans. ac ſi diceret, eſt multa muſca. Volitans autẽ, modò nomen eſt, non participiũ. Oeſtrũ Graij uertere uocãtes.) Vertere, ex ſoni ſimilitudine

militudine onomatopœiam fecere. nõ enim possumus accipere, ex Latina lingua mutauere, quũ constet Græcam primã fuisse. Oestrum autẽ Græcum est, Latinè asilus, uulgò tabanus uocatur. Cui nomen asilo Romanum est.) *ut, Cui Remulo cognomen erat.* Sicci Tanagri.) *non multum ualentis. Tanager autem fluuius est Lucaniæ. & hoc dicit, armentorum mugitu cuncta resonare.* Hoc quondam monstro.) *Argumentatur ab exemplo, dicẽs: Iunonem œstro se contrà pellicẽ defendisse. Nota autẽ est fabula: Iò Inachi filiam ab ipso quidẽ Ioue Iunonis aduentu cõuersam esse in uaccã, cui Iuno immisit œstrum, quo toto orbe fatigata, tandem aliquando uenit ad Aegyptũ, & illic in Isim conuersa est. Transijt autem per mare angustum, quod Bosphoron ab ea appellatũ est, nunc Hellespõtus nominatur.*

Asper, acerba sonans, quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther
Concussus, syluæq́;, & sicci ripa Tanagri.
Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ.
Hunc quoq; (nam medijs feruoribus acrior instat)
Arcebis grauido pecori, armentaq́; pasces,
Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris.
Post partum cura in uitulos traducitur omnis.
Continuoq́; notas, & nomina gentis inurunt.
Et quos aut pecori malint summittere habendo,
Aut aris seruare sacris, aut scindere terram,
Et campum horrentem fractis inuertere glebis.
Cætera pascuntur uirides armenta per herbas.
Tu quos ad studium, atq; usum formabis agrestẽ,
Iam uitulos hortare, uiamq́; insiste domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.
Ac primum laxos tenui de uimine circlos
Ceruici subnecte: dehinc, ubi libera colla
Seruitio assuerint, ipsis è torquibus aptos

Pestem meditata iuuẽcæ.) *Vel, quam pestem antè excogitauerat: uel Meditata, inserens & exercens accipiamus. Horat. Horrendaq́; cultis Diluuiũ meditatur agris: id est, infert, exercet. nam & in ipsa meditatione exercitiũ est.* Hunc quoq; arcebis.) *id est, etiam hoc malũ remoue.* Nam medijs feruoribus acrior instat.) *tunc est acrior. & dicendo tempus, ostendit quemadmodũ possit euitari.* Arcebis grauido pecori.) *id est, à grauido pecore. nam arceo à te dicimus.* Sole recens orto.) *statim. Sallust. Coria recens detracta ueluti glutino adolescebant.* Post partũ cura in uitulos.) *Modo & de equis & de bobus accipimus generaliter.* Notas.) *characteres.* Pecori summittere.) *admissarios facere.* Habendo.) *ut habeatur. ut Lucius in Trigesimo: Nonnunq̃ dabit ipsa ætas, quod possit habendo.*

Campũ horrentem.) *Ecbasis poëtica. suffecerat enim dicere, Aut scindere terrã.* Cætera pascuntur.) *Per hoc intelligimus illa oĩa quæ dixit animalia, domi esse seruanda.* Tu quos ad studiũ.) *Locus de bobus domãdis.* Viamq́; insiste domãdi.) *institue artẽ domãdi.*

Mobilis ætas.) *id est, anteq̃ magnitudo uiriũ & perfecta ætas eis sit, antè eos incipe domare.* Mobilis.) *flexilis.* Circlos.) *Circus est principale, unde fit circulus, & per syncopã*

s i circlus:

circlus: sicut periclum à periculo, seclũ à seculo. Coge gradũ conferre.) *simul incedere.* Rotæ ducantur inanes.) *sine pondere.* Trahat æreus.) *fortis. sic in Quinto:* Aerea quẽ *obliquum rota trãsijt.* Horatius: *Inclusam Danaẽ turris ahenea.* Pubi indomitæ.) *Hoc ad iuuencos tantũ pertinet. nam de equis paulo pòst dicturus est: ut,* Nanq; ante domandum In*genteis tollunt animos.* Nec uescas salicum frondes.) *siccas & teneras. nam* Vescũ *hoc est propriè: unde & arancarum telæ,* Ve*scæ uocantur.* Frumẽta manu.) *id est, etiam farraginẽ eis dabis.* Fœtæ More patrum.) *Fœtæ nostro more: neq; enĩ mulgeri, nisi enixæ possunt. antiqui enĩ* Fœtum *pro grauido solebant ponere, ut* Varro: *ut, cuius fœta feris Libyæ. & ipse* Vergil. *Scandit fatalis machina muros, Fœta armis. Et more patrũ, qui lac magis seruabãt fœtibus: alioqui accusabatur auaritia eorum, qui sibi omne lac mulgebant.* Mulctraria.) *Legitur & Mulgaria, ut* Valg. *ait: Sed nos ante casam tepidi mulgaria lactis, Et sinum uini cessauimus fundere* Bacchi. Alphea rotis prælabi flumina Pisæ.) *Quia ut supràdiximus, circa ea flumina maximè agitabatur curule certamen.* Lituosq́ pati.) *buccinas sonanteis audire. Lituus etiã uirga regalis, quasi lites disterminãs. nam & uirga Mercurij nominatur lituus. & potest hic intelligi uirga qua domantur equi, ut uirgæ sonitum, tanquam percutientis frequenter audiat.* Iamprimo.) *non primo ubere, sed iamprimò, quasi unum lege: ut sit, iamprimò audiat depulsus ab ubere matris.* Inq; uicem.) *frenorum scilicet, ne adhuc tenera ora lædantur.* Etiam inscius æui.) *Nondum habens ab annis fiduciam.* Vbi quarta accesserit ætas.) *id est, quartus annus. nam ætatem plerunque generaliter dicimus & pro anno, pro triginta, pro centum, pro quouis tempore.*

Iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos.
Atq; illis iam sæpe rotæ ducantur inanes
Per terram, & summo uestigia puluere signent.
Post ualido nitens sub pondere faginus axis
Instrepat, & iunctos temo trahat æreus orbes.
Interea pubi indomitæ non gramina tantum,
Nec uescas salicum frondes, uluamq́; palustrem,
Sed frumenta manu carpes sata, nec tibi fœtæ
More patrum niuea implebũt mulctraria uaccæ.
Sed tota in dulceis consument ubera natos.
Sin ad bella magis studium, turmasq́; feroces,
Aut Alphea rotis prælabi flumina Pisæ,
Et Iouis in luco currus agitare uolanteis.
Primus equi labor est, animos atq; arma uidere
Bellantum, lituosq́; pati, tractuq́; gementem
Ferre rotam, & stabulo frenos audire sonanteis.
Tum magis atq; magis blãdis gaudere magistri
Laudibus, & plausæ sonitum ceruicis amare.
Atq; hæc iam primò depulsus ab ubere matris
Audiat, inq́; uicem det mollibus ora capistris
Inualidus, etiamq́; tremens, etiam inscius æui.
At tribus exactis, ubi quarta accesserit ætas,
Carpere mox gyrum incipiat, gradibusq́; sonare
Compositis, sinuetq́; alterna uolumina crurum.

Sitq́; la

Sitq́ laboranti similis.) præparetur ad futurum laborem. Qualis hyperboreis.) Hyperborei montes sunt Scythiæ, dicti, quòd supra eos flet Boreas. Dicit autem, equus sic currat ut uentus. Arida nubila.) sine pluuijs. Differt.) dissipat. Horrescunt.) contremiscunt. Persius, Scis comitem horridulum trita donare lacerna: id est, trementem. Ille uolat.) scilicet uētus. Verrens.) trahēs. Ad Elæi metas.) i. circi. Elis nanq; ciuitas est Arcadiæ, in qua agitabatur curule certamen. & species est pro genere. Spumas aget ore cruētas.) quod est signum equi fortissimi, si uelut rubras egerit spumas. Belgica esseda.) Gallicana uehicula: nam Belgæ ciuitas est Galliæ, in qua huiuscemodi uehiculi usus repertus est. Molli.) domito: ut, Et mollia colla reflectit. Duris parere lupatis.) frenis asperrimis. Dicta autem Lupata, à lupinis dētibus, qui inæquales sunt. unde et eorum morsus uehementer obest. Cæci.) latentis. Amoris.) cupidinis. Relegāt.) remouēt. Trans flumina lata.) scilicet, ne natatus sit facilis. Videndo.) dum uidetur. Gerundij modus, à passiuo. In magna sylua.) alij Sila legunt, ut sit mōs Lucaniæ: quod modò nulla necessitas cogit, ut in Aenei. Ac uelut ingēti Sila, summóue Taburno: ubi utrūq; speciale est. Reboant.) resultāt, remugiūt. Reboo græcū uerbū est. nā

Sitq́ laboranti similis: tum cursibus auras
Prouocet, ac per aperta uolans ceu liber habenis
Aequora, uix summa uestigia ponat arena.
Qualis Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris
Incubuit, Scythiæq; hyemes, atq; arida differt
Nubila, tum segetes altæ, campiq; natantes
Lenibus horrescunt flabris, summæq; sonorem
Dant syluæ, longiq; urgent ad littora fluctus.
Ille uolat simul arua fuga, simul æquora uerrens.
Hic uel ad Elæi metas, & maxima campi
Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas.
Belgica uel molli melius feret esseda collo.
Tum demum crassa magnum farragine corpus
Crescere iam domitis sinito: nanq; ante domandū
Ingenteis tollent animos, prensiq; negabunt
Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.
Sed nōn ulla magis uires industria firmat,
Quàm Venerē, & cæci stimulos auertere amoris,
Siue boum, siue est cui gratior usus equorum.
Atq; ideo tauros procul, atq; in sola relegant
Pascua post montē oppositū, & trās flumina lata,
Aut intus clausos satura ad præsepia seruant.
Carpit enim uires paulatim, uritq; uidendo
Fœmina, nec nemorū patiť meminisse, nec herbæ.
Dulcibus illa quidem illecebris, & sæpe superbos
Cornibus inter se subigit decernere amantes.
Pascitur in magna sylua formosa iuuenca.
Illi alternantes multa ui prælia miscent,
Vulneribus crebris lauit ater corpora sanguis.
Versaq; in obnixos urgentur cornua uasto
Cū gemitu: reboāt syluæq;, & magnus olympus.

apud La

apud Latinos nullum uerbum est, quod ante o finalem, o habeat, excepto Inchoo. Quod tamen maiores aliter scribebant, aspirationem interponentes duabus uocalibus, & dicebant Incoho. Tria enim tantũ habebant nomina, in quibus c literam sequeretur aspiratio, sepulchrum, orchus, pulcher: ex quibus Pulcher tantum hodie recipit aspirationẽ. Exulat.) extra solum suũ habitat. Aspectans.) Cicero de Catilina: Retorquet oculos profecto saepe ad hanc urbem, quã è suis manibus ereptã luget. Vireis exercet.) ab incultu robur acgrit. Pernix.) modò perseuerans. Horatius: Pernicis uxor Apuli. Et est tractũ pernix, à pernitendo. Carice acuta.) herba durissima. Oblitum.) iam securum ex anteacta uictoria. Fluctus ut in medio.) Sic paulatĩ taurus mouetur ad praelia. Immanè sonat.) pro immaniter, nomen pro aduerbio. Amor omnibus idẽ.) id est, in unoquoq; genere unus est amor, id est, similis: utputa in lupis unus est amor. i. similis. item in equis, alijsq; omnibus, pro qualitate generis sui. sicut alibi ait, Sopor suus occupat artus: id est, ipsis aptus. nam in omnibus animalibus non est amor unus atq; idẽ, sed in singulis generib. pro qualitate naturae. Oblita catulorũ leaena.) causa scilicet nimij amoris. Leaena aũt graecũ est, sicut dracaena. nã nos hic et haec leo dicimus. lea nãq; usurpatũ nõ est: quia in o exeuntia, foeminina ex se nõ faciũt, ut fullo, latro, leo. Informes ursi.) uel magni: uel quia tẽpore quo nascũtur, carẽt forma. Dicitur enim quaedã caro nasci, quã mater lambendo in mẽbra cõponit. Solis.) desertis. Libyae aũt in aruis, serpentib. plenis.

Nec mos bellantes unà stabulare, sed alter
Victus abit, longeq́; ignotis exulat oris,
Multa gemens ignominiam, plagasq́; superbi
Victoris: tum quos amisit inultos amores.
Et stabula aspectans regnis excessit auitis.
Ergò omnis cura uireis exercet, & inter
Dura iacet pernix instrato saxa cubili,
Frondibus hirsutis, & carice pastus acuta.
Et tentat sese, atq; irasci in cornua discit,
Arboris obnixus trunco, uentosq́; lacessit
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.
Post ubi collectum robur, uiresq́; receptae,
Signa mouet, praecepsq́; oblitum fertur in hostẽ.
Fluctus ut in medio coepit cum albescere ponto
Longius, ex altoq́; sinum trahit: utq; uolutus
Ad terras immanè sonat per saxa, nec ipso
Monte minor procumbit, at ima exaestuat unda
Vorticibus, nigramq́; altè subiectat arenam.
Omne adeò genus in terris, hominũq;, ferarumq́;,
Et genus aequoreum, pecudes, pictaeq; uolucres,
In furias ignemq́; ruunt: amor omnibus idem.
Tempore non alio catulorum oblita leaena
Saeuior errauit campis, nec funera uulgò
Tam multa informes ursi, stragemq́; dedere
Per syluas: tunc saeuus aper, tunc pessima tigris.
Heu malè tunc Libyae solis erratur in agris.

Vt tota tremor pertentet equorum Corpora.) Signatis sermonibus utitur ad uim amoris exaggerandam, dicens & Tota corpora, & Pertentet, id est, penitus tentet, quum dicat leuem odorem equarum. Si tantū notas odor attulit auras.) Hypallage est: pro, si auræ notum odorem apportauerint. Frena uirûm.) uirorum fortium. Rupesq; cauæ.) Ad illud respicit, quod suprà posuit: Post montē oppositū, & trans flumina lata. Sabellicus sus.)

Nonne uides ut tota tremor pertentet equorum
Corpora, si tantum notas odor attulit auras?
Ac neq; eos iam frena uirûm, neq; uerbera sæua,
Non scopuli, rupesq; cauæ, atq; obiecta retardāt
Flumina, correptosq; unda torquentia montes.
Ipse ruit, dentesq; Sabellicus exacuit sus,
Et pede prosubigit terram, fricat arbore costas,
Atq; hinc, atq; illinc, hūerosq; ad uulnera durat.
Quid iuuenis, magnū cui uersat in ossibus ignem
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat cæca serus freta, quem super ingens
Porta tonat cœli, & scopulis illisa reclamant
Aequora, nec miseri possunt reuocare parentes,
Nec moritura super crudeli funere uirgo.
Quid lynces Bacchi uariæ, & genus acre luporū?
Atq; canū? quid quæ imbelles dant prælia cerui?
Scilicet ante omneis furor est insignis equarum,
Et mentem Venus ipsa dedit, quo tēpore Glauci
Potniades malis membra absumpsere quadrigæ.
Illas ducit amor trans Gargara, transq; sonātem

Sabinus: & est species pro genere. dicit autem suem domesticum, quem cicurem uocant. nam de apris suprà ait: Tunc sæuus aper. hoc enim uult probare, nō tantum feras, sed etiam mansueta animalia amore in furorem moueri. Et prosubigit terram.) id est, fodit, & pedibus impellit alternis: quod pugnaturi sues facere cōsueuerūt, ad acquirendū robur. unde etiā latera & costas terentes, durāt ea in futura certamina. Hinc atq; illinc.) & ad pedū motū, & ad attritionem costarū. Quid iuuenis.) Ne forte occurrat, illa animalia carere ratione, dicit etiā grauius homines in amorē cōmoueri. fabula talis est. Leander Abydnus, & Hero Sestias fuerūt inuicē se amātes. Sed Leander ad Herò noctu ire cōsueuerat per fretum Hellesponticū, quod Seston & Abydon ciuitates interfluit. quū igitur iuuenis oppressi tēpestate cadauer ad puellā delatū fuisset; illa præcipitauit se è turri. Porta tonat cœli.) aër nubibus plenus, p quē iter est ad cœlū. Miseri parentes.) id est, amor parentū. Imbelles.) licet sint imbelles, tamen mouētur ad præliū. Furor est insignis equarū.) notabilis, & præcipuus. Potniades.) Potnia ciuitas est, de qua fuit Glaucus: qui quū sacra Veneris sperneret, illa irata equabus eius immisit furorē, quibus utebatur ad currū, & eum morsibus dilacerauerunt. Ordo aūt talis est, Quo tēpore Glauci mēbra malis absumpserūt Potniades quadrigæ. hoc autē ideo fingitur, quod eis furorem Venus immiserit, quia dilaniatus est Glaucus, effrenatis nimia cupidine equabus, quū eas cohiberet à coitu, ut essēt uelociores.

Trans Gargara, transq; sonantem Ascanium.) Gargara, pro quibuslibet montibus: sicut

Ascanium,pro quibuslibet fluminibus posuit, quod & sequentia indicant. Superāt montes,& flumina tranant.)ore omnes uersæ in Zephyrū.hoc etiā Varro dicit,in Hispania ulteriore uerno tēpore equas nimio ardore cōmotas cōtra frigidiores uentos ora patefacere,ad sedandū calorē,& eas exinde concipere & edere pullos:licet ueloces,diu tamē minime duraturos. nam breuis admodū uitæ sunt. Exceptant.) frequenter accipiunt. Caurū.) pro corū: sicut saurex pro sorex, caulis pro colis. Hinc demū hippomāes.) Scit lectū esse apud Hesiodū,herbā esse quandam, quæ hippomanes uocatur, quasi ἵππου μανία. si enim eā comederint equi, furorē patiuntur. unde nunc adiecit: Vero quod nomine dicūt. nam uult illā herbā abusiuè hippomanes dictam, ab equorū furore et insania,quū possint equi furere & alia quacunq; ratione. Reuera autem hippomanes dicit esse uirus, defluens ex equarum inguinib. quo tēpore feriuntur amoris furore & insania: ut sit hippomanes uirus,natum ἀπὸ τῆς μανίας τῆς ἵππου. Lentum uirus.) uiscidū,glutile. Theocritus autem herbam dicit nasci in Arcadia,qua gustata equæ in libidinem ardescūt. & Theophrast. carunculum in fronte equi. Miscueruntq; herbas.) Exprimit augmentū malitiæ nouercarum,quæ uirus herbis & cantibus herbarum augmentant uenena. Singula dum capti.)dum speciatim singula describimus. Hirtasq; capellas.)setosas:ut, Hirsutumq; supercilium. Hinc labor.) ad tuenda imbecilliora animalia. Et angustis hūc addere rebus honorē.)id est,humilē materiā alto sermōe decorare. Sic illud in Quarto est In tenui labor,at tenuis non gloria. Sed me Parnassi deserta per ardua.) per Parnassi ardua, Heliconē & Citheronē mōtes Musis dicatos significat.& hoc dicit:scribēdi amor rapit me ad opus arduū,et ante à nullo descriptū.qđ p periphrasim,et allegoriā poëticā indicat.

Ascanium,superant montes,& flumina tranant.
Continuoq; auidis ubi subdita flamma medullis,
Vere magis:(quia uere calor redit ossibus)illæ
Ore omnes uersæ in Zephyrū stant rupibus altis,
Exceptantq; leueis auras,& sępe sine ullis
Coniugijs uento grauidæ,(mirabile dictu)
Saxa per & scopulos,& depressos conualles
Diffugiunt, non Eure tuos,neq; solis ad ortus.
In Boream, Caurūq;, aut unde nigerrimus Auster
Nascitur,& pluuio contristat frigore cœlum.
Hinc demū hippomanes,uero qđ nomine dicūt
Pastores,lentum distillat ab inguine uirus.
Hippomanes,quod sæpe malæ legere nouercæ,
Miscueruntq; herbas,& non innoxia uerba.
Sed fugit interea,fugit irreparabile tempus,
Singula dum capti circumuectamur amore.
Hoc satis armentis. superat pars altera curæ,
Lanigeros agitare greges,hirtasq; capellas.
Hinc labor,hinc laudem fortes sperate coloni.
Nec sum animi dubius uerbis ea uincere magnū
Quàm sit,& angustis hūc addere rebus honorem.
Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis

Iugis.)

Raptat amor,iuuat ire iugis quà nulla priorum
Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo.
Nũc ueneranda Pales,magno nunc ore ſonandũ.
Incipiens ſtabulis edico in mollibus herbam
Carpere oues , dum mox frõdoſa reducitur æſtas.
Et multa duram ſtipula,filicumq́ʒ maniplis
Sternere ſubter humum,glacies ne frigida lædat
Molle pecus,ſcabiemq́ʒ ferat,turpesq́ʒ podagras.
Poſt hinc digreſſus,iubeo frondentia capris
Arbuta ſufficere,& fluuios præbere recentes.
Et ſtabula à uentis hyberno opponere Soli,
Ad medium conuerſa diem,cum frigidus olim
Iam cadit,extremoq́ʒ irrorat Aquarius anno.
Hæc quoq́ʒ non cura nobis leuiore tuenda,
Nec minor uſus erit,quamuis Mileſia magno
Vellera mutentur Tyrios incocta rubores.

Iugis.)per iuga. Qua nulla priorũ.)id eſt, diſpono ire ad fontẽ Caſtaliã, per eam uiam, per quam nullus ante egit orbitam ſuam. Ordo aũt eſt, Qua nulla priorũ orbita Caſtaliam diuertitur. Molli cliuo.)id eſt, facili itinere, & deſcẽſione. Hic aũt locus totus de Lucret. tranſlatus eſt. Nũc uenerãda Pales.) id eſt, dea pabuli inuocanda nunc maxime. Stabulis in mollibus.) clemẽtioribus, & aëris tẽperati:uel propter plagã auſtralẽ, uel propter ſuppoſitas herbas aĩalibus. Frõdoſa reducitur æſtas.) id eſt, donec uernũ tẽpus adueniat. Nã ut etiã in primo diximus, uer & æſtas, ſicut hyems & autũnus unũ fuerunt, ſecundũ rationẽ hemiſphærij. Turpesq́ʒ podagras.)reſpexit ad curã, quæ ſine pannis & medicaminibus ſordidis non fit. Poſt hinc.) quum hoc feceris. Et poſt hinc, unum uacat: ſicut, Primus ibi ante omnes. Fluuios præbere recentes.) id eſt, aquam ſtatim hauſtam. nam ſi pigrã potauerint, morbũ ſtatim cõtrahũt. Stabula à uẽtis.) Figuratè, ſcilicet uẽtos non perferẽtia. Hyberno ſoli.)id eſt, contra plagã meridianã, per quã ſol currit per hyemem. quod explanat dicẽs: Ad mediũ cõuerſa diẽ. Iam cadit Aquarius.)menſe Ianuario. Cadit.)id eſt, occidit, occaſu ſcilicet heliaco, qui cũ oriatur coſinicè cum Sole, tamen occidit heliacè, quoniam à nobis uideri non poſſunt ſigna cum ſole orientia. quod nunc Vergil. ait, Iam frigdus Aquarius cadit. Aquariũ autem multi Ganimedẽ eſſe uolunt. Extremo anno.)id eſt, menſe Ianuario, qui eſt penultimus. nam ut etiã in Primo diximus, Vt primis extemplo à mẽſibus anni: Martio mẽſe inchoabat annus apud maiores. Ergo extremo anno dicit, extrema parte anni. Hæc quoq́ʒ non cura.) Quum de capellis loquitur, figuratè neutro uſus eſt genere. nam integrum erat, Hæ quoque non cura nobis leuiore tuendæ. Sanè perite, quoniam ſcit planam eſſe ouium utilitatem, eam præterit: & exaggerat meritum capellarum, ut dictis in lucem promat rem per ſe minus patentem. Mileſia magno Vellera mutentur.) lanæ precioſiſſimæ. nam Miletus ciuitas eſt Aſiæ, ubi tinguntur lanæ optimæ. Ipſe in Quarto, Mileſia uellera nymphæ Carpebãt. Cicero in Verrẽ: Quid à Mileſijs lanæ ſuſtulerit. Magno autem mutentur, ingenti præcio comparentur. nam apud maiores, omne mercimonium in permutatione conſtabat, quod & Caius Homerico confirmat exemplo. Tyrios incocta rubores.) Figuratè, id eſt, quæ coquendo tyrium

traxit rubore͂,id eſt,migrauit in purpuram. Denſior hinc ſoboles.)*Binos enim pariunt capellæ plerũq;.* Mulctra.)*uas in quo lac premitur.* Barbas.)*Sic de quadrupedibus:nam hominũ barbam uocamus.Incana aũt dicit,nimiũ cana.* Cinyphij hirci.)*Libyes,à fluuio Cinyphe.* Miſeris nautis.)*quia frequenter patiũtur pericula. In uſum autem caſtrorum ideo dixit,quia de cilicijs & poliuntur loricæ, & tegũtur tabulata turriũ, ne iactis facibus ignis poſſit adhærere. Et bene laudat capellas, dicens, ciliciorũ uſum & in mari & in terra prodeſſe mortalib. hoc eſt, in duob.elementis,cõceſſis hominibus. ite͂ cilicia,quæ Celſus ait retuliſſe Varrone͂,ideo ſic appellari, q̃d uſus eorũ in Cilicia ortus eſt.* Paſcuntur ſyluas.)*Et paſco,et paſcor illam rem dicimus.* Summa Lycæi.)*montis Arcadiæ.& eſt ſpecies pro genere.* Suoſq; ducũt.)*educũt fœtus proprios, & nutriũt. unde et educatos dicimus.* Quo minor eſt illis curæ mortalis egeſtas.)*Ordo eſt,Omni ſtudio auertas ab eis ue͂tos,et glacie͂:quæ egeſtas mortalis,id eſt,neceſſitas mortalitatis minor eſt illis curæ, hoc eſt,minus ad ipſarũ pertinet curã. Nam hoc dicit,quãto ſibi adeſſe nõ poſſunt,tanto eis à te maior eſt impende͂da dilige͂tia.* Quũ læta æſtas.)*ſubaudi aduenerit.Dicit autem uer,quo flare Zephyrus incipit:ut,Et Zephyro putris ſe gleba reſoluit.* Carpamus.) *carpere cogamus animalia. Et mane paſci præcipit oues , ſecundum more͂ ſuæ prouinciæ:nam in aliquibus locis morbũ contrahũt, niſi iam ſiccato rore paſcantur.* Dum gramina cane͂t.)*nocturnis & matutinis luce͂tes roribus herbæ.* Et cãtu querulæ rumpe͂t arb.cic.)*Querulæ,canoræ.Horat.Sub cantu querulæ deſpice tibiæ.Aut certe querulas,propter illam fabulã dicit:quod Tithonus maritus Auroræ, poſt optatã longiſſimam uitã,in cicadã dicitur eſſe cõuerſus.* Rumpent.)*nimio ſcilicet clamore.Iuuenalis, Et aſſiduo ruptæ lectore columnæ ; Perſius,Findor ut Arcadiæ pecuaria rudere dicas.*

Denſior hinc ſoboles,hinc largi copia lactis,
Quàm magis exhauſto ſpũauerit ubere mulctra,
Læta magis preſſis manabunt ubera mammis.
Nec minus interea barbas,incanaq; menta
Cinyphij tondent hirci,ſetasq; comanteis
Vſum in caſtrorum,& miſeris uelamina nautis.
Paſcuntur uero ſyluas,& ſumma Lycęi.
Horrenteisq; rubos,& amanteis ardua dumos.
Atq; ipſæ memores redeunt in tecta,ſuosq;
Ducunt,& grauido ſuperant uix ubere limen.
Ergo omni ſtudio glaciem,uentosq; niuales,
Quo minor eſt illis curæ mortalis egeſtas,
Auertes,uictumq; feres,& uirgea lætus
Pabula,nec tota claudes fœnilia bruma.
At uero Zephyris cum læta uacantibus æſtas
In ſaltus utrunq; gregem,atq; in paſcua mittes.
Luciferi primo cum ſidere,frigida rura
Carpamus,dum mane nouũ,dũ gramina cane͂t,
Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba eſt.
Inde,ubi quarta ſitim collegerit hora,
Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ,
Ad puteos,aut alta greges ad ſtagna iubeto

Ilignis

Ilignis canalib.)ex ilice factis. Sanè & canalis melius genere fœm. quàm mas. proferimus. Sicubi magna Iouis antiquo robore quer.)quæ est Ioui cõsecrata. Nigrũ, quod dicit Iouis quercus & ilicibus crebris sacra umbra, non reuera cõsecratos lucos dicit nos petere debere, sed ita densos ut sunt illi quos religio defendit. Vnde apparet quercũ Iouis, & sacrã umbram generalia esse, nõ specialia epitheta. Nam ut diximus, & omnis quercus Ioui est consecrata, & oĩs lucus Dianæ. Tenueis aquas.)epitheton aquarũ. Alibi: At in aquas tenuis dilapsus abibit. cui contrariũ est illud, Et impingui flumine Nilus. Tẽperat.) refrigerat æstatis calorẽ. Reficit.) recreat. Luna.) nox. Littoraq́ alcyonẽ.) id est, quo tẽpore sonat p littora alcyon auis, cuius fabulã in Primo memorauimus. per dumos uero achantis, quã alij lusciniã esse uolũt: alij uero carduelũ, quæ spinis et carduis pascitur. ut inde etiam apud Græcos achãtis dicta sit, ab achãtis, id est, spinis quibus pascitur.

Currentem ilignis potare canalibus undam,
Aestibus ac medijs umbrosam exquirere uallem.
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingenteis tendat ramos, aut sicubi nigrum
Ilicibus crebris sacra nemus accubet umbra.
Tum tenuis dare rursus aquas, & pascere rursus
Solis ad occasum, cum frigidus aëra uesper
Temperat, & saltus reficit iam rosida luna.
Littoraq́ alcyonẽ resonant, & achantida dumi.
Quid tibi pastores Libyę, quid pascua uersu
Prosequar? & raris habitata mapalia tectis?
Sæpe diem, noctemq́, & totum ex ordine mẽsem
Pascitur, itq́ pecus longa in deserta sine ullis
Hospitijs, tantum campi iacet, omnia secum
Armentarius Afer agit, tectumq́ laremq́,
Armaq́, amyclæũq́ canem, cressamq́ pharetrã.
Non secus ac patrijs acer Romanus in armis
Iniusto sub fasce uiam cum carpit, & hosti
Ante expectatum positis stat in agmine castris.
At non qua Scythiæ gentes, Mæoticaq́ unda,
Turbidus & torquens flauenteis Ister arenas.

Quid tibi past. Li.)Dicit p qualitate prouinciarũ diuersa esse genera pastionum. Sine ullis hos.) sine ullis stabulis. Armẽtarius Afer agit.) Abusiue armentariũ posuit. nam nũc de gregibus loquitur. Tectumq́ laremq́.)tentoria, militũ more: ac si casam diceret. Amyclæũq́ ca.)Laconicũ. & est species p genere. Amyclæ aũt est ciuitas Laconiæ: unde est, Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus. Cressamq́ pharetrã.)Creticã. dicit aũt, pastorẽ gregũ etiã arma habere debere, quibus & se & greges defendat, & aliquid etiã uenetur. aliter hic reprehenditur Vergil. quod Getulis præter decorũ sagittas, nõ aũt lãceas dederit. Patrijs ar.) generaliter sibi cõcessis: ac si diceret, martijs. Iniusto sub fa.)sub magno onere: ut, Ego hoc te fasce leuabo. Magnũ autẽ onus dicit propter arma, alimenta, uestitũ. Ante expec.)id est, dicto citius, anteq̃ eius expectetur aduentus. & est una pars orationis, hoc est, aduerbium. Stat.)obstat. nam aphæresis est. At nõ qua Scythiæ gentes.) subaudi, talis est pastio. Mæoticaq́ un.)Mæotis palus est Scythiæ, frigore cõglascens. Ister.)fluuius Scythiæ,

qui & Danubius nominatur. Quaꝙ redit mediũ Rhodope porrecta sub axem.) qua Rhodope mons Thraciæ protentus in orientalem plagã, in septentrionalem reflectitur. Nam ideo ait, Redit sub axem: nam axis est septentrio, qui græcè ἅμαξα dicitur. Informis.) niuis superfusione carens uarietate formarum, nullisꝙ agnoscẽda limitibus. Septem assurgit in ul.) crescit in septem ulnas. Vlna autem secũdum alios utriusꝙ manus extensio est, secundum alios cubitus:

Quaꝙ redit medium Rhodope porrecta sub axẽ,
Illic clausa tenent stabulis armenta, neꝙ ullæ
Aut herbę campo apparent, aut arbore frondes:
Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terra gelu latè, septemꝙ́ assurgit in ulnas.
Semper hyems, semper spiranteis frigora Cauri.
Tum Sol pallẽteis haud unquã discutit umbras.
Nec cũ inuectus equis altũ petit æthera, nec cum
Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum.
Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ,
Vndaꝙ iam tergo ferratos sustinet orbes.
Puppibus illa prius, patulis nũc hospita plaustris.
Æraꝙ dissiliunt uulgò, uestesꝙ́ rigescunt
Indutę, cæduntꝙ́ securibus humida uina,
Et totæ solidam in glaciem uertere lacunę,
Stiriaꝙ impexis induruit horrida barbis.

quod magis uerum est, quia græcè ὠλίνη dicitur cubitus. unde est λευκώλενος ἥρη. Pallẽteis haud unquam.) id est, nũquam nubes dissoluit. nam pallenteis umbras, non ex nocte, sed ex nubibus factas appellat. Lauit.) Hic præsentis temporis est, pro lauat. nã si esset p̃teritũ, la nõ corripuisset. Dicit autẽ, illic solem nec ortu suo nubes resoluere, nec occasu, sed continuè ibi nubiũ umbras esse. Concrescunt subito currenti in flumine crustæ.) aquæ currentes repente congelascunt. Et notandũ, quia quum crustam dicimus fœm. genere, lapidis, aut ligni, aut gelu partem significamus: quũ uero crustum dicimus, edulium aliquod significamus, partẽ panis uel placentæ. Ipse in Septimo, Orbẽ fatalis crusti. Horatius: Dant crustula blandi Doctores. Iuuenalis: Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo. Hospita.) facilis: unde & hospitalis homo dicitur, hospiti seruiens apte. Æraꝙ́ dissiliunt.) crepant. Vulgò.) passim. nam tam nimio frigore, q̃ calore æra rumpuntur. Persius: Findit infantes statuas. Vestesꝙ riges.) durantur, ut frangi potius q̃ scindi posse uideantur. Cæduntꝙ́ securibus humida uina.) & uina naturaliter callida, illic gelãtur. Intelligimus aũt peregrinum. nam illic non nascuntur uina, propter nimium frigus & cõtinuum. sicut Ipse paulo pòst docet, dicens: Fermento atꝙ acidis imitantur uitea sorbis. Sanè uolunt Physici, uinum non gelari. unde hoc loco aut hyperbole est, aut quia dixit Humida, aquæ mixta intelligimus. ita enim gelare dicuntur. Et totæ solidam in glaciem uer.) Fossæ ad siccandos agros paratæ, quũ alibi tamen incrustentur, illic usꝙ ad imum gelantur. Stiriaꝙ́ impexis indu.) Stiria, id est, gutta: unde fit diminutiuũ, ut dicamus stilla. unde fit distillat, et stillicidiũ. Sẽsus aũt duplex est. nã aut hoc dicit, De impexis barbis pecudũ, pendẽs gutta duratur: aut certe, De tectis et arborib. gutta horrida induruit in modũ barbarũ.

Non

Non secius.) non segnius quàm inchoauerat. Pruinis.) Abusiuè, pro niuibus: nam pruina est matutini temporis frigus. Confertoq́; agmine cerui.) cōiunctio. cerui enim congregatione gratulātur. Mole.) nimia magnitudine. Cassibus.) retibus. hinc est quod incassum dicitur, id est, sine causa: quasi sine cassibus, sine q́bus inutilis uenatio est. Pēnæ.) sagittæ, quibus pennæ inseruntur. Grauiterq́; ruden.) Ru more suo corripuit: ut in Septimo, Et sera sub nocte rudentum. Persius pducit: Findor, ut Arcadiæ pecuaria rudere dicas. Ipsi in defossis specubus.) Artis fuerat Specibus dicere, ut fluctibus: q́a quarta declinat. in datiuo & ablat. pluralibus u in i uertit, ut manu manibus. sed q́a pĩguius sonat & melius, specubus dicimus: unū tamē nomē ē q̃d aliter non dicimus, ut tribubus. Hic noctē ludo ducūt.) quasi perpetuitatē noctis sub terris locati ludos concelebrant. Fermēto atq; acidis.) potiōis genus est, quod ceruisia nuncupatur. & cōsequens est, ut uinū natura calidū in prouincia frigida non possit creari. Septem subiecta trioni.) Tmesis, pro septētrioni. Gens effr.) sæua, & rectorem recusans. Riphæo Euro.) Scythico uento. Riphæi aūt montes sunt Scythiæ: ut iam diximus, à pperuo uentorū flatu nominati. nam ῥιπὴ græcè impetus, & ὁρμὴ dicitur, ἀπὸ τοῦ ῥίπτειν. Pecudū fuluis uelātur corpora setis.) rhenonibus. nam, ut Sallustius dicit in historijs, uestes de pellibus rhenones uocātur. Si tibi lanicū cu.) & hæc lana dicimus, & hoc laniciū: sicut fuga, & effugiū. Quod aūt dicit oues lanæ causa nō debere pinguescere, physicū est. omne enim pingue aīal caret pilis, q̃d hirsutū efficit macies. Lappæq; ab.) à q́bus rebus lana decerpitur. Villis lege mollib. al.) Lana enim alba p̃ciosior est, q́ppe susceptura aliū quēlibet colorē. Quod aūt colorē hic per trāsitū tāgit, in alijs plenius legitur: maritū pecoris & cornu, & ungulis, & palato albū esse debere. Alioquin licet aries sit cādidus lanis, cōstat ex eo pullos, id est, nigros creari. Aries sit cand. ipse.) Bene addidit Ipse, quasi

Interea toto non secius aëre ningit.
Intereunt pecudes, stant circunfusa pruinis
Corpora magna boum. confertoq́; agmine cerui
Torpent mole noua, & summis uix cornib. extāt.
Hos non immissis canibus, non cassibus ullis
Puniceæúe agitant pauidos formidine pinnæ.
Sed frustra oppositū trudentes pectore montem
Cōminus obtruncant ferro, grauiterq́; rudentes
Cædunt, & magno læti clamore reportant.
Ipsi in defossis specubus secura sub alta
Ocia agunt terra, congestaq́; robora totas
Aduoluere focis ulmos, igniq́; dedere.
Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti
Fermento atq; acidis imitantur uitea sorbis.
Talis hyperboreo septem subiecta trioni
Gens effrena uirûm Riphæo tunditur Euro,
Et pecudum fuluis uelantur corpora setis.
Si tibi lanicium curę, primum aspera sylua,
Lappæq́;, tribuliq́; absint, fuge pabula læta.
Çontinuoq́; greges uillis lege mollibus albos.
Illum autem, quāuis aries sit candidus ipse,

quasi aut dominus gregis est, aut quia antea pro domino capitale dari cõsueuerat. nã apud maiores, homicidij pœnã noxius arietis damno luebat, quod in regũ legibus legitur. Pullis.) *nigris.* Vdo palato.) *semper humido. alibi, Vdæ uocis iter.* Reijce.) *Reij aut quasi monosyllabum produxit licenter, aut ut suprà diximus, quia cum faciat reieci, I pro duplici habetur, & reij efficit longam. ideo & in alijs modis præsumit sibi productionẽ.*

Nigra subest udo tantum cui lingua palato
Reijce, ne maculis infuscet uellera pullis
Nascentum, plenoq́ alium circunspice campo.
Munere sic niueo lanæ (si credere dignum est)
Pan deus Arcadiæ captam te Luna fefellit,
In nemora alta uocans, nec tu aspernata uocantẽ.
At cui lactis amor, cythisum, lotosq́ frequentes
Ille manu, salsasq́ ferat præsepibus herbas. (dũt.
Hinc & amãt fluuios magis, & magis ubera ten-
Et salis occultum referunt in lacte saporem.
Multi iam excretos prohibent à matribus hædos.
Primaq́ ferratis prefigunt ora capistris.
Quod surgente die mulsere, horisq́ diurnis,
Nocte premũt: quod iam tenebris, & sole cadẽte,
Sub lucẽ exportant calathis. adit oppida pastor.
Aut parco sale contingunt, hyemiq́ reponunt.
Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed unà
Veloces Spartæ catulos, acremq́ molossum
Pasce sero pingui. nunquam custodibus illis
Nocturnum stabulis furem, incursusq́ luporum,
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.
Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros.

Munere sic niueo.) *Mutat fabulam. nam non Pan, sed Endymion amasse dicitur Lunã, q spretus pauit pecora candidissima, & sic eã in suos illexit amplexus. Cuius rei mystici uolũt quandã secretã esse rationẽ.* Si credere dignũ est.) *tãtũ de luna sacrilegiũ.* Salsasq́ ferat præsep.) *ut & multũ potantes reddãt plurimũ lactis, & ipsum lac non sit fatuum, sed habeat salis occultũ saporem, id est, uix intelligibilem, & nõ statim apparentem.* Excretos.) *ualidiores.* Ferratis capistris.) *id est, duris.* Nocte præ.) *cogũt in caseos.* Calathis.) *uasis æreis, in quibus lac, uel recens caseus in urbem distrahitur.* Aut parco sale contingunt.) *aut modico sale, aut reuera parco: id est, seruatorio, qui in quod mittitur seruat. nã & homo frugi parcus uocatur. Aut certe parco dixit, pro parcè, ut sit nomen pro aduerbio.* Nec tibi cura canum fuerit postrema.) *Liptotes figura: pro, magna tibi cura sit canũ.* Postrema.) *uilis.* Veloces Spartæ catulos, acremq́ molossum.) *In illis uelocitas, in his autem fortitudo laudatur. Sparta autem Laconiæ est ciuitas, Molossia pars Epiri.* Pasce sero pingui.) *aqua lactis, quæ pingues efficit canes.* Nocturnũ furem.) *noctis opportunitatẽ captãtem. Fur autem à furuo dictus est, id est, nigro. nam noctis utitur tempore. Horatius: Quàm penè furuæ regna Proserpinæ uidimus. Aut certe à græco uenit. nam fur, φὼρ uocatur.* Iberos.) *abactores: ferè enim Hispani omnes acerrimi abactores sunt.* Onagros.) *agrestos asinos. & est laus canum.*

Sæpe uolutabris syl.) Volutabra loca sunt, in quibus se apri uolutãt. Syluestribus autem ideo, quia circa casas esse, & in ciuitatibus possunt. Disce & odoratã.) pro odoriferã. Et loquitur de serpentum remedijs, qui ingressi tecta, animalibus nocent. Agitare.) persequi. Graui nido.) serpẽtibus scilicet noxio. Galbaneoq;.) Galbanum est multis apta medicaminibus. Chelydros.) Chelydri dicti sunt, quasi chersydri, quia in aquis & in terris morantur. nam χέρσον dicimus terram, ὕδωρ autem aquam. Mala tactu uip.) quæ etiam tacta nocet, est perniciosa dum tãgitur. Vipera autẽ, species est serpentis, quæ ui parit. nam corrosis eius lateribus, exeunt pulli cũ matris interitu. Lucanus: Viperei coẽunt abrupto corpore nodi. Cælumq; exterrita fugit.) id est, tectis gaudet: ut sunt ἀγαθοὶ δαίμονες, quos latinè Genios uocãt. Fouit humum.) amplexa terrã est, in qua posset latere. Timidum caput.) cui timet. Nam, ut Plin. dicit, serpẽtis caput etiã si cum duobus euaserit digitis, nihilominus uiuit. Ext. agmina. c.) motus. & hoc dicit: Cæde serpentẽ, donec caudæ uolubilitas cõquiescat. Conuoluens sub pe. t.) id est, erectus: quod ad expressionẽ serpentis generis posuit. alij enim repũt toto corpore, aliæ erigũtur corporis parte. Lucan. Et cõtentus iter cauda sulcare parias. Vdo uere ma. t.) alibi, Quũ ruit imbriferũ uer. Improbus.) insatiabilis. Ingluuiẽ.) uentris capacitatẽ. Ranis lo.) clamosis. et Loquacib. ideo, quia ex hominib. factæ sunt, ut dicit Ouid. Asperq; siti.) Sallu. Quod genus siti magis q̃ alia re accenditur. Mihi.) pro cuicũq;: ut,

Et canibus leporem, canibus uenabere dammas.
Sæpe uolutabris pulsos syluestribus apros
Latratu turbabis agens, montesq; per altos
Ingentem clamore premes ad retia ceruum.
Disce & odoratam stabulis accendere cedrum,
Galbaneoq; agitare graueis nidore chelydros.
Sæpe sub immotis præsepibus aut mala tactu
Vipera delituit, cælumq; exterrita fugit:
Aut tecto assuetus coluber succedere, & umbræ
Pestis acerba boum, pecoriq; aspergere uirus,
Fouit humũ: cape saxa manu, cape robora pastor,
Tollentemq; minas, & sibila colla tumentem,
Deijce. iamq; fuga timidum caput abdidit altè,
Cum medij nexus, extremæq; agmina caudæ
Soluuntur, tardosq; trahit sinus ultimus orbes.
Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis
Squammea conuoluens sublato pectore terga,
Atq; notis longam maculosus grandibus aluum,
Qui dum amnes ulli rumpuntur fontibus, & dum
Vere madent udo terræ, pluuialibus Austris,
Stagna colit, ripisq; habitans hic piscibus atram
Improbus ingluuiem, ranisq; loquacibus explet.
Postquam exusta palus, terræq; ardore dehiscunt,
Exilit in siccum, & flãmantia lumina torquens,
Sæuit agris, asperq; siti atq; exterritus æstu.
Ne mihi tum molleis sub diuo carpere somnos,

Non illa quisquã me nocte per altum ire. Nitidusq; iuuẽta.) Pelle enim deposita, redit ad priorem ætatem. Catulos.) Abusiuè dixit. nam Catuli propriè canum sunt. Morborũ quoq; te causas, & signa docebo.) Tria dicit: Signa, morborũ causas, remedia. sed non seruat ordinem legitimũ: nam post remedia morborũ signa commemorat. Turpis scabies.) quæ asperũ & turpe efficit corpus. Altius ad ui.) per medullas & ossa penetrat. Illotus adhæ. Su.) Lotus uel Lautus dicimus: inde est, Lautum eo. nã illud ab Horatio satis licẽter dictum est: Ast ubi me fessum sol acrior ire lauatum Admonuit. Et hirsuti secuerunt corpora uepres.) Duas res dicit, unde scabies porcorum nascitur; aut nimiũ frigus, et humorem aẽris: aut etiam quum post tonsionem non lauãtur. ex ualidiore enim æstu sudor eis adhæret, ac propterea lauari frequenter præcepit. Vepres hic masculino genere, at Lucretius fœmin. ut, Illorum spolijs uepres uolitantibus austris.

Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas:
Cum positis nouus exuuijs, nitidusq; iuuenta
Voluitur, aut catulos tectis, aut oua relinquens
Arduus ad solem, & linguis micat ore trisulcis.
Morborum quoq; te causas, & signa docebo.
Turpis oues tentat scabies, ubi frigidus imber
Altius ad uiuum persedit, & horrida cano
Bruma gelu, uel cum tonsis illotus adhæsit
Sudor, & hirsuti secuerunt corpora uepres.
Dulcibus iccirco fluuijs pecus omne magistri
Perfundunt, udisq; aries in gurgite uillis
Mersatur, missusq; secundo defluit amni.
Aut tonsum tristi contingũt corpus amurca,
Et spumas miscent argenti, uiuaq; sulphura,
Idæasq; pices, & pingueis unguine ceras,
Syllamq;, helleborosq; graueis, nigrũq; bitumẽ;
Non tamẽ ulla magis præsens fortuna laborũ est,
Quàm si quis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os: alitur uitium, uiuitq; tegendo,
Dum medicas adhibere manus ad uulnera pastor
Abnegat, & meliora Deos sedet omnia poscens:
Quin etiam ima dolor balantum lapsus ad ossa

Dulcibus fluuijs.) Salsa enim aqua magis pruriginem generat. Vdisq; aries in gur. uil. Mer.) Dicit ducem gregis, quem etiã Varro ita cõmemorat. Huic autem partem aliquã lanæ pastores solent relinquere. unde ait Vdis uillis. nam oues semper tonsæ lauantur. Secundo de. amni.) cum aqua scilicet. Tristi amurca.) amaris olei sordibus. Hoc autẽ remediũ est cõtra scabiem, & læsum uepribus corpus. Viuaq; sulphura.) Dactylicus uersus. Idæasq; pices.) liquidas, quæ in Ida Phrygiæ monte nascuntur. Syllamq;, helleborosq; graueis.) genera herbarũ sunt. Præsens fortuna.) efficax, utilis, profutura. & dicit incidendum esse uulnus, si medicaminibus emolliri minimè potuerit. Summũ Vlceris os.) Ergò tunc secandũ est, cũ os habuerit. Viuitq; tegẽdo.) dũ tegitur. Meliora Deos s. oĩa poscens.) Maiores enim expugnãtes religionẽ, totũ in experientia collocabãt. Sallust. Non uotis, neq; supplicijs muliebribus Deorũ auxilia cõparantur: uigilãdo

& laborando

& laborando prosperè omnia cedunt. ubi secordiæ tete, atq; ignauiæ tradideris, nequaquam Deos implores: irati, infestiq; sunt. Artus depasc.) Et pasco, & pascor illā rem dicimus. Arida febris.) quæ arida efficit corpora. Tamē sciendū, Febrem, licet à feruore dicta sit, esse etiam frigidā. unde modò ad diastolen ait, Aridam. Incensos æstus.) febrem. Salientē sanguine uenā.) id est, mobilem. dicit autē illam uenā feriendā esse, quæ super ungula animalis est, tam lata q̃ mobilis. Bisalthæ.) populi Scytharum, qui fugientes equorum sanguine alūtur lacte permixto. Cū fugit.) Vel reuera fugit; uel pergit celeriter. Carpentem ignauius her.) negligentius, & sine auiditate. Culpā ferro cōpesce.) Atqui habere morbū, culpæ nō est. sed hoc dicit: occidēdo eam, tuā culpam cōpesce: id est, uita crimē, in quod potes incidere, si dū uni parcis, fuerit totus grex eius contagione corruptus. Incautū uulgus.) quod se morbosi pecoris contagione abstinere non nouit. Sallust. Repentè agros incautos inuasit: id est, securos, & q̃bus præcautū non erat. & ut, Excipit incautū. & aliter, bene dixit incautū. Tota æstiua.) Loca posuit pro animalibus. Aestiua aūt sunt loca umbrosa, in quibus per æstatē pecora uitant solis calorē. Statius: Vmbrosi patuere æstiua Lycæi. Spemq; greg.) id est, agnos cum matribus pariter. Aërias al.) Sensus hic est: Si quis est, qui sciat ista loca, qualia tunc fuerūt quū pecorib. erāt referta, nūc quoq; ea uacātia uideat, licet plurimū à pestilētia fluxerit tēpus. Aërias alpeis.) id est, Galliā. & dicendo Aërias, uerbū expressit de uerbo. nā Gallorū lingua alti mōtes Alpes uocātur. Norica.) s. Noricū, pars est Illyrici. Et Iapidis.) i. Venetiā. nā Iapidia pars est Venetiæ, ab Iapidio oppido dicta. Sall. Primā modò Iapidiā ingressus. Huius est fluuius Timauus: unde malè quidā Iapygis legūt, quū Iapygia sit Apulia. Hic q. morbo.) Describit pestilentiā Venetiæ, Galliæ, Illyrici. Nam quodā tēpore cum Nilus plus æquo excreuisset, & diu permansisset in cāpis, & aqua fluminis & calore prouinciæ, diuersa & plurima in limo animalia sunt creata, quæ recedente in alueos

Cum furit, atq; artus depascitur arida febris,
Profuit incensos æstus auertere, & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine uenam:
Bisaltæ quo more solent, acerq; Gelonus
Cum fugit in Rhodopen, atq; in deserta Getarū,
Et lac concretum cum sanguine potat equino.
Quā procul aut molli succedere sæpius umbræ
Videris, aut summas carpentē ignauius herbas,
Extremamq; sequi, aut medio procūbere campo
Pascentem, & seræ solam decedere nocti:
Continuo culpam ferro compesce, priusquàm
Dira per incautum serpant contagia uulgus.
Non tam creber agens hyemē ruit æquore turbo,
Quàm multæ pecudum pestes: nec singula morbi
Corpora corripiunt, sed tota æstiua repente
Spemq;, gregemq; simul, cunctamq; ab origine gentē.
Tum sciat aërias alpeis, & Norica si quis
Castella in tumulis, & Iapidis arua Timaui
Nunc quoq; post tanto uideat, desertaq; regna
Pastorum, & longè saltus, lateq; uacantes.
Hic quondam morbo cæli miseranda coorta est

suos Nilo, & integra, & quæ semiplena fuerant, putrefacta sunt: exinde corrupto aëre nata pestilentia est, quam Auster flans, primò ex Aegypto ad Atticam prouinciam pepulit, mox inde in tractum Venetiæ & Illyrici, usquequaquersum uniuersa uastauit. Hanc autem pestilentiam ordine quo diximus, plenissimè Lucretius executus est. Miseranda temp.) *pessima, inferẽs rem dignam miseratione.* Totoq; autumni incan. æstu.) *exarsit prima parte autũni, quæ semper graue efficit pestilentiam. Vt autẽ autumnus abundet morbis, facit confine frigoris & caloris: quod licet etiã uernum tempus habeat, caret tamen morbo, quia tũc corpora præcedenti durata sunt frigore, quæ autumnus corrũpit, laxiora inueniẽs post æstatis calorem.* Corrupitq; lacus, infe. pa. ta.) *Ordinẽ secutus est, quẽ et Luca. tenuit; & Sallust. primò aẽrem, inde aquã, pòst pabula esse corrupta.* Nec uia mor. e. s.) *nec moriebantur ex usu, id est, secundũ naturalem ordinẽ: non tantũ fuga animæ, sed etiã corporis resolutione. Est autẽ Sallust. qui ait: Nec simplici quidem morte moriebantur.* Omnibus a. s.) *Feruidus calor: ab eo quòd præcedit, id quod sequitur.* Fluidus li.) *humor sordidus.* Ossa.) *etiam ossa. & per hyperbolen totũ hominẽ significat.* In ho. d.) *in sacrificijs: ut, Haud equidem tali me dignor honore.* Lanea.) *id est, uictima. nam non stat uersus, si laneam uittã dixeris.* Mactauerat ante sa.) *Eius scilicet mortẽ præueniens.* Neq; impositis ar. al. fi.) *Quia, ut dicit Plin. Morbosa caro non coquitur.* Nec responsa potest con. red. ua.) *Colligi enim nisi ex sana uictima futura non possunt.* Suppositi.) *Sic & in Sexto: Supponũt alij cultros. Dicendo aũt Suppositi, feriendi genus ostendit. nam interdum ab inferiori parte, interdũ desuper feriebantur.* Sũmaq; ieiuna sa. in. a.) *Signatis usus est uerbis, nimiumq; libratis.* Vulgò.) *ubiq;, passim & cateruatim.* Lætis aũt herbis *ideo, ne eos fame perisse putaremus.* Canibus blandis.) *Etiam blandis canibus ex pestilentia rabies nascitur.* Quatit ægros Tussis.) *Propriè: nam tussis cõmouet corpora.* Faucibus obe.) *tumẽtibus.* Angit.) *Bene ait Angit. nam Angina dicitur porcorũ morbus, quã*

Tempestas, totoq; autumni incanduit æstu:
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarũ,
Corrupitq; lacus, infecit pabula tabo.
Nec uia mortis erat simplex: sed ubi ignea uenis
Omnibus acta sitis miseros abduxerat artus,
Rursus abundabat fluidus liquor, omniaq; in se
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.
Sæpe in honore Deûm medio stans hostia ad aras,
Lanea dum niuea circundatur infula uitta,
Inter cunctanteis cecidit moribunda ministros.
Aut si quam ferro mactauerat ante sacerdos,
Inde neq; impositis ardent altaria fibris,
Nec responsa potest consultus reddere uates.
At uix suppositi tinguntur sanguine cultri,
Summaq; ieiuna sanie infuscatur arena.
Hinc lætis uituli uulgò moriuntur in herbis,
Et dulceis animas plena ad præsepia reddunt.
Hinc canibus blandis rabies uenit, & quatit ægros
Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis.

bus, quū occupat fauces. Plau. Vellē me in anginā uerti, ut huic aniculæ fauces præoccuparē.

Immemor herbæ.) pro herbarum: ut ipse, Immemor herbarū, quos est mirata iuuēca. ut occupatione morbi, obliuionem cibi factam esse dicat. Quidam uerò uolūt, quòd Immemor sit studiorum & herbæ: quoniā antiqui in pratis certamina exhibere consueuerāt. unde congruè coniunxit utrunq;, studiorum & herbæ. Crebrà ferit.) Crebro, nomē pro aduerbio.

Labitur infelix studiorum atq; immemor herbæ
Victor equos, fonteisq; auertitur, & pede terram
Crebra ferit: demissæ aures, incertus ibidem
Sudor, & ille quidem morituris frigidus aret,
Pellis & ad tactum tractanti dura resistit.
Hæc ante exitium primis dant signa diebus.
Sin in processu cœpit crudescere morbus,
Tum uero ardentes oculi, atq; attractus ab alto
Spiritus interdum gemitu grauis, imaq; longo
Ilia singultu tendunt: it naribus ater
Sanguis, & obsessas fauceis premit aspera lingua.
Profuit inserto latices infundere cornu
Lenæos, ea uisa salus morientibus una.
Mox erat hoc ipsum exitio, furijsq; refecti
Ardebant, ipsiq; suos iam morte sub ægra
(Dij meliora pijs, errorem q; hostibus illum)
Discissos nudis laniabant dentibus artus.
Ecce autem duro fumans sub uomere taurus
Concidit, & mixtum spumis uomit ore cruorem,
Extremosq; ciet gemitus. it tristis arator,
Mœrentem abiungens fraterna morte iuuencum,
Atq; opere in medio defixa reliquit aratra.
Non umbræ altorum nemorū, nō mollia possunt
Prata mouere animum, non qui per saxa uolutus

Incertus.) scilicet irrationabilis, sine labore: cuius causa nō apparet. Morituris fri. a.) Frigidus sudor mortis futuræ signum est. & Morituris frigidus, pleonasmos est.

Pellis du. r.) rigida est, nec cohæret digitis. Cœpit crudescere.) ualidior fieri: ut, Deiecta crudescit pugna Camilla. Et iam dat signa morbi ualidioris.

Obsessas.) clausas. Aspera l. f.) ex nimia siccitate.

Profuit in.) non semper profuit, sed aliquādo. nam hoc solum est, quod aut morbo liberat, aut commouet in furorem. Mox erat hoc ipsum.) quod saluti esse putabatur. & hoc est, quod paulo pòst dicturus est: Quæsitæq; nocent artus. Furijsq; refecti.) Quia languentia corpora in uires quodammodo excitat furor, & facit ea in exitium conualescere.

Dij meliora pijs.) Per parenthesim in execrationem hostiū hanc torquet insaniam. Fumans sub uomere taurus.) Per hoc ostendit etiam forteis tauros repente morbo concidere. Nemo enim pestilentē ad aratra ducit iuuencū. Extremosq; ci. ge.) Vltimū hoc gemit. Sanè & Ciet, modò dat signa, sicut in Tertio de Andromache: Lachrymasq; ciebat. quū Ciere propriè sit, alteri aliquid cōmouere. It trist.) morte iuuēci tristē dicit agricolā. Fraternam.) cōsortis interitu. & ex affectu dictū est rustici. Mouere.) in sui desideriū illicere.

Purior electro campum petit amnis.) Nam ſicut electrum defecatius eſt metallis omnibus, ita & currens aqua cæteris purior. Ad terramq́ꝫ fluit deuexo pon. cer.) Lucanus: Laſſumq́ꝫ caput ſe ferre recuſat. Quid labor aut benefa.iu. quid uo.terras Inuertiſſe.) Si neutrum mortem repellit, nec corporis exercitium, nec mentis religio. Nam ſi generalis eſt ſententia ſecundum Epicureos, contra religionem eſt. ſi autem ad bouem tantū refertur,

Purior electro campum petit amnis: at ima
Soluuntur latera, atqꝫ oculos ſtupor urget inertes,
Ad terramq́ꝫ fluit deuexo pondere ceruix.
Quid labor, aut benefacta iuuāt, qd uomere terras
Inuertiſſe graueis? atqui non Maſſica Bacchi
Munera, non illis epulæ nocuere repoſtæ.
Frondibus & uictu paſcuntur ſimplicis herbæ.
Pocula ſunt fontes liquidi, atqꝫ exercita curſu
Flumina, nec ſomnos abrupit cura ſalubres.
Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæſitas ad ſacra boues Iunonis, & uris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.
Ergò ægre raſtris terram rimantur, & ipſis
Vnguibus infodiunt fruges, monteiſqꝫ per altos
Contenta ceruice trahunt ſtridentia plauſtra.
Non lupus inſidias explorat ouilia circùm,
Nec gregibus nocturnus obambulat. acrior illū
Cura domat: timidi dammæ, ceruiq́ꝫ fugaces

hoc dicit, qđ ei prodeſt labore ſuo aluiſſe mortales. Atqui nō Maſſica Bacchi Munera.) uina precioſa, à Maſſico mōte Campaniæ. & per tranſitum tāgit illa quæ dicūt Phyſici, morbos uenire ex cibi & potus nimietate, uel mutatione, ex nimijs uigilijs, & multa ſollicitudine: dicitq́ꝫ etiā ſine his naſci ægritudinē. nam in animalibus quum nihil horum ſit, tamen ægritudines pati cernimus. Epulæ repoſtæ.) aut abundantes, aut uariæ. Simplicis herbæ.) Propter uarietatem epularum dixit Simplicis herbæ. Nec ſomnos abrumpit cura.) Ex cura enim nimia uigiliæ procreantur. Vris Imparibus.) bobus agreſtibus, & ipſis inæqualibus. nam Vri agreſtes boues ſunt, ut diximus ſuprà. & hoc poeticè dixit. Cæterum ueritas hæc eſt: Quum mos eſſet ſacerdotem Argiuam iunctis bobus ire ad templa Iunonis, & ſolenni die boues non inuenirentur, (peſtilentia enim quæ per Atticā, ut diximus, tranſierat, uniuerſa conſumpſerat:) duo ſacerdotis filij, Cleobis & Biton, matrem ſubeuntes iugo ad templa duxere. Tunc Iuno probans eorum religionem, obtulit matri, id quod uellet poſceret filijs: illa pia reſponſione ait, ut quod ſciret utile Dea mortalibus, ipſa præſtaret. Altero itaque die ſacerdotis filij iuuenes reperti ſunt mortui. ex quo probatum eſt, nihil eſſe morte præſtantius: quod Herodotus apud Græcos pleniſſimè commemorat in prima hiſtoria. Donaria autem propriè ſunt, loca in quibus dona reponuntur deorum. abuſiuè autem templa. nam ita & puluinaria pro templis ponimus, quum ſint propriè lectuli, qui ſterni in quibuſdam templis conſueuerant.

Aegrè.) difficulter. Terram rimantur.) in rimas agunt. Vnguibus.) Hyperbolicè, pro manibus. Nec gregibus nocturnus.) Quòd ait Nocturnus, figuratè rem temporis ad perſonā tranſtulit. Obambulat.) inſidiatur. Cura.) ſcilicet peſtilentiæ. Timidi

midi dãmæ.) Mutauit genus, ut uitaret ὁμοιοτέλευτον. nam Horatius fœminino genere posuit, dicendo, Et superiecto pauidæ natarũt Aequore dammæ. Dicendo dãmas & ceruos errare cum canibus, duo ostẽdit: & hos timoris, & illos ferocitatis oblitos.

Nunc interq; canes, & circùm tecta uagantur.
Iam maris immẽsi prolẽ, & genus omne natantũ,
Littore in extremo ceu naufraga corpora fluctus,
Proluit, insolitæ fugiunt in flumina phocæ.
Interit & curuis frustra defensa latebris
Vipera, & attoniti squamis astantibus hydri.
Ipsis est aër auibus non æquus, & illæ
Præcipites alta uitam sub nube relinquunt.
Præterea nec iam mutari pabula refert,
Quæsitæq; nocent artes, cessere magistri,
Phillyrides Chiron, Amithaoniusq; Melampus.
Sæuit & in lucem stygijs emissa tenebris
Pallida Tisiphone. morbos agit antè, metumq;,
Inq; dies auidum surgens caput altius effert.
Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes,
Arentesq; sonant ripæ, collesq; supini.
Iamq; cateruatim dat stragem, atq; aggerat ipsis
In stabulis turpi dilapsa cadauera tabo,
Donec humo tegere, ac foueis abscondere discũt.
Nam neq; erat corijs usus, nec uiscera quisquam
Aut undis abolere potest, aut uincere flamma.
Nec tondere quidem morbo, illuuieq; peresa
Vellera, nec telas possunt attingere putres.
Verum etiam inuisos siquis tentarat amictus
Ardentes papulæ, atq; immundus olentia sudor
Membra sequebatur: nec longo deinde moranti
Tempore, contactos artus sacer ignis edebat.

FINIS TERTII GEORGICON.

Fugiunt.) quasi timẽtes marinam pestilentiam. Ipsis est aër auibus non æquus.) suis quodãmodo, quæ alarũ uelocitatem supergredi aërem poterãt pestilentem. Phillyrides Chiron.) medicinæ inuentor, Saturni & Phillyres filius. Amythaoniusq; Melampus.) Amythaonis filius καθαρτής, purgator. Nam Prœtidas ipse purgauit lustrationibus quas inuenit. & hoc dicit, conualescente morbo nec medicinã prodesse, nec religionẽ posse. Arentesq; sonãt ripæ.) Vult pestilentiam etiam elementa sentire: sicut in Tertio: Arebãt herbæ, & uictum seges ægra negabat. nam Segetem pro terra posuit. Nam neq; erat corijs usus.) quippe morbo putrefactis. Nec uiscera quisquam.) Nec lauari, nec coqui poterant. Caro enim corrupta morbo quendã habet mucorem, qui non potest ablui, quoniam omne corpus possidet. Item igni superposita, aut putrescit, aut durescit: nam non coquitur. Papulæ.) carbunculi. Immũdus sudor.) morbus pedicularis, φθειρίασις. Sacer ignis.) quem Græci ἱερὰν νόσον uocant.

FINIS TERTII GEORGICON.

PRotinus aërij mellis cælestia dona Exequar.) Rhetoricè dicturus de rebus minimis nimis magna promittit, ut & leuem materiam subleuet, & attentum faciat auditorem. Sanè peritè, quoniam scit breue esse opus hoc de apibus, & intra paucos uersus posse consumi, usus est translationibus ad dilatandam materiam, dicens: apes habere reges, prætoria, urbes, & populos. Sanè sciendum, ut suprà diximus, ultimã partem huius libri esse mutatã. nam Galli laudes habuit locus ille, qui nunc Orphei continet fabulam: quæ inserta est, postquàm irato Augusto occisus est Gallus. Protinus.) deinceps: Exinde etiam floridũ agrum exequar, sicut sum cæteros executus. Et Aërij mellis dicit, quia mel ex rore colligitur, qui utiq; ex aëre defluit. Vnde est et Cælestia dona, id est, munus Deorum. antea enim mel inueniebatur in folijs: ut, Melláq; decussit folijs. Hanc etiam.) sicut superiores. Admiranda tibi.) Audies ex rebus leuibus digna stupore, esse in apibus & proceres, & tanta certamina. Mores.) quia castæ sunt: ut, Illũ adeo placuisse apibus mirabere morem. Et studia.) ut, Tantus amor florum, & generandi gloria mellis. Et populos.) ut, Binæ regum facies, ita corpora plebis. Et prælia dicam.) ut, Erumpunt portis, concurritur æthere in alto. In tenui labor, at tenuis non gloria.) Compensatio est laboris: quòd magnam dat gloriam, si fuerit materia exilis ornata. Numina læua.) prospera: ut alibi, Intonuit læuũ. Alibi autem hoc in malum ponit, ut cum dicat: Sæpe malum hoc nobis, si mens non læua fuisset, De cælo tactas memini prædicere quercus. Auditúq; uocatus Apollo.) Aut quasi poëta Apollinem inuocat, aut quasi pastoralẽ deum. Nam Apollo Nomius dicitur, ἀπὸ τῶν νόμων, id est, pascuis. Principio sedes.) Dicit ubi aluearia ponenda sint, in qua re satis peritè, & ea quæ abesse debeant ne noceant apibus, & quæ debeant adesse, commemorat. Sanè quoniam suprà ait, Magnanimósque duces: ideo multis modò, Sedes statióq; quam translationem diligenter reseruat.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN
Quartum Georgicorum, Argumentum.

PRotinus aërij mellis redolentia regna,
Hyblæas & apes, aluorum & cerea tecta,
Quiq; albi flores, examina quæq; legenda,
Indicat: humenteisq; fauos, cælestia dona.

P. VERGILII M. GEORGICORVM, LIBER QVARTVS.

PRotinus aërij mellis, cælestia dona,
Exequar: Hanc etiam Mecœnas aspice partem.
Admiranda tibi leuium spectacula rerum,
Magnanimosq; duces, totiusq; ex ordine gentis
Mores, & studia, & populos, & prælia dicam.
In tenui labor, at tenuis non gloria: si quem
Numina læua sinunt, auditq; uocatus Apollo.
Principio sedes apibus, statioq; petenda,

Hædiq́ petulci.) lasciui & exultãtes. & petulci dicti, ab appetendo: unde & meretrices petulcas uocamus. *Picti terga lacerti.)* picta terga habentes. *Pinguibus à stabulis.)* plenis: sicut etiam è contrario inanes res tenues nominamus. *Meropesq́, aliæq́ uolucres.)* dicendo Aliæq́ uolucres, ostendit & meropes esse aues. sunt autem uirides, & uocantur apiastræ, quia apes comedunt. *Et manibus Progne.)* nomen posuit pro nomine. nam philomena in hirundinem uersa est, pro qua Prognem, uel quasi sororẽ posuit: uel quasi eam, quæ fuerat illius sceleris causa. nã ipsi miserat Tereũ ad ducendã sororẽ. *Dulcẽ nidis immitibus escam.)* id est, crudelibus pullis, qui apũ morte nutriuntur. *Et tenuis fugiens.)* Suspendendum est Tenuis, ne incipiãt esse duo epitheta, quod apud Latinos constat esse uitiosũ. *Primã.)* pro primum, nomẽ pro aduerbio. *Vere suo.)* sibi grato & aptissimo. *Vicina inuitet decedere ripa calori.)* ut æstus possint aquarum uicinitate uitare.

Quo neq; sit uentis aditus: nam pabula uenti
Ferre domum prohibẽt: neq; oues, hædiq́ petulci
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgenteis atterat herbas.
Absint & picti squallentia terga lacerti
Pinguibus à stabulis, meropesq́, aliæq́ uolucres,
Et manibus Progne pectus signata cruentis.
Omnia nam late uastant, ipsasq́ uolantes
Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam.
At liquidi fontes, & stagna uirentia musco
Adsint, & tenuis fugiens per gramina riuus,
Palmaq́ uestibulum, aut ingens oleaster obũbret,
Vt cum prima noui ducent examina reges
Vere suo, ludetq́ fauis emissa iuuentus,
Vicina inuitet decedere ripa calori,
Obuiaq́ hospitijs teneat frondentibus arbor.
In medium, seu stabit iners, seu profluet humor,
Transuersas salices, & grandia conijce saxa,
Pontibus ut crebris possint consistere, & alas
Pandere ad æstiuũ Solem, si forte morãteis
Sparserit, aut præceps Neptuno immerserit Eurus.
Hæc circum casiæ uirides, & olentia late
Serpilla, & grauiter spirantis copia thymbræ
Floreat, irriguumq́ bibant uiolaria fontem.

In mediũ.) Ordo est, In mediũ trãsuersas salices & grandia conijce saxa. In medium, nõ ad honorẽ retulit, sed absolutè dixit. *Iners.)* Hic pro ociosa posuit, ut in Bucol. Libertas, quæ sera tamen respexit inertem: quæ uox ponitur pro ignauo, ut Spumantemq́ dari pecora inter inertia uotis Optat: et pro eo, q̃ sine arte sit, ut apud Lucil. in Primo: Vt perhibetur iners, in quo non ulla est ars. *Pontibus ut crebris.)* ueluti pontibus: nam nõ sunt pontes. *Si forte morantes.)* tarde remeãtes ex pascuis. *Neptuno immersit.)* deum pro aquis posuit. *Grauiter spirantis copia thymbræ.)* genus est herbæ abũdãtis in Phrygia. Grauiter autẽ modo bene & multũ significat, aliàs male: ut, Aut ubi odor cœni grauis. Item: Graue olentis Auerni. *Irriguum.)* hic qui irrigat, aliàs qui irrigatur. *Violaria.)* loca ubi nascuntur

ſcuntur uiolæ. Vtraq; *uis apibus pariter metuenda.) tam caloris, quàm frigoris. quod licet utrunq; æquali modo metuendũ ſit, tamen diſſimiliter nocet. nam calore liquefacta defluunt mella: quæ ſi fuerint frigore condurata, cõſtrictas apes interimunt.* Spiramẽta.) *exitus. alibi:* Sæua *ſpiracula duis.* Fucoq́;.) *genus eſt herbæ, unde tingitur ueſtis:* Fucum *autem & flores, pro cera poſuit, quã ex his colligũt rebus.* Hæc *ipſa ad munera.) ad officia coãguſtandarũ cauernarũ.* Et *uiſco et* Phrygiæ.) Or*do eſt: ſeruant gluten, quod eſt lẽtius et uiſco, et* Phrygiæ Idæ *pice.* Seruãt *autem mirè ait: nã pilas quaſdam in aluearibus faciũt, de quibus poſtea cerea tecta cõponũt.* Si *uera eſt fama.)* Si *credẽdum eſt, apes poſſe terram effodere.* E *leui rimoſa cubilia limo.)* A*lij* Et *leui legũt: unus tamẽ ſenſus eſt. nam hoc dicit: qđ illæ nimio labore pficiunt, tu è leui unge rimoſa cubilia circũfouens, limo etiã raras frõdes superinijce.* Quod *ideo fit, ne uel limus crepet: uel cauernæ aut ſole penetrentur, aut frigore.* Taxum *ſine.) uenenatam arborem.* Ipſe *in* Buccol. Sic *tua* Cyrnæas *fugiãt examina taxos.* Mel *enim exinde peſſimum gignitur.* Rubenteis *cancros.) odore enim ipſo pereunt.* Rubentes *aũt, quũ urũtur, nõ qui per naturã ſint huius coloris.* Altæ *neu crede paludi.) ne facile mergãtur.* Vociſq; *offenſa.) reſonat echò repercuſſa, quã apes uehemẽter horrere manifeſtũ eſt.* Pulſam *hyemẽ.) ſecundũ phyſicos qui dicũt, tẽpore quo hic hyems eſt, æſtatẽ eſſe ſub terris: & uerſa uice, cum hic æſtas, illic hyemem.* Quod *etiã* Lucret. *exequitur: & trahit in argumẽtum putealẽ aquã, quæ æſtate frigidiſſima eſt, hyeme uero calidiſſima.* Metunt *flores.) ſecant: unde & meſſores dicti ſunt.* Sanè *meto metis, præteritũ facit meſſui.* Hinc.) *ex floribus ſcilicet, ex quibus primo mel,*

Ipſa autem, ſeu corticibus tibi ſuta cauatis,
Seu lento fuerint aluearia uimine texta,
Anguſtos habeant aditus: nam frigore mella
Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit.
Vtraq; uis apibus pariter metuenda, neq; illæ
Nequiq̃ in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt, fucoq́; & floribus oras
Explent, collectumq́; ipſa hęc ad munera gluten,
Et uiſco, & Phrygiæ ſeruãt pice lentius Idæ:
Sæpe etiam effoſſis (ſi uera eſt fama) latebris
Sub terra fodere larem, penitusq; repertæ
Pumicibusq́; cauis, exeſęq; arboris antro.
Tu tamen è leui rimoſa cubilia limo
Vngue, fouẽs circũ, & raras ſuperinijce frondes,
Neu propius tectiś taxum ſine, neuę rubenteis
Vre foco cancros, altæ neu crede paludi,
Aut ubi odor cœni grauis, aut ubi concaua pulſu
Saxa ſonant, uociſq; offenſa reſultat imago.
Quod ſupereſt, ubi pulſam hyemẽ ſol aureus egit
Sub terras, cœlumq; æſtiua luce recluſit,
Illæ continuo ſaltus, ſyluasq́; peragrant,
Purpureosq́; metunt flores, & flumina libant
Summa leues: hinc neſcio qua dulcedine lætæ
Progeniem, nidosq́; fouent: hinc arte recentes

mox

mox pullos efficiũt. Nescio qua dulcedine.) quadã arcana ratione naturæ. Mella tenacia figunt.) Quia quũ inuersi sint faui, mel tamẽ inde nõ funditur. unde ait Tenacia. quæ in resupinatis fauis cohærent. Caueis.) aluearibus. Aestatem liquidã.) per uer serenum. Cõtemplator.) pro intuere: nam tempus futurũ pro præsenti posuit, ab imperatiuo modo. Aquas dulcis.) propter hoc ait suprà: Et tenuis fugiẽs per gramina riuus. Trita meliphylla.) Varro hanc herbã apiastrũ dicit, in tertio libro operis rustici. Cærinthæ ignobile.) uile, ubique nascens. Matris cymbala.) quæ in eius tutela sunt: ideo q̃d similia sunt hemicyclis cœli, quibus cingitur terra, quæ est mater deorũ. More suo.) naturali ratiõe, cuius causa nõ redditur. quis enim nouit cur æris sono redeãt in aluearia? licet ipse paulo pòst dicat: Crepitãtiaq; æra secutæ Dictæo cœli regem pauere sub antro. Sed & hoc poëticum est. Sin aũt ad pugnam exierint, longior solito hæc parẽthesis est. Est enim ordo:

Excudunt ceras, & mella tenacia figunt.
Hinc ubi iam emissum caueis ad sidera cœli
Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen,
Obscuramq; trahi uento mirabere nubem,
Contemplator, aquas dulceis & frondea semper
Tecta petunt: huc tu iussos asperge sapores,
Trita meliphylla, & cærinthæ ignobile gramen,
Tinnitusq́; cie, & matris quate cymbala circum,
Ipsæ consident medicatis sedibus, ipsæ
Intima more suo sese in cunabula condent.
Sin autem ad pugnã exierint (nam sæpe duobus
Regibus incessit magno discordia motu)
Continuoq; animos uulgi, & trepidantia bello
Corda licet longè pręsciscere. nanq; moranteis
Martius ille æris rauci canor increpat, & uox
Auditur fractos sonitus imitata tubarum.
Tum trepidæ inter se coëunt, pinnisq́; coruscant,
Spiculaq; exacuunt rostris, aptantq́; lacertos,
Et circa regem, atq; ipsa ad prætoria densæ
Miscentur, magnisq́; uocant clamoribus hostem.
Ergo ubi Ver nactę sudum, camposq́; patenteis,
Erumpunt portis, concurritur æthere in alto.
Fit sonitus, magnũ mixtæ glomerantur in orbẽ,
Præcipitesq; cadunt: non densior aẽre grando,

Sin autẽ ad pugnam exierint, motus animorũ atq; hæc certamina tanta, Pul. ex. ia. cõ. qui. Incessit.) ingruit, inuasit. alibi, Incessi muros, ignes ad tecta uolare. & Incessit regib. figuratũ est: nã Incessit reges dicimus. Trepidãtia bello.) alacritate pugnãdi, nõ timore. alibi, Exultãtiaq; haurit Corda pauor pulsans. Morãtes.) tarde incedẽtes. Fractos.) collisos. Trepidæ coëũt.) festinãt inter se in aluearib. Pinnisq́; coruscãt.) quẽadmodũ scuta milites cõmouent. Vocãt hostẽ.) prouocãt. Ver nactæ sudum.) serenũ post pluuias: ut, Per sudum rutilare uident. Cãposq́; patentes.) aẽrem purum & liquidũ, non nubibus clausum. & ita aẽr campus est apum, ut mare nauium, hominũ solum. Ipse in Quinto: Subtrahiturq́; solum. Glomerãtur in orbem.) more bellantũ. Non densior aẽre grãdo.) In alijs enim

bellis uicti tantum pereunt, in certamine uero apum etiam uictrices. nam dicturus est, Animasq; in uulnere ponunt. Tantū glandis.) *erit nominatiuus, hæc glans.* Ingentes animos angusto in pectore uersant. *Statius: Maior in exiguo regnabat corpore uirtus. Homer.* μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητὴς. Pulueris exigui iactu.) *quia cū puluerē uiderint, sperant tempestatē futurā, quæ eis plurimū nocet.* Deterior qui uisus.) *peior, à malo dicitur, deterior, à meliore.*

Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
Ipsi per medias acies insignibus alis
Ingenteis animos angusto in pectore uersant,
Vsq; adeo obnixi non cedere, dum grauis aut hos,
Aut hos uersa fuga uictor dare terga subegit.
Hi motus animorum, atq; hæc certamina tanta
Pulueris exigui iactu compressa quiescent.
Verum ubi ductores acie reuocaueris ambos,
Deterior qui uisus, eum, ne prodigus obsit,
Dede neci, melior uacua sine regnet in aula.
Alter erit maculis auro squallentibus ardens,
(Nam duo sunt genera) hic melior insignis, & ore,
Et rutilis clarus squammis: ille horridus alter
Desidia, latamq; trahens inglorius aluum.
Vt binæ regum facies, ita corpora plebis.
Nanq; aliæ turpes horrent, ceu puluere ab alto
Cum uenit, & terram sicco spuit ore uiator
Aridus, elucent aliæ, & fulgore coruscant
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
Hęc potior soboles, hinc cœli tempore certo
Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantū
Et liquida & durum Bacchi domitura saporem.
At cum incerta uolant, cœloq; examina ludunt,
Contemnuntq; fauos, & frigida tecta relinquunt,
Instabiles animos ludo prohibebis inani.
Nec magnus prohibere labor: tu regibus alas

Prodigus.) *nō mella cōficiens, sed mella consumens. ideo regem solum præcipit occidendū, quia eo amisso suus dissipatur exercitus: nā ut binæ regū facies, ita corpora plebis.* Squallentibus.) *splēdentibus, quod à squamis uenit: ut, Squamis auroq; trilicem. nam à squallore sordidū significat: ut, Squallentē barbā.* Terrā sicco spuit ore.) *aut in terrā, aut re uera terrā propter puluerē.* Paribus lita corpora guttis.) *Simulibus, id est, aureis habentes distincta corpora. nam Lita, inlita, distincta.* Potior soboles.) *ad mella scilicet procreanda.* Cœli tempore certo.) *& quum oriūtur pleiades, & quū occidunt: id est, uerno tempore & autumno.* Dulcia mella.) *non est superfluum epitheton. nam ideo dicit Dulcia, quia etiam sunt amara, ut corsicana: sicut in Bucolicis diximus.* Liquida.) *defecata, sine sordibus: nam quæ fluunt, mala sunt.* Durum Bacchi domitura saporē.) *apta mulso. Bene autē ait Saporem, quia maiores uina asperrima mellis dulcedine tēperabant.* Frigida tecta.) *melle uacua, inoperosa: cōtrà, Feruet opus. Terētius: Nimirū hi homines frigent.* Instabiles animos.) *suadere inanem*

inanem uagãdi licentiam. Quisquã.) *subaudi militum, aut quisq̃ de exercitu.* Altum iter.) *aut ludẽdo in aliũ uolare, aut in bella procedere. & trahit trãslationẽ à militibus, qui in bellum processuri ducũ præcepto signa tollũt. nam apes hæc signa nõ habent, sed signa dicit ipsum motum bellandi inter se.* Inuitent croceis halantes floribus horti.) *tam odoris optimi, q̃ coloris. non enim dicit illic solum crocũ esse debere.*

Eripe, non illis quisquam cunctantibus altum
Ire iter, aut castris audebit uellere signa.
Inuitent croceis halantes floribus horti,
Et custos furum atq; auium cum falce saligna
Hellespontiaci seruet tutela Priapi.
Ipse thymum, pinosq; ferens de montibus altis
Tecta serat late circum, cui talia curæ,
Ipse labore manum duro terat, ipse feraces
Figat humo plantas, & amicos irriget imbres.
Atq; equidem extremo ni iam sub fine laborum
Vela trahã, & terris festinem aduertere proram,
Forsitan & pingueis hortos quæ cura colendi
Ornaret canerem, biferiq; rosaria Pesti,
Quoq; modo potis gauderent intyba riuis,
Et uirides apio ripæ, tortusq; per herbam
Cresceret in uentrẽ cucumis, nec sera comantem
Narcissum, aut flexi tacuissem uimen achanti,
Pallenteisq; hederas, & amanteis littora myrtos.
Nanq; sub Oebaliæ memini me turribus altis
Qua niger humectat flauentia culta Galesus,

Hellespontiaci seruet tutela Priapi.) *Non dicit Priapũ illic esse debere, sed p̃cipit tales esse hortos, ut mereantur deũ habere custodem. Hic aũt Priapus fuit de Lampsaco ciuitate Hellesponti, de qua pulsus propter uirilis mẽbri magnitudinẽ, pòst in numerũ deorũ receptus, meruit numen esse hortorũ. De hoc Horat. Nam fures dextra coẽrcet, Obscœnóque rubet porrectus ab inguine palus: Ast importunas uolucres in uertice arũdo Terret fixa. Dicitur autem præesse hortis, propter eorum fœcunditatẽ. Nam quum alia terra semel creet aliquid, horti nunq̃ sine fructu sunt.* Ipse.) *scilicet diligẽns rusticus, & cultor agrorũ.* Irriget.) *infundat.* Imbres.) *aquas. Iuuenalis: In tenueis plãtas facili diffunditur haustu.* Vela traham.) *pro traherem.* Et terris festinem aduertere proram.) *illam allegoriã respicit, qua est usus in Primo: Ades, & primi lege littoris oram. Item: Pelagoq; uolans da uela patenti.* Festinem.) *pro festinarẽ.* Pingueis hortos.) *fœcundos.* Biferiq; rosaria Pesti.) *Pestũ oppidũ est Calabriæ, in quo uno anno bis nascitur rosa.* Cresceret in uentrẽ cucumis) *in curuaturã. Ideo aũt sic, quia per herbã. Nã rectus crescit si pẽdeat. Sanè hic cucumis, huius cucumis declinatur: sicut agilis, secundũ idoneos. nam neoterici huius cucumeris dixerũt, sicut puluis pulueris.* Nec sera comantẽ Narcissum.) *serò flores habentem.* Pallẽteis hederas.) *Dicit se, nisi ad finem Georgicorũ festinaret, etiam hortorum rationem & herbarum cultum adhuc scripturũ fuisse.* Oebaliæ turribus altis.) *Oebalia ipsa est Laconia: unde de Castore & Polluce ait Statius, Oebalidæ fratres.* Galesus.) *fluuius Calabriæ, qui iuxta ciuitatẽ labitur Tarentinã, in qua se hortos optimos uidisse cõmemorat. Oebaliæ*

autem turres ait, quas condiderant ij qui de Oebalia uenerāt. nam ut etiam in tertio Aeneidos diximus, Lacones diu bello attriti ab Atheniensibus, & inopiam timentes uirorum, præceperunt ut uirgines cum quibuscunq; concumberent: quo facto quum uictoriam iuuenes de incertis parētibus nati erubescerent originem suam, (nam & Partheniatæ, id est, de uirginibus nati appellabātur) duce Palāto octauo ab Hercule, nauigijs profecti uenerūt ad oppidū Calabriæ, quod Tiaras Neptuni filius condiderat, & id auctū habitauerunt. Coryciū uidisse senē.) Cilica. Corycos enim ciuitas est Ciliciæ, in qua antrū illud famosum, penè ab omnibus celebratū. & hic per trāsitum tangit historiā memoratam à Suetonio. Pompeius enim uictis piratis Cilicibus, partim ibidē, partim in Græcia, partim in Calabria agros dedit. unde Lucan. An melius fient piratæ Magne coloni.

Corycium uidisse senem, cui pauca relicti
Iugera ruris erant, nec fertilis illa iuuencis,
Nec pecori opportūa seges, nec cōmoda Baccho.
Hic rarum tamen in dumis holus, albaq; circum
Lilia uerbenasq; premens, uescumq; papauer,
Rerum æquabat opes animis, feraq; reuertens
Nocte domū, dapibus mēsas onerabat inemptis.
Primus Vere rosam, atq; Autūno carpere poma,
Et cum tristis hyems etiamnum frigore saxa
Rumperet, & glacie cursus frenaret aquarum,
Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi
Aestatē increpitās seram, Zephyrosq; morāteis.
Ergo apibus fœtis idem, atq; examine multo
Primus abundare, & spumantia cogere pressis
Mella fauis, illi tiliæ, atq; uberrima pinus,
Quotq; in flore nouo pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem Autumno matura tenebat.
Ille etiam seras in uersum distulit ulmos,

Male autem quidam Coryciū propriū esse asserunt, quū sit appellatiuū eius, qui more Corycio hortos excoluit, quod etiā Plinij testimonio cōprobatur. Et hic ordo est, Memini proprie uidisse coryciū senem. dicimus autē & memini me uidere: Terentius, Memini uidere, quo æquior sum Pāphilo si se illā in somnis. Relicti.) deserti, atq; cōtempti. Quis enim agrū non sperneret nulli rei aptū? nō uitibus, aut frumentis, uel pascuis? Rarum holus.) id est, plantatile. Vescumq; papauer.) Vescum tria significat, minutū, edule, multum, & aliter quo uescimur. Nam est aliud lethæū, quo nō utimur. nam Vescas salicū frōdes aliter dictū est. Regum æquabat opes animis.) nō potestate: quia regū more cibis nō cōparatis utebatur. Frigore saxa.) Vnus enim est, ut diximus, effectus caloris & frigoris. Glacie cursus frenaret aquarū.) Mira uarietas: nā suprà ait, Cōcrescūt subitæ currēti in flumine crustæ. Aestatē increpitans serā.) tarde uenientē, quū ille eius causa carperet fructus. Ergo apibus.) ne sine causa hortos descripsisse uideretur. Illi tiliæ, atque uberrima pinus.) illi scilicet uberrima. nam per naturā & tiliæ & pinus steriles esse dicuntur. Flore nouo.) id est, uerno tēpore cum primū florere incipit. Seras ulmos.) maiores, quod nimiæ difficultatis est. In uersum.) in ordinē; ut, Triplici pubes quā Dardana uersu Impellūt. Distulit.)

Disiulit.) transtulit: nam permutauit præpositionem. Eduram pirum.) *nimium duram, ualidam.* Et spinos iam pruna ferentes.) *Prunorum arbor spinus uocatur, genere masculino: nam sentes, has spinas dicimus.* Spatijs exclusus iniquis.) *angustis: ut,* Spatioq; subit Sergestus iniquo. *Et dicit se carminis breuitate constrictum hortos plenius non posse describere.* Alijs post memoranda relinquo.) *Gargilium Martialem significat.*

Eduramq; pirum, & spinos iam pruna ferentes,
Iamq; ministrantem platanũ potãtibus umbras,
Verum hæc ipse quidem spatijs exclusus iniquis
Prætereo, atq; alijs post cõmemoranda relinquo.
Nunc age naturas, apibus quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam, pro qua mercede canoros
Curetum sonitus, crepitantiaq; æra secutæ
Dictæo cœli regem pauere sub antro:
Solæ communeis natos consortia tecta
Vrbis habẽt, magnis agitant sub legibus æuum,
Et patriam solæ, & certos nouere penates,
Venturæq; hyemis memores æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.
Namq; aliæ uictu inuigilant, & fœdere pacto
Exercentur agris: pars intra septa domorum
Narcissi lachrymam, & lentum de cortice gluten

Naturas apibus quas Iuppiter ipse Addidit.) *Naturas p mo ribus posuit: aut dedit significat, aut reuera addidit. necesse enim est eas etiam antè habuisse aliquos mores proprios.* Pro qua mercede.) *Ordo est,* Expediã naturas apũ, quæ canoros Curetum sonitus, crepitãtiaq; æra secutæ, Dictæo cœli regem pauere sub antro. *Pro qua mercede, id est, gratia, uel labore:* solæ communeis natos. etc. *Nã ut etiã Donatus dicit, tragicũ est, et ultra carmẽ Georgicũ, si accipiamus* Pro qua mercede *exclamationẽ esse: ut sit, pro quãta hoc mercede fecerũt, ut scilicet Iouem alerent, quẽ Ops Saturni uxor Curetibus, Corybantibus, & Idæis Dactylis custodiendũ dedit in mõte Cretæ Dictæo, ne eum Saturnus consumeret, ut filios omnes solebat. Quod ideo fingitur, quia Saturnus (ut diximus) temporũ deus est, quæ in se reuoluuntur in æternum. tunc itaque apes æris sonum secutæ, Iouem melle aluisse dicuntur: pro qua re eis postea præstitit Iuppiter, ut haberent liberos sine ullo concubitu.* Solæ communeis natos.) *Plato in libris, quos* περὶ πολιτείας*, id est, de Republica scripsit, dicit amori Reipublicæ nihil esse præponendum. Omnes præterea & uxores & liberos ita nos tanquam communes habere debere, ut charitas sit, non libido confusa. Quod præceptum nullum dicitur præter apes seruare potuisse.* Magnis agitant sub legibus.) *id est, æternis, nunquam mutabilibus. ijsdem enim legibus semper utuntur, nec eas ut homines sæpe cõmutant.* Nouere penates.) *charissimos habent: ut,* Hic inter flumina nota, *id est, chara.* Et in medium quæsita reponunt.) *quæsita, & parta in commune conseruant. Ipse alibi:* In medium quærebant. Victu inuigilant.) *pro uictui.* Fœdere pacto.) *scilicet, ut uicissim in aluearibus uel in agris laborẽt.* Narcissi lachrymam.) *humorẽ. quod autem ait Narcissi lachrymam, allusit ad fabulam: quia, ut diximus, de puero est conuersus in florem.*

Prima

Prima fauis ponũt fundamina.) græcè, πρόπολιν locant duriore cera, quæ uix ferro potest frangi, quã colligũt de gũmi arborũ, & de rasis lapidib. unde paulo pòst dicet: Sæpe etiam duris errãdo in cotibus alas Attriuere. Tenaces ceras.) Mella retinẽtes. Adultos educunt fœ.) quos educãdo adultos faciũt. Cecidit cust. sorti.) ex sorte. nã aduerbiũ est, quod traxit à militia. legimus enim: Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat. Inq; uicẽ.) diuisit, & Tmesin fecit. nã ordo est: Inuicem, id est, uicibus succedentes. Aquas.) Hic p pluuias. Agmine facto.) impetu. Ignauum fucos.) inutile, non aptum industriæ: nã industrios gnauos dicimus. Pecus.) Vetustè dixit, cum oĩa animalia pecus dicerẽtur. Fucos.) Fucus est secundum Aemiliũ maior ape, crabrone minor: dictus eo, quod sit apibus nocẽs. quod cum ipse nihil gignat, aliena cõsumit. A præsepibus arcent.) ab aluearijs pellunt. Secundum Plin. in naturali hist. apum multa sunt genera: proprie tamẽ uocãtur apes de bobus, fuci de equis, crabrones de mulis, uespæ de asinis. Feruet opus.) cõcelebratur: ut contrà Friget, cessat dicimus. Fragrantia mella.) quoties incendiũ significatur, quod flatu alitur, Flagrat dicimus: quoties odor, qui fracta specie maior est, Fragrat dicitur. Ac ueluti lẽtis.) Cõparatio ad festinationẽ pertinens solã. Properãt.) cũ properatione festinant: ipsi enim dicũtur Iouis fulmina facere. Properãt uetustè, ut Plaut. properat prãdiũ. & Ennius: Festinat diẽ. Taurinis follibus. Plaut. Quã folles taurini habet, cũ liquescũt petræ, ferrũ ubi sit. In numerum.) in ordinẽ. Versantq; tenaci forcipe ferrũ.) Forcipe, cõpositũ ex foruo & capio. for uum enim ueteres, calidũ dicebant. Forceps, quasi foruiceps. Si parua licet cõponere magnis.) si congruũ est paruas res magnis æquare. Cecropias.) Athenięses, à rege Cecrope Atticæ regionis, ubi optima mella nascũtur. Innatus.) insitus. Vrget.) premit. Grãdæuis oppida curæ.) sicut senes muros tuentur, nec in bella prorũpunt. Dædala tecta.) ingeniosa:

Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suspendunt ceras: aliæ spem gentis adultos
Educunt fœtus, aliæ purissima mella
Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.
Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti,
Inq; uicem speculantur aquas & nubila cœli,
Aut onera accipiunt uenientũ, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.
Ac ueluti lentis cyclopes fulmina massis
Cum properant, alij taurinis follibus auras
Accipiunt, redduntq;: alij stridentia tingunt
Aera lacu, gemit impositis incudibus Aetna.
Illi inter sese magna ui brachia tollunt
In numerum, uersantq; tenaci forcipe ferrum.
Non aliter (si parua licet componere magnis)
Cecropias innatus apes amor urget habendi,
Munere quãq; suo, grandæuis oppida curæ
Et munire fauos, & Dædala fingere tecta.
At fessæ multa referunt se nocte minores
Crura thymo plenæ: pascuntur & arbuta passim

niosa: ut, Dædala Circe. Crocumq́ rubentem.) *Sallustius in historijs ait, in qua crocũ gignitur: genere neutro secundum artem usus est. hic poëticè masculino, referens se ad puerum, qui in hunc florem dicitur conuersus.* Ferrugineos hyacinthos.) *ferruginei, id est, nigri coloris.* Tum corpora curant.) *id est, se reficiunt: ut, Fessiq́ equos & corpora curant.*

Et glaucas salices, casiamq́, crocumq́ rubentem,
Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacinthos.
Omnibus una quies, operũ labor omnibus unus.
Mane ruunt portis, nusquã mora: rursus easdem
Vesper ubi è pastu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petũt, tum corpora curant.
Fit sonitus, mussantq́ oras & limina circum.
Post ubi iam thalamis se composuere, siletur
In noctem, fessosq́ sopor suus occupat artus.
Nec uero à stabulis pluuia impendente recedunt
Longius, aut credunt cælo aduentantibus Euris:
Sed circum tutæ sub mœnibus urbis aquantur,
Excursusq́ breueis tentant, & sæpe lapillos,
Vt cymbæ instabiles fluctu iactante saburram,
Tollunt, his sese per inania nubila librant.
Illum adeò placuisse apibus mirabere morem,
Quòd nec cõcubitu indulgẽt, nec corpora segnes
In Venerem soluunt, aut fœtus nixibus edunt.
Verum ipsæ natos folijs, & suauibus herbis
Ore legunt, ipsæ regem, paruosq́ Quirites
Sufficiunt, aulasq́ & cerea regna refigunt.
Sæpe etiam duris errando in cotibus alas
Attriuere, ultroq́ animam sub fasce dedere.
Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.
Ergo ipsas quamuis angusti terminus æui
Excipiat, (neq́ enim plus septima ducitur æstas.)
At genus immortale manet, multosq́ per annos
Stat fortuna domus, & aui numerantur auorum:
Præterea regem non sic Aegyptus, & ingens

Sanè Curare corpus, si de hominibus dicimus, & cibo & lauacro intelligimus, aut alterutro: si de apibus, tantũ cibo accipimus. Mussant.) *hic murmurant, quæ uox ponitur & in tacendi significationem: ut apud Ennium in septimodecimo, Non possunt mussare boni. Interdum pro dubitare: ut, Mussat rex ipse Latinus.* Sopor suus.) *ipsis aptus.* Aut credũt cælo.) *scilicet suos uolatus.* Sub mœnibus urbis aquantur.) *aquã hauriũt ex uicino.* Instabiles.) *fluctuantes.* Concubitu indulgent.) *pro Concubitui, datiuus est: nã Indulgeo illi dicimus.* Nec corpora segnes In Venerem soluũt.) *id est, in libidinem non resoluũtur. Persi. Ille In Venerem putris est.* Nixibus.) *partubus: unde & Enixa dicimus.* Regna refigũt.) *id est, figũt.* Sub fasce.) *sub onere: ut, Iniusto sub fasce uiam d.c.* Tantus amor florũ.) *suprà de equis: Tantus amor laudum, tantæ est uictoria curæ.* At genus immortale manet.) *scilicet per successionem.* Domus.) *familia: ut, Da propriam Tymbræ domum.*

Nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes.) fluuius Mediæ. De his autem gentibus Sal lust. dicit: Adeò illis ingenita est sanctitas regij nominis. quas gentes tamen apes dicit amore circa regẽ superare Vergilius. Regem obseruant.) uenerantur. aliàs Obseruare est callidè aduertere. Terentius: Obserues filium, quid agat, quid cum illo consilij captet. Constructáq; mella Diripuere ipsæ.) quæ etiam ipsæ animã colligendo melli impendere consue-

Lydia, nec populi Parthorũ, aut Medus Hydaspes
Obseruãt: rege incolumi, mens omnibus una est:
Amisso, rupere fidem, constructáq; mella
Diripuere ipsæ, & crates soluere fauorum.
Ille operum custos, illum admirantur, & omnes
Circunstant fremitu denso, stipantq; frequentes,
Et sæpe attollunt humeris, & corpora bello
Obiectãt, pulchramq; petunt per uulnera mortẽ.
His quidam signis, atq; hæc exemplo secuti,
Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus
Aethereos dixere Deũm: nanq; ire per omneis
Terrasq;, tractusq; maris, cælumq; profundum.
Hinc pecudes, armẽta, uiros, genus omne ferarũ.
Quenq; sibi tenueis nascentem arcessere uitas.
Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta referri

uerunt: ut, Vltroq; animã sub fasce dederunt. Stipantq; frequentes.) Quas quodã satellitio ambiunt. Attollunt humeris.) ætate scilicet fessum. Pulchrãq; petunt p uulnera mortem.) gloriosam mortẽ, quippe quæ pro rege suscipitur. Traxit aũt hoc de Celtiberorũ more, qui (ut in Sallustio legimus) se regibus deuouent, & post eos uitam refutant. His quidã signis atq; hæc exempla secuti Esse ap. partem diuinæ mentis.) Sanè locũ hunc plenius est executus in Sexto, quem hoc loco breuiter colligit: ut probet etiã apes partem habere diuinitatis. nanq; omnia animalia ex quatuor elementis, & diuino spiritu constare manifestum est. trahunt enim à terra carnem, ab aqua humorem, ab aëre anhelitum, ab igne feruorem, à diuino spiritu ingenium. quod quia est in apibus, sicut etiã in hominibus: (nanq; metuunt, cupiuntq;, dolentq;, gaudentq;. quæ probantur ex his quæ faciunt: dimicãt enim, colligunt flores, præuident pluuias:) fateamur necesse est, etiam apes partem habere diuinitatis. Vt autem hoc exemplis, id est, rebus similibus comprobaret, Lucretium secutus est qui dicit, ea quæ per se probare non possumus, à similibus comprobanda. Ventumq; docet esse corporalem, non quòd eum tenere uel cernere possimus, sed quòd eius similis aquæ effectus est, quam corporalem esse manifestum est. Haustus æthereos.) diuinos spiritus. Deũ nanq; ire per omneis terras, tractusq; maris, Ipse in Sexto: Cælum ac terras, camposq; liquenteis, Spiritus intus alit. Lucanus: Iuppiter est quodcunq; uides, quocunq; moueris.

Hinc.) id est, ex deo & diuino spiritu sumunt omnia, quum nasci cœperint, uitam. cæterum corpus ex quatuor elementis est, ut diximus suprà. Scilicet huc reddi.) Sine dubio etiã cuncta dissolui incipiunt, & redire rursus in originem suam necesse est: nec esse locum morti, id est, perditioni. nil enim est quod perire funditus possit, quũ sit τὸ πᾶν, id est, omne, in quod redeũt uniuersa resoluta. Res autẽ hæc, quæ mors uocatur, non est mors, quippe quæ nihil perire facit: sed resolutio. Vnde mors à plerisq; bene interitus dicta est, quasi interue-

niens, &

uiens, & mixtarũ rerum connexionẽ reſoluens. Lucret. Nam cõtinuo hoc mors eſt illius quod fuit ante connexio. Siquando ſedem auguſtam.) id eſt, aluearia. & propriè Auguſtũ eſt tectum, augurio conſecratum. Abuſiuè auguſtum, nobile, quaſi maieſtatis plenum. Theſauris.) id eſt, repoſitionibus, ac ſi diceret apothecis. Hauſtus ſparſus aquarũ.) pro ſpargens: participium eſt pro participio. Ore fouet.) ipſos hauſtus ſcilicet. & dicit, ſpargendo aquam imitabere pluuiã.

Omnia, nec morti eſſe locum, ſed uiua uolare
Syderis in numerum, atq; alto ſuccedere cælo.
Si quando ſedem auguſtam, ſeruataq́; mella
Theſauris relines, prius hauſtus ſparſus aquarũ
Ore foue, fumosq; manu prætende ſequaces.
Bis grauidos cogunt fœtus, duo tempora meſſis,
Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum
Pleias, & Oceani ſpretos pede reppulit amnes:
Aut eadem ſydus fugiens ubi piſcis aquoſi,
Triſtior hybernas cælo deſcendit in undas,
Illis ira modum ſupra eſt, læſæq; uenenum
Morſibus inſpirant, & ſpicula cæca relinquunt
Affixæ uenis, animasq́; in uulnere ponunt.
Sin duram metuens hyemem, pacesq; futuro,
Contuſosq; animos, & res miſerabere fractas,
Aut ſuffire thymo, cerasq; recidere inaneis
Quis dubitet? nam ſæpe fauos ignotus adedit

Fumos prætẽde ſequaces.) Fumum etiam profer, ſcilicet ut cum his rebus territæ illæ diſceſſerint, impunè poſſis mella colligere. alij legũt, Ore faue: ut ſit, tace. ut etiam ipſe in Quinto, Ore fauete omnes. Horatius: Fauete linguis. Sequaces fumos.) quippe apum perſecutores: ut, Maleaq; ſequacibus undis. Bis grauidos cogunt fœtus.) id eſt, gemina eſt fœcunditas mellis. Duo tẽpora meſſis.) fructus. Iuuenal. Veram deprehendere meſſem Si libet.

Taygete ſimul os.) Taygete una eſt de Pleiadibus ſeptem. ut aũt etiam ſuprà diximus, bis mel præcipit colligendũ, orientibus Pleiadib. id eſt, uerno tẽpore: & quũ occidunt, autũnali ſcilicet tẽpore. Oceani ſpretos pe. rep. am.) Homeri eſt, παρ' ὠκεανοῖο ῥοάων. Amnes aũt bene ait, quia in morẽ fulminis fluenta reditura prorumpũt. Aut eadem ſydus.) Auſtralẽ piſcẽ ſignificat, qui aquarij undã ore ſuſcipit. unde & Aquoſi addidit: tunc enim piſcis hic oritur, quo tẽpore Pleiades occidunt. nam ideo ait, Fugiens. Triſtior.) uel propter occaſum, uel propter propinquantem iam hyemis aſperitatẽ. Illis ira modum ſupra eſt.) Excedunt in iraſcendo modũ: nam cum ſuo naſcuntur interitu. Spicula cæca.) breuia, quæ latere poſſunt. Animasq; in uul. po.) non in ſuo, ſed à ſe illato. & amphibolicôs dictũ eſt: ut alibi, Cum Turni iniuria matrẽ Admonuit: quã inferebat ſcil. non quã patiebatur. Itẽ Salluſt. Iniuria ualidiorũ, ſcilicet quã inferebãt ualidiores. Res miſe. fractas.) id eſt, afflictas.

Suffire thymo.) ſuffumigare: ut exinde inimica illis animalia fugiãt. Cerasq; reci. inanes.) ſine melle. Et ſanè hoc dicit, ſi nihil habuerint in aluearibus, uel te tollẽte, uel exedentibus prauis animalib. apibus minutatĩ inciſam cèrã miniſtra. Stelliones uero, et cætera, thymi fumo ab eis repelle. Ignotus.) ignobilis, uel ex improuiſo ueniẽs. Adedit.) cõſumpſit.

Lucifugis blactis.) per noctem uagantibus. Immunis.) à labore scilicet, uentri tantū indulgens. Imparibus armis.) inæquali consilio. nam apes laborant, iste consumit. alibi: Et quærere conscius arma, id est, consiliū. Inuisa Mineruæ foribus suspendit aranea casses.) Araneam inuisam Mineruæ ideo dicit, quòd ab ea in hoc animal puella Lyda commutata est, quum deam lanificio prouocasset inferior. Sanè Vergilius quidem confundit: tamē sciendū, maiores animal ipsum masculin. genere appellasse, hic araneus: retia uero quæ faciūt, fœminino genere. Casus apibus quoque nostros Vita tulit.) Vitæ lōgitudo, morborū creatrix: sicut in Bucolicis, O Lycida uiui peruenimus. Continuo est ægris al. color.) id est, pallidus: quia dixit suprà, Ardentes auro & paribus lita corpora guttis. Tristia funera ducunt.) cum exequiali scilicet pōpa. & Ducere propriè funerum est. Persius: Nerio iam tertia ducitur uxor. Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendēt.) Hinc multi dictas apes esse uolūt, quòd se pedibus inuicem tenent. licet crebrior sit illa opinio, quòd sine pedibus primò esse dicuntur: ut, Trunca pedum primo. Tractim.) sine intermissione, iugiter. Frigidus ut quondam syluis immurmurat Auster, Vt mare sollicitum stridet.) Tres comparationes singulis impletæ uersiculis de Homero translatæ sunt, quas ille binis uersibus posuit. Hic iam Galbaneos suadebo incendere odores.) id est, quum iam hic processerit morbus, galbanus incendenda est, non ut suprà thymus. mel etiam in aluearia medicatum, tamen est inferendum, non ut suprà ceræ inanes. Tunsum gallæ saporem.) Multi pilas cyparissi accipiunt.

Stellio, & lucifugis congesta cubilia blactis,
Immunisq́ue sedens aliena ad pabula fucus,
Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis,
Aut dirum tineæ genus, aut inuisa Mineruæ
In foribus laxos suspendit aranea casses.
Quò magis exhaustæ fuerint, hoc acrius omnes
Incumbent generis lapsi sarcire ruinas,
Complebuntq́ue foros, & floribus horrea texent.
Si uero (quoniam casus apibus quoque nostros
Vita tulit) tristi languebunt corpora morbo,
Quod iam non dubijs poteris cognoscere signis:
Continuo est ægris alius color: horrida uultum
Deformat macies, tum corpora luce carentum
Exportant tectis, & tristia funera ducunt:
Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent,
Aut intus clausis cunctantur in ędibus omnes,
Ignauæq́ue fame, & contracto frigore pigræ.
Tum sonus auditur grauior, tractimq́ue susurrant.
Frigidus ut quōdam syluis immurmurat Auster,
Vt mare sollicitum stridet refluentibus undis,
Aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis.
Hic iam galbaneos suadebo incendere odores,
Mellaq́ue arundineis inferre canalibus ultro
Hortantem, & fessas ad pabula nota uocantem.
Proderit & tunsum gallę admiscere saporem,
Arenteisq́ue rosas, aut igni pinguia multo

Defruta.)

Defruta.) uina decocta, & defraudata proprio sapore. Graueolentia cẽtaurea.) Herbæ hoc genus est, à Chirone centauro repertum, à qua & curatus dicitur, quũ Herculis excepti hospitio pertractanti arma, telum excidisset in pedem: quare aliqui Chironiũ appellant. folia sunt lata & oblonga, serrata, ambitu densa à radice, caule circumgeniculato, trium cubitorum. Est etiam flos in pratis, cui nomen amello.) Plenè hanc herbam, ut

Defruta, uel Psythia passos de uite racemos,
Cecropiumq; thymũ, & graueolentia centaurea.
Est etiam flos in pratis, cui nomen amello
Fecere agricolæ, facilis quærentibus herba.
Nanq; imo ingentem tollit de cespite syluam,
Aureus ipse, sed in folijs quæ plurima circùm
Funduntur, uiolæ sublucet purpura nigræ.
Sæpe Deûm nexis ornatæ torquibus aræ.
Asper in ore sapor, tonsis in uallibus illum
Pastores & curua legunt prope flumina Mellæ.
Huius odorato radices incoque Baccho,
Pabulaq; in foribus plenis appone canistris.
Sed si quem proles subito defecerit omnis,
Nec genus unde nouæ stirpis reuocetur habebit,
Tempus & Arcadij memorãda inuenta magistri
Pandere, quóq; modo cæsis iam sæpe iuuencis
Insyncerus apes tulerit cruor: altius omnem
Expediam prima repetens ab origine famam.
Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,

etiam suprà, arborem felicis mali exequitur: nã dicit ubi creetur, qualis sit, quid possit. Aureus ipse.) flos scilicet. Violæ sublucet purpura nigræ.) Mirè ait sublucet, ut ostẽdat purpurei coloris folia quodam nitore esse perfusa. Tonsis in uallibus.) non syluosis. unde est contrà, Intonsi montes. Propè flumina Mellæ.) Mella fluuius Galliæ est, iuxta quẽ herba hæc plurima nascitur. unde & amella dicitur. sicut populi habitantes iuxta Lemannum fluuiũ, Alemanni dicuntur. unde Lucan. Deseruere cauo tentoria fixa Lemanno.

Sed si quem.) Miro usus est ordine. nam primò ait, quemadmodũ animalia apibus inimica pellenda sint, deinde quibus medicaminib. morbo possint carere: nunc dicit penitus amissæ, qua possint ratione reparari. Arcadij magistri.) Aristæum dicit, Apollinis & Cyrenes filium, qui primus inuenit quemadmodum apes possent reparari. Cæsis iuuencis.) occisis uerberibus. Bono autem sermone usus est. nam Cædi interdũ occidi, interdum uerberari significat. Insyncerus cruor.) uitiatus, corruptus. nam ideo uerberantur, ut ex putrefacto cruore uermes creentur, unde apes sint. Altius omnem Expediã prima repetens ab origine famã.) Contrà in Aeneide: Sed summa sequar fastigia rerũ. Sanè sciendum, Pliniũ dicere de bobus apes, de equis crabrones, de mulis fucos, de asinis uespas (sicut superius diximus) procreari. Nam qua Pellæi Canopi.) Canopus ciuitas est iuxta Alexandriã, quã Alexander à se dictã cõdidit, instar chlamydis suæ, qui fuit de ciuitate Macedoniæ, quæ Pella noĩatur. Canopus aũt dicta est quasi Canobus, à Canobo Menelai gubernatore illic sepulto.

Pictis phasellis.) breuibus nauiculis, quibus utuntur quũ stagnauerit Nilus. Nigra fœcundat arena.) Nouum enim semper limũ trahit, qui efficit fœcunditatem. Vnde & Nilus dictus est, quasi νέαν ἰλὺν trahens, id est, nouum limũ. nam antea Nilus latinè Melo dicebatur. In hac certam iacit salutem.) Ponit apũ reparandarũ salutem. Cicero: Iacta sunt fundamẽta defensionis meæ. Ipsos cõtractus ad usus Eligitur.) ad sustinendũ tantũ, & coarctandũ bouis cadauer. Angustiq; imbrice tecti.) Imbricem quidam uolũt tectum, quidam canalẽ, qua repellitur pluuia. imbrex tamẽ dicitur, quòd imbrẽ arceat: licet & hic imbrex lectũ sit. Melius tamen secundum Plaut. hæc imbrex dicimus. nãque ait, Fregisti imbrices meas, dum te dignam sectaris simiam. Obliqua luce fenestras.) quæ ex obliquo lumen infundunt, ut in horreis cernimus. Bima fronte.) ætatis biennij. bimus nãq; trimusq;, biennis triennisq; dicitur. Multà reluctãti.) pro multùm: nomẽ pro aduerbio. Soluuntur uiscera.) liquescunt, & putrescunt. Ramea fragmenta.) de ramis fracta, id est, ramorũ fragmina. Dicimus aũt & hic ramus, & hoc ramale. Persius: Vt ramale uetus. Casiasq; recentes.) statim carptas. Teneris tepefactus in ossibus humor.) utpote bimi uituli, in quo plurimũ feruentis est sanguinis. Modis uisenda animalia miris.) & quòd ex cadauere nascũtur animalia, & quòd apes ex uermib. procreantur. Trunca pedũ primo.) Sine pedibus primo. & bene addidit Primo: nam postea tam pẽnas, q̃ pedes accipiunt. Pinnis miscentur.) inter se pennarũ leuitate conueniunt.

Et circum pictis uehitur sua rura phasellis,
Quaq; pharetratæ uicinia Persidis urget,
Et uiridem Aegyptum nigra fœcundat arena,
Et diuersa ruens septem discurrit in ora,
Vsq; coloratis amnis deuexus ab Indis:
Omnis in hac certam regio iacit arte salutem.
Exiguus primum atq; ipsos contractus ad usus
Eligitur locus: hunc angustiq; imbrice tecti
Parietibusq; premunt arctis, & quatuor addunt,
Quatuor à uentis obliqua luce fenestras.
Tum uitulus bima curuans iam cornua fronte
Quæritur: huic geminæ nares, & spiritus oris
Multa reluctanti obstruitur, plagisq; perempto
Tunsa per integram soluuntur uiscera pellem.
Sic positum in clauso linquunt, & ramea costis
Subijciunt fragmẽta, thymum, casiasq; recentes.
Hoc geritur Zephyris primũ impellẽtibus undas
Ante nouis rubeant quàm prata coloribus, ante
Garrula quàm tignis nidum suspendat hirundo.
Interea teneris tepefactus in ossibus humor
Aestuat, & uisenda modis animalia miris
Trunca pedum primo, mox & stridentia pinnis
Miscentur, tenuemq; magis, magis aẽra carpunt,
Donec ut æstiuis effusus nubibus imber,
Erupere, aut ut neruo pulsante sagittæ,
Prima leues ineunt siquando prælia Parthi.

Extudit.)

Extudit.) studiose repperit. Ingressus.) exordia. nam est accusatiuus pluralis. Noua experientia.) nullo docente ars per usum reperta. Pastor Aristaeus.) Aristaeus filius fuit Apollinis & Cyrenes, filiae Penei fluminis Thessaliae: qui quũ Eurydicem nympham uxorem Orphei uitiare uoluisset, & illa fugiens à serpente fuisset occisa, nympharum iracundia cunctis animalibus perditis funditus & cunctis apibus, matris implorauit auxilium.

Quis Deus hanc Musae, quis nobis extudit artem?
Vnde noua ingressus hominũ experientia coepit?
Pastor Aristaeus fugiens Peneia Tempe,
Amissis (ut fama est) apibus, morboq;, fameq;
Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis,
Multa quaerens, atq; hac affatus uoce parentem.
Mater Cyrene, mater quae gurgitis huius
Ima tenes, quid me praeclara stirpe deorum
(Si modo, quẽ perhibes, pater est Tymbreus Apol
Inuisum fatis genuisti? aut quo tibi nostri
Pulsus amor? quid me caelum sperare iubebas?
En etiam hunc ipsum uitae mortalis honorem,
Quem mihi uix frugum & pecudũ custodia solers
Omnia tentanti extuderat, te matre relinquo.
Quin age & ipsa manu felices erue syluas,
Fer stabulis inimicũ ignem, atq; interfice messes:
Vre sata, & ualidam in uites molire bipennem,
Tanta meae si te coeperunt taedia laudis.
At mater sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit, eam circum Milesia uellera Nymphae
Carpebant, hyali saturo fucata colore:

Tempe.) sunt in Thessalia amoenissima loca. Extremi amnis.) summi, unde nascitur. & sic dicimus, Pro supreme pater. Mater Cyrene, mater.) Inuidiosum est nomine parentes uocare. unde est paulo pòst, Et te crudelem nomine dicit. Sic in 12. in desperatione ait, Rutulisq; implorans nomine Turnum. Gurgitis huius.) id est, Penei fluminis.

Quid me Inuisum fatis genuisti.) Natus ex dijs, inuisus est fatis. Sic in Primo Aeneid. Nos tua progenies, caeli qbus annuis arcem. Itẽ, Quis te nate Dea per tanta pericula casus Insequitur? Vitae mortalis honorem.) Bene honorem ait, quia arare bene, animalia pascere, apes etiam habere honor erat. Nam ingenti honore fuit rusticitas. alibi, Non ullus aratro Dignus honos. Custodia solers.) diligens, & perita industria. Te matre relinquo.) ac si diceret: sub ea perdo usum laboris, sub qua augere debueram. Felices syluas.) fertiles. Fer.) infer. Interfice messes.) Secundum Pythagoram, qui animã habere dicit cuncta crescentia. unde & alibi: Aret ager uitio moriens. Tanta meae si te coeperunt taedia laudis.) Taediũ est angor mentis & animi, non corporis ualetudo. At mater sonitum.) Cur non etiam uocem audiuit? scilicet quia in ima fluminis parte erat lanificijs occupata. Milesia uellera.) preciosa. Cicero: Nam quid à Milesijs lanae publicae abstulerit? Hyali saturo fucata colore.) Hyali, pro hyalino colore: uitreo, uiridi, nymphis apto. Saturo autem, largo, abundanti: aut certè Tarentino, ab oppido Satureo. Iuxta Tarentum enim sunt baphia, in quibus tingitur lana.

Drymoq;

Drymoq́, Xanthoq́.) Hæ sunt, ut multi uolunt, de quibus ait Iuno: Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ. Sed magis poëticè conficta nomina accipiamus. Sanè mira uarietate hic usus est. nam ne continuatio nominum posset creare fastidium, in alijs habitũ, in alijs commemorat uirginitatem, in alijs pulchritudinem. Auro ambæ, pictis incinctæ pellibus ambæ.) id est, nebridas habentes. Sed hic uenatricum est habitus, quem ideo nymphis dat, quia multas ex eis legimus ex uenatricib. factas: ut, Et tandem positis uelox Arethusa sagittis. Notãda autem est figura honestissima, facta ex repetitione sermonis: ut, Oceanitides ambæ: Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ. Curã inanem.) Diffinitio est amoris. Vulcani, Martisq́.) Secundum Donatum hic est distinguendum, & sic inferendum, ut Dolos ad Vulcanum: Furta dulcia, id est adulteriũ, referamus ad Martẽ. Scimus enim quòd Sole indicãte, Mars cum Venere per artem Vulcani est religatus catenis.

Atq; Chao.) & à Chao narrabat crebros amores deorũ.

Drymoq́, Xanthoq́, Ligeaq́, Phyllodoceq́:
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla.
Nesæq́, Spioq́, Thaliaq́, Cymodoceq́,
Cydippe, & flaua Lycorias: altera uirgo,
Altera tum primos Lucinæ experta labores,
Clioq́, & Beroe soror: Oceanitides ambæ,
Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ.
Atq; Ephyre, atq; Opis, atq; Asia Deiopeia,
Et tandem positis uelox Arethusa sagittis.
Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani, Martisq́; dolos, & dulcia furta,
Atq; Chao densos diuûm numerabat amores,
Carmine quo captæ dum fusis mollia pensa
Deuoluunt, iterum maternas impulit aures
Luctus Aristæi, uitreisq́; sedilibus omnes
Obstupuere, sed ante alias Arethusa sorores
Prospiciens, summa flauum caput extulit unda:
Et procul, ò gemitu non frustra exterrita tanto
Cyrene soror, ipse tibi tua maxima cura
Tristis Aristæus Penei genitoris ad undam
Stat lachrymans, & se crudelem nomine dicit.
Huic perculsa noua mentem formidine mater
Duc age, duc ad nos: fas illi limina diuûm
Tangere ait: simul alta iubet discedere late
Flumina, qua iuuenis gressus inferret. at illum
Curuata in montis faciem circunstetit unda,

Summa flauum caput extulit unda.) Mirè per transitum ueritatem tetigit. Nanq; Arethusa fons dulcia aquæ fluenta inter medios seruat fluctus. Cyrene soror.) Propter similitudinem potestatis ait Soror. nam Cyrene Thessaliæ, Arethusa uero dea est Elidis.

Tua maxima cura.) quem tu plurimum diligis. Penei genitoris.) Aut tui genitoris, aut honoris est: ut, Tybri pater. Noua formidine.) magna: ut, Pollio & ipse facit noua carmina. Fas illi limina diuûm Tangere.) Vtroque enim parente deo natus erat.

Speluncisq́; lacus clausos, lucosq́; sonãteis.) Mirãs, *per omnia subaudiamus. lacus autem dicit fontium, & fluuiorum receptacula. Hæc autem non sunt per poëticam licentiã dicta, sed ex Aegyptijs tracta sunt sacris. nam certis diebus* Nilides *pueri de sacris parentibus: nati, & sacerdotibus nymphis dabãtur, qui quum adoleuissent redditi narrabãt lucos esse sub terris, & immensam aquã omnia continentem, ex qua cuncta procreantur.* Vnde *est illud secũdum* Thaletas: Oceanũq́; *patrẽ rerũ.*

Curuata in montis faciem circũstetit unda,
Accepitq́; sinu uasto, misitq́; sub amnem.
Iamq́; domũ mirans genitricis, & humida regna
Speluncisq́; lacus clausos, lucosq́; sonanteis
Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum
Omnia sub magna labentia flumina terra
Spectabat diuersa locis, Phasinq́;, Lycumq́;,
Et caput unde altus primum se erupit Enipeus,
Vnde pater Tyberinus, & unde Aniena fluenta,
Saxosumq́; sonans Hypanis, Mysusq́; Caycus,
Et gemina auratus taurino cornua uultu
Eridanus, quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum uiolentior influit amnis.
Postq̃ est in thalami pendentia pumice tecta
Peruentum, & nati fletus cognouit inanes
Cyrene, manibus liquidos dant ordine fontes
Germanæ, tonsisq́; ferunt mantilia uillis,
Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt
Pocula, Panchæis adolescunt ignibus aræ.
Et mater, cape Mæonij carchesia Bacchi

Phasinq́;.) fluuius Colchidis. *Lycũ.) fluuius Asiæ.* Enipeus.) *Thessaliæ fluuius.* Pater Tyberinus.) *Tyberis et* Anio *Italiæ sunt fluuij.* Saxosum sonans.) & *Saxosum legẽdum est, non saxosus: ne sint duo epitheta, quod apud latinos uitiosum est.* Hypanis.) *Ponti fluuius.* Mysusq́; Caycus.) *qui per Mysiã labitur.* Eridanus.) *fluuius Italiæ, qui & Padus uocatur.* Purpureũ aũt, *nigrum ex altitudine accipimus.* Nam Padus *nõ in rubrũ mare, sed iuxta* Rauennam *in* Adriaticum *cadit.* & Purpureum *græcum est epitheton. mare rubrum etiam dixit* Homerus, *ὡς ἅλα πορφυρόεσσαν unde apparet* Victorinum *hoc loco errasse, qui purpureum mare rubrum esse dixit, quod est iuxta* Indiam. Nati fletus cognouit inanes.) *Bene inanes fletus. his enim mouebantur rebus, quarum erat facilis reparatio.* Dant ordine fontes.) *rite, secundum ordinem epularum.* Mantilia.) *quibus manus tergũtur.* Cæterum Plautus *huius singulare mantellum posuit in* Captiuis: *nec his sycophantijs, nec fucis ullum mantellum obijciam.* Lucil. *autem mantella dicit,* Mappas *mantella merumq́;, quæ* Græci *μάνδυα uocant.* Plena reponunt Pocula.) *iterant sæpe, offerunt.* Panchæis ignibus.) *thure, Arabicis odoribus.* Adolescunt aræ.) *pro incenduntur, κατ᾽ ἐπιρρηματισμόν ponitur. adolescunt hic uim habet frequentatiõis. & Pãchæis adolescũt, id est, Pãchæis odoribus incendũtur aræ.* Mæonij Bacchi.) Lydi *uini.* Carchesia *aũt, poculorũ sunt genera.* Cæterũ *nymphis libari pontifices negãt. & sanè mox ita euidẽter apparuit, cum ait:* Ter *liquido ardẽtem perfudit nectare* Vestam.

Oceano libemus ait.)quasi nympha Oceano sacrificat. Oceanũq; patrem rerũ.) quòd ex eo omnia gignũtur, & originem ducũt, secũdum Thaleta: ut suprà diximus. Centum quæ syluas.) aut ducẽtas nymphas asserit, aut finitus est numerus pro infinito. Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam) id est, in ignem uinum purissimum fudit: post quod, quia magis flamma cõualuit, bonũ omen ostendit. Est in Carpathio Neptuni gurgite uates Cæruleus Proteus.) Carpathos insula est cõtra Aegyptum, à qua uicinum pelagus Carpathiũ appellatum est. hic aliquãdo regnauit Proteus, relicta Pallene ciuitate Thessaliæ, ad quam tamen reuersus est postea: quod ostendit hoc loco dicens, Patriãq; reuisit Pallenen. hoc ideo dicit, quia Proteus antequã in Aegyptũ cõmigraret, Thraciæ fuit incola, ubi habuit uxorem, ex qua filios Thelegonum & Polygonũ: qui cũ aduenas secum luctari adigerent, & excruciarẽt, ad postremum ab Hercule uicti & interempti, patris animum perculerunt, quapropter tædio præsentium rerum solum uertere coactus Aegyptum petijt. Cæruleus Proteus.) marinus. Magnum qui piscibus æquor, Et iuncto curru metitur.) Equi enim marini prima parte equi sunt, postrema resoluũtur in pisces. Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur.) Vt Homerus: ὃς ἤδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

Ita Neptuno uisum est.) Vbi deest ratio, sic loqtur. nã ita & in ij. dixit: Sic uisum superis, quũ præmisisset Immeritã. Turpes phocas.) magnas: ut, Cui turpe caput. phocæ autem sunt marini boues. Expediat morbi causam, euentusq; secũdet.) Duo enim ista requiruntur in oraculis, causa mali & remediũ. Nam sine ui nõ ulla dabit præcepta.) ne eum speraret posse precibus flecti. Doli circum hæc demũ frangentur inanes.) circa uincula nouissime eius desinent doli, id est, formarũ uarietates. cuius figmenti physicam uolunt esse rationẽ. nanq; homo habet in se libidinẽ, stultitiam, ferocitatem, dolum: quæ dum inuicem in uno uigent, pars illa quæ uicina est diuinitati, id est, prudentiæ nõ apparet: quæ tunc potest

Oceano libemus ait: simul ipsa precatur,
Oceanumq; patrem rerum, nymphasq; sorores,
Centum quæ syluas, centum quæ flumina seruãt.
Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam,
Ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.
Omine quo firmans animum, sic incipit ipsa:
Est in Carpathio Neptuni gurgite uates
Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Hic nunc Emathiæ portus, patriamq; reuisit
Pellenen: hunc & nymphæ ueneramur, & ipse
Grandæuus Nereus. nouit nanq; omnia uates
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahãtur.
Quippe ita Neptuno uisum est: immania cuius
Armenta, & turpes pascit sub gurgite phocas.
Hic tibi nate prius uinclis capiendus, ut omnem
Expediat morbi causam, euentusq; secundet.
Nam sine ui non ulla dabit præcepta, neq; illum
Orando flectes: uim duram & uincula capto
Tende, doli demũ circum hæc frangẽtur inanes.

suas uires tenere, cũ fuerint illa religata, id est, cũ quis caruerit omnibus uitijs. Vnde sacerdotem hunc dicit tunc posse uaticinari, & suscipere diuinitatem, cum religata in eo fuerit ignea cupiditas, syluestris asperitas, lapsusq́ animi aquarum mobilitati similis. Cum sol accenderit æstus.) *Ferè enim numina tunc uidentur. Lucan. Medio cum Phœbus in axe est, Aut cælum nox atra tenet, tũc ipse sacerdos Accessum dominũq́ timet deprẽdere luci.* In secreta senis ducã.) *Ferè oẽs dij marini senes sunt. albẽt enim eorum capita spumis aquarum.* Atra tigris.) *i. sæua.* Tãto nate magis.) *alij legũt, Tantũ nate magis.* Liquidũ ambrosiæ diffundit odorẽ.) *ideo unxit eum, quo posset uidendi numinis capax esse.* Habilis uigor.) *uegetabilis.* Specus ingens.) *in singul. num. hoc specus, in plurali hi specus dicimus.* Depreñsis nautis.) *periclitãtibus: uerbũ nauticũ est, cũ tẽpestate occupantur. sic alibi, Argolicoue mari deprehensus.* Tegit.) *tegere cõsueuit: nam tunc illic non erat.*

Ipsa ego te, medios cum Sol accenderit æstus,
Cũ sitiũt herbæ, & pecori iam gratior umbra est,
In secreta senis ducam, quo fessus ab undis
Se recipit, facile ut somno aggrediare iacentem.
Verum ubi correptũ manibus uinclisq́ tenebis,
Tum uarię illudent species, atq; ora ferarum.
Fiet enim subito sus horridus, atraq́ tigris,
Squammosusq́ draco, & fulua ceruice leæna,
Aut acrem flammæ sonitũ dabit, atq; ita uinclis
Excidet, aut in aquas tenuis dilapsus abibit.
Sed quãto ille magis formas se uertet in omneis,
Tanto nate magis contende tenacia uincla:
Donec talis erit mutato corpore, qualem
Videris incepto tegeret cum lumina somno.
Hęc ait, & liquidum ambrosiæ diffũdit odorem,
Quo totum nati corpus perduxit: at illi
Dulcis compositis spirauit crinibus aura,
Atq; habilis mẽbris uenit uigor. Est specus ingẽs
Exesi latere in montis, quo plurima uento
Cogitur, inq; sinus scindit sese unda reductos:
Deprensis olim statio tutissima nautis.
Intus se uasti Proteus tegit obijce saxi.
Hic iuuenẽ in latebris auersum à lumine nympha
Collocat, ipsa procul nebulis obscura recessit.
Iam rapidus torrens sitienteis Seirios Indos
Ardebat cælo, & medium sol igneus orbem
Hauserat, arebant herbæ, & caua flumina siccis
Faucibus ad limum radij tepefacta coquebant:
Cum Proteus consueta petens è fluctibus antra

Obijce.) *obiectione. & melius hic obex, q̃ hac obex dicimus.* Auersum lumine.) *Paululum obliquũ à lumine. Et sciendũ Proteum temporalem suscipere diuinitatem, alioquin potuit etiã Aristæũ cognoscere latitantẽ.* Iam rapidus.) *Hic distinguendũ propter duo epitheta. Sirius aũt stella est in ore canis, per quã nimios æstus accipimus.* Sitiẽteis Indos.) *populos subsolanos.* Caua flumina.) *alta. Lucan. Deferuere cauo tentoria fixa Lemãno.*

Vix defessa senem passus componere membra.) Auiditatem exprimit tenere cupientis. Unde eum contra matris præceptum cito in Proteum impetũ fecisse dicit, per quod incontinentes hominũ animos docet poëta. Hominis ore.) humana scilicet uoce. Nam quis te iuuenũ confidentissime.) id est, quisnam. hodie enim Nam particula postponitur, antè præponebatur. Terẽtius in Phormione: Nam quæ est anus à fratre egressa meo? Scis Proteu.)

Ibat, eum uasti circum gens humida ponti
Exultans rorem late dispergit amarum.
Sternunt se somno diuerso in littore phocę.
Ipse, uelut stabuli custos in montibus olim
Vesper, ubi è pastu uitulos ad tecta reducit,
Auditiq́ lupos acuunt balatibus agni,
Consedit scopulo medius, numerumq́ recenset.
Cuius Aristæo quoniam est oblata facultas,
Vix defessa senem passus componere membra,
Cum clamore ruit magno, manicisq́ iacentem
Occupat. ille suæ contra non immemor artis
Omnia transformat sese in miracula rerum:
Ignemq́, horribilemq́ feram, fluuiumq́ liquentẽ.
Verum ubi nulla fugam reperit pellacia, uictus
In sese redit, atq́ hominis tandem ore locutus.
Nam quis te iuuenum confidentissime, nostras
Iussit adire domos? quidúe hinc petis? inqt. at ille
Scis Proteú, scis ipse: neq́ est te fallere cuiquam.
Sed tu desine uelle: deûm præcepta secuti
Venimus huc, lapsis quæsitum oracula rebus.
Tantum effatus ad hæc uates, ui deniq́ multa
Ardenteis oculos intorsit lumine glauco,
Et grauiter frendens, sic fatis ora resoluit.
Non te nullius exercent numinis iræ.
Magna lues cõmissa, tibi has miserabilis Orpheus
Haudquaq̃ ob meritum pœnas (ni fata resistant)
Suscitat, & rapta grauiter pro coniuge sæuit.
Illa quidem dum te fugeret per flumina præceps,
Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Seruantem ripas alta non uidit in herba.

uocatiuus græcus, ut Orpheú. Neq́ est te fallere cuiq̃.) Alij Quicq̃ legunt. Hoc autẽ dicit: quũ omnia noueris, desine aduẽtus mei causam uelle cognoscere. Deûm præcepta secuti.) propter matrem. Grauiter frendens.) cum magẽti tumultu. Nõ te nullius.) id est, nõ humilis, sed magni. Magna lues cõmissa tibi.) i. magnorũ scelerum est ista ꝑsolutio. & alij ita distingũt, ut sit A te commissa alij. Tibi has miserabilis Orpheus.) nõ humile autem numen dicit Tisiphonẽ, id est, mortis ultricẽ. nam ideo Tisiphone dicta ẽ, quasi cui curæ sit τίσιν φόνον. i. mortis ultio. Haud quaquam ob meritum.) id est, non tales quales mereris. nam eius uxori causa mortis fuisti. Inferret aũt digna supplicia, nisi fata prohiberẽt: quibus fauẽtibus ira numinũ minora infert, licet maiora nõ possit. Moritura puella.) merito nõ uidit, quippe moritura. Seruantẽ ripas.)

pas.) tenentem: ut, Tantas seruabat filia sedes. At chorus æqualis Dryadũ.) Et Eurydice ergo Dryas: & bono cõpendio eius ꝑtermisit interitũ. Supmos mõtes.) summos: ut, Prò supreme Iuppiter. Flerũt Rhodopeiæ arces.) Rhodope mons est Thraciæ, sicut Pangæa. Rhesi mauortia tellus.) quã postea Rhesus tenuit. & est prolepsis ex persona Poëtæ. Quo

At chorus æqualis Dryadum clamore supremos
Implerunt montes, flerunt Rhodopeiæ arces,
Altaꝗ; Pangæa, & Rhesi mauortia tellus,
Atꝗ; Getæ, atꝗ; Hebrus, atꝗ; Actias Orithyia.
Ipse caua solans ægrum testudine amorem,
Te dulcis coniux, te solo in littore secum,
Te ueniente die, te decedente canebat.
Tænarias etiam fauces, alta hostia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus, manesꝗ; adijt, regemꝗ́; tremendum,
Nesciaꝗ; humanis precibus mansuescere corda.
At cantu commotæ Erebi de sedibus imis
Vmbræ ibant tenues, simulacraꝗ́; luce carentum,
Quàm multa in syluis auium se milia condunt,
Vesper ubi, aut hybernus agit de mõtibus imber,
Matres atꝗ; uiri, defunctaꝗ; corpora uita
Magnanimum Heroum pueri, innuptæꝗ́; puellæ,
Impositiꝗ́; rogis iuuenes ante ora parentum,
Quos circum limus niger, & deformis arundo
Cocyti, tardaꝗ́; palus inamabilis unda
Alligat, & nouies Styx interfusa coërcet.
Quin ipsæ stupuere domus, atꝗ; intima leti
Tartara, cæruleosꝗ́; amplexæ crinibus angues
Eumenides, tenuitꝗ́; inhians tria Cerberus ora,
Atꝗ; Ixionei uento rota constitit orbis.
Iamꝗ́; pedem referens casus euaserat omneis,
Redditaꝗ́; Eurydice superas ueniebat ad auras,

enim tempore Orpheus fuit, Rhesus necdũ regnabat in Thracia. Hebrus.) fluuius Thraciæ gelidissimus. Actias Orithyia.) Atheniensis nympha, quã Boreas in suum matrimonium rapuit. Ipse.) Orpheus. Caua testudine.) Periphrasis citharæ, cuius usus repertus est hoc modo. Quũ regrediens Nilus in suos meatus uaria in terris reliquisset animalia, relicta etiam testudo est: quæ quũ putrefacta esset, & nerui eius remãsissent extenti intra corium, ꝑcussa à Mercurio sonitũ dedit, ex cuius imitatiõe cithara est composita. Aegrũ amorem.) mœstum, deceptũ. Solo in littore.) deserto, in quo sine uxore morabatur. Tænarias etiã fauces.) Tænarus Laconiæ promontoriũ est, circa finẽ Maleæ, ubi inferorum dicitur esse descensus. Manesꝗ; adijt, regemꝗ́; tremendum.) Hæc omnia ad laudẽ pertinent citharæ, qua fretus ista superauit. Nesciaꝗ; humanis precibus mansuescere corda.) ad exitũ futuræ rei respexit, non ad principiũ. nam primo meruit Eurydicẽ. Erebi de sedibus imis.) de interioribus tenebris inferorũ. Amplexæ.) inuolutæ, implicitæ, ἐμπεπλεγμέναι. Ixionei uento rota.) deest Cum. & dicit, cũ uento suo rota

 constitit,

constitit, id est, cum causa uolubilitatis quieuit. Incautũ amantẽ.) epitheton amantis est. Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes.) Participiũ, sine uerbi origine: nõ enim facit ignoscor, sicut nec triumphor, regnor. Eurydicenq́; suam iam.) alij legunt, Iam luce sub ipsa. Victusq́; animi.) Sic hoc loco dixit: ut, O præstans animi iuuenis. Respexit.) id est, commisit in legem sibi datam.

Terq́; fragor auditus auerni.) quasi exultarẽt umbræ reditu Eurydicis. Lucanus dicit in Orpheo, strepitũ factũ redeũte Eurydice: ob hoc, quia gaudẽt à luce relictam Eurydicen, iterum sperantes Orphea manes. Iterum crudelia retro Fata uocãt.) Ouid. Bis rapitur, uixitq́; semel.

Natãtia lumina.) in mortẽ reducta.

Inualidas palm.) in umbræ tenuitatẽ redactas. Heu non tua.) quia suprà dixit, Eurydicenq́; suam. Iam fugit diuersa.) p diuersa.

Præterea.) postea: ut, Quisq̃ numẽ Iunonis adoret Præterea. Nec portitor orci Amplius.) Mysticum est. dicitur enim bis eãdem umbram euocari nõ licere. Ex ordine.) sine intermissione.

Deserti Strymonis.) asperi, inculti. Strymon autẽ fluuius est Thraciæ, circa quem ad extinguendum amoris morabatur calorem. Hæc euoluisse.) talia qualia ipse cõmemorat. Philomela.) pro quauis aue. nam speciẽ pro genere posuit. Flet noctem.)

Pone sequẽs, (nãq; hãc dederat Proserpina legẽ:)
Cum subita incautum dementia cepit amantem:
Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes.
Restitit, Eurydicenq́; suam iam luce sub ipsa
Immemor heu, uictusq́; animi respexit: ibi omnis
Effusus labor, atq; immitis rupta tyranni
Fœdera, terq́; fragor stagnis auditus auernis.
Illa, q̃s & me (inqt) miserã, & te perdidit Orpheu?
Quis tantus furor? en iterum crudelia retro
Fata uocant, conditq́; natantia lumina somnus.
Iamq́; uale: feror ingenti circundata nocte,
Inualidasq́; tibi tendens, heu non tua, palmas.
Dixit, & ex oculis subito ceu fumus in auras
Commixtus tenueis fugit diuersa, neq; illum
Prensantem nequicq̃ umbras, & multa uolentem
Dicere præterea uidit: nec portitor Orci
Amplius obiectam passus transire paludem.
Quid faceret? quo se rapta bis coniuge ferret?
Quo fletu manes, qua numina uoce moueret?
Illa quidem Stygia nabat iam frigida cymba.
Septem illum totos perhibent ex ordine menses
Rupe sub aeria deserti ad Strymonis undam
Fleuisse, & gelidis hæc euoluisse sub antris,
Mulcentẽ tigres, & agentem carmine quercus.
Qualis populea mœrens philomela sub umbra
Amissos quæritur fœtus, quos durus arator
Obseruans nido implumes detraxit: at illa
Flet noctem, ramoq́; sedens miserabile carmen
Integrat, & mœstis late loca questibus implet.
Nulla Venus, nulliq́; animum flexere Hymenæi.

flem.)iugi nocte,continuo fletu. Tanaimq́; niualem.)fluuium Scythiæ. Nunquā uiduata pruinis.)semper nubibus plena. Spretæ Ciconū quo munere matres.) nuptiali scilicet. Cicones autem sunt Thraces mulieres, quæ ab Orpheo spretæ discerpsere eum per Liberi sacra simulata. Marmorea caput à ceruice reuulsum.)id est, pulchra. Constat enim caput Orphei in Hebrū proiectū, & id fluctus in Lesbū insulā detulisse. Hebrus aūt, fluuius in Thracia ē, q ex fontib. Rhodopæ mōtis plabitur: dictus ab Hebro Boreæ fratre quē Oeagrū ab Oeagro patre dicūt. Sanè alludit ad id qđ dicit Ouidius, quia cum caput eius delatum ad ripas serpēs mordere uoluisset, est conuersus in lapidē. Oeagrius Hebrus.) Oeagrius flu. ē pater Orphei, de quo Hebrus nascitur: unde eū appellauit Oeagriū. Hæc Proteus.) subaudi, Dixit. At nō Cyrene.) deest Territa est: quod ex sequētibus datur intelligi. Pacem petens.) Pacem, beneficium, beneuolentiam. Faciles Napæas.) exorabiles nymphas, & ad ignoscendum paratas. Sanè sciendum easdem esse Napæas, quæ & Dryades sunt. nam suprà ait: At chorus æqualis Dryadum. Intacta ceruice.) indomita. & dicit, ita animalium sacrificium esse faciendum, ut non tantum occidantur hostiæ, sed cædantur. Orphei.) diuinus græcus est. Lethæa papauera.) id est, agrestia.

Solus hyperboreas glacies, Tanaimq́; niualem
Aruaq́; Riphæis nunquam uiduata pruinis
Lustrabat, raptam Eurydicen, atq; irrita Ditis
Dona querēs: spretæ Ciconū quo munere matres
Inter sacra deûm, nocturniq́; orgia Bacchi
Discerptum latos iuuenem sparsere per agros.
Tum quoq; marmorea caput à ceruice reuulsum,
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus
Volueret, Eurydicen uox ipsa & frigida lingua,
Ah miserā Eurydicen, anima fugiente uocabat:
Eurydicen toto referebant flumine ripæ.
Hæc Proteus, & se iactu dedit æquor in altum,
Quaq́; dedit spumātem undam sub uertice torsit.
At non Cyrene (nanq; ultro affata timentem)
Nate licet tristeis animo deponere curas.
Hęc omnis morbi causa: hinc miserabile nymphę,
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,
Exitium misere apibus. tu munera supplex
Tende petens pacē, & faciles uenerare Napæas.
Nanq; dabunt ueniam uotis, irasq́; remittent.
Sed modus orandi quis sit, prius ordine dicam.
Quatuor eximios præstanti corpore tauros,
Qui tibi nunc uiridis depascunt summa Lycæi,
Delige, & intacta totidem ceruice iuuencas.
Quatuor his aras alta ad delubra dearum
Constitue, & sacrum iugulis demitte cruorem,
Corporaq́; ipsa boum frondoso desere luco.
Post ubi nona suos aurora ostenderit ortus,
Inferias Orphei lethæa papauera mittes:

Placatam

Placatam Eurydicen uitula uenerabere cæsa.) Hyppallage, pro ueneratā placabis. *Præcepta facessit.*) id est, facit. & est frequētatiuū, pro principali. Aut certe ideo Facessit, quia plures hostias immolauit. *Hic subitum ac dictu mirabile monstrū.*) res enim hæc ex improuiso uenit, ut apes ex bobus erumperent. nam præcepta Cyreniæ tantum ad placāda numina pertinebant.

Et nigram mactabis ouem, lucumq́ reuises.
Placatam Eurydicen uitula uenerabere cæsa.
Haud mora: continuo matris præcepta facessit,
Ad delubra uenit, monstratas excitat aras.
Quatuor eximios præstanti corpore tauros
Ducit, & intactas totidem ceruice iuuencas.
Post ubi nona suos aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei mittit, lucumq́ reuisit.
Hic uero subitum ac dictu mirabile monstrum
Aspiciunt, liquefacta boum per uiscera toto
Stridere apes utero, & ruptis efferuere costis.
Immensasq́ trahi nubes: iamq́ arbore summa
Confluere, & lentis uuam demittere ramis.
Hæc super aruorum cultu, pecorumq́ canebam,
Et super arboribus. Cęsar dum magnus ad altum
Fulminat Euphraten bello, uictorq́ uolenteis
Per populos dat iura, uiamq́ affectat Olympo.
Illo Vergilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studijs florentem ignobilis ocij:
Carmina qui lusi pastorum, audaxq́ iuuenta
Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi.

P. VERGILII MARONIS GEORGICON LIBRI QVARTI AC VLTIMI FINIS.

Notandū sanè, q̄ ex hoc euentu illa ars inuēta est, quam suprà memorauit, & melior facta per industriā. *Stridere apes utero et ruptis efferuere costis.*) Hæc uerba et secundæ sunt coniugationis & tertiæ: nunc tantū tertiæ. *Lentis uuam demittere ramis.*) in morem uuæ, id est, botryonis defluere: quod Græci βοτρυδὸν dicūt. *Hæc super aruorum.*) Per aruorum cultū primum librū significat: per pecora autē tertiū et quartum, quia et aues pecora sunt: p arbores secundū. et hoc dicit: Hæc ego, id est, Georgica scripsi, dum Cæsar in oriēte pugnaret. *Fulminat.*) fortiter facit. *Victorq́ uolenteis Per populos dat iura.*) Vnū uirtutis est, alterū iustitiæ. nam uincere uirtutis: uolentibus, id est, non inuitis imperare, iustitiæ est. *Viamq́ affectat Olympo.*) præparat sibi diuinos honores. *Dulcis alebat Parthenope.*) id est, Neapolis, quæ primo ex corpore unius Sirenis illic sepultæ, Parthenope est appellata. *Studijs florentem ignobilis ocij.*) id est, artis poëticæ: quam ocium ignobile appellauit, ne quid de se uideretur arroganter dicere. *Carmina qui lusi.*) qui etiam Bucolica scripsi. *Audaxq́ iuuēta.*) ætate iuuenili. nam ut diximus suprà, xxviij. annorum erat, quum Bucolica scripsit. & bene breuiter à se scriptarū rerum executus est titulum.

SERVII MAVRI HONORATI GRAMMATICI IN P. VERGILII MARONIS Aeneidem, Commentariorum Liber primus.

IN exponendis autoribus hæc consideranda sunt: Poëtæ uita, titulus operis, qualitas carminis, scribentis intentio, numerus librorum, explanatio. Vergilij uita hæc est. Ortus fuit patre Vergilio, matre uero Maia: fuit ciuis Mantuanus, quæ ciuitas est Venetiæ. Diuersis in locis literis operam dedit. nam & Cremonæ, & Mediolani, & Neapoli studuit. Adeò autem uerecundissimus fuit, ut ex moribus cognomen acciperet. nam dictus est Parthenias, omni uita probatus. Vno tamen morbo laborabat. nam impatiens libidinis fuit. Primũ à Vergilio hoc distichon factum est in Balistam latronem:

Monte sub hoc lapidum tegitur balista sepultus,
Nocte dieq; tuum carpe uiator iter.

Scripsit etiam octo libros hos: Cirin, Aetnã, Culicem, Priapeam, Catelecton, Epigrammata, Copam, Diras. Postea ortis ciuilibus bellis inter Antoniũ & Augustũ, Augustus uictor Cremonensiũ agros, qui pro Antonio senserant, dedit militibus suis: qui cum non sufficerẽt, his addidit agros Mantuanos, sublatos non propter ciuium culpam, sed propter uicinitatem Cremonensium. unde ipse in Bucol.

Mantua uæ miseræ nimium uicina Cremonæ.

Amissis ergo agris Romam uenit, & usus patrocinio Pollionis & Mecœnatis, solus agrũ quem omiserat, meruit. Tunc ei proposuit Pollio, ut carmen Bucolicũ scriberet. quod eum constat triennio scripsisse, & emendasse. Item proposuit Mecœnas Georgica, quæ scripsit & emẽdauit septem annis. Postea ab Augusto Aeneidem propositam scripsit annis undecim, sed nec emendauit, nec edidit: unde eam moriens præcepit incẽdi. Augustus uero, ne tantum opus periret, Tuccam & Varrum hac lege iussit emendare, ut superflua demerent, nil adderent tamen. unde & semiplenos eius inuenimus uersiculos: ut, Hic cursus fuit. & aliquos detractos: ut in principio. nam ab Armis non cœpit, sed sic:

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egressus syluis uicina coëgi:
Vt quamuis auido parerent arua colono:
Gratum opus agricolis. at nunc horrentia Martis,
Arma uirumq; cano.

Et in secundo constat hos uersus esse detractos:

Aut ignibus ægra dedere.
Iamq; adeo super unus eram, cum limina Vestæ
Seruantem, & tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio. dant clara incendia lucem
Erranti, passimq; oculos per cuncta ferenti.
Illa sibi infestos euersa ob Pergama Teucros,
Et Danaûm pœnas, & deserti coniugis iras
Præmetuens, Troiæ, & patriæ communis Erynnis

Abdiderat sese, atque aris inuisa sedebat.
Exarsere ignes animo, subit ira cadentem
Vlcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas.
Scilicet hæc Spartam incolumis, patriasq́ Mycenas
Aspiciet? partoq́ ibit regina triumpho?
Coniugiumq́, domumq́, patres natosq́ uidebit,
Iliadum turba, & Phrygijs comitata ministris?
Occiderit ferro Priamus, Troia arserit igni?
Dardanium toties sudarit sanguine litus?
Non ita: nanq́ & si nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna est, nec habet uictoria laudem,
Extinxisse nefas tamen, & sumpsisse merentis
Laudabor pœnas, animumq́ explesse iuuabit
Vltricis flammæ, & cineres satiasse meorum.
Talia iactabam, & furiata mente ferebar: Cum mihi se non ante alias.

Perijt autẽ Tarenti, in Apuliæ ciuitate. nam dum Metapontũ cupit uidere, ualetudinẽ ex solis ardore contraxit. Sepultus est aũt Neapoli, in cuius tumulo ab ipso compositũ est tale (distichon:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope: cecini pascua, rura, duces.

Titulus est Aeneis, deriuatum nomen ab Aenea: ut à Theseo, Theseis. sic Iuuenal.
Vexatus toties rauci Theseide Codri.

Qualitas carminis patet. nam est metrũ heroicum, & actus mixtus: ubi & poëta loquitur, & alios inducit loquentes. Est autem heroicũ, quod constat ex diuinis humanisq́ personis, continens uera cum fictis. nam Aeneam ad Italiã uenisse, manifestum est: Venerem uero locutam cum Ioue, missúmue Mercuriũ, constat esse compositum. Est aũt stilus grandiloquus, qui constat alto sermone, magnisq́ sententijs. Scimus enim tria esse genera dicendi: humile, mediũ, grandiloquũ. Intentio Vergilij hæc est: Homerũ imitari, & Augustũ laudare à parentib. nam est filius Actiæ, quæ nata est de Iulia sorore Cæsaris. Iulius aũt ab Iulo filio Aeneæ originẽ ducit, ut confirmat ipse Vergil. dicẽs: A magno demissum nomẽ Iulo.

De numero librorũ nulla hic quæstio est, licet in alijs inueniatur autoribus. nam Plautũ alij dicũt scripsisse fabulas 21. alij 40. alij centũ. Ordo quoq́ manifestus est: licet quidã superfluè dicant secundum primũ esse, tertiũ secundũ, & primũ tertium. ideo quia primum Ilium cõcidit, pòst errauit Aeneas, inde ad Didonis regna peruenit: nescientes hãc esse artem poëticam, ut à medijs incipientes per narrationẽ ad prima redeamus, & nonnunq̃ futura præoccupemus, ut per uaticinationẽ. Quod & Horat. sic præcepit in Arte poëtica, dicẽs:

Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici
Pleraq́ differat, & præsens in tempus omittat.

Vnde constat peritè fecisse Vergil. Sola superest explanatio, quæ in sequenti expositione probabitur. Hæc quantũ ad Aeneidẽ pertinet, dixisse sufficiat. nam in Bucolicis & Georg. alia ratio est, licet eadẽ sit obseruatio. Sciendũ præterea est, quòd sicut nunc dicturi thema proponimus, ita ueteres incipiebãt carmen à titulo carminis sui: utpote, Arma uirumq́ cano. Lucanus: Bella per Emathios. Statius: Fraternas acies, alternaq́ bella.

PRIMI.

AEolus immittit uentos Iunone precante,
Troianosq́ uagos Libycas expellit in oras.
Solatur Venerem dictis pater ipse dolentem.
Aeneam recipit pulchra Carthagine Dido,
Cui Venus Ascanij sub imagine mittit amorem.

SECVNDI.

Cogitur Aeneas bellorum exponere causas,
Graiorumq́ dolos, & equum, fraudemq́ Sinonis,
Excisamq́ urbem, Priamiq́ miserrima fata:
Vtq́ patrem impositum forti ceruice per ignes
Extulerit, charamq́ amiserit ipse Creusam.

TERTII.

Post casum Troiæ, fabricata classe superstes
Vela dat Aeneas, urbemq́ in littore Thraces,
Mox aliam pulsus Cretæis condidit oris.
Cedit & hinc, Helenumq́ uidet, præceptaq́ sumit.
Aetnæum Cyclopa fugit, sepelitq́ parentem.

QVARTI.

Ardet amore graui Dido, soror Anna suadet
Nubere, iunguntur nimbo cogente sub antro.
Incusat precibus patrem contemptus Hiarbas.
Nauigat Aeneas iussu Iouis: illa dolore
Impatiens, & amore, necem sibi protinus infert.

QVINTI.

In Siculas iterum terras fortuna reducit
Aeneam, tumuloq́ patris persoluit honorem.
Tum cogit naueis incendere Troadas Iris.
Troës ibi linquunt socios, Venus anxia placat
Neptunum, somnus Palinurum mergit in undas.

SEXTI.

Sacratam Phœbo Cumarum fertur in urbem
Rex Phrygius, uatisq́ petit responsa Sibyllæ.
Misenum sepelit, post hæc adit infera regna:
Congressusq́ patri discit genus omne suorum,
Quoq́ modo casus ualeat superare futuros.

SEPTIMI.

Tandem deueniunt Laurentia Troës in arua,
Et pace accepta læti noua mœnia condunt.
Nocte fatam Iuno furiam uocat: illa Latinos
Inter, & Aeneadas bellum ferit, & ciet arma.
Protinus auxilijs terra instruit Itala turmas.

OCTAVI.

Vidit ut Aeneas summa ui bella parari,
Arcadas, Euandrumq́ senem sibi fœdere iungit:
Dardanioq́ duci sociatur Hetruria tota.
Arma petit genitrix, dat Mulciber, in clypeoq́
Res pingit Latias, & fortia facta nepotum.

NONI.

Ad Turnum propere Iunonia mittitur Iris,
Infestatq́ animos: aciem mouet ille, Phrygasq́
Obsidet: inde igni euersa est Aeneia classis.
Euryalus Nisusq́ ruunt nece, prælia noctis.
Vi Turnus potitur castris, ui pellitur inde.

DECIMI.

Placat & uxorem dictis, & iurgia natæ
Iuppiter: auxilijs instructus Troius heros
Aduenit, occurrunt populi, atq́ in littore pugnant.
Occidit à Turno Palas, uictorq́ superbus
Aeneæ eripitur, Mezentius interit acer.

VNDECIMI.

Occisis proprium pars utraq́ reddit honorem.
Supplicibus Calydone satus negat arma Latinis.
Cum Turno alterno iurgat certamine Drances.
Aeneas equitem præmittit, & obuia uirgo
Excipit, extincta Rutuli dant terga Camilla.

DVODECIMI.

Troianis, Rutulisq́ placet coniungere fœdus.
Id Rutuli rumpunt, nato Venus alma medetur
Dictamo, Rutuliq́ luunt periuria uicti.
Cogitur Aeneæ Dauni concurrere proles,
Pallantea necem misero dant cingula Turno.

OCTAVII

OCTAVII AVGVSTI IN VERGILII AENEIDEM, VERSVS.

Ergo ne supremis potuit uox improba uerbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in igneis,
Magnaq; docliloqui morietur Musa Maronis?
Ah scelus indignum, soluetur littera diues?
Et poterunt spectare oculi? nec parcere honori
Flamma suo? ductum quæ operi seruabit amorem.
Pulcher Apollo ueta, Musæ prohibete Latinæ.
Liber, & alma Ceres succurrite: uester in armis
Miles erat, uester docilis per rura colonus.
Nam docuit, quid uer ageret, quid cogeret æstas,
Quid pater autumnus, quid bruma nouissima ferret.
Arbuta formauit, sociauit uitibus ulmos,
Curauit pecudes, apibus sua castra dicauit.
Hæc dedit ut pereant, ipsum si dicere fas est.
Sed legum est seruanda fides: suprema uoluntas
Quod mandat, fieriq; iubet, parere necesse est.
Frangatur potius legum ueneranda potestas,
Quàm tot congestos noctesq; diesq; labores
Hauserit una dies, supremaq; uerba parentis
Amittant uigilasse suum, si fortè superbus
Errauit in morte dolor, si lingua locuta est
Nescio quid titubante animo, non sponte, sed altis
Expugnata malis, odio langoris iniqui.
Si mens cæca fuit, iterum sentire ruinas
Troia suas, iterum cogetur reddere uoces,
Ardebit miseræ post uulnera uulnus Elisæ.
Tam sacrum soluetur opus? tot bella, tot enses,
In cineres dabit hora nocens, & perfidus error?
Huc huc Pierides date flumina cuncta sorores,
Expirent igneis, uiuat Maro doctus ubiq;,
Ingratusq; sui, studiorumq; inuidus orbi,
Et factus post fata nocens: quod iusserat ille,
Sit uetuisse meum, satis est post tempora uitæ.
Immò sit æternum, tota resonante Camœna
Carmen, & in populo diui sub numine nomen
Laudetur, uigeat, placeat, relegatur, ametur.

ARGVMENTA XII. LIBRORVM AENEIDOS, XII. VERsibus comprahensa.

PRimus habet Libycam ueniũt ut Troës in urbem.
Edocet excidium Troiæ, clademq́ Secundus.
Tertius à Troia uectos canit æquore Teucros.
Quartus item miseræ duo uulnera narrat Elisæ.
Manibus ad tumulum Quinto celebrantur honores,
Aeneam memorat uisentem tartara Sextus.
In Phrygas Italiam bello iam Septimus armat.
Dat simul Aeneæ socios Octauus, & arma.
Daunius expugnat Nono noua mœnia Troiæ.
Exponit Decimus Thuscorum in littore pugnas.
Vndecimo Rutuli superantur morte Camillæ.
Vltimus imponit bello Turni nece finem.

ADILON.

Aeneas primo Libyes appellitur oris.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN Primum Aeneidos librum, Argumentum.

VIr magnus bello, nulli pietate secundus,
Aeneas odijs Iunonis pressus iniquæ,
Italiam quærens Siculis errauit in undis,
Iactatus tandem Libyæ peruenit ad oras.
Ignarusq́ loci, fido comitatus Achate,
Indicio matris regnum cognouit Elysæ.
Quin etiam nebula septus peruenit ad urbem,
Arreptosq́ undis socios cum classe recepit:
Hospitioq́ usus Didonis cuncta benignæ,
Excidium Troiæ iussus narrare parabat.

ARMA.

ARMA.) Multi uariè dixerunt, cur ab armis Vergilius cœperit: omnes tamē in hanc sententiam assentire manifestum est, quū eum constet aliunde sumpsisse principium, sicut in præmissa eius uita monstratum est. Per Arma autem bellum significat. & est tropus metonymia. nam arma, quibus in bella utimur, pro bello posuit. sicut toga, qua in pace utimur, pro pace ponitur: ut Cicero, Cedāt arma togæ: id est, bella paci.

P. VERGILII M. AENEIDOS
LIBER PRIMVS.

Ille ego, qui quondā gracili modulatus auena
Carmen, & egressus syluis uicina coēgi,
Vt quamuis auido parerent arua colono:
Gratum opus agricolis. at nunc horrentia Martis

Arma uirumq; cano, Troiæ qui primus ab oris
Italiam fato profugus, Lauinaq; uenit

Arma uirumq.) Figura usitata est, ut nō eo ordine respōdeamus, quo proposuimus. nā prius de errorib. Aeneæ dixit, pōst de bello. Hac autem figura etiā in prosa utimur, scilicet hysteron proteron. Sic Cicero in Verrinis: Nam sine ullo sumptu nostro, corijs, tunicis, frumētoq; suppeditato, maximos exercitus nostros uestiuit, aluit, armauit. Virum.) Quē non dicit, sed ex circunstantijs ostendit Aeneā. Cano.) Polysemus sermo est. Tria enim significat. aliquādo laudo: ut, Regemq; canebant. aliquando diuino: ut, Ipsa canas oro. aliquādo canto, ut hoc loco. nam propriè cāto significat, quia cantanda sunt carmina. Troiæ.) Troia regio est Asiæ, Iliū ciuitas est Troiæ. Plerūq; tamen poetæ pro ciuitate uel regionem, uel prouinciam ponunt. Iuuenal. Et flammis Asiam, ferroq; cadentem. Qui primus.) Quærunt multi cur Aeneam primum ad Italiam uenisse dixerit, cum paulo pòst dicat, Antenorem ante aduentum Aeneæ fundasse ciuitatē. Constat quidem, quòd habita temporū ratione peritè Vergil. dicit. nanq; illo tēpore quo Aeneas ad Italiam uenit, finis erat Italiæ usq; ad Rubiconem fluuiū. Cuius rei meminit Lucanus: ut, Et gallica certus Limes ab Ausonijs disterminat arua colonis. Vnde apparet Antenorem nō ad Italiā uenisse, sed ad Galliam cisalpinā, in qua Venetia est. Postea uero promotis usq; ad Alpeis Italiæ finibus, nouitas creauit errorē. Pleriq; tamen quæstionē hanc uolunt ex sequentibus solui: ut uideatur ob hoc addidisse Vergil. Ad Lauina littora, ut non significaret Antenorem. melior tamen est superior expositio. Italiam.) Ars quidē hoc exigit, ut nominibus prouinciarum præpositionē addamus, ciuitatum nunquā. tamen plerunq; peruerso ordine lectum est. Nam ecce hoc loco detraxit prouinciæ præpositionem, dicēs: Italiam fato uenit, pro ad Italiam uenit. Tullius in Verrinis: Ea die Verres ad Messanam uenit. Sanè sciendū est, usurpari ab autoribus, ut uel addant uel detrahant præpositiones. nanque ait Vergilius: Syluis te Tyrrhene feras, pro in syluis. Vt ergo illic detraxit loco præpositionem, sic hic prouinciæ: & est figura. Italia autem pars Europæ est. Italus enim rex Siculorum profectus de Sicilia, uenit ad loca quæ sunt iuxta Tyberim, & ex nomine suo appellauit Italiā. Ibi autem habitasse Siculos, ubi Laurolauiniū est, manifestum est: sicut ipse alio loco dicit,

Siculi

Siculi, ueteresq; Sicani. item: Et gentes uenere Sicanæ Sæpius. Fato profugus.) Fatum ad utrunq; pertinet, & quòd fugit, & quòd ad Italiam uenit. & bene addidit Fato, ne uideatur aut causa criminis patriam deseruisse, aut noui imperij cupiditate. Profugus autem propriè dicitur, qui procul à sedibus suis uagatur, quasi porrò fugatus. Multi tamē ita diffiniunt, ut profugos esse dicant eos, qui exclusi necessitate de suis sedibus adhuc uagantur: & simulac inuenerint sedes, non dicantur profugi, sed exules. Sed utrunq; falsum est. nam & profugus lectus est, qui iam sedes locauit: ut in Lucano, Profugiq; à gente uetusta Gallorum Celtæ, miscentes nomen Iberis. Et exules, qui adhuc uagantur: ut in Sallustio, Qui nullo certo exilio uagabantur: adeo exilium est ipsa uagatio. Lauinaq; uenit Littora.) Hæc ciuitas tria habuit nomina. nam prius Lauinū dicta est, à Lauino Latini fratre: postea Laurentum, à lauro inuenta à Latino, dum adepto imperio post fratris mortem, ciuitatem augeret: postea Lauinium, à Lauinia uxore Aeneæ. Ergo Lauina legendum est, non Lauinia: quia post aduentum Aeneæ, Lauinium nomen accepit. Ergo aut Lauinum debuit dicere, sicut dixit: aut Laurentū, quamuis quidam superfluè esse prolepsim uelint. Littora.) Laurolauiniū constat octo mlib. à mari remotum. Nec nos debet

Littora: multum ille & terris iactatus, & alto,
Vi superum, sæuæ memorem Iunonis ob iram.

fallere, quia dixit Lauina littora. Littus enim dicitur terra quæq; mari uicina: sicut ipse Vergilius in Quarto, Cui littus arandum: quum per naturā littus arari non possit. Ergo sciendū est, littus uocari et terrā. Multum ille.) Collisio est, & Ille hoc loco abundat. Est enim interposita particula propter metri necessitatem, ut stet uersus. nam si detrahas Ille, stat sensus, sed non stat uersus. sicut alio loco: Ipse nunc dextra ingeminās ictus, nunc ille sinistra. Est autem archaismos. Et terris iactatus.) Fatigatus est enim apud Thraciam monstro illo, quòd è tumulo Polydori sanguis emanauit: apud Cretā pestilentia, apud Strophadas insulas harpyjs: tēpestate uero & in Primo est et in Tertio. Et propriè locutus, nam iactamur in mari fluctibus, fatigamur in terris. Et bene duorum elementorum mala uno sermone conclusit. Et alto.) modò mari. Altum tamen sciendum est, quòd & superiorem & inferiorē altitudinem significat. namq; mensuræ nomen est Altitudo. Vi superum.) uiolentia Deorum, secundum Homerum qui dicit à Iunone rogatos esse Deos in odium Troianorū. quod & Vergilius tetigit, dicens: Vos quoq; Pergameæ iam fas est parcere genti, Dijq;, Deæq; omnes. Latenter autem defendit hac ratione Troianos, quòd non suo merito eos insequebantur numina, sed Iunonis impulsu. Sæuæ.) Cum à iuuando dicta sit Iuno, quærunt multi cur eam dixerit sæuam. & putant temporale esse epitheton, quasi sæuam contra Troianos: nescientes, quòd Sæuam dicebant ueteres magnam. ut Ennius, Inducta fuit sæua stola: scilicet magna. Item Vergilius quum ubiq; pium inducat Aeneam, ait, Maternis sæuus in armis Aeneas: id est, magnus. Memorem Iunonis ob iram.) Constat multa in autoribus inueniri per contrariū significantia. pro actiuis passiua: ut, Pictis bellātur Amazones armis. pro passiuis actiua: ut, Populatq; ingentem farris aceruum. Et hæc uarietas, uel potius contrarietas inuenitur etiam in alijs partibus orationis, ut sit pronomen pro aduerbio: ut est, Hoc tunc ignipotens cælo descendit ab alto, pro huc. Et in participio: ut, Et qua uectus Abas, pro uehebatur. Et in nomine: ut, Memorem Iunonis ob iram: non quæ meminerat, sed quæ in memoria erat. nam ira non meminit. De his autē, hæc tantum quæ lecta sunt ponimus. nam ad

eorum

eorum exemplum alia formamus. Multa quoq; & bello passus.) Duas coniunctiones separatas naturaliter, nemo cōiungit. sed hoc plerunq; à poëtis causa metri fit. Ergo hic una uacat. sicut alio loco: Dixitq;, & prælia uoce diremit. Bello passus.) quod contra Turnum gessit. Dum cōderet urbem.) Tres hic sunt significationes: aut enim Troiam dicit, quam ut primum uenit in Italiam fecit Aeneas: de qua ait, Castrorum in morem pinnis atq; aggere cingit. & alio loco Mercurius: Nec te Troia capit. Troiam autē dicit, quā primum fecit Aeneas, & Liuius in Primo, & Cato in Originibus testantur. Dum enim, id est, quo tempore hæc fieret, ab agrestibus ob uulneratum regium ceruum commota sunt bella. Aut Laurolauinium: & significat Dum, donec. tam diu enim dimicauit, quamdiu tempus faciendæ ciuitatis ueniret, id est, donec Turnus occumberet. Aut Romam significat: & est sensus, Dummodo ergo conderet urbem, aut Troiam, aut Laurolauinium, aut Romam

Multa quoq; & bello passus, dum conderet urbem,
Inferretq; deos Latio: genus unde Latinum,
Albaniq; patres, atq; altæ mœnia Romæ.
Musa mihi causas memora, quo numine læso,

Inferretq; deos Latio.) Latium duplex est: unum à Tyberi usque ad Fundos, aliud inde usque ad Vulturnum. Latium autem dictum est, quod illic Saturnus latuerit. Inferretq; deos Latio, hoc est, in Latiū: & est usitata figura apud Virgilium. quod enim cum præpositione per accusatiuum dicimus, ille per datiuū ponit sine præpositione. sic alibi, It clamor cœlo: pro, ad cœlum. Genus unde Latinū.) Si iam fuerunt Latini, & Latium dicebatur: contrarium est, quod dicit ab Aenea Latinos originem ducere. Prima est iucūda absolutio, ut Vnde non referas ad personam, sed ad locum. nanq; Vnde aduerbiū est de loco, non deductio à persona. Tamē Cato in Originibus dicit hoc, cuius autoritatem Sallustius imitatur in bello Catilinæ: Primo Italiam tenuisse quosdam, qui appellabantur Aborigines, hos postea aduentu Aeneæ Phrygibus iunctos, Latinos uno nomine nūcupatos. Ergo descendūt Latini nō tantū à Troianis, sed etiā ab Aboriginibus. Est autem uera expositio hæc: nouimus enim quòd uicti uictorum nomē accipiūt. potuit ergo uictore Aenea perire nomen Latinū. Sed uolens sibi fauorem Latij cōciliare, nomen Latinū non solum illis nō sustulit, sed etiam Troianis imposuit. Merito ergo illi tribuit, quod in ipso fuerat, ut posset perire. Vnde & ipse inducit in 12. lib. rogantem Iunonem ne pereat nomē Latinum. Item in execratione Didonis legimus: Nec cum se sub legis pacis iniquæ Tradiderit. Iniqua enim pax est, in qua nomē amittit ille qui uicit. Albaniq; patres.) Albam ab Ascanio conditam fuisse constat. sed à quo, incertum: utrum à Creusæ, an à Lauiniæ filio. de qua re etiam Liuius dubitat. Hanc autem quum euertisset Tullus Hostilius, omnes nobiles familias Romam transtulit. Et sciendū, bene hūc ordinem semper seruare Vergiliū, ut ante dicat Latium, deinde Albam, pòst Romam. Quod & in hoc loco fecit, & in 5. lib. Priscos docuit celebrare Latinos, Albani docuere suos: nunc maxima porro Accepit Roma, & patrium seruauit honorem. Item in 7. libro: Mos erat hesperio in Latio, quem protinus urbes Albaniæ coluere sacrum, nunc maxima rerum Roma colit. Altæ mœnia Romæ.) Aut propter gloriam, aut propter ædificia, aut quia in montibus collocata est. Musa mihi causas memora.) Poëtæ in tres partes diuidūt carmen suū: proponunt, inuocant, narrant. plerunq; tamen duas res faciunt, & ipsam propositionem miscent inuocationi: quod in utroq; opere Homerus fecit. nanq; hoc melius est, ut in Odyssea:

ἄνδρά μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον. Et in Iliade: μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος. Lucanus tamẽ ipsum ordinẽ uertit. primo enim ꝓposuit, deinde narrauit, postea inuocauit: ut est, Nec si te pectore uates Accipiã. Sanè obseruãdũ est in omnibus carminibus ne numen aliquod inuocetur, nisi aliqd ultra humanã possibilitatẽ reqrimus. hinc in arte poëtica Horat. Nec deus intersit, nisi dignus uindice nodus Inciderit. Bene ergo inuocat Verg. nõ enim poterat per se iram numinis nosse. item in 9. lib. nisi addat: Iuno uires, animumq́; ministrat: quis crederet Turnum euasisse de castris? Quo numine læso.) Quo, in quo, in qua causa. & est septimi casus, & communis elocutio. dicimus enim, quo te læsi. Est & alia expositio: nanq; Iuno multa habet numina. est Curetis, quæ utitur curru, & hasta: ut est, Hic illius arma Hic currus fuit. est Lucina, quæ partubus præest: ut Iuno Lucina fer opẽ. est Regina: ut, Quæ diuum incedo regina. Sunt & alia eius nomina. Merito ergo dubitat, quod numen eius læserit. Alij tamẽ dicũt separandũ esse, ut de odio Iunonis non dubitet: quærat autem, quod aliud numen est læsum. Quo numine læso.) Ideo trahitur in ambiguitatem, & requirit in quo Iunonis numen læsit Aeneas: quia in ipsum certa nõ erãt odia, sed in gentẽ, propter causas paulo pòst dicendas.

Quidúe dolens regina deum, tot uoluere casus
Insignem pietate uirum, tot adire labores
Impulerit: tantæ'ne animis cœlestibus iræ?
Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni,
Carthago: Italiam contra, Tyberinaq́; longe
Hostia, diues opum, studijsq́; asperrima belli.

Tot uoluere casus.) casibus uolui. & est figura Hypallage, q̃ fit quotienscũq; uerba per contrarium intelligũtur. Sic alibi, Dare classibus austros: quũ uentis naues demus, nõ nauibus uentos. item: Animumq́; labantem Impulit, hoc est, impellendo fecit labantẽ. Insignem pietate uirũ.) Quia patrẽ, & deos penates de Troia liberauit. Et hic se ostẽdit merito inuocasse Musam. nã si iustus est Aeneas, cur odio deorũ laborat? Tantæ'ne animis cœlestibus iræ?) Hic iam non de qualitate iracundiæ, sed de quãtitate quærit. nimia etenim ira est, quæ nõ habet pietatis considerationẽ. Et hoc quidẽ secundũ Stoïcos dicit, sed miratur cur tantũ. nam Epicurei dicũt deos humana penitus nõ curare. Tantæ'ne.) Quasi exclamatio est mirantis. Animis cœlestibus.) dijs superis. nam apud inferos cõstat esse iracundiã, ubi sunt furiæ & iræ, Erinnys, Alecto, & Megæra. Vrbs antiqua fuit.) Vrbs dicta ab orbe, quod antiquæ ciuitates in orbem fiebant: uel ab Vruo, parte aratri, quo muri designabãtur. Antiqua autem, & Fuit, bene dixit. nanq; ante septuaginta annos urbis Romæ cõdita erat, & eam deleuerat Aemylius Scipio. quæ aũt nũc est, postea à Romanis est condita. unde Antiquam accipe, & ad cõparationem istius quæ nũc est, & Roma antiquiorẽ. Tyrij tenuere coloni.) Deest Quã. amãt nãq; antiqui per epexegesim dicere, quod nos interposito pronomine exprimimus. itẽ: Est locus, Italiam Graij cognomine dicũt: deest Quẽ. Coloni aũt dicũtur cultores, aduenæ. & hos de Tyro cõstat uenisse, qui Carthaginẽ cõdiderunt. Italiam cõtra.) Cõstat tria latera habere Italiam, superi maris, inferi, & alpiũ. unde tollẽdi erroris causa adiecit, Cõtra Tyberina hostia: quæ in infero mari sunt. Longe.) ualde, Sallustius: Longe alia mihi mens est Patres cõscripti. Diues opum.) Modò tantũ diues dicimus. Antiqui adiũgebãt, cuius rei: ut Diues equũ, diues pictai uestis & auri: iungentes tantũ genitiuo casui. Studijsq́; asperrima

rima belli.) Causam ostendit mirabilem, dicens hos esse bellicosos & diuites, quũ ociosa sit semper opulentia. Iure ergo hanc diligit Iuno, & uult orbis regna sortiri. Studijs.) non studio, quia ter rebellauit contra populũ Romanũ. Fertur.) dicitur. Et ingenti arte Vergilius utitur, ne in rebus fabulosis aperta utatur licentia poëtarũ: sed quasi opinionẽ sequitur, & per transitũ poëtico utitur more. Posthabita coluisse Samo.) Non contempta, sed in secundis habita. Nãq; in supiori uersu dixit Magis, ut etiã originali loco seruetur affectio. Sic Iuuenal. Et Samia genitrix, q̃ delectatur arena. Hic illius arma.) Figura creberrima: aduerbiũ pro aduerbio posuit, præsentis loci pro absentis. debuit enim dicere Illic, sicut habemus in superioribus.

Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam
Posthabita coluisse Samo: hic ilius arma,
Hic currus fuit. hoc regnum dea gentibus esse
(Siqua fata sinant) iam tum tenditq́; fouetq́;.
Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quæ uerteret arces.
Hinc populum late regem, belloq́; superbum
Venturum excidio Libyæ: sic uoluere Parcas.

Arma.) Instructam armis Iunonem in alio loco ipse testatur: Ferro accincta uocat. Currus.) Aut uere currum, quo secundum Homerum in cœlo utitur: aut thensam significat, qua deorum simulachra portantur. Thensa autem cum aspiratione scribitur, ἀπὸ τοῦ θείου: id est, à re diuina. Hic illius arma, Hic currus fuit.) Quotienscunq; nomina pluralis & singularis numeri connectuntur, respondemus uiciniori: ut ecce hoc loco curui, nõ armis respondit. eadem & in diuersis generibus est obseruatio, ut magis uicino siue masculinum sit siue fœmininum respondeamus: utputa, uir & mulier magna ad me uenit. Si autem plurali numero uelimus uti, ad masculinum transeamus necesse est: uir & mulier magni ad me uenerũt. Si qua.) Qua uacat, & est ornatus causa positũ: ut Que, Tandẽ Gentium, Locorum, & reliqua: ut, Dixitq;, & prælia uoce diremit. Iam tum.) ex quo constituta est à Tyrijs colonis. Tenditq́; fouetq́;.) Figurate dixit: nam nõ regnum fouet, sed tendit & fouet, ut regnũ esse possit. Duci.) ductũ iri: infiniti modi à passiuo, tẽpus præsens pro futuro posuit, & uerbum pro uerbo, ut suprà ostensum est. Audierat.) à Ioue, aut fatis. non enim omnia numina habent diuinandi potestatẽ. deniq; ne ipse quidem Apollo sua sponte diuinat: ut est, Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo Prædixit. & peritè Audierat: in Ennio enim inducitur Iuppiter, promittẽs Romanis excidium Carthaginis. Tyrias arces.) Carthaginem dicit, quam Tyrij cõdiderunt. Olim.) nunc, quandoq;. tria enim tempora significat: præteritum, ut Olim arbos nam ad imp. q. g. l: præsens, ut Tunditur olim fluctibus: futurũ, Nunc olim quocunque dabunt se tẽpore uires. Hinc populũ late regem.) à Romanis. laudat autem eorũ populum dicendo Late regem. Belloq; superbum.) nobilem: ut, Ceciditq; superbum Ilium. Venturum excidio.) ad excidium: nota figura. Libyæ.) Carthaginis, & prouinciam pro ciuitate posuit. Dicta autem Libya, quod inde Libs flat, hoc est, Affricus: uel ut Varro ait, quasi λιποῦσα τοῦ ὕετ, id est, egens pluuiæ: unde Sallustius, Cœlo terraq; penuria aquarum. Sic uoluere Parcas.) A filo traxit uoluere: una enim loquitur, altera scribit, alia fila deducit. dictæ sunt parcæ, κατὰ ἀντίφρασιν: quod nulli parcãt. sicut lucus, à non lucẽdo: & bellũ, à nulla re bella.

Id metuens.) De futuro timor est, odiū de præsenti. Metuebat ergo Carthagini, odium autem habebat propter causas sequentes. Et est de utroq; exemplū: Cōueniunt quibus aut odiū crudele tyranni, Aut metus acer erat. Veteris belli.) Quantū ad Vergiliū pertinet, antiqui: si ad Iunonem referas, diu gesti. Tunc autem ad personam referendū est, cum ipsa loquitur: quod si nulla persona sit, ad poëtam refertur. Nunc ergo Veteris ex persona poëtæ intelligendum est: sicut ipse alibi, Mirantur dona Aeneæ, mirātur Iulum, Flagrantesq; dei uultus: partē ad se retulit, partem ad Tyrios, qui deū esse nesciebāt.

Id metuens, ueterisq; memor Saturnia belli,
Prima quod ad Troiā pro charis gesserat Argis.
Necdum etiam causæ irarum, sæuiq; dolores
Exciderant animo. manet alta mente repostum
Iudicium Paridis, spretæq; iniuria formæ,
Et genus inuisum, & rapti Ganymedis honores.
His accensa super, iactatos æquore toto
Troas: relliquias Danaum, atq; immitis Achilli:

Saturnia.) Antonomasia est, nō epitheton: quæ fit, quoties pro proprio nomine ponitur, qđ potest esse cū proprio nomine. potest & epitheton dici.

Prima.) Atqui Hercules prior cōtra Troianos pugnauit. unde modo Prima, princeps accipiendum est. nam plerunq; poëta significationē nominū dat participijs, uel econtra: ut, Voluentibus annis. significat enim, uolubilibus. hac licētia & in nomine usus est, ut Prima, pro principe poneret. Ad Troiā.) Et Ad & Apud accusatiuæ sunt præpositiones: sed Apud semper in loco significat, Ad & in loco, & ad locū: ut, Ad quē tum Iuno supplex his uocibus usa est. Cicero in Verrinis: Decē fiscos ad senatorē quendā relictos. Itē: Ad Marcū Leccam te habitare uelle dixisti. Charis Argis.) Illic enim eam coli omnibus notū est. Argos aūt in numero sigulari neutri generis est: ut Horatius, Aptum dicet equis Argos. in plurali uero masculini, ut hi Argi. cæterū deriuatio nominis Argiuos facit, nō Argos. Causæ irarū.) Nūc de præteritis loquitur. Manet alta mente repostū Iudiciū Paridis.) in quo pro Venere Paris Alexander, cōtra Iunonem Mineruamq; iudicauit. Alta mente.) id est, secreta, recōdita. Repostū autem, syncopa est. unam enim è medio literā seu syllabam tollit. Sed quum omnes sermones aut integri sint, aut pathos habeāt: hi qui pathos habent, ita ut lecti sunt, debent poni. quod etiā Maro facit: nam & Repostus & Porgite de Ennio transtulit. integris aūt & ipsis utimur, & eorū exemplo alijs. Spretæq; iniuria formæ.) Epexegesis est: hoc enim fuit iudiciū Paridis. ut Que particula uacet: sicut alio loco, Dixitq;, et p̄lia uoce diremit. Licet nōnulli separēt, dicētes aliud esse. Nunq̃ enim cōiunctia ponitur, nisi inter duas res. Et spretæ formæ referūt ad Antigonā Laomedontis filiam, quā à Iunone propter formæ arrogantiā in ciconiā constat esse cōuersam. Et genus inuisum.) Propter Dardanū, Electræ pellicis filiū. Electra pellex fuit Iouis, ex qua Dardanus natus est, à quo Troiani ducunt originē. Rapti.) stuprati: ut est, Rapta Garamātide nympha. Item, Et rapeas sine more Sabinas. Ganymedis honores.) Trois regis, Troianorū filij. Honores aūt dixit, uel propter ministeriū poculorū, ad quod receptus est, remota Hebe Iunonis filia, quæ Ioui bibere ministrabat: uel ob hoc quod inter sidera collocatus, Aquarij nomē accepit. His accēsa super iactatos æquore toto.) Super his, aut de his: aut super metū Carthaginis, his quoq; accēsa.

Relliquias.)

Relliquias.) Vt stet uersus, geminauit L. nam in prosa reliquias dicimus. *Atq; immitis Achilli.*) Bene secundum Homerum segregauit ducem à populo. sic Aeneas in Secūdo, post omniū casum Priami separauit interitum: ut, Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras. Immitē aūt dixit, q in Patrocli ultionē & circa extinctū Hectorē crudelis fuit. Achilli, propter ὁμοιοτέλευτον: detraxit s literā, quæ plerunq; pro sibilo habetur, nō solum necessitatis, sed etiam euphoniæ causa: ut Sallust. A principio urbis ad bellū Persi Macedonicū, pro Per-

Arcebat longe Latio, multosq; per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum.
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.
Vix è conspectu Siculæ telluris, in altum
Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant.
Cum Iuno æternum seruans sub pectore uulnus,
Hæc secum: me ne incepto desistere uictam?
Nec posse Italia Teucrorum auertere regem?
Quippe uetor fatis: Pallas'ne exurere classem

sis. Detrahitur aūt s tertiæ declinationis genitiuo. *Acti fatis.*) Si odio Iunonis, quomō acti fatis? sed hoc ipsum Iunonis odium fatale est. laborat enim Vergilius, nil Troianorū meritis, sed omnia fatis ascribere. Est & alter sensus, nam fatum uoluntatē legimus: ut, Fatis Iunonis iniquæ, id est, uoluntate. Vt hic intelligamus, agebantur fatis Iunonis, id est, uoluntate. *Maria omnia circum.*) In fine accentū ponimus contra morē latinum. Sed corruptio hoc facit. nam præpositio postposita corrupta est sine dubio. *Tantæ molis erat.*) difficultatis. *Romanā cōdere gentem.*) Latenter ostendit, hinc odiū Iunonis Aeneā pertulisse, quòd Romanæ gentis autor extabat. *Vix.*) Hoc loco mox significat. *E cōspectu.*) ut adhuc de Sicilia possent uideri. *Læti.*) uel alacres, uel ueloces: ut est, Et lætus eois Eurus equis. item: Et uirgea lætus Pabula, id est, festinus, & cum omni intētione. uel reuera læti, quanq incongruū sit propter Anchisæ mortē. sed & interitus senum minus dolet. Et magis lætos intelligendū est, ut sit Iunoni causa maioris iracūdiæ: sic enim & in Septimo irascitur, ubi lætum Aeneā Siculo prospexit ab usq; Pachynno. *Salis.*) maris, secundū Homer. ἁλὸς ἄλα δῖαν. Salem aūt quo utimur, singulari numero tantū dicimus: quū iocos significamus, pluralē tantū ponimus numerum. secundū Lucanum, qui ait: Non soliti lusere sales. aliquādo aūt & urbanitatem per singularem numerū significamus: ut Terent. Qui habet salem, quod in te est: id est, quæ res in te est. masculini enim gen. est, non neutri. & neutra triptota sunt, nec ab hoc accusatiuo nominatiuus esse potest hoc sale. *Cum Iuno æternū seruans sub pectore uulnus.*) De præterito dolorē dixit, de futuro metū: ad utrūq; uulnus retulit. *Hæc secū.*) subaudi, locuta est: deest enim. Et hoc fictū est, ut superius diximus. unde enim hoc sciret poëta? Bene autē impatientiā doloris ostendit, detrahēdo ei solatia: ut in Quarto solam inducit Didonem, En quid ago? *Mē ne.*) Ne nō uacat: significat enim ergo. & est cōiunctio rationalis. *Incepto desistere.*) Tolerabilius est enim nō inchoare, q incepta deserere. *Nec posse Italia Teucrorū auertere regē.*) Sic & in 7. Vincor ab Aenea. Et detraxit more suo prouinciæ præpositionem: nō enim dixit De Italia, sed Italia. *Quippe uetor fatis.*) Reuera, inquit, fata me prohibēt. ergo Iuno ignorat uim fatorū. Sed hoc nō possumus dicere, quia superius lectum est: Si qua fata sināt. Et, Progeniē Troiano à sanguine duci Audierat. Hoc ergo est: omnes

tes hominũ aut ex nostra uoluntate descendunt, utputa sedere, surgere: aut ex fati necessitate, utputa nasci, mori: aut ex deorũ uoluntate, utputa nauigare, uel honoribus frui. Nunc de nauigatione agitur: & bene inuidiose, quasi etiam huius rei potestatẽ ei possint fata detrahere. Est & alter latens sensus, ut speret se reginam cõtra exulũ fata posse aliquid, si Minerua numen inferius ualuit cõtra fata uictorum. Pallasne.) Minerua, ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ, id est, ab hastæ concussione: uel quod Pallantem gigantem occiderit. Classem.) Ad inuidiam posuit, ut pro una naui classem dicat. sic Venus, Nauibus infandum amissis: quũ Orontis sola perijsset. aut reuera unam nauem significat: ut Horat. Me uel extremos Numidarũ in agros Classe releget. Classis enim dicta est, ἀπὸ τῶν καλῶν: id est, à lignis. unde & calones dicuntur, qui militibus ligna portant: & καλοπόδια. Potuit.) Ad illud refertur, qđ suprà dixit, Nec posse.

Argiuûm, atq; ipsos potuit submergere ponto?
Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.
Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem,
Disiecitq; rates, euertitq; æquora uentis.
Illum expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, scopuloq; infixit acuto.

Vnius ob noxam.) In istis sermonibus unius, illius, ipsius, naturaliter media pducitur sylla: sed quũ opus est, corripitur hac excusatione, quod quoties uocalem longam uocalis sequitur, ei superiori uires detrahit: ut est, Insulæ Ionio in magno. &, Sub Ilio alto. & ob hoc mutat accentũ. in latino enim sermone cum penultima corripitur, antepenultima habet accentum: ut hoc loco, Vnius ob noxam. & contrà, Nauibus infandũ amissis unius ob iram Prodimur. Noxam.) pro Noxiam. & hoc interest inter noxam & noxiam, quođ noxia culpa est, id est, peccatum: noxa autem, pœna. Et furias Aiacis Oilei.) Furia amor est: ut in Bucolicis, Seu quicunq; furor. Oilei.) non uacat: nam & duo Aiaces fuerũt, & ambo furuerunt. sed ira Telamonius, hic amore. & est græca figura: ut si dicamus, Aeneas Anchisæ, & subaudiamus Filius. hac aũt figura utimur circa patres, & circa maritos tantum: ut Vergilius, Deiphobe Glauci, id est, filia. item: Hectoris Andromache, id est, uxor. Ipsa.) Bene Ipsa: dulcis est enim propria manu quæsita uindicta. unde plus dolet Iuno alienis uiribus se uti, ut Aeoli, ut inferorum: sicut ipsa, Flectere si nequeo superos, Acherõta mouebo. Rapidũ.) uelocem: ut est, Quum rapidus sol Nondum hyemem contingit equis, iam præterit æstas. Item: Rapidiue potentia solis. Iaculata.) In libris Ethruscorum lectum est, iactus fulminum manubias dici: & certa esse numina, possidentia fulminũ iactus, ut Iouem, Vulcanum, & Mineruam. unde cauẽdum est, ne alijs hæc numinibus demus. E nubibus.) Secundum physicos, qui dicunt collisione nubium fulmen creari. Rates.) Abusiue naues: nam proprie rates sunt, cõnexæ inuicem trabes, quæ σχέδια græcè dicta sunt. Illum.) autorem scilicet criminis. Expirantem flammas.) Non animam dicit flammas, sed cum anima fulminis flammam euomẽtem, ut superius pleno nomini adiecit Opum, id est, Diues opum. sic hic uerbo quum plenũ sit Expirat, addidit Flammas: ut alio loco, Confixi expirant animas. Turbine.) uolubilitate uẽtorum. Scopulo.) saxo eminenti. Scopulus aũt à speculando dictus est. nam σκόπελος, ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν: aut à tegmento naulium, ἀπὸ τοῦ σκεπάζειν τὰς ναῦς. Contigerunt autem ista circa Caphareum

Ast ego quæ diuûm incedo regina, Iouisq;
Et soror & coniunx, una cum gente tot annos
Bella gero: & quisquam numen Iunonis adorat
Præterea, aut supplex aris imponit honorem?
Talia flammato secum dea corde uolutans:
Nimborũ in patriã, loca fœta furentibus Austris,
Aeoliam uenit: hic uasto rex Aeolus antro
Luctantes uentos, tempestatesq; sonoras
Imperio premit, ac uinclis & carcere frenat.

reum montem Eubœæ. Ast ego.) Nunc comparat singula. & ne leue esset quod dixerat Ego, addidit Deorum regina. sic Sallustius: Nos autem, hoc est, populus Romanus. Incedo.) Incedere proprie est nobilium personarum. Iouisq; Et soror & coniunx.) Physici Iouem ætherem, id est, ignem uolunt intelligi: Iunonẽ uero aerem. & quoniam tenuitate hæc elemẽta paria sunt, dixerũt esse germana. Sed quoniam Iuno, hoc est, aër subiectus est igni, id est, Ioui: iure elemento mariti traditum nomen est. Iouem autem à iuuando dixerunt. nulla enim res sic fouet omnia, quemadmodum calor: unde & ζεὺς Iuppiter, ἀπὸ τοῦ ζέειν, id est, à feruore dicitur. Tot annos.) Licẽter in istis locutionibus & accusatiuo utimur & ablatiuo. Dicimus enim & tota nocte legi, & totã noctem legi. honestior autem elocutio est per accusatiuũ. Aut quisq.) Non Troianorũ, sed omniũ generaliter. Præterea.) postea: ut, Præterea uidit nec portitor orci, Amplius obiectam passus transire paludẽ. Talia flammato.) Quod superius intermiserat, nũc reddit. Nam dixerat superius, Hæc secũ: & modo ait, Volũtans, id est, cogitãs. Nimborũ.) Nimbi nũc uẽtos significãt, plerũq; nubes & pluuias. ergo prout locus fuerit, intelligendũ est. proprie tamẽ dicũtur nimbi, repẽtinæ & pcipites pluuiæ: nã pluuias uocamus, lentas & iuges.

Loca fœta.) Nũc plena: ut alio loco, Fœta armis. Sciendum est autẽ, dici fœtam & grauidam, & partu liberatã: ut, Fecerat et uiridi fœtã Mauortis in antro. Enixam aũt eam fuisse, hoc quod pueris præbebatur ostendit. Item Fœta in illo loco grauidã ostẽdit, Nõ insueta graues tentabũt pabula fœtas. Ergo quia Fœta medius sermo est, bene hoc loco epitheto discreuit dicens, Grauis fœtas: ut bonũ facinus & malum facinus dicimus, & bonum uenenũ & malũ uenenũ. Austris.) Figura est celebrata apud Verg. est aũt species pro genere. Legerat enim apud Enniũ: Furẽtibus uentis, sed quasi asperũ fugit, & posuit Austris pro uentis.

Aeoliam uenit.) Nouem insulæ quæ sunt post fretũ Siciliæ, appellantur Aeoliæ ab Aeolo rege Hippotæ filio. licet & habeãt propria nomina: unde Verg. ait, Aeoliam Liparen. Poëtæ quidẽ fingunt hunc esse regem uentorũ. Sed ut Varro dixit, rex fuit insularũ, ex quarũ nebulis & fumo Vulcaniæ insulæ prædicens futura flabra uentorũ, ab imperitis uisus est uentos sua potestate retinere. Hic.) illic: ut superius, Hic currus fuit. Vasto antro.) Physica ratione hoc fingit Poëta. naturale enim est, ut loca cõcaua plena sint uẽtis. Luctantes.) elaborãtes egredi. Sonoras.) grauisonas: & est tempestatis epitheton. Ordo aũt talis est: Aeolus luctantes uentos, & tempestates sonoras uasto antro premit. Ac uinclis & carcere frenat.) Translatio est per poëticam licentiam facta. Carcer autẽ est undecunq; prohibemur exire: dictus quasi arcer, ab arcendo. locum autem in quo seruantur noxij carcerem dicimus, numero tantũ singulari: unde uero erumpũt quadrigæ, carceres dicimus numero

tantum

tantū plurali. licet sing. plerūq; usurpet poëta: ut est, Ruūtq; effusi carcere currus. Illi indignantes.) *Hic aperte ostendit quid sit Luctātes.* Magno cum murmure montis.) *nō circum montis claustra, sed cum magno montis murmure. sic fremebant, ut etiā antra possent sonare.* Celsa arce.) *Secundū quod superius diximus. uenti enim melius deprehendūtur ex alto.* Sedet.) *nō ociatur, sed curat: ut alio loco ait, Turnus secreta ualle sedebat.* Mollitq; animos.) *id est, uentos, ἀπὸ τῶν ἀνέμων. ut alibi: Quantum ignes animæq; ualēt. & Horatius: Impellūt animæ lintea Thraciæ. Mollit autem ideo dixit, ut per transitum ostenderet, uitia naturæ nulla ratione mutari, sed mitigari aliquatenus posse.*

Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt: celsa sedet Aeolus arce,
Sceptra tenens, mollitq; animos, & tēperat iras.
Ni faciat, maria ac terras, cœlumq; profundum
Quippe ferant rapidi secum, uerrantq; per auras.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris:
Hoc metuens: molemq; & monteis insuper altos
Imposuit, regemq; dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.
Ad quem tum Iuno supplex his uocibus usa est:

Maria ac terras, cœlūq; pfundū.) Atqui quatuor elemēta sunt, terra, mare, aër, & æther. Sed hoc loco rite prætermisitætherē, quia uenti non turbant superiora, ut ait Lucan. Pacem summa tenēt: sed aut terras, aut maria, aut aërem. nam Cœlum hoc loco pro aëre posuit: ut Lucretius, In hoc cœlo qui dicitur aër. Ferant.) *id est, auferant. & est aphæresis.* Rapidi.) *ueloces, ut supra.* Verrantq;.) *Verrere est trahere: à rete, quod uerriculū dicitur. est autem principalitas uerbi, uerro uerris, præteritū uersi, unde fit participiū uersus: hinc alibi, Et uersa puluis inscribitur hasta, id est, tracta.* Id metuens.) *timens. Ergo Iuppiter timet nō sibi, sed elementis, ne turbentur eruptione uentorū. ut si dicas, bellorum tempore uirum fortem timere non sibi, sed liberis suis.* Molemq; & monteis.) *id est, molē montis: & est figura endyadis, ut una res in duas diuidatur, metri causa, interposita cōiunctiōe: ut alibi, Pateris libamus & auro, id est, pateris aureis.* Fœdere.) *modò lege: aliàs pace, quæ fit inter dimicātes. Fœdus autem dictum uel à fœcialibus, scilicet sacerdotibus, per quos fiunt fœdera: uel à porca fœde lacerata, id est, lapidibus cæsa: ut ipse alibi, Et cæsa iungebant fœdera porca.* Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.) *Permāsit in trāslatione. Iussus autem ob hoc posuit, quia suo nihil facit imperio. nam tolle hoc, & maior est omnibus dijs, si ad eius uoluntatem possint elementa cōfundi: ut ipse Aeolus, Mihi iussa capessere fas est. Simul & uentorū ostenditur uis, quibus parū fuerat montē superponi, nisi & regē accipere'nt, qui ipse quoq; alieno pareret imperio.* Ad quē.) *pro, apud quē: ut supra.* Aeole.) *Rhetoricum est in omni petitione hoc obseruare, ut possit præstari quod petitur: id est, ut sit possibilitas, ut sit res iusta, ut habeat modum petitio, ut sequatur remuneratio. Et sciēdum, secundum hunc ordinem omnes petitiones formare Vergil. ut in hoc loco possibilitas est: Et mulcere dedit fluctus, & tollere uēto. iusta petitio est: Gens inimica mihi. omne enim quod contra inimicos petimus, iustum est. modus est petitionis: Et disijce corpora ponto. remuneratio: Sunt mihi bis septem. Ordo est: Aeole, incute uim uētis. & est figura parēthesis. Inter*

parenthesim & eclipsim hoc interest, quia Parenthesis est, quoties remota de medio senten tia, integer sermo perdurat: sic à Græco dicta, quòd interponatur, id est, παρεντίθεται. plenum nanq; est, Aeole incute uim uentis. item: Aeneas rapidum ad naueis præmittit Achatem. Eclipsis est autem, quoties remotis interpositis deest aliquid, ἀπὸ τοῦ ἐλλείπω: ut, Quos ego. deest enim, Affligā. Diuûm pater, atq; hominū rex.) *Periphrasis est, id est, circumlo*

Aeole, (nanq; tibi diuûm pater, atq; hominū rex,
Et mulcere dedit fluctus, & tollere uento.)
Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor,
Ilium in Italiam portans, uictosq; Penates.
Incute uim uentis, submersasq; obrue puppes:
Aut age diuersas, & disijce corpora ponto.
Sunt mihi bis septem prestāti corpore Nymphæ,

cutio. Et mulcere dedit fluctus, & tollere uēto.) *Aliud pendet ex alio. nam qui mulcere potest, potest & tollere, id est, erigere in tēpestatem.* Gens inimica mihi.) *Sermo hic & nationē significat, & familiam. sed nunc ad utrunq; potest referri: nam aut ad familiam Aeneæ, aut ad Troianā gentem refertur.* Tyrrhenum.) *Tyrrhenū mare dictū est, uel quòd Thusciā alluit, id est, Tyrrheniam: uel à Tyrrhenis nautis, qui se in hoc mare deiecerunt. nanq; hoc habet fabula. Dormientem in littore Liberū patrem puerum, nautas abstulisse Tyrrhenos. qui quum esset experrectus in naui, quo duceretur interrogauit: responderunt illi, quo uolueris. Liber ait, ad Naxum insulam sibi sacratam. sed quū aliò uela deflecterent, iratum numen tigrides sibi sacratas uisibus eorum obiecit: quo terrore se illi in fluctus dedere præcipites.* Nauigat æquor.) *τὴν θάλασσαν πλεῖ. figura Græca est. nos enim, per æquor nauigat. Similiter etiam alio loco: Terrā, mare, sidera iuro: quū latinitas exigat, ut addatur præpositio. & non uacat, quòd Tyrrhenū addidit. uidetur enim dicere, iam eis Italiam esse uicinā.* Ilium in Italiam portans.) *res Ilienses. & inuidiose dicit Iliū, quasi ipsam cernat ciuitatem, quū Troianos aspexerit.* Victosq; penates.) *Ne timeat Aeolus Penates lædere, tacitè occurrit quæstioni: portat quidē deos, sed uictos & contemnendos.*

Incute uim uentis.) *Duplex sensus est: Incute enim, inijce significat. Ventis, datiuus est casus. si autem fac, septimus casus est, & erit sensus: Fac uim Troianis per uentos.* Submersasq; obrue puppes.) *Ordo est in sensu confusus. antè enim est ut obruantur fluctibus, & sic submergantur. Tota autē Iunonis petitio in sequentibus explanatur.* Disijce corpora ponto.) *Tam uirorum q̄ nauiū: ut ipse alio loco, quū de nauibus loqueretur, Et toto descen dit corpore pestis. Sciendū sanè est artem hanc esse petitionis, ut minora impetrare cupientes, maiora poscamus: quod etiā nunc Iuno facit. scit nanq; se fatis obstare non posse, sed hoc ait, ut eos arceat ab Italia.* Sunt mihi bis septē.) *Non sine ratione Iuno dicitur nymphas in sua potestate retinere. ipsa enim est aër, de quo nubes creantur: ut est, Atq; in nubem cogitur aër: ex nubibus aquæ, quas nymphas esse non dubiū est. Ideo autē nymphā Aeolo pollicetur, quia uentorum rex est, qui aquæ motu creantur. Bene ergo ei aqua iungitur, origo uentorū. Sanè notāt Vergiliū Critici, qui marito promittit uxorem. quod excusat regia licen tia, iuxta Sallust. qui ait: Denas alij, alij plures habent, sed reges eo amplius.* Præstanti corpore nymphæ.) *Bene etiā istas laudat, ut maior sit in Deiopeia pulchritudinis gloria. laudabilius enim est superare laudatos: ut ipse ad maiorem Aeneæ gloriā, laudat & Turnum.*

Harum autem quatuordecim nomina, ut quidā nolunt, in Georgicis inuenimus. Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo.) *Connubiū est ius legitimi matrimonij. Et benè* Connubio iungam *dicit, ut hanc ab alijs segregaret, quæ à regibus sine lege habentur.* Solent *enim reges inter plureis uni præcipuū dare nomen uxoris.* Et Connubio, *nu breuem posuit, quum naturaliter longa sit.* Nubo *enim, unde habet originē, longa est. sed est tropus* Systole:

Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam
Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo:
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.
Aeolus hæc contrà: Tuus ò regina, quid optes,
Explorare labor: mihi iussa capessere fas est.
Tu mihi quodcunq; hoc regni, tu sceptra, Iouemq;

qui fit, quoties longa corripitur syllaba propter metri necessitatem. Statius *quoq; corripuit:* Cōnubialia pandūt Antra sinus. *Ipse alio loco lōgam posuit: ut est,* Hectoris Andromache Pyrrhi n' cōnubia seruas? *item:* Cuiq; loci leges dedimus, connubia nostra Reppulit. & , Per connubia nostra. & , Numadumq; petam connubia supplex. *Sciendū tamen est, quòd plerunq; in compositione uel deriuatione principalitatis natura corrūpitur.* Connubio iungam stabili.) *Multa in unū contulit uersum, quæ* Iuno *promittit.* Dicendo *enim* Connubio, *ostendit legitimā: dicendo* Stabili, *longā promittit concordiam; id est, quæ diuortio careat: dicēdo* Propriam, *adulterij remouet suspicionem.* Quod *autem adiecit* Dicabo, *obsequentē eam fore demonstrat. in usu enim est ut dicamus,* Sacerdos *dicatus est numini, hoc est, ad obsequium datus est. igitur totus cum dictione pronunciandus est.* Meritis.) *præstitis: ut alibi,* Nec te regina negabo Promeritam, *id est, præstitisse.* Et *alterum pendet ex altero. meritum enim non nisi ex præstantis beneficio descendit.* Pulchra prole.) Vbi cōnubij *finem ostendit.* Notanda *figura: frequenter enim hac utitur. nam quod nos per genitiuū singularem dicimus, antiqui per septimū dicebant: ut hoc loco,* Parentem pulchra prole, *id est, pulchræ prolis.* Et *simpliciter intelligendum est. errant nanq; qui dicunt ideo* Pulchra *dixisse, propter* Canacem & Macareum *in se inuicem turpissimos fratres: illi enim alterius* Aeoli *filij fuisse narrantur.* Aeolus hæc contra.) *subaudi* Dixit: *quod ex posterioribus intelligitur, ut supra notauimus.* Regina.) Inferioris *personæ reuerentia est, maiorem meritis appellare, non nomine: contra maioris est, minorem tantum nomine uocare. qui ordo non nisi per indignationē corrumpitur: ut in* Duodecimo, Sages *in extremis rebus* Turnum, *non regem uocat: ut,* Ruitq; *implorans nomine* Turnū. & *alibi de* Aristæo, Et *te crudelē nomine dicit.* Explorare labor.) Superius *nāq; ante multa poposcerat* Iuno. *hoc ergo dicit,* Tuum *est deliberare quid uelis.* Mihi iussa capessere fas est.) Figura *est* Liptote, *quæ fit quotiescūq; minus dicimus, plusq; significamus per contrariū intelligentes: ut hoc loco non ait,* Licet *mihi implere quæ præcipis, sed nefas est nō implere quæ iusseris.* Item, Munera *nec sperno: id est, libenter accipio.* Tu mihi quodcunq; hoc regni.) Redit *ad physicā rationē. nam motus aëris, id est,* Iunonis, *uentos creat quibus* Aeolus *præest. dicendo autem* Quodcunq;, *aut uerecundè agit, ne uideatur arrogans: aut latenter penè iocatur* Poëta. Quis *enī possit uentos, id est, rem inanē tenere?* Iouemq; concilias.) Hysteron proteron *in sensu. nō enim* Iuppiter *conciliatur* Aeolo, *sed* Aeolus Ioui, *quasi superiori conciliatur.* Conciliantur

autem

autem noui, recõciliantur antiqui. Tu das epulis accumbere diuûm.) *Hoc est, tu me deũ facis. Duplici enim ratione diuinos honores meremur, dearũ coniugio, & deorum cõuiuio: Vnde & in Bucolicis legimus, Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili.* Hæc ubi dicta.) *à Iunone & ab Aeolo.* Cauũ.) *Ordo est, conuersa cuspide cauum montem in latus impulit. & alibi: In latus, inq; feri curuã compagibus aluum Contorsit: quasi in rem, quæ facile cedit ictui.*

Concilias: tu das epulis accumbere diuûm,
Nimborumq; facis, tempestatumq; potentem.
Hæc ubi dicta: cauum conuersa cuspide montem
Impulit in latus, ac uenti uelut agmine facto,
Quà data porta ruunt, & terras turbine perflant.
Incubuere mari, totumq; à sedibus imis
Vnà Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis
Aphricus, & uastos uoluunt ad littora fluctus.
Insequitur clamorq; uirûm, stridorq; rudentum.
Eripiunt subito nubes cælumq;, diemq;,
Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra.
Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther,
Præsentemq; uiris intentant omnia mortem.
Extemplo Aeneæ soluuntur frigore membra.

Agmine.) *uel impetu, uel multitudine. Agmen enim sermo polysemus est, id est, πολλὰ σημαίνων. nam significat impetum: ut, Illi agmine facto Laocoonta petunt. Et multitudinẽ: ut, Vocat agmina sæua sororũ. etiã exercitum incedentẽ agmen uocamus.* Porta.) *omnis exitus porta dicitur, quasi qua potest uel importari uel exportari aliquid.* Turbine.) *ui uentorũ. Sciendũ quãdo appellatiuũ est, facit turbinis: si nomen propriũ, Turbonis facit: ut Horat. Turbonis in armis.* Eurusq;, Notusq;.) *Cardinales quatuor uenti sunt, de quibus nunc tres ponit. paulo pòst unũ, quem omiserat, reddidit: ut, Stridens Aquilone procella.* Procellis.) *Procella est uis uentorum cum pluuia, ab eo quòd oĩa percellat, id est, cõcutiat.* Insequitur clamorq; uirûm.) *Quia præcesserat uentorũ sonus, quẽ & ipsum clamorẽ possumus dicere.* Stridorq; rudentũ.) *Propriè enĩ in funibus stridor est.* Teucrorũ ex oculis.) *Nunq̃ enim totũ cælũ nubibus tegitur, sed illa pars, contra quã flauerint uenti. Quòd aũt dixit, Diẽ eripi, ad uidentiũ oculos rettulit, nõ ad naturã: nam dies adhuc erat.* Nox incubat.) *Nox dicta, quia oculis noceat. Incubat autem ideo dixit, quòd alienũ tẽpus inuasit. nam Incubare proprie dicitur, per uim rem alienã uelle retinere.* Poli.) *axes. i. extremæ partes cæli, sup quibus cælũ uertitur. i. πολεῖται: unde & uertices Latinè, Græcè πόλοι dicũtur.* Aether.) *Aetherẽ hoc loco pro aëre posuit. nubes enim, unde & fulmina, aëris sunt, nõ ætheris. & frequẽter Vergil. duo ista confundit.* Intentant.) *minãtur. omnia autẽ ad superiora retulit.* Extẽplo.) *ilico. Et est augurũ sermo. templũ enim dicitur locus auguris manu designatus in aëre, post quẽ factũ ilico captãtur auguria.* Aeneæ.) *Seruauit τὸ πρέπον, ut Aeneã ultimũ territũ dicat. ex Home. est, de Vlysse:* καὶ τοῦ ὀδυσσῆος λύτο γούνατα, καὶ φίλον ἦτορ, ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν.
Frigore.) *timore. et est reciproca trãslatio. nã & timor pro frigore, et frigus pro timore ponitur: ut in Terẽt. Vxorẽ tuã pauitare aiũt. nõ timere, sed laborare frigorib. utrũq; enĩ in unũ exitũ cadit. sicut de calore et frigore, urere dicimus: ut est, Aut Boreæ penetr. frigus adurat.*

Ingemit.) Non propter mortem: ſequitur enim, O terq; quaterq; beati: ſed propter mortis genus. graue eſt enim, ſecundum Homerum, perire naufragio. quia anima ignea eſt, & extingui uidetur in mari, id eſt, elemento contrario: ut, Igneus eſt ollis uigor. Duplices.) duas, ſecundum morem antiquũ. nam Duplices duas dicebant, ut hoc loco: & Binos, duos: & Vtroſq;, pro utrunq;: ut Cicero, Binos habebam, iubeo promi utroſq;. item Salluſtius, quũ de duobus loqueretur: Hi utriq; ad urbem imperatoris erant. O terq;, quaterq; beati.) id eſt, ſæpius: finitus numerus pro infinito. ex Homero eſt de Vlyſſe: τρισμάκαρες δαναοὶ καὶ τετράκις, οἳ τότ᾽ ὄλοντο τροίῃ ἐν εὐρείῃ, χάριν ἀτρεΐδῃσι φέροντες.

Ingemit, & duplices tendens ad ſidera palmas,
Talia uoce refert: O terq; quaterq; beati,
Queis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis
Contigit oppetere. ò Danaum fortiſſime gentis
Tydide, me'ne Iliacis occumbere campis
Non potuiſſe? tuaq; animã hanc effundere dextra?
Sæuus ubi Aeacidæ telo iacet Hector, ubi ingens
Sarpedon, ubi tot Simois correpta ſub undis

Quis.) Et Quis, & Quibus ſecundum artem dicimus: ab eo enim quod eſt à qui, in bus mittit: ab eo quod eſt à quo, in is mittit. ſed à tertia declinatione in uſu ſunt datiuus & ablatiuus plurales, licet antiqui omnibus uſi ſint caſibus. denique Cato in Originib. ait: Ques ſunt populi. & declinauit Ques, quium: ſicut puppes, puppiũ. Mœnibus altis.) Propter Pergama, quæ altiſſima fuerunt. ex quibus omnia alta ædificia, Pergama uocantur: ſicut Aeſchylus dicit. Oppetere.) ore terrã petere, id eſt, mori. Etymologia eſt, non autem cõpoſitio. poſſumus aũt ſic uti hoc ſermone, ut & per ſe plenus ſit, & recipiat adiectionem. ergo dicimus & Oppetit, & Mortẽ oppetit: ſicut & expirat, & animã expirat. Fortiſſime gentis.) Atqui ut in artibus legimus, ſuperlatiuũ gradum non niſi genitiuo plurali iungi conſtat quidem: ſed Gens nomen eſt enunciatione ſingulare, intellectu plurale. Bene ergo iunxit, in gente enim plures ſunt: ut alibi, Ipſe ditiſſimus agri Phœnicum. non enim unus eſt ager Phœnicum: ſic Salluſt. Romani generis diſertiſſimus. Sanè quæritur quare Diomedem fortiſſimũ dixerit, quũ poſt Achillem & Aiacem ipſe ſit tertius. unde & Salluſtius ait, Primũ Græcorũ Achillem. Multi dicunt ideo fortiſſimũ, quia iuxta Homerũ, & Venerem uulnerauit & Martẽ. Alij ad gentem referũt, quòd Achilles Theſſalus fuit, Aiax Græcus, Diomedes Danaus. Multi ad excuſationẽ Aeneæ uolunt fortiſſimũ dictum, à quo eum conſtat eſſe percuſſum. Tydide.) Vocatiuus Græcus eſt. ſi enim Latinè diceret, ò Tydida debuit ponere. Omnia enim patronymica quæ in des exeunt, apud Latinos primæ ſunt declinationis: ut, Sæuus ubi Aeacidæ telo iacet Hector.

Animã hanc.) Quaſi cum dolore Hanc animam dixit: quaſi diceret, quæ ad labores nata eſt. Et fundere.) Secundum eos, qui dicũt ſanguinem eſſe animã: ut ipſe alibi, Purpureã uomit ille animã. nam alio loco aliorũ opinionem ſequitur, qui dicunt ſpiritũ eſſe animam: unde eſt, Atq; in uentos uita receſſit. Sæuus.) magnus, ut ſuperius dictũ eſt. Et bene elegit, cum quibus perijſſe debuerit. Ipſe enim & fortis eſt, & numinum proles. Rectè ergo his iungitur, in quibus talia fuerunt. Sarpedon.) Et in ultima poſſumus accentũ ponere, & in penultima. nam Homerus & Sarpédonis declinauit, & Sarpedõntis: unde & uarius accentus eſt. Sarpédonis autẽ in antepenultima habet accentũ, Sarpedõntis in penultima. ſed

Sarpedontis

Sarpedontis usurpauit. naturalis enim declinatio est Sarpedonis, sicut Memnon Memnonis, Simon Sinonis. Si autẽ genitiuum in dontis miserit, à circunflexo uenit, qui est in ultima syllaba nominatiui: ut Demophõn Demophõntis, Laocoõn Laocoõntis: sic ergo & Sarpedõntis. Est autem Sarpedon filius Iouis & Laodamiæ, occisus à Patroclo. Simois.) *Hoc nomen integrum ad nos transijt, unde suo est accentu proferendum. nam si esset Latinũ, antepenultima haberet accentum: quia secunda à fine breuis est.* Sub undis.) *& Sub undis legimus, & sub undas. sed si Sub undas, Correpta intellige: si sub undis, Voluit. uaria ergo distinctio est.* Fortia corpora.) *hoc est, uirorum fortium corpora. nulla enim est in mortuis fortitudo. Et ex Home. tractum est:* καὶ σιμόεις ὅ,τι πολλὰ βοάγρια, καὶ τριφάλειαι Κάππεσον ἐν κοίνῃσι καὶ ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν.

Scuta uirum, galeasq́, & fortia corpora uoluit.
Talia iactanti stridens Aquilone procella
Velum aduersa ferit, fluctusq́ ad sidera tollit.
Franguntur remi, tum prora auertit, & undis
Dat latus, insequtur cumulo præruptus aquæ mõs:
Hi summo in fluctu pendent, his unda dehiscens
Terram inter fluctus aperit: furit æstus harenis.
Treis Notus arreptas in saxa latentia torquet.

Talia iactanti.) *inaniter loquẽti: ut alibi, Atq́ irrita iurgia iactat. &, Voces dum iactat inaneis.* Aquilone.) *ab Aquilone.* Aduersa.) *contraria: quia ad Italiam nauigantibus, Aquilo contrarius est.* Frangũtur remi.) *uel gubernacula, uel quod melius est reuera remi. Antiqui enim uelis remisq́ nauigabant: ut, Validisq́ incumbere remis, Obliquatq́ sinus in uentos.* Auertit.) *pro auertitur. & est figura creberrima. potest nanque pro actiui uerbi significatione, passiuum poni: ut est, Et pictis bellantur Amazones armis, pro bellant. Nec nos debet mouere, quòd Bellor facit: natura enim hoc prohibuit. nam compone hoc uerbum, & inuenitur actiuũ: facit enim debello & debellor. & contra pro passiui uerbi significatione actiuum ponitur, ut est hoc loco Auertit, pro auertitur: & Insinuat pauor, pro insinuatur: &, Nox humida cælo Præcipitat, pro præcipitatur. Sed hæc uerba tantummodo pro se inuicem ponuntur, quæ & actiua esse possunt, & passiua: ut est, auerto & auertor, præcipito & præcipitor. Ergo non possumus dicere, quod quidam artigraphus, declinationes actiui uerbi & passiui pro se inuicem poni. nam & naturalis uerbi declinatio actiua est, & communis deponentis'ue passiua. & aliud est esse actiuum uerbum, & aliud actiui uerbi declinationem.* Dat latus.) *inclinatur.* Cumulo.) *altitudine.* Præruptus.) *in altum eleuatus.* Dehiscens.) *id est, ualde hiscens. De enim augentis est: ut in Terentio, Deamo te Syre.* Aperit.) *ostendit: ut Sallustius, Caput aperire solitus: id est, nudare, ostendere.* Harenis.) *& ab harenis, & cum harenis: id est, uel ab imo mouebatur mare, uel cum ipsis harenis, ut in tempestate solet.* Treis.) *Latinum est. Genitiuus enim pluralis, quotiens in ium exit, accusatiuum pluralem in eis mittit, ut puppium puppeis: quotiens in um exit, in es mittit, ut patrum patres.* In saxa latentia.) *propter tempestatem. Hæc autem saxa inter Africam & Sardiniam sunt, quæ saxa ob hoc Itali aras uocant, quòd ibi Afri & Romani fœdus inierunt. unde & Dido: Littora littoribus contraria, fluctibus undas Imprecor. quæ aræ à Sisenna Propiciæ uocantur.*

Saxa uocant Itali medijs quæ in fluctibus aras.) Ordo est, quæ saxa in medijs fluctibus Itali aras uocant. *Dorsum immane.)* eminens, altum: secundũ Homerum. *Mari summo.)* uel in summo. *In breuia & Syrtes.)* id est, in breuia Syrtium: ut, Molemq́ & montes. Breuia autem uadosa dicit, per quæ pedibus possumus uadere. *Syrtes.)* Syrtium sinus duo sunt, pares natura, impares magnitudine: ut Sallust. dicit. *Lycios.)* Hi Troiæ ad auxiliũ cõuenerãt, qui mortuo rege Pandaro, Aeneã secuti sunt: unde & in Secundo ait, Comitum affluxisse nouorum Inuenio. *Fidum.)* fidelem. utrunq; nomen idem significat.

Saxa uocant Itali medijs quæ in fluctibus aras,
Dorsum immane mari summo: tris Eurus ab alto
In breuia & Syrteis urget, (miserabile uisu,)
Illiditq́ uadis, atq; aggere cingit harenæ:
Vnam, quæ Lycios fidumq́ uehebat Orontem:
Ipsius ante oculos, ingens à uertice pontus
In puppim ferit: excutitur, pronusq́ magister
Voluitur in caput. ast illam ter fluctus ibidem
Torquet, agens circũ, & rapidus uorat æquore uortex.
Apparent rari nantes in gurgite uasto:
Arma uirûm, tabulæq́, & Troia gaza per undas.

Ipsius ante oculos.) ad maiorẽ dolorem: unde alibi, Quæq; ipse miserrima uidi. item, Qui nati coram me cernere letum Fecisti. *Ingens pontus.)* magna pars ponti. & est tropus synecdoche: ut Sallustius in Iugurthino, Vbi signa & scuta erant, præsidium hostiũ. per scuta intelligẽdum cætera arma, & ideo Tercentũ scutati omnes, pro armati. *A uertice.)* aut à puppi, quæ uertex nauis est: aut ab Aquilone, qui flat à mũdi uertice, hoc est, à septentrione: ut ipse alibi, Hic uertex nobis semper sublimis. *Magister.)* Leucaspis: ut in Sexto lib. Leucaspim, & Lyciæ ductorem classis Orontem. *Ter.)* sæpius. finitus numerus pro infinito. Crebros enim fluctus facit Aquilo: ut Sallustius, Crebritate fluctuum ut Aquilo solet.

Ibidem.) Ibidem & Vbinam, multi dubitant ubi debeat esse accentus, quia Vbi & Ibi naturaliter breues sunt, sed ratione finalitatis plerunq; producuntur in uersu: nescientes hanc esse rationem, quia pronunciationis causa contra usum Latinũ syllabis ultimis, quibus particulæ adiunguntur, accentus tribuitur: ut, Musáq;, illéne, huiúsce. sic ergo & ibidem.

Apparẽt.) Aliud est Parêre, & aliud Apparere. Parêre enim est obedire: ut, Paret amor dictis. Apparere autẽ, uideri: ut, Apparet liquido sublimis in aëre nisus. Et hæc obseruatio diligenter custodiri debet: licet eam autores metri causa clausulæ'ue plerunq; corrumpãt.

Rari.) Vel propter maris magnitudinem, uel quia una perierat nauis. *Nantes.)* Prima uerbi positio est No, nas, nat: unde est, Nare per æstatem liquidam. Et prima syllaba naturaliter longa est, licet Natare na breuis sit in eadem significatione. *In gurgite uasto.)* Tapinosis est, id est, rei magnæ humilis expositio. Prudenter tamen Vergil. humilitatem sermonis epitheto subleuat, ut hoc loco Vasto addidit. Item cum de equo loqueretur, ait, Cauernas ingentis. *Arma uirûm.)* Bene addidit uirûm. Arma enim dicuntur cunctarũ artium instrumenta: ut, Cerealiáq; arma. Item, Colligere arma iubet. Item alio loco dicendum, Et quæ sint duris agrestibus arma. *Troia.)* Differentia in sermone est, & in sensu, & in syllabis. nam cum prouinciam dicimus, & principale est nomen, & breuis est Tro. quando au-

tem non

tem non est principale, & deriuatio est, longa est Tro: ut, Troius Aeneas. Gaza.) *Persicus sermo est, & significat diuitias. est autẽ generis fœminini: ut, Gaza lætus agresti. Quo exemplo apparet quoq; superfluò quæri à multis, quemadmodum potuerit aurum natare: nescientes gazas, id est, opes dici omne quod possidemus.* Iam ualidam.) *Zeugma est ab inferioribus, quod fit & à superioribus, & à medio. plerunque & ad utrunque respondet:*

Iam ualidam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ.
Et qua uectus Abas, & qua grandæuus Alethes,
Vicit hyems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimisq; fatiscunt.
Interea magno misceri murmure pontum,
Emissamq; hyemem sensit Neptunus: & imis
Stagna refusa uadis, grauiter commotus, & alto
Prospiciens, summa placidũ caput extulit unda.
Disiectam Aeneæ toto uidet æquore classem,
Fluctibus oppressos Troas, cœliq; ruina.
Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ.
Eurum ad se, Zephyrũq; uocat, dehinc talia fatur:

ut, Trouigena interpres diuum, qui numina Phœbi, Qui tripodas Clarij, lauros, qui sydera sentis. Ecce hoc loco Sentis, & antedicta & sequentia cõcludit. Ilionei.) *Antiptosis est: pro genitiuo enim datiuũ posuit. Cõstat enim huiuscemodi græca nomina datiuum singularem in ei diphthongum mittere, ut Orphei. nam illa solutio est, quũ Orpheĩ dicimus: nec modo Ilionei possumus dicere adstrictũ esse genitiuum, ut ipse sit qui & datiuus: quod & si fortè cõtingat, non regula mutatur, sed antiptosis fit, qua plerunq; utũtur poëtæ: ut, Vrbem quã statuo uestra est, pro urbs: & Hæret pede pes, pro pedi.* Vectus.) *qua uehebatur significat. & pro præsenti participio, quod non habemus, præteritũ posuit. in Latino enim sermone à passiuo uerbo præsens participiũ non est, neq; ab actiuo præteritũ. sed quod uno sermone explicare non possumus, aut circunlocutione ostendimus: aut si hoc nolumus, participiũ pro participio ponimus, sed usurpatiuè, ut hoc loco factum est.* Vicit hyems.) *Hyems duas res significat, aut tempus, aut uim uenti: & sic hoc loco intelligendum est.* Imbrem.) *Imber dicitur humor omnis: ut Lucretius, Ex igni terraq; animalia nascuntur & imbri, id est, humore.* Fatiscunt.) *abundanter aperiuntur. Fatim autem abundanter dicimus: unde & Affatim. Hiscere autem, aperire.* Imis.) *Bene in imo uoluit esse Neptunum, ut iam factam cognosceret tempestatem, ut non incipientem uetaret.* Stagna.) *Stagnum dicitur aqua stans: sed nunc profunda maris significat, ab eo quòd non nisi nimia tempestate turbantur. ergo Stagna & Imis uadis refusa, aliud pendet ex altero, quia immobilis aqua in imo maris tantummodo est.* Et alto prospiciens.) *aut è mari erigens caput, aut mari prouidens.* Placidum caput.) *Quærunt multi, quemadmodum placidum si grauiter commotus: quasi non possit fieri, ut irascatur uentis, propitius sit Troianis. Vno autem epitheto more suo habitum futuræ orationis ostendit: ut alibi uno sermone, Tunc quassans caput.* Cœliq; ruina.) *id est, tonitribus, quorum sonus similis est ruinis.* Nec latuere doli fratrẽ Iunonis & iræ.) *Aut doli Iunonis, aut fratrẽ Iunonis. gemina igitur distinctio est.*

Eurũ ad se Zephyrumq; uocat.) *Per hos autẽ omneis intellige; isti enim sunt cardinales.*

Generis

Generis fiducia uestri.) Astreus enim unus de Titanibus, qui contra Deos arma sumpserunt, cum Aurora concubuit: unde nati sunt uenti, secundū Hesiodum: ἀστραίῳ δ' ἠὼς ἀνέμους τίκε καρτεροθύμους. ἀργέστην, ζέφυρον, βορέην αἰψηροκέλευθον καὶ νότον ἐν φιλότητι θεῷ θεὰ εὐνηθεῖσα. Et hoc loco fiduciam pro confidentia posuit, quū fiducia in rebus bonis sit, confidentia in malis. *Iam cælum, terramq́.*) Ordo est, ausi estis sine meo numine tātas moles tollere,

Tanta'ne uos generis tenuit fiducia uestri?
Iam cælum, terramq́, meo sine numine uenti
Miscere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego: sed motos præstat cōponere fluctus.
Post mihi non simili pœna commissa luetis.
Maturate fugam, regiq́ hæc dicite uestro:
Non illi imperium pelagi, sæuumq́ tridentem,
Sed mihi sorte datum: tenet ille immania saxa,
Vestras Eure domos: illa se iactet in aula
Aeolus, & clauso uentorum carcere regnet.

& cælum terrasq́ turbare: aut certè illud est, q́d tria hæc numina, licet diuisa imperia teneant, uidentur tamen regni totius habere potestatē. sicut & ipsa elementa quæ retinent, physica inter se quadam ratione iunguntur, quod & ipsorū numinum sceptra significant. Iuppiter enim trifido utitur fulmine, Pluton Cerbero, Neptunus tridente. Multi autē quærūt, cur de alienis cōqueratur elementis. *Quos ego.*) Deficit hoc loco sermo. & congruè, quasi iratæ & turbatæ mentis: ut alibi, Me me: adsum. item alibi: Incipit effari, mediaq́ in uoce resistit. Terentius: Quem quidem ego, si sensero. His enim affectibus tantum sermonis defectio congruit. *Sed motos præstat.*) Prudenter agit. plus enim est innocentibus succurrere, quàm nocentiū delicta punire. *Præstat.*) Melius est: ut, Præstat Trinacrij metas lustrare Pachynni. Et notādus sermo. nam & per se plenus est, & tam accusatiuo iungitur quàm septimo. dicimus enim, præstat illum, & præstat illo. *Post mihi non simili pœna commissa luetis.*) Aut non simili pœna, id est, non ea qua Troianos affecistis: aut certè mihi non simili, id est, uehementer irato. *Luetis.*) persoluetis. & hic sermo à pecunia descendit. antiquorū enim omnes pœnæ pecuniariæ fuerunt.

Maturate fugam.) cum maturitate, id est, cum tranquillitate discedite. Quo modo dicimus, Matura iracundiā tuam, id est, mitiga. perniciosum enim est Troianis, si maturent fugam, hoc est, si accelerēt. *Sæuumq́.*) uel magnū: uel uerè sæuū in uentos, quia minatur.

Sorte.) Ac si diceret, potuisse se etiā cælū tenere, Aeolum uero beneficio etiā carceris regna meruisse. *Immania.*) aspera. Manū enim antiqui bonū dicebant, & inde Mane dicitur: quid enim melius? & per antiphrasin Manes, inferi, quia nō sunt boni. *Vestras Eure domos.*) Irascentiū est uti proprio nomine, ut Terent. Ego in pistrinū te Daue dedam: aut quasi cōtra principem tempestatis irascitur, quem primū cōstat egressum esse. Quòd aūt dixit Saxa immania, de Pseudulo Plauti tractū est, ubi ait: Nisi carcerē aliquādo effregeritis, uestrā domū. *Aula.*) Irrisio est. sequitur enim, Carcere: & nihil tam contrariū, si simpliciter intelligimus. *Clauso.*) Quia dimittere uētos non ipsius est, sed iubētis. *Carcere re.*) Licet carcer sit, tamē regnū est Aeoli. hæc enim pro affectu possidētis intelligēda sunt. ut alibi quū de rure loqueretur, Post aliquot mea regna uidēs: & alibi, Regū æquabat opes animo.

Dicto ci-

Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat,
Collectasq́ fugat nubes, solemq́ reducit.
Cymothoë simul & Triton annixus, acuto
Detrudunt naueis scopulo: leuat ipse tridenti,
Et uastas aperit Syrteis, & temperat æquor,
Atq rotis summas leuibus perlabitur undas:
Ac ueluti magno in populo cum sæpe coorta est
Seditio, sæuitq́ animis ignobile uulgus,
Iamq́ faces & saxa uolant, furor arma ministrat:
Tum pietate grauē ac meritis si forte uirū quem

Dicto citius.) non antequā diceret: dixit enim, Hæc ait: sed citius quàm dici potest. Placat.) Sub poëtica licētia physicā quoq tangit rationem. mare enim dicitur esse Neptunus, quem superius dixit grauiter esse cōmotum, quia tēpestas erat: nunc autem ait Placat, quia iam sedari cœperāt maria. Collectas.) aut nunc collegit & fugauit, aut ante à uētis collectas fugauit, id est, resoluit. Cymothoë.) Nomina deorum plerunq de causis sunt facta ab elemētis, quæ nomina dici uoluere maiores, ut Cymothoe, id est, cursus fluctuum, ἀπὸ τ̃ θεῖν τὸ κῦμα. Triton.) deus marinus, Neptuni & Salatiæ deæ maris filius, ab aqua salsa dictæ. Annixus.) antiquum est, ut connixus: qbus hodie nō utimur. dicimus enim adnissus & cōnisus. Sed & multa alia usus cōtra antiquitatē uindicauit. Illi enim parsi dicebant, nos peperci. item nos dicimus suscepi, illi aūt succepi: ut, Succepitq ignem folijs. Leuat.) leues ac nauigabiles facit: ut, Nostrūq leues quæcūq laborē. Et scire debemus, prudēter poëtā pro causis uel tendere uel corripere orationē: ut hoc loco periclitantibus Troianis, tota celeritate dicit esse subuentū. contrà in 5. libro, ubi nullū periculum est, latius describit placantē maria Neptunū. item in 2. quādo imminet periculum, uno uersu ait: Quo res summa loco Panthu, quā prendimus arcem? Perlabitur undas.) Figura est. quod enim nos modo dicimus per præpositionē nomini copulatam, sequente uerbo: antiqui uerso ordine per præpositionē detractā nomini, iungebant uerbo. ita tamen, ut esset una pars orationis, & faciebant honestā elocutionē. nos dicimus Per undas labitur, illi dicebant Perlabitur undas. itē, Per forū curro, & percurro forū. Notandū planè qđ plerunq accusatiuū regit casum, plerūq ad ablatiuū transit. Ac ueluti magno in populo.) Vergil. tēpestati populi motū cōparat, Tullius populo tēpestatē. pro Milone: Equidē cæteras tēpestates & procellas in illis dūtaxat fluctibus cōcionū. Ideo aūt Magno addidit, quia ubi frequēs populus, ibi crebra seditio. Animis ignobile uulgus.) id est, stultū: ut cōtrà nobilē animū, prudentē dicimus. unde etiā paulo pòst ait, Arrectis auribus. sumpsit enim trāslationem ab animalibus, ut Terent. Arrige aures Pāphile. Vulgus.) Et masculini & neutri lectū est generis. neutri hoc loco, alibi masculini: ut, In uulgum ambiguas. Et hoc est artis, ut masculino utamur: quia omnia latina nomina in us exeuntia, si neutra fuerint, tertiæ sunt declinationis, ut pecus pecoris. si autem secūdæ declinationis fuerint, masculina sunt. uulgi autem facit, non uulgeris: ut docti, clari. usurpatum tamē est, ut neutrum genus sit, propter unum græcum nomen, id est, pelagus. quamuis enim pelagi faciat, neutri tamen est generis. Furor arma ministrat.) Sic alibi: Ruanti telum ira facit. Grauem.) uenerabilem. unde & contemptibiles, leues dicimus. Et sane seruat circa hanc rhetoricā diffinitionem, cui dat &

iustitiã & peritiã dicẽdi: ut, Tum pietate grauem. & , Ille regit dictis animos. Orator enim ita diffinitur, uir bonus dicẽdi peritus. Quẽ.) id est, aliquẽ. Arrectisq; aurib. astãt.) Quia imperito & stulto populo sermonẽ facit, rectè arrectis aurib. dicit: & est propriũ animalium. Genitor.) uenerabilis: ut, Tybri pater. ergo hoc nomen & ad uerũ pertinet patrem, & ad honorem refertur. Cœloq; inuectus aperto.) Non per cœlũ uectus, sed cœlo iam sereno uectus per maria.

Conspexere, silent, arrectisq; auribus astant:
Ille regit dictis animos & pectora mulcet.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora postquam
Prospiciens genitor, cœloq; inuectus aperto
Flectit equos, curruq; uolans dat lora secundo.
Defessi Aeneadæ quæ proxima littora cursu
Contendunt petere, & Libyæ uertuntur ad oras.
Est in secessu longo locus, insula portum
Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inq; sinus scindit sese unda reductos.

Curru.) Non ut quidam putant pro currui posuit, nec est apocope, sed ratio artis antiquæ. qa omnis nominatiuus pluralis regit genitiuum singul. & isosyllabus esse debet: ut hæ musæ huius musæ, hi docti huius docti. ut ẽ à genitiuo singulari datiuus regitur singularis, ut isosyllabus sit: ut huius docti, huic docto. unde est, Curruq; abscisa duorũ Suspẽdit capita. & Libra die: ne si diei fecisset, maior esset nominatiuo plurali. Secũdo.) Troianis obsequenti. & tractus est sermo à sequentibus seruis, id est, pedissequis secũdis: ut secundã fortunã dicimus, quæ est secũdũ nos, id est, prope nos. uel à similitudine uẽti tractũ est propitij, qui flat à tergo: ut, Prosequitur surgens à puppi uẽtus eũteis. Defessi Aeneadæ.) Nũc Troiani, aliquãdo Romani: ut Aeneadæ in ferrũ pro libertate ruebãt. Cursu.) Aut secundũ qđ supius diximus, pxima cursu. i. cursui: aut cõtendũt cursu petere. & est septimus casus. Vertũtur.) scilicet à pposito itinere, hoc est, ab Italia. Est in secessu lõgo.) Est topothesia, id est, fictus secũdũ poeticã licentiã locus. ne aũt uideretur penitus à ueritate discedere, Hispaniẽsis Carthaginis portũ descripsit. Cæterũ hũc locũ in Affrica nusq̃ esse cõstat, nec incõgruè propter nominis similitudinẽ posuit. nam topographia est rei ueræ descriptio. Hoc tamẽ ad Homeri imitationẽ fecisse Verg. uidetur, q portũ Ithacæ sic descripsit: Φόρκυνος δέ τίς ἐστι λιμὴν ἁλίοιο γέροντος, Ἐν δήμῳ Ἰθάκης, δύο δὲ προβλῆτες ἐν αὐτῷ Ἀκταὶ ἀπορρῶγες λιμένος ποτιπεπτηυῖαι Αἵ τ᾽ ἀνέμων σκεπόωσι δυσαήων μέγα κῦμα Ἔκτοθεν, ἔντοσθεν δὲ ἄνευ δεσμοῖο μένουσι Νῆες ἐΰσσελμοι, ὅταν ὅρμου μέτρον ἵκωνται. Αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος τανύφυλλος ἐλαίη Ἀγχόθι δ᾽ αὐτῆς ἄντρον ἐπήρατον ἠεροειδὲς Ἱρὸν νυμφάων αἳ νηϊάδες καλέονται. Ἐν δὲ κρητῆρές τε καὶ ἀμφιφορῆες ἔασιν Λάϊνοι. ἔνθα δ᾽ ἔπειτα τιθαιβώσσουσι μέλισσαι. Secessu.) sinu secreto. Locus.) subaudi Quem: ut superius, Vrbs antiqua fuit. Et est sciẽdum quoties præmittimus nomen cuiuslibet generis, & interposito primo nomine sequitur nomen alterius generis, mediũ illud pronomẽ proprij nominis genus sequitur. ut Sallustius in Catilinario: Est in carcere locus, quod Tullianũ appellatur. ecce proprio iũxit, nõ appellatiuo: Tullianũ enim propriũ nomẽ est, carcer appellatiuũ. Si aũt utraq; nomina appellatiua fuerint, licenter cui uolumus respondemus. Inq; sinus scindit sese unda reductos.) id est, replicabiles.

Gemini.)

Gemini.) pares, similes. interdũ & duos significat, ut gemini fratres. Minantur.) *eminent: ut, Minasq́ murorum ingentes, & Ille usq́ minatur.* Sub uertice.) *hoc est, circa radices montis, quæ ad rectam lineam suspiciũt cacumen, id est, uerticem.* Tum syluis scena coruscis.) *hoc est, syluarũ coruscarum: id est, crispantiũ. ut Iuuenalis: Longa coruscat Sarraco ueniẽte abies. & posuit septimum pro genitiuo, ut superius Pulchra prole.*

Hinc atq; hinc uastæ rupes, geminiq́ minãtur
In cœlum scopuli: quorum sub uertice late
Aequora tuta silent, tum syluis scena coruscis
Desuper, horrentiq́ atrũ nemus imminet umbra.
Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrũ,
Intus aquæ dulces, uiuoq́ sedilia saxo:
Nympharũ domus. hic fessas non uincula naues
Vlla tenent, unco non alligat anchora morsu.
Huc septem Aeneas collectis nauibus, omni
Ex numero subit: ac magno telluris amore
Egressi optata potiuntur Troës arena,
Et sale tabentes artus in littore ponunt.
Ac primum silicis scintillam excudit Achates,

Scena.) *id est, inumbratio: & dicta scena, ἀπὸ τῆς σκιᾶς. apud antiquos enim theatralis scena parietem nõ habebat, sed de frõdibus umbracula quærebant: postea tabulata cõponere cœperũt in modum parietis.* Horrenti.) *Horror plerunq; ad odiũ pertinet, plerunq; ad uenerationem, ut hoc loco. sic Lucan. Arboribus suus est horror, & Horridus in iaculis.* Atrum nemus.) *Tropus est. per atrum, nigrum ostendit: per nigrũ, umbrosum: per umbrosum, densum, id est, frondibus plenũ.* Viuo.) *naturali: ut, Viuo præteruehor hostia saxo.* Nympharũ domus.) *Aut uerum dicit, & est historia: aut ad laudẽ pertinet loci. Talis, inquit, locus est, ut domus credatur esse nympharum.* Hic.) *pro illic, more suo.* Anchora morsu.) *Hoc nomen cum in græco, unde originem ducit, ἄγκυρα aspirationem non habeat, in latino aspiratur, quod est contrarium: nam magis græcorum est aspiratio. sed hoc in paucis nominibus inuenitur. Morsu autem, de anchoris bene dixit, quum alio loco inueniamus, Tum dente tenaci Anchora fundabat naues.* Telluris amore.) *Cuiuscunque, post pericula: unde & superius dixit, Quæ proxima littora cursu Cõtendunt. & paulo pòst infert, Optata potiuntur Troës arena. Tellurem autem pro terra posuit, quũ Tellurẽ deam dicamus, terrã elementũ: ut plerunq; Vulcanum ponimus pro igni, Cererem pro frumẽto, Liberum pro uino.* Arena.) *Quæritur, habeat nec ne nomẽ hoc aspirationem, & Varro sic diffinit: si ab ariditate dicitur, non habet: si ab hærendo, ut in fabricis uidemus, habet. melior tamen est superior etymologia.* Sale tabentes.) *Madefactos aspergine.* Ac primũ silicis scintillam excudit.) *Bene adiecit speciem, quia in certis lapidibus inuenitur ignis. Excudit autem est, feriendo elicit: quia cudere est ferire. unde & incus dicitur, quod illic aliqd cudamus, id est, feriamus.* Achates.) *Allusit ad nomen: nam achates lapidis species est. Bene ergo ipsum dicit ignem excudisse, unde etiam Achatem eius comitem dixit. lectum est enim in naturali historia Plinij, quod si quis hunc lapidem in annulo habuerit, gratiosior esse uideatur. Ideo Achates Aeneæ comes dicitur, quia solicitudo comes est regibus. ἄχος enim, cura dicitur & solicitudo.*

Succepit.)pro suscepit:ut diximus suprà. Rapuitq́ in fomite flammas.) Penè solœcophanes est:nam cum mutationem uerbum significet,ablatiuo usus est.Sed hoc soluit aut antiqua circa cõmunes præpositiones licentia:ut est,Conditus in nubem contra:&, Nota conduntur in aluo.item,Sæua sedens super arma:&,Gemina super arbore sidũt.Cicero:Quod ille in capite ab hostium duce acceperat.item in principio libri tertij Verrinarũ:Et si fortes fueritis in eo,quem nemo sit ausus defendere.

Succepitq́ ignem folijs,atq́ arida circum
Nutrimenta dedit,rapuitq́ in fomite flammam.
Tunc Cererem corruptam undis, cerealiaq́ arma
Expediunt, fessi rerum:frugesq́ receptas
Et torrere parant flammis,& frangere saxo.
Aeneas scopulum interea conscendit,& omnem
Prospectum late pelago petit, Antea si quem

Aut rapuit,raptim fecit flãmam in fomite, id est,celeriter. Corruptã undis.)aqua emollitam. Cerealiaq́ arma.)Fugiẽs uilia ad generalitatem transit, propter carminis dignitatem.Et rem uilem hausit honestate sermonis:ut alibi ne lucernam diceret,ait,Testa cum ardente uideret Scintillare oleum. Et sciendũ est,indice euphonia dici cerealia,uel cerialia: Typhœa,uel Typhoia:Cæsareanus,uel cæsarianus. In his ergo licẽtia deriuationis est. Fessi rerũ.)hoc est,penuria fatigati.Et fessus generale est.dicimus enim & Fessus animo, ut Ter Fessus ualle resedit:et Fessus corpore,quod magis est propriũ:& Fessus rerum à fortuna uenientium,ut hoc loco. epitheta enim nunquam uacant,sed aut ad augmentum,aut ad diminutionem, aut ad discretionẽ ponuntur. Fruges.)Generaliter omnes fruges uocantur. Et errãt qui discernũt frumenta à frugibus.nam Cicero ait,Olei & frugum minutarũ:quum de leguminibus diceret.ut ostenderet frumenta & fruges uocari.frugum autem nomen tractũ est à frumine,id est,ab eminente sub mento gutturis parte. Receptas.)liberatas:ut,Medioq́ ex hoste recepit. Et torrere parant flammis & frãgere saxo.) Multi hysteron proteron putant,non respicientes superiora:quia dixit undis Cererem esse corruptam,quam necesse fuerat antè siccari. qui tamen etiam contra hoc illo se tuentur exemplo,Nunc torrete igni fruges,nũc frangite saxo.& uolunt etiam hysteron proteron esse,quod falsum est.nam & hodie siccari antè fruges,& sic frangi uidemus.& quia apud maiores nostros molarum non erat usus,frumenta torrebant, & ea in pilas missa pinsebant,& hoc erat genus molendi:unde & pinsores dicti sunt, qui nũc pistores uocantur. Pinsere autem dici Persius probat : ut, O Iane à tergo quem nulla ciconia pinsit.

Aeneas.) Merita personarum uilibus officijs interesse non debent. quod bene obseruat ubiq́ Vergilius,ut in hoc loco.item in Sexto,cum diuersis officijs Troianos diceret occupatos,ait:At pius Aeneas arces,quibus altus Apollo Præsidet.nisi cum causa pietatis interuenit,ut ad sepeliendũ socium,de Aenea dixit:Necnon Aeneas opera inter talia primus Hortatur socios, paribusq́ accingitur armis. Scopulũ.) id est,speculã. & quãdo speculationẽ significamus,generis est fœminini : ut,Specula Misenus ab alta. speculũ autẽ in quo nos intuemur,generis est neutri:ut Iuuenal.Speculum ciuilis sarcina belli, quod græcè ἔσοπτρον.

Late petit.)in quãtum potest. Pelago.)in pelagus:ut,Inferretq́ deos Latio. Antea si quem.)Ordo est:Ascendit scopulũ,requisiturus Antea, Capyn,Caicũ. Si quẽ uideat.)

Et usus

Et usus est hoc genere elocutionis, quo & Terent. qui dixit: Quod pleriq; omnes faciunt adolescē: uli. Atqui nil cōtrarium: Omnes enim generale, Pleriq; speciale. Ordo ergo est: Quod omnes faciunt adolescentuli, ut animum ad aliquod studium adiungant, pleriq; equos alere, pleriq; canes. Aut certe Quem uacat, ut superius diximus, istas frequēter uacare particulas: ut alibi Vergilius, Rhebe diu, res si qua diu mortalib. ulla est. nemo dicit Si qua ulla, sed

Iactatum uento uideat, Phrygiasq́ biremes,
Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici.
Nauem in conspectu nullam, treis littore ceruos
Prospicit errantes, hos tota armenta sequuntur
A tergo, & longum per ualles pascitur agmen.
Constitit hic, arcumq́ manu, celeresq́ sagittas
Corripuit, fidus quę tela gerebat Achates.
Ductoresq́ ipsos primum, capita alta ferentes
Cornibus arboreis, sternit: tum uulgus, & omnem

Si ulla: uacat ergo Qua. item in Lucilio: Ecquē Pamphilū quæris? Quē uacat: nam de uno loquebatur. Biremes.) naues habentes remorum ordinē geminū: ut alibi, Triplici pubes quā Dardana uersu Impellunt. Puppibus arma Caici.) Quia nauigantium militum est puppibus arma religare: ut alibi, Pacem orare manu & præfigere puppibus arma. Errantes.) pascentes: ut ipse alibi, Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. Reuera enim dum pascūtur, uagantur. & in Septimo de ceruo: Errabat syluis. & alibi cum de columbis diceret, Pascentes illæ tantū prodire uolando. Ceruos.) Cerui dicti sunt ἀπὸ τῶν κεράτων, id est, à cornibus. Sciēdum est etiam, latina nomina græcam plerunq; etymologiā recipere. sed cerui nō sunt in prouincia procōsulari, ad quam uenit Aeneas. aut ergo fictum est, secundū poëticum morem: aut ob hoc dictum, quia heroicis temporibus ubiq; omnia nascebantur: ut ipse, Omnis feret omnia tellus. Tota.) Inter totū & omne hoc interest, quod Totum dicimus unius corporis plenitudinem, Omne de uniuersis dicimus: utputa totum auditoriū habet scholasticos, hoc est, plenum est auditorium scholasticis: omne auditorium habet scholasticos, id est, omnia auditoria. Vsurpant tamen poëtæ, & ista cōfundunt: ut hoc loco tota pro omnibus posuit, & contrà pro toto omnem posuit: ut est, Omnemq́; reuerti Per Troiam. Statius: Et totos in pœnam ordire nepotes, id est, omnes. Pleriq; deriuationem ducunt ab eo quod est tot totus, ut ab eo quod est quot quotus. Sed illud notandum, quod in deriuatione mutat plerunque naturam. nam cum tot naturaliter breuis sit, totus producitur: quotus uero secundū originē suā breuis, remanet. Agmē.) proprie dicitur ordinata multitudo, ut est ambulātis exercitus. neq; enim in uno loco stans, agmen uocatur: aut si inuentum fuerit, usurpatum est. unde bene adiecit Longum, ut incedentium ostenderet significationem. Constitit.) Con secundum naturam breuis est semper, excepto quum F uel S sequitur. tūc enim tantū producitur: sicut In syllaba, ut insula, infula. Corripuit.) aut de pharetra corripuit: ut est, Corripit hic subita trepidus formidine ferrum. aut ab Achate, ut eum secutū esse per silentium intelligamus: ut in illo loco, Ni iam præmissus Achates Afforet. itē: Nunc repeto, Anchises fatorū arcana reliquit. Gerebat.) aut tūc, aut quæ gerere consueuerat. Cornibus arboreis.) aut subaudi Cū: ut illo loco, Atq; Ixionij uento rota constitit orbis, id est, cum uento. aut certe secundum supradi-

ctam figuram pro cornuum arboreorum. melius tamen est, ut Cum subaudias. Tum uulgus.) Bene uulgus, ductoribus interemptis. Miscet.) perturbat, circumagit, insequitur. Frondea.) pro frondosa posuit. plerunque enim dum uarietati declinationis student poëtæ, mutant proprietatẽ. nam frondeũ est, totum de frondibus, ut truncus: frondosus uero est lucus. licet enim abundet frondibus, non tamen est de frondibus totus: ut saxeus, & saxosus.

Miscet agens telis nemora inter frondea turbam.
Nec prius absistit, quàm septem ingentia uictor
Corpora fũdat humi, & numerũ cũ nauib. æquat.
Hinc portum petit, & socios partitur in omnis.
Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes
Littore Trinacrio, dederatq; abeuntibus heros,
Diuidit, & dictis mœrentia pectora mulcet.
O socij (neq; enim ignari sumus ante malorum)
O passi grauiora: dabit deus his quoq; finem.
Vos & Scyllæam rabiem, penitusq; sonanteis
Accestis scopulos: uos & Cyclopea saxa

Quàm septẽ.) Bene finiuit numerũ. necessitatis enim ẽ hic uenatio, non uoluptatis, in qua plura requirãtur. Victor.) hoc loco pro positi effector: ut est, Atq; rotis insistere uictor. Fundat humi.) per humum. et est aduerbialiter positum: ut, Humi nitens, id est, per humum. Cum nauibus.) Cacephaton in sermone: quod fit, si Cum particulam N litera sequatur. Hinc.) pro inde: abutitur enim aduerbio more suo. Partitur.) Sallustius ait: Prouincias inter se partiuerant. nam & partio, & partior dicimus. & est uerbum de his, quæ quum utranq; recipiant declinationem pro nostra uoluntate, actiuæ tamen sunt significationis: ut punio punior, fabrico fabricor, laboro laboror. quanquam tentauerit Probus facere differentiã inter actiuam passiuãq; significationẽ: ut dicamus, tondeo alterũ, tondeor ab altero. sed hoc in alijs uerbis dicere nõ possumus, ut fabrico fabricor, pasco pascor. nã legimus, Florẽ depasta salicti. &, Pascũtur uerò dumos. Sũt aũt alia uerba quæ actiuæ declinationis significationisq; sunt, ut cædo. sunt quæ passiuæ, ut cædor. Inuenimus tamẽ actiuam declinationẽ habere passiuam significationem, ut uapulo: & cõtrà declinationem passiuã actiuã habere significationẽ, ut loquor. Hæc ergo cautè ab illis segreganda sunt uerbis. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes.) Ordo est, Deinde uina partitur, quæ Acestes dederat. Trinacrio.) Græcũ est: propter tria ἄκρα, id est, promõtoria, scilicet Lilybæum, Pachynnũ, Pelorũ. latinè autem, Triquetra dicitur. Heros.) uir fortis, semideus, plus ab homine habens: ut ait Hesiodus, Ζεὺς κρονίδης ποίησε δικαιότερον καὶ ἄρειον ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται ἡμίθεοι. O socij.) Ordo est: O socij reuocate animos. bene autem Socios dixit, ut se eis æquaret. Ignari.) pro immemores: & est Acyrologia. Ignarus est enim qui ignorat, immemor qui oblitus est. Ante malorum.) ὕστερον est: ut alibi, Cœli subterlabentia signa. Antè enim, hic ad solam pertinet coniunctionem, & plenitudinem uersus. O passi grauiora.) Arte magna utitur. uult enim eos meminisse grauissimorum, ut præsentia facilius tolerẽt. & bene grauiora dicit esse transacta, ut futura ostendat esse leuiora. His quoque.) scilicet, sicut & grauioribus. Scyllæam rabiem.) Exempla pro negociorum qualitate sumere debemus: ut hoc loco in marinis periculis ponit peracta tempestatis exempla. Penitusq; sonanteis.) id est, ualde sonanteis. Accestis.)

stis.) pro accessistis, aut ualde accessistis, id est, iuxta. Et bene ait Accestis: non enim passi sunt hæc pericula, sed his fuere uicini. Cyclopea saxa.) aut quæ Cyclops in Vlyssem iecit: aut certe Siciliam dicit, in qua Cyclopes habitauerũt: ut ipse, Centum alij curua hæc habitãt ad littora uulgò Infandi Cyclopes. Possumus tamẽ Aetnã accipere: nam & ipse in 3. ait, Noctẽ illam tecti syluis immania monstra Perferimus. Mœstumq; timorẽ.) quod mœstos & sollicitos efficiat, ut Mors pallida, & Tristis senectus. Mittite.) omittite. & est tropus Aphæresis, quo mõ temnere, p cõtẽnere. Forsan.) Fortassis, forsitan, forte, fors, unũ significant: sed uarie pro metri ratione ponuntur.

Experti, reuocate animos, mœstumq; timorem
Mittite: forsan & hæc olim meminisse iuuabit.
Per uarios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas
Ostendunt: illic fas regna resurgere Troiæ.
Durate, & uosmet rebus seruate secundis.
Talia uoce refert, curisq; ingentibus æger
Spem uultu simulat, premit altum corde dolorẽ.

Olim.) modò futuri temporis est. Meminisse.) Memini & genitiuum regit & accusatiuum. dicimus enim & memini malorum, & memini mala. & iusta ratione: nam memoria obliuio contraria est. & obliuiscor similiter & genitiuum regit & accusatiuum, ut obliuiscor incendiorum, & obliuiscor iniurias tuas. & item Cicero: Obliuiscor iniurias tuas ò Clodi. Iuuabit.) futuri temporis est. Huius autem uerbi præteritũ perfectũ anomalum est. nam cum primæ coniugationis uerba in tempore perfecto aut in aui exeant, ut amaui: aut in uĩ solutam, ut tonui: hoc uerbum neque in aui facit, neq; in uĩ, sed uui, ut iuuã. Lucan. Iuuit sumpta ducem, iuuit dimissa potestas. Per uarios casus.) Argumẽtum à cõpensatione. Sedes quietas.) Nõ uacat quod adiecit Quietas. habuit enim sedes in Thracia & in Creta, sed nõ quietas. Illic fas regna resurgere Troiæ.) Figura est, & iam antedicta: qua per contrariũ aliquid intelligimus. dicendo enim Illic, fas ostendit, alibi nefas: ut occurreret cogitationi sociorum, ne fatigati mali: quascunq; requirerent sedes, quod etiam in Quinto factum est nauibus incensis. Durate.) duri estote ad sustinẽdos labores. sic Horatius: Vix durare possunt imperiosius æquor. Et uosmet rebus seruate secũdis.) πάρελκον est. Sciendũ autẽ est, has particulas Met, Piam, Pte, ut egomet, quispiã, suopte, tutemet, & similia, ornatus causa poni: sunt enim aduerbia. quicquid enim ab illis septem recesserit partibus, aduerbiũ sit necesse est. Item quemadmodũ probamus aduerbia esse, quia dicimus doctè facio, doctè feci, doctè fecisti, & mutato uerbo remanet aduerbium: ergo sic & in istis particulis inuenimus, ut egomet, nosmet, ut mutatis casibus uel personis cũ eadẽ particula remaneat, aduerbia sine dubio sunt. nulla enim hoc alia pars orationis admittit. Notandum sanè quod hæ particulæ plerũq; suam uim & naturã habẽt, non syllabarũ. nam quũ Te & Me longæ sint, tutemet dactylus inuenitur: nec possumus harum partium naturam discutere, quia sub regulis nõ sunt. Voce refert.) πλεονασμὸς: qui fit, quoties adduntur superflua: ut alibi, Vocemq; his auribus hausi. Terentius: His oculis egomet uidi. Curis.) Cura ab eo dicta est, quod cor urat. denique paulo pòst ait, Premit altum corde dolorem. Aeger.) Est & tristis, & male ualens. ægrotus autem siue ægrotans, tantummodo male ualens. Spem.) lætitiam. & est crebra apud Vergilium figura,

quæ

quæ fit, quoties significatur ab eo quod præcedit id quod sequitur. nam spem lætitia sequitur: spes uero in uultu nō uidetur, sed lætitia. hæc autē figura & uersa uice fit, ut intelligamus ab eo quod sequitur id quod præcedit: ut, Meritæque expectēt præmia palmæ. *palmā pro uirtute posuit, quæ primū meretur, & palmā pòst accipit.* Prædæ.) *ad prædā: ut,* Inferretque deos Latio. Accingūt.) *studiose parāt: ut alibi,* Accingūt operi. *accinctos enim, industrios dicimus: ut,* Paribusque accingitur armis. Hor. *Altius ac nos præcincti sumus. sicut cōtrà negligentes, discinctos uocamus: ut,* Discinctos Mulciber Afros. *et* Horat. *Quem aut auarus, ut* Chremes, *terram premam:* Discinctus *aut perdam ut nepos. ut græcè* εὔζωνοι, *expediti dicuntur.*

Illi se prædæ accingunt, dapibusque futuris
Tergora diripiunt costis, & uiscera nudant.
Pars in frusta secant, ueribusque trementia figūt.
Littore ahena locant alij, flammasque ministrant.
Tum uictu reuocant uires, fusique per herbam
Implentur ueteris Bacchi, pinguisque ferinæ.
Postquam exempta fames epulis, mensæque remotæ,
Amissos longo socios sermone requirunt:
Spemque metumque inter dubij, seu uiuere credant,
Siue extrema pati, nec iam exaudire uocatos.

Dapibusque futuris.) *Ambitiose dixit, quod sint cerui dapes futuræ.* Tergora.) *Tergus tergoris, unde & tergora, corium significat: tergum uero tergi, ut templū templi, dorsum significat: ut* Sallust. *Scilicet quia tergis abstinetur.* Viscera nudant.) *Viscera nō tantū intestina dicimus, sed quicquid sub corio est: ut in* Albano *latius uisceratio dabatur, id est, caro. Est autem nominatiuus hoc* Viscus, *huius uisceris: ut* Lucret. *Viscus gigni, sanguenque creari.* Sanguen *autē ideo dixit, quia sanguinis facit, ut carmen carminis. Si enim sanguis diceret, par esset nominatiuus genitiuo: ut anguis, pinguis.* Veribus.) *Ecce nomen de his, quæ in numero singulari indeclinabilia sunt, ut ueru, cornu, genu.*

Trementia.) *palpitantia adhuc.* Ahena locant.) *Quibus utebantur non ad elixandas carnes, sed ad se lauandos. heroicis enim temporibus carne non uescebantur elixa. Huic autem nomini maiores aspirationem dabant: nam ahena dicebant.* Tunc.) *id est, posiquam se lauerunt.* Victu.) *cibo. unde & conuictores dicimus: ut* Horatius, *Non quia sum tibi Mæcenas conuictor. nam conuiuæ à conuiuio dicuntur.* Fusi.) *Polysemus sermo est: significat enim & discumbētes, ut hoc loco: & fugatos, & occisos.* Implentur.) *Impleor duos casus regit. dicimus enim & impleor huius rei: ut* Cicero, *Squalloris plenus ac pulueris. &* Terent. *Plenus rimarū sum. & impleor illa re, ut hoc loco, & alibi:* Plenamque sagittis Threiciis. *&* Iuuenalis: *Lectica* Mathonis *Plena ipso.* Ferinæ.) *Feras dicimus, aut quòd omni corpore feruntur, aut quòd naturali utuntur libertate, & pro desiderio suo ferūtur.* Postquam exempta fames.) *Caute in mœstitia cibis famē exemptā dicit, id est, fugatam, nō ad affluentiam quæsitam: sicut* Homerus, αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο. Mensæque remotæ.) *Quia apud maiores mensas apponebant pro discis: unde est,* Et mensæ grata secundæ. *duas enim habebant mensas, unam carnis, alterā pomorū.* Amissos.) *Non reuera, sed ut illo tempore putabāt.* Exaudire uocatos.) *aut subaudiamus deos, & quasi cōquestio est, quod non flectantur precibus: aut certe hoc dicit, nō solum perijsse eos, sed nec sepulturam habere.*

habere, ad quam uocentur. nouimus enim quòd mortuorum umbræ ad sepulturam uocabantur: ut est, Manesq; uocabat Hectoreum ad tumulum. & est figura, ab eo quod præcedit id quod sequitur: quia post facta sepulchra, Manes uocantur. Præcipuè.) præter omnes: quasi alijs magis pius. Oronti.) pro Orontis: ut, Immitis Achilli. Secum.) propter socios: ut suprà, Spem uultu simulat. Finis.) uel fabularum, uel diei. sequitur nanq; pau-

> Præcipuè pius Aeneas, nunc acris Oronti,
> Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum
> Fata Lyci, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.
> Et iam finis erat, cum Iuppiter æthere summo
> Despiciens mare ueliuolum terrasq; iacenteis,
> Littoraq;, & latos populos, sic uertice cæli:

lo pòst, Aeneas per noctem plurima uoluens. Et sciendũ est, Vergilium non semper dicere ortũ uel occasum diei, sed aut intellectui relinquere, ut hoc loco: aut negocijs tempora significare: aut poëtica κατονισάς, id est, exornationis ratione non omnia exprimere. unde ait Horatius in Arte poëtica, Nec uerbũ uerbo curabis reddere fidus Interpres. quamuis plerique de translatione græcitatis hoc asserant dictum. Homerus sanè ista cõtenmens, tempora uniuersa describit. Quom Iuppiter æthere summo Despiciens.) Oeconomiam istam secundũ mathesin uidetur ordinasse Vergilius. nam Ioue in altitudine suo posito cum Venere, significatur quòd per mulierem aliqua felicitas possit euenire. Ergo quum Aeneas in partem regni admittetur à Didone per occasionem coniugij, iccirco hoc poëticè præmisit. Sanè & illud aduertendum est, quòd peritissimè dixit tristiorem Venerem fuisse cum Ioue: ex quo significat, exitum uxoris infelicem futurum. nam se utiq; Dido interemit. Quòd autem Mercurium facit à Ioue defluentem ad occasum descendere, id est, ad ima terrarũ: ostendit amicitias quidem fore, sed minimè diuturno tempore permanere. Illud etiam lectum est, & mathematici dicunt: Venere in uirgine posita, misericordem fœminam nasci. Atque ideo Vergilius fingit in habitu uirginis uenatricis Venerem occurrisse filio, quod & misericordem postea reginam probauit Aeneas, & in uenatione cum ea permixtus est.

Aethere summo.) qui summus est. & proprium ætheri epitheton dedit, quia omnibus superior est. Despiciens.) deorsum aspiciens: sicut Suspiciens, sursum aspiciens. Notandum sanè, quòd si Dispiciens dixerimus, diligenter inquirens significamus: sicut Deduco, & Diduco. nam Deduco est prosequor, Diduco uero diuido. Veliuolum.) Duas res significat, & quòd uelis uolatur, id est, transeatur, ut hoc loco: & quòd uelis uolat, ut Ennius, Naueis ueliuolas. quod & propriè dixit: & est ista reciproca translatio nauium, & auium. legimus enim, Et uelorum pandimus alas. Et contrà de apibus, Nare per æstatem liquidam: quum Natatus nauium sit, Alæ uero auium. Et sciendum est, reciprocam translationem esse, & partis unius. Iacenteis.) Aut in longum expositas, aut proprium epitheton est terrarum. nam cætera elementa mobilia sunt, sola terra stabilis est: unde & bruta dicitur. aut Iacentes, inferius positas. sunt enim omnium infimæ elementorum.

Latos populos.) Quum Populos numero plurali dicimus, urbeis significamus. quum uero Populum, unius multitudinem ciuitatis intelligimus: ut, Populum latè regem belloq; superbum. de Romano enim intellexit. Sic.) id est, ut ista conspiceret. Et Libyæ

 defixit

Ingemit.) Non propter mortem: sequitur enim, O terq́ quaterq́ beati: sed propter mortis genus. graue est enim, secundum Homerum, perire naufragio. quia anima ignea est, & extingui uidetur in mari, id est, elemento contrario: ut, Igneus est ollis uigor. Duplices.) duas, secundum morem antiquũ. nam Duplices duas dicebant, ut hoc loco: & Binos, duos: & Vtrosq́, pro utrunq́: ut Cicero, Binos habebam, iubeo promi utrosq́. item Sallustius, quũ

Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas,
Talia uoce refert: O terq́ quaterq́ beati,
Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere. ò Danaum fortissime gentis
Tydide, me'ne Iliacis occumbere campis
Non potuisse? tuaq́ animã hanc effundere dextra?
Sæuus ubi Aeacidæ telo iacet Hector, ubi ingens
Sarpedon, ubi tot Simois correpta sub undis

de duobus loquere-tur: Hi utriq́ ad urbem imperatoris erant. O terq́, quaterq́ beati.) id est, sæpius: finitus numerus pro infinito. ex Homero est de Vlysse: τρισμάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις, οἳ τότ' ὄλοντο Τροίῃ ἐν εὐρείῃ, χάριν Ἀτρείδῃσι φέροντες. Quis.) Et Quis, & Quibus secundum artem dicimus: ab eo enim quod est à qui, in bus mittit: ab eo quod est à quo, in is mittit. sed à tertia declinatione in usu sunt datiuus & ablatiuus plurales, licet antiqui omnibus usi sint casibus. denique Cato in Originib. ait: Ques sunt populi. & declinauit Ques, quium: sicut puppes, puppiũ. Mœnibus altis.) Propter Pergama, quæ altissima fuerunt. ex quibus omnia alta ædificia, Pergama uocantur: sicut Aeschylus dicit. Oppetere.) ore terrã petere, id est, mori. Etymologia est, non autem cõpositio. possumus aũt sic uti hoc sermone, ut & per se plenus sit, & recipiat adiectionem. ergo dicimus & Oppetit, & Mortẽ oppetit: sicut & expirat, & animã expirat. Fortissime gentis.) Atqui ut in artibus legimus, superlatiuũ gradum non nisi genitiuo plurali iungi constat quidem: sed Gens nomen est enunciatione singulare, intellectu plurale. Bene ergo iunxit, in gente enim plures sunt: ut alibi, Ipse ditissimus agri Phœnicum. non enim unus est ager Phœnicum: sic Sallust. Romani generis disertissimus. Sanè quæritur quare Diomedem fortissimũ dixerit, quũ post Achillem & Aiacem ipse sit tertius. unde & Sallustius ait, Primũ Græcorũ Achillem. Multi dicunt ideo fortissimũ, quia iuxta Homerũ, & Venerem uulnerauit & Martẽ. Alij ad gentem referũt, quòd Achilles Thessalus fuit, Aiax Græcus, Diomedes Danaus. Multi ad excusationẽ Aeneæ uolunt fortissimũ dictum, à quo eum constat esse percussum. Tydide.) Vocatiuus Græcus est. si enim Latinè diceret, ò Tydida debuit ponere. Omnia enim patronymica quæ in des exeunt, apud Latinos primæ sunt declinationis: ut, Sæuus ubi Aeacidæ telo iacet Hector.

Animã hanc.) Quasi cum dolore Hanc animam dixit: quasi diceret, quæ ad labores nata est. Et fundere.) Secundum eos, qui dicũt sanguinem esse animã: ut ipse alibi, Purpureã uomit ille animã. nam alio loco aliorũ opinionem sequitur, qui dicunt spiritũ esse animam: unde est, Atq́ in uentos uita recessit. Sæuus.) magnus, ut superius dictũ est. Et bene elegit, cum quibus perijsse debuerit. Ipse enim & fortis est, & numinum proles. Rectè ergo his iungitur, in quibus talia fuerunt. Sarpedon.) Et in ultima possumus accentũ ponere, & in penultima. nam Homerus & Sarpédonis declinauit, & Sarpedõntis: unde & uarius accentus est. Sarpédonis autẽ in antepenultima habet accentũ, Sarpedõntis in penultima. sed

Sarpedontis

Sarpedontis usurpauit. naturalis enim declinatio est Sarpedonis, sicut Memnon Memnonis, Simon Sinonis. Si autē genitiuum in dontis miserit, à circunflexo uenit, qui est in ultima syllaba nominatiui: ut Demophōn Demophōntis, Laocoōn Laocoōntis: sic ergo & Sarpedōntis. Est autem Sarpedon filius Iouis & Laodamiæ, occisus à Patroclo. Simois.) *Hoc nomen integrum ad nos transijt, unde suo est accentu proferendum. nam si esset Latinū, antepenultima haberet accentum: quia secunda à fine breuis est.* Sub undis.) *&* Sub undis *legimus, &* sub undas. *sed si* Sub undas, Correpta *intellige: si* sub undis, Voluit. *uaria ergo distinctio est.*

Scuta uirum, galeasq;, & fortia corpora uoluit.
Talia iactanti stridens Aquilone procella
Velum aduersa ferit, fluctusq; ad sidera tollit.
Franguntur remi, tum prora auertit, & undis
Dat latus, insequtur cumulo præruptus aquæ mōs:
Hi summo in fluctu pendent, his unda dehiscens
Terram inter fluctus aperit: furit æstus harenis.
Treis Notus arreptas in saxa latentia torquet.

Fortia corpora.) *hoc est, uirorum fortium corpora. nulla enim est in mortuis fortitudo. Et ex* Home. *tractum est:* κὰὶ σιμόεις ὅ,τι πολλὰ βοάγρια, κὰὶ τρυφάλειαι Κάππεσον ἐν κοίνησι καὶ ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν. Talia iactanti.) *inaniter loquēti: ut alibi,* Atq; irrita iurgia iactat. *&,* Voces dum iactat inaneis. Aquilone.) *ab* Aquilone. Aduersa.) *contraria: quia ad* Italiam *nauigantibus,* Aquilo *contrarius est.* Frangūtur remi.) *uel gubernacula, uel quod melius est reuera remi. Antiqui enim uelis remisq; nauigabant: ut,* Validisq; incumbere remis, Obliquatq; sinus in uentos. Auertit.) *pro auertitur. & est figura creberrima. potest nanque pro actiui uerbi significatione, passiuum poni: ut est,* Et pictis bellantur Amazones armis, *pro bellant. Nec nos debet mouere, quòd* Bellor *facit: natura enim hoc prohibuit. nam compone hoc uerbum, & inuenitur actiuū: facit enim debello & debellor. & contra pro passiui uerbi significatione actiuum ponitur, ut est hoc loco* Auertit, *pro auertitur: &* Insinuat pauor, *pro insinuatur: &,* Nox humida cælo Præcipitat, *pro præcipitatur.* Sed *hæc uerba tantummodo pro se inuicem ponuntur, quæ & actiua esse possunt, & passiua: ut est, auerto & auertor, præcipito & præcipitor.* Ergo *non possumus dicere, quod quidam artigraphus, declinationes actiui uerbi & passiui pro se inuicem poni. nam & naturalis uerbi declinatio actiua est, & communis deponentis'ue passiua. & aliud est esse actiuum uerbum, & aliud actiui uerbi declinationem.* Dat latus.) *inclinatur.* Cumulo.) *altitudine.* Præruptus.) *in altum eleuatus.* Dehiscens.) *id est, ualde hiscens.* De *enim augentis est: ut in* Terentio, Deamo te Syre. Aperit.) *ostendit: ut* Sallustius, Caput aperire *solitus: id est, nudare, ostendere.* Harenis.) *& ab harenis, & cum harenis: id est, uel ab imo mouebatur mare, uel cum ipsis harenis, ut in tempestate solet.* Treis.) *Latinum est.* Genitiuus *enim pluralis, quotiens in ium exit, accusatiuum pluralem in eis mittit, ut puppium puppeis: quotiens in um exit, in es mittit, ut patrum patres.* In saxa latentia.) *propter tempestatem.* Hæc *autem saxa inter* Africam *&* Sardiniam *sunt, quæ saxa ob hoc* Itali *aras uocant, quòd ibi* Afri *&* Romani *fœdus inierunt. unde &* Dido: Littora littoribus contraria, fluctibus undas Imprecor. *quæ aræ à* Sisenna Propiciæ *uocantur.*

Saxa uocant Itali medijs quæ in fluctibus aras,
Dorsum immane mari summo: tris Eurus ab alto
In breuia & Syrteis urget, (miserabile uisu,)
Illiditq́ue uadis, atque aggere cingit harenæ:
Vnam, quæ Lycios fidumq́ue uehebat Orontem:
Ipsius ante oculos, ingens à uertice pontus
In puppim ferit: excutitur, pronusq́ue magister
Voluitur in caput. ast illam ter fluctus ibidem
Torquet, agens circũ, & rapidus uorat æquore uor(tex.
Apparent rari nantes in gurgite uasto:
Arma uirûm, tabulæq́ue, & Troia gaza per undas.

Saxa uocant Itali medijs quæ in fluctibus aras.) Ordo est, quæ saxa in medijs fluctibus Itali aras uocant. *Dorsum immane.)* eminens, altum: secundũ Homerum. *Mari summo.)* uel in summo. *In breuia & Syrtes.)* id est, in breuia Syrtium: ut, Molemq́ue & montes. Breuia autem uadosa dicit, per quæ pedibus possumus uadere. *Syrtes.)* Syrtium sinus duo sunt, pares natura, impares magnitudine: ut Sallust. dicit. *Lycios.)* Hi Troiæ ad auxiliũ cõuenerãt, qui mortuo rege Pandaro, Aeneã secuti sunt: unde & in Secundo ait, Comitum affluxisse nouorum Inuenio. *Fidum.)* fidelem. utrunque nomen idem significat.

Ipsius ante oculos.) ad maiorẽ dolorem: unde alibi, Quæque ipse miserrima uidi. item, Qui nati coram me cernere letum Fecisti. *Ingens pontus.)* magna pars ponti. & est tropus synecdoche: ut Sallustius in Iugurthino, Vbi signa & scuta erant, præsidium hostiũ. per scuta intelligẽdum cætera arma, & ideo Tercentũ scutati omnes, pro armati. *A uertice.)* aut à puppi, quæ uertex nauis est: aut ab Aquilone, qui flat à mũdi uertice, hoc est, à septentrione: ut ipse alibi, Hic uertex nobis semper sublimis. *Magister.)* Leucaspis: ut in Sexto lib. Leucaspim, & Lyciæ ductorem classis Orontem. *Ter.)* sæpius. finitus numerus pro infinito. Crebros enim fluctus facit Aquilo: ut Sallustius, Crebritate fluctuum ut Aquilo solet.

Ibidem.) Ibidem & Vbinam, multi dubitant ubi debeat esse accentus, quia Vbi & Ibi naturaliter breues sunt, sed ratione finalitatis plerunque producuntur in uersu: nescientes hanc esse rationem, quia pronunciationis causa contra usum Latinũ syllabis ultimis, quibus particulæ adiunguntur, accentus tribuitur: ut, Musáque, illéne, huiúsce. sic ergo & Ibidem.

Apparẽt.) Aliud est Parêre, & aliud Apparere. Parêre enim est obedire: ut, Paret amor dictis. Apparere autẽ, uideri: ut, Apparet liquido sublimis in aëre nisus. Et hæc obseruatio diligenter custodiri debet: licet eam autores metri causa clausulæ'ue plerunque corrumpãt.

Rari.) Vel propter maris magnitudinem, uel quia una perierat nauis. *Nantes.)* Prima uerbi positio est No, nas, nat: unde est, Nare per æstatem liquidam. Et prima syllaba naturaliter longa est, licet Natare na breuis sit in eadem significatione. *In gurgite uasto.)* Tapinosis est, id est, rei magnæ humilis expositio. Prudenter tamen Vergil. humilitatem sermonis epitheto subleuat, ut hoc loco Vasto addidit. Item cum de equo loqueretur, ait, Cauernas ingentis. *Arma uirûm.)* Bene addidit uirûm. Arma enim dicuntur cunctarũ artium instrumenta: ut, Cerealiáque arma. Item, Colligere arma iubet. Item alio loco dicendum, Et quæ sint duris agrestibus arma. *Troia.)* Differentia in sermone est, & in sensu, & in syllabis. nam cum prouinciam dicimus, & principale est nomen, & breuis est Tro. quando au-

tem non

tem non est principale, & deriuatio est, longa est Tro: ut, Troius Aeneas. Gaza.) *Persicus sermo est, & significat diuitias. est autẽ generis fœminini: ut, Gaza lætus agresti.* Quo *exemplo apparet quoq; superfluò quæri à multis, quemadmodum potuerit aurum natare: nescientes gazas, id est, opes dici omne quod possidemus.* Iam ualidam.) *Zeugma est ab inferioribus, quod fit & à superioribus, & à medio. plerunque & ad utrunque respondet:*

Iam ualidam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ.
Et qua uectus Abas, & qua grandæuus Alethes,
Vicit hyems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimisq; fatiscunt.
Interea magno misceri murmure pontum,
Emissamq; hyemem sensit Neptunus: & imis
Stagna refusa uadis, grauiter commotus, & alto
Prospiciens, summa placidũ caput extulit unda.
Disiectam Aeneæ toto uidet ęquore classem,
Fluctibus oppressos Troas, cæliq; ruina.
Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ.
Eurum ad se, Zephyrũq; uocat, dehinc talia fatur:

ut, Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi, Qui tripodas Clarij, lauros, qui sydera sentis. Ecce hoc loco Sentis, & antedicta & sequentia cõcludit. Ilionei.) *Antiptosis est: pro genitiuo enim datiuũ posuit. Cõstat enim huiuscemodi græca nomina datiuum singularem in ei diphthongum mittere, ut Orphei. nam illa solutio est, quũ Orpheï dicimus: nec modo Ilionei possumus dicere adstrictũ esse genitiuum, ut ipse sit qui & datiuus: quod & si fortè cõtingat, non regula mutatur, sed antiptosis fit, qua plerunq; utũtur poëtæ: ut, Vrbem quã statuo uestra est, pro urbs: & Hæret pede pes, pro pedi.* Vectus.) *qua uehebatur significat. & pro præsenti participio, quod non habemus, præteritũ posuit. in Latino enim sermone à passiuo uerbo præsens participiũ non est, neq; ab actiuo præteritũ. sed quod uno sermone explicare non possumus, aut circunlocutione ostendimus: aut si hoc nolumus, participiũ pro participio ponimus, sed usurpatiuè, ut hoc loco factum est.* Vicit hyems.) *Hyems duas res significat, aut tempus, aut uim uenti: & sic hoc loco intelligendum est.* Imbrem.) *Imber dicitur humor omnis: ut Lucretius, Ex igni terráq; animalia nascuntur & imbri, id est, humore.* Fatiscunt.) *abundanter aperiuntur. Fatim autem abundanter dicimus: unde & Affatim. Hiscere autem, aperire.* Imis.) *Bene in imo uoluit esse Neptunum, ut iam factam cognosceret tempestatem, ut non incipientem uetaret.* Stagna.) *Stagnum dicitur aqua stans: sed nunc profunda maris significat, ab eo quòd non nisi nimia tempestate turbantur. ergo Stagna & Imis uadis refusa, aliud pendet ex altero, quia immobilis aqua in imo maris tantummodo est.* Et alto prospiciens.) *aut è mari erigens caput, aut mari prouidens.* Placidum caput.) *Quærunt multi, quemadmodum placidum si grauiter commotus: quasi non possit fieri, ut irascatur uentis, propitius sit Troianis. Vno autem epitheto more suo habitum futuræ orationis ostendit: ut alibi uno sermone, Tunc quassans caput.* Cæliq; ruina.) *id est, tonitribus, quorum sonus similis est ruinis.* Nec latuere doli fratrẽ Iunonis & iræ.) *Aut doli Iunonis, aut fratrẽ Iunonis. gemina igitur distinctio est.*

Eurũ ad se Zephyrumq; uocat.) *Per hos autẽ omneis intellige: isti enim sunt cardinales.*

Generis

Generis fiducia uestri.) Astreus enim unus de Titanibus, qui contra Deos arma sumpserunt, cum Aurora concubuit: unde nati sunt uenti, secundū Hesiodum: ἀστραίῳ δ' ἠὼς ἀνέμους τίκτε καρτεροθύμους. ἀργέστην, ζέφυρον, βορέην λαιψηροκέλευθον καὶ νότον ἐν φιλότητι θεῷ θεὰ εὐνηθεῖσα. Et hoc loco fiduciam pro confidentia posuit, quū fiducia in rebus bonis sit, confidentia in malis. *Iam cælum, terramq.*) Ordo est, ausi estis sine meo numine tātas moles tollere,

Tanta'ne uos generis tenuit fiducia uestri?
Iam cælum, terramq́, meo sine numine uenti
Miscere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego: sed motos præstat cōponere fluctus.
Post mihi non simili pœna commissa luetis.
Maturate fugam, regiq́ hæc dicite uestro:
Non illi imperium pelagi, sæuumq́ tridentem,
Sed mihi sorte datum: tenet ille immania saxa,
Vestras Eure domos: illa se iactet in aula
Aeolus, & clauso uentorum carcere regnet.

& cælum terrasq; turbare: aut certè illud est, qđ tria hæc numina, licet diuisa imperia teneant, uidentur tamen regni totius habere potestatē. sicut & ipsa elementa quæ retinent, physica inter se quadam ratione iunguntur, quod & ipsorū numinum sceptra significant. Iuppiter enim trifido utitur fulmine, Pluton Cerbero, Neptunus tridente. Multi autē quærūt, cur de alienis cōqueratur elementis. *Quos ego.*) Deficit hoc loco sermo. & congruè, quasi iratæ & turbatæ mentis: ut alibi, Me me: adsum. item alibi: Incipit effari, mediaq; in uoce resistit. Terentius: Quem quidem ego, si sensero. His enim affectibus tantum sermonis defectio congruit. *Sed motos præstat.*) Prudenter agit. plus enim est innocentibus succurrere, quàm nocentiū delicta punire. *Præstat.*) Melius est: ut, Præstat Trinacrij metas lustrare Pachynni. Et notādus sermo. nam & per se plenus est, & tam accusatiuo iungitur quàm septimo. dicimus enim, præstat illum, & præstat illo. *Post mihi non simili pœna commissa luetis.*) Aut non simili pœna, id est, non ea qua Troianos affecistis: aut certè mihi non simili, id est, uehementer irato. *Luetis.*) persoluetis. & hic sermo à pecunia descendit. antiquorū enim omnes pœnæ pecuniariæ fuerunt. *Maturate fugam.*) cum maturitate, id est, cum tranquillitate discedite. Quo modo dicimus, Matura iracundiā tuam, id est, mitiga. perniciosum enim est Troianis, si maturent fugam, hoc est, si accelerēt. *Sæuumq.*) uel magnū: uel uerè sæuū in uentos, quia minatur.

Sorte.) Ac si diceret, potuisse se etiā cælū tenere, Aeolum uero beneficio etiā carceris regna meruisse. *Immania.*) aspera. Manū enim antiqui bonū dicebant, & inde Mane dicitur: quid enim melius? & per antiphrasin Manes, inferi, quia nō sunt boni. *Vestras Eure domos.*) Irascentiū est uti proprio nomine, ut Terent. Ego in pistrinū te Daue dedam: aut quasi cōtra principem tempestatis irascitur, quem primū cōstat egressum esse. Quòd autē dixit Saxa immania, de Pseudulo Plauti tractū est, ubi ait: Nisi carcerē aliquādo effregeritis, uestrā domū. *Aula.*) Irrisio est. seqtur enim, Carcere: & nihil tam contrariū, si simpliciter intelligimus. *Clauso.*) Quia dimittere uētos non ipsius est, sed iubētis. *Carcere re.*) Licet carcer sit, tamē regnū est Aeoli. hæc enim pro affectu possidētis intelligēda sunt. ut alibi quū de rure loqueretur, Post aliquot mea regna uidēs: & alibi, Regū æquabat opes animo.

Dicto ci-

Dicto citius.) non antequā diceret: dixit enim, Hæc ait: sed citius quàm dici potest. Pla*cat.) Sub poëtica licētia physicā quoq; tangit rationem. mare enim dicitur esse* Neptunus, *quem superius dixit grauiter esse cōmotum, quia tēpestas erat: nunc autem ait* Placat, *quia iam sedari cœperāt maria.* Collectas.) *aut nunc collegit & fugauit, aut ante à uētis collectas fugauit, id est, resoluit.* Cymothoë.) Nomina *deorum plerunq; de causis sunt facta*

Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat,
Collectasq́; fugat nubes, solemq́; reducit.
Cymothoë simul & Triton annixus, acuto
Detrudunt naueis scopulo: leuat ipse tridenti,
Et uastas aperit Syrteis, & temperat æquor,
Atq; rotis summas leuibus perlabitur undas:
Ac ueluti magno in populo cum sæpe coorta est
Seditio, sæuitq; animis ignobile uulgus,
Iamq; faces & saxa uolant, furor arma ministrat:
Tum pietate grauē ac meritis si forte uirū quem

ab elemētis, quæ nomina dici uoluere maiores, ut Cymothoe, *id est, cursus fluctuum, ἀπὸ τοῦ θεῖν ἄρ τὸ κῦμα.* Triton.) *deus marinus,* Neptuni *&* Salatiæ *deæ maris filius, ab aqua salsa dictæ.* Annixus.) *antiquum est, ut connixus: qbus hodie nō utimur. dicimus enim adnissus & cōnisus.* Sed *& multa alia usus cōtra antiquitatē uindicauit. Illi enim parsi dicebant, nos peperci. item nos dicimus suscepi, illi aūt succepi: ut,* Succe*pitq; ignem folijs.* Leuat.) *leues ac nauigabiles facit: ut,* Nostrūq; *leues quæcūq; laborē.* Et *scire debemus, prudēter poëtā pro causis uel tendere uel corripere orationē: ut hoc loco periclitantibus* Troianis, *tota celeritate dicit esse subuentū. contrà in 5. libro, ubi nullū periculum est, latius describit placantē maria* Neptunū. *item in 2. quādo imminet periculum, uno uersu ait:* Quo *res summa loco* Panthu, *quā prendimus arcem?* Perlabitur undas.) Fi*gura est. quod enim nos modo dicimus per præpositionē nomini copulatam, sequente uerbo: antiqui uerso ordine per præpositionē detractā nomini, iungebant uerbo. ita tamen, ut esset una pars orationis, & faciebant honestā elocutionē. nos dicimus* Per *undas labitur, illi dicebant* Perlabitur *undas. itē,* Per *forū curro, & percurro forū.* Notandū *planè qd' plerunq; accusatiuū regit casum, plerūq; ad ablatiuū transit.* Ac ueluti magno in populo.) Vergil. *tēpestati populi motū cōparat,* Tullius *populo tēpestatē. pro* Milone: Equidē *cæteras tēpestates & procellas in illis dūtaxat fluctibus cōcionū.* Ideo *aūt* Magno *addidit, quia ubi frequēs populus, ibi crebra seditio.* Animis ignobile uulgus.) *id est, stultū: ut cōtrà nobilē animū, prudentē dicimus. unde etiā paulo pòst ait,* Arrectis *auribus. sumpsit enim trāslationem ab animalibus, ut* Terent. Arrige *aures* Pāphile. Vulgus.) Et *masculini & neutri lectū est generis. neutri hoc loco, alibi masculini: ut,* In *uulgum ambiguas.* Et *hoc est artis, ut masculino utamur: quia omnia latina nomina in us exeuntia, si neutra fuerint, tertiæ sunt declinationis, ut pecus pecoris. si autem secūdæ declinationis fuerint, masculina sunt. uulgi autem facit, non uulgeris: ut docti, clari. usurpatum tamē est, ut neutrum genus sit, propter unum græcum nomen, id est, pelagus. quamuis enim pelagi faciat, neutri tamen est generis.* Furor arma ministrat.) Sic *alibi:* Ruanti *telum ira facit.* Grauem.) *uenerabilem. unde & contemptibiles, leues dicimus.* Et *sane seruat circa hanc rhetoricā diffinitionem, cui dat &*

iustitiã & peritiã dicẽdi: ut, Tum pietate grauem. & , Ille regit dictis animos. Orator enim ita diffinitur, uir bonus dicẽdi peritus. Quẽ.) id est, aliquẽ. Arrectisq; aurib. astãt.) Qua imperito & stulto populo sermonẽ facit, rectè arrectis aurib. dicit: & est propriũ animalium. Genitor.) uenerabilis: ut, Tybri pater. ergo hoc nomen & ad uerũ pertinet patrem, & ad honorem refertur. Cœloq; inuectus aperto.) Non per cœlũ uectus, sed cœlo iam sereno uectus p

Conspexere, silent, arrectisq; auribus astant:
Ille regit dictis animos & pectora mulcet.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora postq̃
Prospiciens genitor, cœloq; inuectus aperto
Flectit equos, curruq; uolans dat lora secundo.
Defessi Aeneadæ quæ proxima littora cursu
Contendunt petere, & Libyæ uertuntur ad oras.
Est in secessu longo locus, insula portum
Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inq; sinus scindit sese unda reductos.

maria. Curru.) Non ut quidam putant pro currui posuit, nec est apocope, sed ratio artis antiquæ. q̃a omnis nominatiuus pluralis regit genitiuum singul. & isosyllabus esse debet: ut hæ musæ huius musæ, hi docti huius docti. Itẽ à genitiuo singulari datiuus regitur singularis, ut isosyllabus sit: ut huius docti, huic docto. unde est, Curruq; abscisa duorũ Suspẽdit capita. & Libra die: ne si diei fecisset, maior esset nominatiuo plurali. Secũdo.) Troianis obsequenti. & tractus est sermo à sequentibus seruis, id est, pedissequis secũdis: ut secundã fortunã dicimus, quæ est secũdũ nos, id est, prope nos. uel à similitudine uẽti tractũ est propitij, qui flet à tergo: ut, Prosequitur surgens à puppi uẽtus eũteis. Defessi Aeneadæ.) Nũc Troiani, aliquãdo Romani: ut Aeneadæ in ferrũ pro libertate ruebãt. Cursu.) Aut secundũ q̃d supius diximus, pxima cursu. i. cursui: aut cõtendũt cursu petere. & est septimus casus. Vertũtur.) scilicet à pposito itinere, hoc est, ab Italia. Est in secessu lõgo.) Est topothesia, id est, fictus secũdũ poëticã licentiã locus. ne aũt uideretur penitus à ueritate discedere, Hispaniẽsis Carthaginis portũ descripsit. Cæterũ hũc locũ in Affrica nusq̃ esse cõstat, nec incõgruè propter nominis similitudinẽ posuit. nam topographia est rei ueræ descriptio. Hoc tamẽ ad Homeri imitationẽ fecisse Verg. uidetur, q̃ portũ Ithacæ sic descripsit: Φόρκυνος δέ τις ἐστὶ λιμὴν ἁλίοιο γέροντος, Ἐν δήμῳ ἰθάκης, δύο δὲ προβλῆτες ἐν αὐτῷ Ἀκταὶ ἀπορρῶγες λιμένος ποτιπεπτηυῖαι Αἵτ᾽ ἀνέμων σκεπόωσι δυσαήων μέγα κῦμα Ἔκτοθεν, ἔντοσθεν δὲ ἄνευ δεσμοῖο μένουσι Νῆες ἐΰσσελμοι, ὅταν ὅρμου μέτρον ἵκωνται. Αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος τανύφυλλος ἐλαίη Ἀγχόθι δ᾽ αὐτῆς ἄντρον ἐπήρατον ἠεροειδὲς Ἱρὸν νυμφάων αἳ νηϊάδες καλέονται. Ἐν δὲ κρητῆρές τε καὶ ἀμφιφορῆες ἔασι Λάϊνοι. ἔνθα δ᾽ ἔπειτα τιθαιβώσσουσι μέλισσαι. *Secessu.) sinu secreto. Locus.) subaudi Quem: ut superius, Vrbs antiqua fuit. Et est sciẽdum quoties præmittimus nomen cuiuslibet generis, & interposito primo nomine sequitur nomen alterius generis, mediũ illud pronomẽ proprij nominis genus sequitur. ut Sallustius in Catilinario: Est in carcere locus, quod Tullianũ appellatur. ecce proprio iũxit, nõ appellatiuo: Tullianũ enim propriũ nomẽ est, carcer appellatiuũ. Si aũt utraq; nomina appellatiua fuerint, licenter cui uolumus respondemus. Inq; sinus scindit sese unda reductos.) id est, replicabiles.*

Gemini.)

Gemini.) pares, similes. interdū & duos significat, ut gemini fratres. Minantur.) *eminent: ut, Minasq́ meorum ingentes, & Ille usq; minatur.* Sub uertice.) *hoc est, circa radices montis, quæ ad rectam lineam suspiciūt cacumen, id est, uerticem.* Tum syluis scæna coruscis.) *hoc est, syluarū coruscarum: id est, crispantiū. ut* Iuuenalis: *Longa corruscat* Sarraco *ueniēte abies. & posuit septimum pro genitiuo, ut superius* Pulchra prole. Sce-

Hinc atq; hinc uastæ rupes, geminiq́ minātur
In cœlum scopuli: quorum sub uertice late
Aequora tuta silent, tum syluis scena coruscis
Desuper, horrentiq́ atrū nemus imminet umbra.
Frontę sub aduersa scopulis pendentibus antrū,
Intus aquæ dulces, uiuoq́ sedilia saxo:
Nympharū domus. hic fessas non uincula naues
Vlla tenent, unco non alligat anchora morsu.
Huc septem Aeneas collectis nauibus, omni
Ex numero subit: ac magno telluris amore
Egressi optata potiuntur Troës arena,
Et sale tabentes artus in littore ponunt.
Ac primum silicis scintillam excudit Achates,

-na.) *id est, inumbratio: & dicta scena, ἀπὸ τῆς σκιᾶς. apud antiquos enim theatralis scena parietem nō habebat, sed de frōdibus umbracula quærebant: postea tabulata cōponere cœperūt in modum parietis.* Horrenti.) *Horror plerunq; ad odiū pertinet, plerunq; ad uenerationem, ut hoc loco. sic* Lucan. *Arboribus suus est horror, &* Horridus in iaculis. Atrum nemus.) Tropus est. *per atrum, nigrum ostendit: per nigrū, umbrosum: per umbrosum, densum, id est, frondibus plenū.* Viuo.) *naturali: ut,* Viuo *præteruehor hostia saxo.* Nympharū domus.) *Aut uerum dicit, & est historia: aut ad laudē pertinet loci.* Talis, *inquit, locus est, ut domus credatur esse nympharum.* Hic.) *pro illic, more suo.* Anchora morsu.) Hoc nomen cum in græco, unde *originem ducit, ἄγκυρα aspirationem non habeat, in latino aspiratur, quod est contrarium: nam magis græcorum est aspiratio. sed hoc in paucis nominibus inuenitur. Morsu autem, de anchoris bene dixit, quum alio loco inueniamus,* Tum dente tenaci Anchora *fundabat naues.* Telluris amore.) Cuiuscunque, *post pericula: unde & superius dixit,* Quæ proxima *littora cursu* Cōtendunt. *& paulo pòst infert,* Optata potiuntur Troës arena. Tellurem *autem pro terra posuit, quū* Tellurē *deam dicamus, terrā elementū: ut plerunq;* Vulcanum *ponimus pro igni,* Cererem *pro frumēto,* Liberum *pro uino.* Arena.) Quæritur, *habeat nec ne nomē hoc aspirationem, &* Varro *sic diffinit: si ab ariditate dicitur, non habet: si ab hærendo, ut in fabricis uidemus, habet. melior tamen est superior etymologia.* Sale tabentes.) *Madefactos aspergine.* Ac primū silicis scintillam excudit.) *Bene adiecit speciem, quia in certis lapidibus inuenitur ignis.* Excudit *autem est, feriendo elicit: quia cudere est ferire. unde & incus dicitur, quod illic aliqd cudamus, id est, feriamus.* Achates.) *Allusit ad nomen: nam achates lapidis species est. Bene ergo ipsum dicit ignem excudisse, unde etiam* Achatem *eius comitem dixit. lectum est enim in naturali historia* Plinij, *quod si quis hunc lapidem in annulo habuerit, gratiosior esse uideatur.* Ideo Achates Aeneæ *comes dicitur, quia solicitudo comes est regibus.* ἄχος *enim, cura dicitur & solicitudo.*

Succepit.)pro suscepit:ut diximus suprà. Rapuitq; in fomite flammas.) Penè solœcophanes est:nam cum mutationem uerbum significet,ablatiuo usus est.Sed hoc soluit aut antiqua circa cõmunes præpositiones licentia:ut est,Conditus in nubem contra:&,Nota conduntur in aluo.item,Sæua sedens super arma:&,Gemina super arbore sidũt.Cicero:Quod ille in capite ab hostium duce acceperat.item in principio libri tertij Verrinarũ:Et si fortes fueritis in eo,quem nemo sit ausus defendere. Aut rapuit,raptim fecit flãmam in fomite, id est,celeriter. Corruptã undis.)aqua emollitam. Cerealiaq; arma.)Fugiẽs uilia ad generalitatem transit, propter carminis dignitatem.Et rem uilem hausit honestate sermonis:ut alibi ne lucernam diceret,ait,Testa cum ardente uideret Scintillare oleum. Et sciendũ est,iudice euphonia dici cerealia,uel cerialia: Typhœa,uel Typhoia:Cæsareanus,uel cæsarianus. In his ergo licẽtia deriuationis est. Fessi rerũ.)hoc est,penuria fatigati.Et fessus generale est.dicimus enim & Fessus animo, ut Ter Fessus ualle resedit:et Fessus corpore,quod magis est propriũ:& Fessus rerum à fortuna uenientium,ut hoc loco. epitheta enim nunquam uacant,sed aut ad augmentum,aut ad diminutionem, aut ad discretionẽ ponuntur. Fruges.)Generaliter omnes fruges uocantur. Et errãt qui discernũt frumenta à frugibus.nam Cicero ait,Olei & frugum minutarũ:quum de leguminibus diceret.ut ostenderet frumenta & fruges uocari.frugum autem nomen tractũ est à frumine,id est,ab eminente sub mento gutturis parte. Receptas.)liberatas:ut,Medioq; ex hoste recepit. Et torrere parant flammis & frãgere saxo.) Multi hysteron proteron putant,non respicientes superiora:quia dixit undis Cererem esse corruptam,quam necesse fuerat antè siccari. qui tamen etiam contra hoc illo se tuentur exemplo,Nunc torrete igni fruges,nũc frangite saxo.& uolunt etiam hysteron proteron esse,quod falsum est.nam & hodie siccari antè fruges,& sic frangi uidemus.& quia apud maiores nostros molarum non erat usus,frumenta torrebant, & ea in pilas missa pinsebant,& hoc erat genus molendi:unde & pinsores dicti sunt, qui nũc pistores uocantur. Pinsere autem dici Persius probat : ut, O Iane à tergo quem nulla ciconia pinsit.

Succepitq; ignem folijs,atq; arida circum
Nutrimenta dedit,rapuitq; in fomite flammam.
TuncCererem corruptam undis, cerealiaq; arma
Expediunt, fessi rerum:frugesq; receptas
Et torrere parant flammis,& frangere saxo.
Aeneas scopulum interea conscendit,& omnem
Prospectum late pelago petit, Antea si quem

Aeneas.) Merita personarum uilibus officijs interesse non debent. quod bene obseruat ubiq; Vergilius,ut in hoc loco.item in Sexto,cum diuersis officijs Troianos diceret occupatos,ait:At pius Aeneas arces,quibus altus Apollo Præsidet.nisi cum causa pietatis interuenit,ut ad sepeliendũ socium,de Aenea dixit:Necnon Aeneas opera inter talia primus Hortatur socios,paribusq; accingitur armis. Scopulũ.) id est,speculã. & quãdo speculationẽ significamus,generis est fœminini : ut,Specula Misenus ab alta. speculũ autẽ in quo nos intuemur,generis est neutri:ut Iuuenal.Speculum ciuilis sarcina belli, quod græcè ἔνοπτρον.

Late petit.)in quãtum potest. Pelago.)in pelagus:ut,Inferretq; deos Latio. Antea si quem.)Ordo est:Ascendit scopulũ,requisiturus Antea, Capyn,Caicũ. Si quẽ uideat.)

Et usus

Et usus est hoc genere elocutionis, quo & Terent. qui dixit: Quod plerique omnes faciunt adolescẽtuli. Atqui nil cõtrarium: Omnes enim generale, Plerique speciale. Ordo ergo est: Quod omnes faciunt adolescentuli, ut animum ad aliquod studium adiungant, plerique equos alere, plerique canes. Aut certe Quem uacat, ut superius diximus, istas frequẽter uacare particulas: ut alibi Vergilius, Rhebe diu, res siqua diu mortalib. ulla est. nemo dicit Si qua ulla, sed

Iactatum uento uideat, Phrygiasque biremes,
Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici.
Nauem in conspectu nullam, treis littore ceruos
Prospicit errantes, hos tota armenta sequuntur
A tergo, & longum per ualles pascitur agmen.
Constitit hic, arcumque manu, celeresque sagittas
Corripuit, fidus quę tela gerebat Achates.
Ductoresque ipsos primum, capita alta ferentes
Cornibus arboreis, sternit: tum uulgus, & omnem

Si ulla: uacat ergo Quã. item in Lucilio: Ecquẽ Pamphilũ quæris? Quẽ uacat: nam de uno loquebatur. Biremes.) *naues habentes remorum ordinẽ geminũ: ut alibi,* Triplici pubes quã Dardana uersu Impellunt. Puppibus arma Caici.) *Quia nauigantium militum est puppibus arma religare: ut alibi,* Pacem orare manu & præfigere puppibus arma. Errantes.) *pascentes: ut ipse alibi,* Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. *Reuera enim dum pascũtur, uagantur. & in* Septimo *de ceruo:* Errabat syluis. *& alibi cum de columbis diceret,* Pascentes illæ tantũ prodire uolando. Ceruos.) *Cerui dicti sunt ἀπὸ τῶν κεράτων, id est, à cornibus. Sciẽdum est etiam, latina nomina græcam plerunque etymologiã recipere. sed cerui nõ sunt in prouincia procõsulari, ad quam uenit* Aeneas. *aut ergo fictum est, secundũ poëticum morem: aut ob hoc dictum, quia heroicis temporibus ubique omnia nascebantur: ut ipse,* Omnis feret omnia tellus. Tota.) *Inter totũ & omne hoc interest, quod* Totum *dicimus unius corporis plenitudinem,* Omne *de uniuersis dicimus: utputa totum auditoriũ habet scholasticos, hoc est, plenum est auditorium scholasticis: omne auditorium habet scholasticos, id est, omnia auditoria.* Vsurpant *tamen poëtæ, & ista cõfundunt: ut hoc loco tota pro omnibus posuit, & contrà pro toto omnem posuit: ut est,* Omnemque reuerti Per Troiam. Statius: *Et totos in pœnam ordire nepotes, id est, omnes.* Plerique *deriuationem ducunt ab eo quod est tot totus, ut ab eo quod est quot quotus.* Sed *illud notandum, quod in deriuatione mutat plerunque naturam. nam cum tot naturaliter breuis sit, totus producitur: quotus uero secundũ originẽ suã breuis, remanet.* Agmẽ.) *proprie dicitur ordinata multitudo, ut est ambulãtis exercitus. neque enim in uno loco stans, agmen uocatur: aut si inuentum fuerit, usurpatum est. unde bene adiecit* Longum, *ut incedentium ostenderet significationem.* Constitit.) Con *secundum naturam breuis est semper, excepto quum* F *uel* S *sequitur. tũc enim tantũ producitur: sicut* In *syllaba, ut insula, infula.* Corripuit.) *aut de pharetra corripuit: ut est,* Corripit *hic subita trepidus formidine ferrum. aut ab* Achate, *ut eum secutũ esse per silentium intelligamus: ut in illo loco,* Ni iampræmissus Achates Afforet. *itẽ:* Nunc repeto, Anchises fatorũ arcana reliquit. Gerebat.) *aut tũc, aut quæ gerere consueuerat.* Cornibus arboreis.) *aut subaudi* Cũ: *ut illo loco,* Atque Ixionij uento rota constitit orbis, *id est, cum uento. aut certe secundum supradi-*

ctam figuram pro cornuum arboreorum. melius tamen est, ut Cum subaudias. Tum uulgus.) Bene uulgus, ductoribus interemptis. Miscet.) perturbat, circumagit, insequitur. Frondea.) pro frondosa posuit. plerunq; enim dum uarietati declinationis student poëtæ, mutant proprietatẽ. nam frondeũ est, totum de frondibus, ut truncus: frondosus uero est lucus. licet enim abundet frondibus, non tamen est de frondibus totus: ut saxeus, & saxosus.

Miscet agens telis nemora inter frondea turbam.
Nec prius absistit, quàm septem ingentia uictor
Corpora fũdat humi, & numerũ cũ nauib. æquat.
Hinc portum petit, & socios partitur in omnis.
Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes
Littore Trinacrio, dederatq; abeuntibus heros,
Diuidit, & dictis mœrentia pectora mulcet.
O socij (neq; enim ignari sumus ante malorum)
O passi grauiora: dabit deus his quoq; finem.
Vos & Scyllęam rabiem, penitusq; sonanteis
Accestis scopulos: uos & Cyclopea saxa

Quàm septẽ.) Bene finiuit numerũ. necessitatis enim ẽ hic uenatio, non uoluptatis, in qua plura requirãtur. Victor.) hoc loco ꝓpositi effector: ut est, Atq; rotis insistere uictor. Fundat humi.) per humum. et est aduerbialiter positum: ut, Humi nitens, id est, per humum. Cum nauibus.) Cacephaton in sermone: quod fit, si Cum particulam N litera sequatur. Hinc.) pro inde: abutitur enim aduerbio more suo. Partitur.) Sallustius ait: Prouincias inter se partiuerant. nam & partio, & partior dicimus. & est uerbum de his, quæ quum utranq; recipiant declinationem pro nostra uoluntate, actiuæ tamen sunt significationis: ut punio punior, fabrico fabricor, laboro laboror. quanquam tentauerit Probus facere differentiã inter actiuam passiuãq; significationẽ: ut dicamus, tondeo alterũ, tondeor ab altero. sed hoc in alijs uerbis dicere nõ possumus, ut fabrico fabricor, pasco pascor. nã legimus, Florẽ depasta salicti. &, Pascũtur uerò dumos. Sũt aũt alia uerba quæ actiuæ declinationis significationisq; sunt, ut cædo. sunt quæ passiuæ, ut cædor. Inuenimus tamẽ actiuam declinationẽ habere passiuam significationem, ut uapulo: & cõtrà declinationem passiuã actiuã habere significationẽ, ut loquor. Hæc ergo cautè ab illis segreganda sunt uerbis. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes.) Ordo est, Deinde uina partitur, quæ Acestes dederat. Trinacrio.) Græcũ est: propter tria ἄκρα, id est, promõtoria, scilicet Lilybæum, Pachynnũ, Pelorũ. latinè autem, Triquetra dicitur. Heros.) uir fortis, semideus, plus ab homine habens: ut ait Hesiodus, Ζεὺς κρονίδης ποίησε δικαιότερον ϗ ἄρειον ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται ἡμίθεοι. O socij.) Ordo est: O socij reuocate animos. bene autem Socios dixit, ut se eis æquaret. Ignari.) pro immemores: & est Acyrologia. Ignarus est enim qui ignorat, immemor qui oblitus est. Ante malorum.) ὑφὲν est: ut alibi, Cœli subterlabentia signa. Antè enim, hic ad solam pertinet coniunctionem, & plenitudinem uersus. O passi grauiora.) Arte magna utitur. uult enim eos meminisse grauissimorum, ut præsentia facilius tolerẽt. & bene grauiora dicit esse transacta, ut futura ostendat esse leuiora. His quoque.) scilicet, sicut & grauioribus. Scyllæam rabiem.) Exempla pro negociorum qualitate sumere debemus: ut hoc loco in marinis periculis ponit peracta tempestatis exempla. Penitusq; sonanteis.) id est, ualde sonanteis. Accestis.)

ſtis.) pro acceſſiſtis, aut ualde acceſſiſtis, id eſt, iuxta. Et bene ait Acceſtis *: non enim paſſi ſunt hæc pericula, ſed his fuere uicini.* Cyclopea *ſaxa.) aut quæ* Cyclops *in* Vlyſſem *iecit: aut certe* Siciliam *dicit, in qua* Cyclopes *habitauerũt: ut ipſe,* Centum *alij curua hæc habitãt ad littora uulgò* Infandi Cyclopes. Poſſumus *tamẽ* Aetnã *accipere: nam & ipſe in 3. ait,* Noctẽ *illam tecti ſyluis immania monſtra* Perferimus. *Mœſtumq́ timorẽ.) quod mœſtos & ſollicitos efficiat, ut* Mors *pallida, &* Triſtis *ſenectus.* Mittite.) *omittite. & eſt tropus* Aphæreſis, *quo mõ temnere, p cõtẽnere.* Forſan.) Fortaſſis, *forſitan, forte, fors, unũ ſignificant: ſed uarie pro metri ratione ponuntur.*

Experti, reuocate animos, mœſtumq́ timorem
Mittite: forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.
Per uarios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium, ſedes ubi fata quietas
Oſtendunt: illic fas regna reſurgere Troiæ.
Durate, & uoſmet rebus ſeruate ſecundis.
Talia uoce refert, curiſq́ ingentibus æger
Spem uultu ſimulat, premit altum corde dolorẽ.

Olim.) *modò futuri temporis eſt.* Meminiſſe.) *Memini & genitiuum regit & accuſatiuum. dicimus enim & memini malorum, & memini mala. & iuſta ratione: nam memoriæ obliuio contraria eſt. & obliuiſcor ſimiliter & genitiuum regit & accuſatiuum, ut obliuiſcor incendiorum, & obliuiſcor iniurias tuas. & item* Cicero: Obliuiſcor *iniurias tuas ò* Clodi. Iuuabit.) *futuri temporis eſt.* Huius *autem uerbi præteritũ perfectũ anomalum eſt. nam cum primæ coniugationis uerba in tempore perfecto aut in aui exeant, ut amaui: aut in uĩ ſolutam, ut tonui: hoc uerbum neque in aui facit, neq; in uĩ, ſed uui, ut iuuá.* Lucan. Iuuit *ſumpta ducem, iuuit dimiſſa poteſtas.* Per uarios *caſus.)* Argumẽtum *à cõpenſatione.* Sedes *quietas.)* Nõ *uacat quod adiecit* Quietas. *habuit enim ſedes in* Thracia *& in* Creta, *ſed nõ quietas.* Illic *fas regna reſurgere* Troiæ.) Figura *eſt, & iam antedicta: qua per contrariũ aliquid intelligimus. dicendo enim* Illic, *fas oſtendit, alibi nefas: ut occurreret cogitationi ſociorum, ne fatigati malis quaſcunq; requirerent ſedes, quod etiam in* Quinto *factum eſt nauibus incenſis.* Durate.) *duri eſtote ad ſuſtinẽdos labores. ſic* Horatius: Vix *durare poſſunt imperioſius æquor.* Et *uoſmet rebus ſeruate ſecũdis.)* πάρελκον *eſt.* Sciendũ *autẽ eſt, has particulas* Met, Piam, Pte, *ut egomet, quiſpiã, ſuopte, tutemet, & ſimilia, ornatus cauſa poni: ſunt enim aduerbia. quicquid enim ab illis ſeptem receſſerit partibus, aduerbiũ ſit neceſſe eſt.* Item *quemadmodũ probamus aduerbia eſſe, quia dicimus doctè facio, doctè feci, doctè feciſti, & mutato uerbo remanet aduerbium: ergo ſic & in iſtis particulis inuenimus, ut egomet, noſmet, ut mutatis caſibus uel perſonis cũ eadẽ particula remaneat, aduerbia ſine dubio ſunt. nulla enim hoc alia pars orationis admittit.* Notandum *ſanè quod hæ particulæ plerũq; ſuam uim & naturã habẽt, non ſyllabarũ. nam quũ* Te *&* Me *longæ ſint, tutemet dactylus inuenitur: nec poſſumus harum partium naturam diſcutere, quia ſub regulis nõ ſunt.* Voce *refert.)* πλεονασμός: *qui fit, quoties adduntur ſuperflua: ut alibi,* Vocemq́ *his auribus hauſi.* Terentius: His *oculis egomet uidi.* Curis.) Cura *ab eo dicta eſt, quod cor urat. denique paulo pòſt ait,* Premit *altum corde dolorem.* Aeger.) Eſt *& triſtis, & male ualens. ægrotus autem ſiue ægrotans, tantummodo male ualens.* Spem.) *lætitiam. & eſt crebra apud* Vergilium *figura,*

quæ

quæ fit, quoties significatur ab eo quod præcedit id quod sequitur. nam spem lætitia sequitur: spes uero in uultu nō uidetur, sed lætitia. hæc autē figura & uersa uice fit, ut intelligamus ab eo quod sequitur id quod præcedit: ut, Meritæq; expectēt præmia palmæ. palmā pro uirtute posuit, quæ primū meretur, & palmā pòst accipit. Prædæ.) ad prædā: ut, Inferretq; deos Latio. Accingūt.) studiose parāt: ut alibi, Accingūt operi. accinctos enim, industrios dicimus: ut, Paribusq; accingitur armis. Hor. Altius ac nos præcincti sumus. sicut cōtrà negligentes, discinctos uocamus: ut, Discinctos Mulciber Afros. et Horat. Quod aut auarus, ut Chremes, terra premam: Discinctus aut perdam ut nepos. ut græcè εὔζωνοι, expediti dicuntur.

Illi se prædæ accingunt, dapibusq; futuris
Tergora diripiunt costis, & uiscera nudant.
Pars in frusta secant, ueribusq; trementia figūt.
Littore ahena locant alij, flammasq; ministrant.
Tum uictu reuocant uires, fusiq; per herbam
Implentur ueteris Bacchi, pinguisq; ferinæ.
Postquā exempta fames epulis, mensæq; remotæ,
Amissos longo socios sermone requirunt:
Spemq; metumq; inter dubij, seu uiuere credant,
Siue extrema pati, nec iam exaudire uocatos.

Dapibusq; futuris.) Ambitiose dixit, quod sint cerui dapes futuræ. Tergora.) Tergus tergoris, unde & tergora, corium significat: tergum uero tergi, ut templū templi, dorsum significat: ut Sallust. Scilicet quia tergis abstinetur. Viscera nudant.) Viscera nō tantū intestina dicimus, sed quicquid sub corio est: ut in Albano latius uisceratio dabatur, id est, caro. Est autem nominatiuus hoc Viscus, huius uisceris: ut Lucret. Viscus gigni, sanguenq; creari. Sanguen autē ideo dixit, quia sanguinis facit, ut carmen carminis. Si enim sanguis diceret, par esset nominatiuus genitiuo: ut anguis, pinguis. Veribus.) Ecce nomen de his, quæ in numero singulari indeclinabilia sunt, ut ueru, cornu, genu.

Trementia.) palpitantia adhuc. Ahena locant.) Quibus utebantur non ad elixandas carnes, sed ad se lauandos. heroicis enim temporibus carne non uescebantur elixa. Huic autem nomini maiores aspirationem dabant: nam ahena dicebant. Tunc.) id est, postquam se lauerunt. Victu.) cibo. unde & conuictores dicimus: ut Horatius, Non quia sum tibi Mæcenas conuictor. nam conuiuæ à conuiuio dicuntur. Fusi.) Polysemus sermo est: significat enim & discumbētes, ut hoc loco: & fugatos, & occisos. Implentur.) Impleor duos casus regit. dicimus enim & impleor huius rei: ut Cicero, Squalloris plenus ac pulueris. & Terent. Plenus rimarū sum. & impleor illa re, ut hoc loco, & alibi: Plenamq; sagittis Threicijs. & Iuuenalis: Lectica Mathonis Plena ipso. Ferinæ.) Feras dicimus, aut quòd omni corpore feruntur, aut quòd naturali utuntur libertate, & pro desiderio suo ferūtur. Postquā exempta fames.) Caute in mœstitia cibis famē exemptā dicit, id est, fugatam, nō ad affluentiam quæsitam: sicut Homerus, αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο. Mensæq; remotæ.) Quia apud maiores mensas apponebant pro discis: unde est, Et mensæ grata secundæ. duas enim habebant mensas, unam carnis, alterā pomorū. Amissos.) Non reuera, sed ut illo tempore putabāt. Exaudire uocatos.) aut subaudiamus deos, & quasi cōquestio est, quod non flectantur precibus: aut certe hoc dicit, nō solum perijsse eos, sed nec sepulturam habere.

habere, ad quam uocentur. nouimus enim quòd mortuorum umbræ ad sepulturam uocabantur: ut est, Manesq; uocabat Hectoreum ad tumulum. & est figura, ab eo quod præcedit id quod sequitur: quia post facta sepulchra, Manes uocantur. Præcipuè.) *præter omnes: quasi alijs magis pius.* Oronti.) *pro Orontis: ut, Immitis Achilli.* Secum.) *propter socios: ut suprà, Spem uultu simulat.* Finis.) *uel fabularum, uel diei. sequitur nanq; paulo pòst, Aeneas per noctem plurima uoluens. Et sciendū est, Vergilium non semper dicere ortū uel occasum diei, sed aut intellectui relinquere, ut hoc loco: aut negocijs tempora significare: aut poëtica καμοπισάς, id est, exornationis ratione non omnia exprimere. unde ait Horatius in Arte poëtica, Nec uerbū uerbo curabis reddere fidus Interpres. quamuis plerique de translatione græcitatis hoc asserant dictum. Homerus sanè ista cōtemnens, tempora uniuersa describit.*

Præcipuè pius Aeneas, nunc acris Oronti,
Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum
Fata Lyci, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.
Et iam finis erat, cum Iuppiter æthere summo
Despiciens mare ueliuolum terrasq; iacenteis,
Littoraq;, & latos populos, sic uertice cæli:

Quom Iuppiter æthere summo Despiciens.) *Oeconomiam istam secundū mathesin uidetur ordinasse Vergilius. nam Ioue in altitudine suo posito cum Venere, significatur quòd per mulierem aliqua felicitas possit euenire. Ergo quum Aeneas in partem regni admittetur à Didone per occasionem coniugij, iccirco hoc poëticè præmisit. Sanè & illud aduertendum est, quòd peritissimè dixit tristiorem Venerem fuisse cum Ioue: ex quo significat, exitum uxoris infelicem futurum. nam se utiq; Dido interemit. Quòd autem Mercurium facit à Ioue defluentem ad occasum descendere, id est, ad ima terrarū: ostendit amicitias quidem fore, sed minimè diuturno tempore permanere. Illud etiam lectum est, & mathematici dicunt: Venere in uirgine posita, misericordem fœminam nasci. Atque ideo Vergilius fingit in habitu uirginis uenatricis Venerem occurrisse filio, quod & misericordem postea reginam probauit Aeneas, & in uenatione cum ea permixtus est.*

Aethere summo.) *qui summus est. & proprium ætheri epitheton dedit, quia omnibus superior est.* Despiciens.) *deorsum aspiciens: sicut Suspiciens, sursum aspiciens. Notandum sanè, quòd si Dispiciens dixerimus, diligenter inquirens significamus: sicut Deduco, & Diduco. nam Deduco est prosequor, Diduco uero diuido.* Veliuolum.) *Duas res significat, & quòd uelis uolatur, id est, transeatur, ut hoc loco: & quòd uelis uolat, ut Ennius, Naueis ueliuolas. quod & propriè dixit: & est ista reciproca translatio nauium, & auium. legimus enim, Et uelorum pandimus alas. Et contrà de apibus, Nare per æstatem liquidam: quum Natatus nauium sit, Alæ uero auium. Et sciendum est, reciprocam translationem esse, & partis unius.* Iacenteis.) *Aut in longum expositas, aut proprium epitheton est terrarum. nam cætera elementa mobilia sunt, sola terra stabilis est: unde & bruta dicitur. aut Iacentes, inferius positas. sunt enim omnium infimæ elementorum.*

Latos populos.) *Quum Populos numero plurali dicimus, urbeis significamus. quum uero Populum, unius multitudinem ciuitatis intelligimus: ut, Populum latè regem belloq; superbum. de Romano enim intellexit.* Sic.) *id est, ut ista conspiceret.* Et Libyæ

 defixit

defixit lumina regnis.) Prooeconomia, id est, dispositio carminis. uituperabile enim fuerat, si ex abrupto transitum faceret: quod in Nono fecit, Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur. Quae res tamen excusatur uno sermone, Atque ea, id est, eodem tempore: quod solum est interpositum. Nunc uero bene transijt, quia inducit Iouem & de rebus humanis cogitantem, & Aphricam respicientem, ad quam uenere Troiani. unde honestus color est, ut Venus adeat Iouē, timens ne Romana fata Carthagini cōcedat. Felix enim euentus sequitur loca, quae respexerit Iupiter: unde in Secundo ait, Aspice nos, hoc tantū. & alibi, Atque oculos Rutulorū reijcit aruis: ubi erat futura uictoria.

Constitit, & Libyæ defixit lumina regnis.
Atque illum taleis iactantem pectore curas,
Tristior & lachrymis oculos suffusa nitenteis
Alloquitur Venus: ò qui res hominumque deûmque
Aeternis regis imperijs, & fulmine terres:
Quid meus Aeneas in te committere tantum,
Quid Troës potuere? quibus tot funera passis,
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?
Certè hinc Romanos olim uoluentibus annis,

Taleis.) de rebus humanis. Iactantem pectore curas.) Nunc secundū Stoicos loquitur, qui Deos dicunt humana curare. interdum secundum Epicureos, poëtica utens licentia: unde illud, Nec curare deum credis mortalia quenquā. Tristior.) Comparatiuū pro positiuo posuit. quando enim tristis est Venus, ut nunc tristior diceretur? Oculos suffusa nitēteis.) nitidos oculos lachrymis perfusos habens. & est figura, quae fit quotiens participio præteriti temporis à passiuo iungimus casum accusatiuū, ut, deiectus animū, mœsta uultum. Dicēdo aūt Nitenteis, expressit etiam nimiā in lachrymis pulchritudinem: sicut de Euryalo, Lachrymæque decoræ. Aeternis regis imperijs, & fulmine terres.) Volunt quidā superfluò Regis ad deos referri, Terres ad homines: nescientes maioris esse potestatis, idem posse circa deos, quod circa homines. Et fulmine terres.) Non sine causa adiecit Terres. Est enim fulmen quod terreat, est quod afflet: ut, Fulminis afflauit uentis. est quod puniat: ut, Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras. Peremptorij autē fulminis latè patet significatio. & est quod præsagit: ut, De cælo tactas memini prædicere quercus. Quid meus.) subaudi Filius: ut, Aiacis Oilei, ut antè diximus. In te.) modò contra te: alibi pro significat: ut, Benignum Accipit in Teucros animum: id est, pro Teucris. Quid Troës potuere.) Argumentū ab impossibili: ut alibi, Non ea uis animo. & est ualidius, quàm à uolun tate. plus enim est non posse, q̄ nolle. Troës.) Erat nominatiuus Tros. & hæc breuiter scienda regula est, quia omnia nomina monosyllaba Græca, quæ in Latinū sermonē transeunt, tertiæ tantū sunt declinationis, & tam Latinè q̄ Græcè declinari possunt, ut Tros Trois & Troos, Pan Panis & Panos: ut, Arcadici dictū Panos de morte Lycæi. Ob italiā.) Ne ad Italiam perueniant, toto orbe pelluntur. atqui in Africa sunt: sed si diligenter requiras, etiā inde pelluntur. ait nanque, Hospicio prohibemur arenæ. Certè hinc Rom.) Atqui hoc nusq̄ legimus, sed Iouē promisisse per silentiū intelligimus, ut superius de Iunone audierat. Voluentibus.) uolubilib. & est participiū pro nomine. Voluens enim, qui uoluit: Volubilis autē, q uoluitur. Anni aūt uoluūtur, non uoluūt; ut est, Atque in se sua per uestigia uoluitur annus.

Fore.)

Fore.) *futuros esse.* & *est de uerbis defectiuis.* Reuocato.) Dicendo Reuocato, *ostendit Italiam, unde Dardanus fuerat.* A sanguine Teucri.) Teucrum pro Dardano posuit. *Dardanus enim de Italia profectus est, Teucer de Creta: quia solent poetæ nomina de personis aut prouincijs uicinis usurpare, ut* Domitus Pollucis *habenis* Cyllarus: *quum Castor equorum domitor fuerit. item,* Et manibus Progne *pectus signata cruentum: pro* Philomena. Item, Didonē dicit Sidoniam, *quum sit Tyria: à loci uicinitate. item,* Quid *loquar aut* Scyllam Nisi? *quū* Phorci *fuerit.* Et *sciēdum est, inter fabulam & argumentum & historiam hoc interesse, quòd* Fabula *est dicta res contra naturam, siue facta, siue non facta, ut de* Pasiphaē. Historia *est, quicquid secundū naturam dicitur, siue factum, siue non factum, ut de* Phædra. Argumentū, *ut sic diffinit, est res ficta, quæ tamen fieri potest, ut sunt argumenta* Comœdiarum. Omni ditione.) Melius Omni *quàm* Omnis: *nā significat omni potestate. ut significet* Omni potestate, *id est, pace, legibus, bello.*

Hinc fore ductores reuocato à sanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus: quæ te genitor sententia uertit?
Hoc equidem occasum Troiæ, tristeisq; ruinas
Solabar, fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna uiros tot casibus actos
Insequitur: quem das finem Rex magne laborum?
Antenor potuit medijs elapsus Achiuis
Illyricos penetrare sinus, atq; intima tutus

Pollicitus.) Pollicemur *sponte*, Premittimus *rogati.* Quæ te genitor sententia uertit.) *Verecundè ait* Venus. *nec enim cōueniebat, ut apertè cōtra uxorem ageret apud maritum: unde & similiter respondet* Iuppiter, Neq; me sentētia uertit. Hoc.) *hac re.* Rependēs.) *cōpensans. & est translatio à pecunia, quæ antea pendebatur.* Nunc eadē similis.) *qualis ab initio fuit: ut ostendat nec longitudinē tēporis prodesse* Troianis. Finē.) *Ac si diceret, non regnū requirimus, sed finem laborū.* Antenor potuit.) Non *sine causa* Antenoris *posuit exemplū, quū multi euaserint* Troianorū *periculum: ut* Capys, *qui* Campaniā *tenuit: ut* Helenus, *qui* Macedoniā: & *alij qui* Sardiniā, *secundum* Sallustiū. *sed propter hoc, ne fortè illud occurreret, iure uexari tanq̄ proditorem patriæ.* Elegit *ergo similem personā.* Hi enim *duo* Troiam *prodidisse dicuntur, secundū* Liuium. *quod &* Vergilius *per transitum tangit, ubi ait:* Se *quoq; principibus permixtum agnouit* Achiuis. *quod excusat* Horatius *dicēs,* Ardentem *sine fraude* Troiam: *hoc est, sine proditione. quæ quidem excusatio non uacat: nemo enim excusat, nisi rem plenam suspitionis.* Sisenna *tamen dicit, solū* Antenorē *prodidisse, quem si uolumus sequi, augemus exemplum: si regnat proditor, cur pius uagatur?* Ob *hoc autem creditur* Græcis Antenor *patriam prodidisse, quia & legatos, qui propter* Helenam *uenerant, suscepit hospicio: &* Vlyssem *in mendici habitu cognitum, non prodidit.*

Illyricos penetrare sinus.) Antenor non Illyricum, non Liburniam, *sed* Venetiam *tenuit.* Ideo *autem* Vergilius *dicit* Illyricos, *quòd inde uenit quidam* Henetus *rex, qui* Venetiam *tenuit: à cuius nomine* Henetiam *dictam, posteri* Venetiam *nominauerunt.* Tutus.) *ideo tutus, quia* Rhetij Vindelici *ipsi sunt* Liburni, *sæuissimi admodum populi, contra quos missus est* Drusus. *Hi autem ab* Amazonibus *originem ducunt, ut etiam* Horatius *dicit.* Qui-

bus Mos unde deductus per omne Tempus Amazonia securi Dextras obarmet quærere distuli. Hoc ergo nunc ad augmentum pertinet, quòd tutus est etiam inter sæuos populos.

Fontem Timaui.) Amant poëtæ rem unius sermonis circumlocutionibus dicere, ut pro Troia, dicant urbem Troianã: pro Buthroto, arcem Buthroti. sic & modò pro Timauo ait, Fontem Timaui: & paulo pòst Vrbem Pataui, id est, Patauium. Vnde per ora nouẽ.) Multi septem esse dicũt:

Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui;
Vnde per ora nouem uasto cum murmure mõtis
It mare proruptum, & pelago premit arua sonãti.
Hic tamen ille urbem Pataui, sedesq́ locauit
Teucrorum, & genti nomen dedit, armaq́ fixit
Troia, nunc placida compostus pace quiescit.
Nos tua progenies, cæli quibus annuis arcem,
Nauibus infandum amissis, unius ob iram
Prodimur, atq; Italis longè disiungimur oris.

quòd si incerta fides est, finitus est numerus pro infinito. Vasto cum murmure montis.) Tanta ui exit in mare, ut etiam resonet uicinus mõs. & sic dictum est, sicut superius: Illi indignãtes magno cũ murmure montis Circum claustra fremunt. Mare.) Amat poëta rem historiæ carmini suo cõiungere. Varro enim dicit hunc fluuium ab incolis Mare nominari. Proruptum.) id est, effusum, fluens. & melius est Proruptum, quàm præruptum legere. Bene ergo diffiniuit, quid est largus fons, solutum mare. Pelago.) aquarũ abundantia. Premit.) populatur, uastat. Hic tamen.) hoc est, & in hoc loco difficili. Vrbem Pataui.) id est, Patauium. Patauium autem dictũ est, uel à Padi uicinitate, quasi Padauium: uel ἀπὸ τ πέτεσθ, id est, à uolando, quod captato augurio dicitur conditum: uel quòd auem telo petisse dicitur, & eo loco condidisse ciuitatem. Sedesq́ locauit.) Ex uotis suis facit inuidiam, dicens id concessum Antenori, quod ipsa desiderat. Et genti nomẽ dedit.) hoc est, quod ne uictori quidem concedetur Aeneæ, quod scimus à Iunone esse perfectum. cõtra quam oblique loquitur propter considerationẽ mariti: ut ait, Ne uetus indigenas nomẽ mutare Latinos Heu Troas f. i. Hi autẽ primis temporibus ab Antenore dicti sunt Antenoridæ. Armaq; fixit Troia.) hoc est, securus est: quia solent omissa militia, siue gladiatura, quibuslibet templis arma suspendi: ut Horatius, Veianius armis Herculis ad postem fixis: &, Danais de poste refixum.

Compostus.) Syncope est. detraxit enim de medio syllabam: ut, Pocula porgite dextris.

Nos tua progenies.) Sic loquitur, quasi sit una de Troianis. nam aliter sensus non procedit. Quòd autem dixit Tua progenies, epexegesis est: ut, Ast ego quæ diuûm incedo regina.

Annuis.) Quia nutu semper promittit aliquid Iuppiter. Infandũ.) pro infandè: ut in Sexto, Miserũ septena quotãnis Corpora natorum: pro miserabiliter. item, Toruumq; repente Clamat: pro toruè. & est figura, quæ fit quotiens nomẽ pro aduerbio ponitur. magis autẽ poëtica est: in prosa aut rara, aut nunq̃. Tamẽ hoc loco Infandũ potest esse etiam interiectio dolentis. Vnius.) Produxit hic penultimam. Prodimur.) Multa quidem hic sermo significat: sed modo porrò damur, scilicet ab Italia. Et sciendum est, omnium autorum esse consuetudinem, res dubiè positas in sequentibus explanare, & planius dicere: ut hoc loco. nam quid est Prodimur, ostendit dicens; Atque Italis longè disiungimur oris.

Hic.)

Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?
Olli subridens hominum sator atque deorum,
Vultu quo cælum tempestatesque serenat,
Oscula libauit natæ, dehinc talia fatur:
Parce metu Cytherea, manent immota tuorum
Fata tibi: cernes urbem, & promissa Lauini
Mœnia, sublimemque feres ad sidera cæli
Magnanimum Aeneam, neque me sententia uertit.

Hic.) id est, talis: ut, Hunc ego te Euryale aspicio: id est, talem. Honos.) Cum secundum artē dicamus honor, arbor, lepor: plerunque poetæ or in os mutant, causa metri. os enim longa est, or breuis. hoc quidem habet ratio: sed in hoc loco etiā absque metri necessitate Honos dixit. item Sallustius penè ubique labos posuit, quem nulla necessitas coëgit. Melius tamē est seruire regulæ. Sic nos in sceptra reponis?) Reponis in sceptra, aut ad imperia reseruas? Sic, hoc est, per naufragia: aut certè antiqua est licentia cōmuniū præpositionū. Sceptra.) pro in sceptris. Olli.) Modò tunc propter sequentia. pronomē enim non debet poni cum nomine, sed pro ipso nomine. nullus enim dicit, illi natæ. aliàs tamen Olli, illi significat: ut, Olli dura quies oculos, & ferreus urget Somnus. Subridens.) Lætū ostendit Iouem, & talem qualis esse solet quū facit serenum. poëtarū enim est, elementorum habitū dare numinibus: ut supra de Neptuno dictum est. Serenat.) Hoc uerbū de his est, quæ carent prima positione. quod fit in his, quæ in nostra non sunt potestate: ut tono, fulmino, pluo. hoc enim non possumus dicere, nisi fortè persona inducatur eius, qui potest, ut tale aliquid Iuppiter dicat. Oscula libauit natæ.) leuiter tetigit. Et sciendū est, osculum religionis esse, Suauiū uoluptatis: ut alibi, Summaque per galeā delibans oscula. Et Terent. O Thais meum suauium. Parce metu.) Quotiens in causis arguimur, antè nos purgare debemus, & sic ad actionem descendere. quod & hoc loco Iuppiter facit: ante enim obiecta purgat; & sic uenit ad promissionem. Et est Parcè metu, elocutio usualis: id est, dimitte metum. quo modo dicimus, parce uerbis, parce iniurijs. Cytherea.) Omnia quæ apud Græcos ei diphthongon habent, apud Latinos in e productum conuertuntur: κυθέρεια, Cytherea: μήδεια, Medea. Omnia autem quæ dicit Iuppiter, ad solutionem pertinent antedictorū. Ideo autem nunc dicit Parce metu, quia superius dixerat Tristior. Manent immota.) quia dixerat, Quæ te genitor sententia uertit. Et simul per transitum dogma Stoicorum ostendit, nulla ratione posse fata mutari.

Tuorum.) uel Troianorum, uel Romanorum. Fata tibi.) non propter te. fati enim immobilis ratio est. sed aut uacat Tibi: ut, Qui mihi accubantes in conuiuijs: aut certè tua sunt tibi fata, non tamen propter te. Cernes urbem.) Aut mœnia Lauinij, aut Romam significat. quia quum proprietatem detrahimus, quod magnū est significamus: ut si dicas Legi oratorem, nec addas quem, intelligo Ciceronem. & ne longa sit expectatio, adiecit, Et promissa Lauini mœnia. aut certè detrahe Et, sicut multi, & epexegesin facis. Cernes urbem.) id est, promissa Lauini mœnia. Sublimeque feres ad sydera cæli.) Propter illud, Cæli quibus annuis arcem. Aeneas enim secundū quosdam in Numicū cecidit fluuium: secundum Ouidium in cælum raptus est, appellatusque est Iuppiter indiges. Magnanimum.) Magnus & Paruus, quoniam mensuræ sunt, ad animū non nisi καταχρηστικῶς adhibentur.

Hic.) id est, Aeneas. & est ordo, Hic bellum ingens geret Italia. Tibi fabor enim.) hoc loco excusat quæstionem futuram: & quasi Veneri dolenti quæ uera sunt, dicit. sed aliter loquetur cunctis præsentibus dijs: dicet enim in Decimo, Abnueram bello Italiam concurrere Teucris. Quando.) siquidem. Remordet.) sollicitat. Terētius: Par pari referto, quod eam mordeat. Arcana.) secreta. unde & Arca, & Arx dicta, quasi res secretæ.

Hic (tibi fabor enim, quādo hæc te cura remordet,
Longius & uoluens fatorum arcana mouebo.)
Bellum ingens geret Italia, populosq; feroces
Contundet, moresq́; uiris & mœnia ponet.
Tertia dum Latio regnantem uiderit æstas,
Ternaq; transierint Rutulis hyberna subactis.
At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur: Ilus erat, dum res stetit Ilia regno;

Italia.) in Italia. & detraxit præpositionē more suo. sic illo loco: Non Libyæ, nō ante Tyro despectus Hiarbas: id est, in Tyro. nam si aduerbialiter uellet dicere, Tyri diceret. Populosq; feroces Contundet.) Incongruū fuerat in consolatione bella prædicere, ob hoc ergo & uictoriā pollicetur. Moresq́; uiris & mœnia ponet.) Hysteron proteron in sensu: ante enim ciuitas, deinde mons, pòst iura conduntur. Leges autem mores dici, non dubiū est. Tertia dum Latio.) Rhetoricè, ne breue esset si triennium diceret, tempora diuisit in speciem. Ordo autē est longissimus, nam aliter non procedit: Sublimemq́; feres ad sidera cæli Magnanimū Aeneā, Tertia dum Latio regnantem uiderit æstas. At puer Ascanius.) Prudenter exitū Aeneæ ostendit, & tacuit, dicendo filium postea regnaturum. Cui nunc cognomen Iulo Additur.) Secundū Catonem historiæ hoc habet fides: Aeneam cum patre ad Italiā uenisse, & propter inuasos agros cōtra Latinum Turnumq́; pugnasse, in quo prælio perijt Latinus. Turnū postea ad Mezentium confugisse, eiusq; fretum auxilio bella renouasse, quibus Aeneas Turnusq; pariter rapti sunt. migrasse postea in Ascanium & Mezentiū bella, sed eos singulari certamine dimicasse. & occiso Mezentio, Ascanium Iulū cœptum uocari, à prima barbæ lanugine, quæ ei tempore uictoriæ nascebatur. Sciendum est autem hunc primū Ascanium, dictum à Phrygiæ flumine Ascanio: ut est, Transq; sonantem Ascanium. deinde Ilum dictum à rege Ilo, postea Iulum occiso Mezentio: de quibus nominibus hoc loco dicit, At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo Additur: Ilus. Ab hac historia ita discedit Vergil. ut aliquibus locis ostendat se nō propter ignorantiam, sed per artem poëticam hoc fecisse: ut illo loco, Quo magis Italia mecū lætere reperta. Ecce ἀμφιβολικῶς hoc dixit, ostendit tamen Anchisen ad Italiam peruenisse. Sic autem omnia contra hanc historiam ficta sunt, ut illud ubi dicitur Aeneas condidisse Carthaginem, quum eam constet septuaginta annos ante urbem Romam conditam. Inter excidium uero Troiæ, & ortum urbis Romæ, anni inueniuntur trecenti quadraginta.

Cognomen Iulo.) Si propriè loqueretur, agnomen diceret, non cognomen: sed magis ad familiam respexit, quia omnis gens Iulia inde originem ducit. Dicimus autem & nomen est mihi Cicero: ut Terentius, Hæcyra est huic nomen fabulæ. & Ciceronis: ut Salustius, Cui nomen obliuionis condiderant. & Ciceroni: ut, Cui Remulo cognomen erat. & Ciceronem; ut, Aeneadasq; meo nomen de nomine fingo. melius tamen est datiuo uti.

Magnos

Magnos orbes.) Tria sunt genera annorum. aut enim Lunaris annus est, triginta dierũ: aut Solstitialis, duodecim mensium: aut secundũ Tullium Magnus, qui tenet duodecim milia quingentos annos: ut in Horten. Horum annorum quos in Fastis habemus, magnus duodecim milia quingentos quinquaginta quatuor amplectitur. Hoc ergo loco magnum dicit, comparatione lunaris. & alibi, Interea magnum sol circumuoluitur annum. Annus aũt dictus est, quasi anuus, id est, anulus, quòd in se redeat: ut est, Atque in se sua per uestigia uoluitur annus. uel ἀπὸ ἀνανεώσεως, id est, ab innouatione. Voluendis.) uolubilibus, ut suprà.

Triginta magnos uoluendis mensibus orbes
Imperio explebit, regnumq; à sede Lauini
Transferet, & longam multa ui muniet Albam.
Hic iam tercentum totos regnabitur annos,
Gente sub Hectorea: donec regina sacerdos,
Marte grauis, geminam partu dabit Ilia prolem.
Inde Lupæ fuluo nutricis tegmine lætus

A sede Lauini Transferet.) Verum est. uitans enim nouercalem inuidiam, deseruit Lauinium, & Albam longam condidit: dictã ab omine albæ porcæ repertæ, uel situ ciuitatis. Vi.) Non uirtute: nam multa significat. Hic iam.) preterea. Tercentũ.) Quomodo tercentum annos dicit, quum eam quadringentis regnasse constet sub Albanis regibus? sed cum præscriptione ait Tercentum, scilicet usq; ad ortum urbis Romæ. ait nanq;, Donec regina sacerdos Marte grauis. Et constat in regno Romuli, & Numæ, & Tulli Hostilij, qui euertit Albam, centum annos (quibus pariter Roma & Albæ regnarũt) esse consumptos. Totos.) id est, sine intermissione. Gente sub Hectorea.) id est, Troiana. sed debuit dicere Aenea: diximus superius poëtas nomina ex uicino usurpare. Donec regina sacerdos.) Historia hoc habet. Amulius & Numitor fratres fuerunt. Amulius fratrẽ regno pepulit, & filium eius necauit: filiam uero Iliam Vestæ sacerdotẽ fecit, ut spem sobolis auferret, à qua se puniri posse cognouerat. hanc, ut multi dicunt, Mars cõpressit: unde nati sunt Remus & Romus, quos cum matre Amulius præcipitari iussit in Tyberim. tum (ut quidam dicunt) illã Anien sibi fecit uxorẽ: ut alij, inter quos Horat. Tyberis: unde ait, Vxorius amnis. Pueri uero expositi ad uicinã ripam sunt. hos Faustulus repperit pastor, cuius uxor erat meretrix, Acca Larẽtia, quæ susceptos aluit pueros. Hi postea auũ suum Numitorẽ, occiso Amulio, in regna reuocauerunt, quibus dum cum auo angustũ Albæ uideretur imperiũ, recesserunt, & captatis augurijs urbem condiderunt. sed Remus prior sex uultures uidit, Romulus postea xij. quæ res bellum creauit, in quo extinctus est Remus: & à Romi nomine, Romani appellati. Vt autẽ pro Romo Romulus diceretur, blandimenti gratia factum est, quòd gaudet diminutione. Quòd aũt à lupa dicuntur aliti, fabulosum est, ad celandã autorũ Romani generis turpitudinẽ. Nec incongrue fictũ est: nam & meretrices lupas uocamus, unde & lupanaria. & constat hoc animal in tutela esse Martis: ut alibi, Martius à stabulis rapuit lupus.

Regina.) regis filia. abusiue ait more poëtico: ut alibi, Magnũ reginæ sed enim miseratus amorẽ: id est, regis filiæ Pasiphaæ. Marte gra.) grauida: ut, Non insueta grauis tentabũt pabula fœtas. Inde.) deinde. Fuluo tegmine.) i. pelle lupæ, qua utebatur more pastorum. Sed hoc multi reprehendunt, cur nutricis tegmine usus sit: qui gemina ratione refutantur, uel falsitate fabulæ, uel exemplo Iouis, qui capræ nutricis suæ Amaltheæ utitur pelle.

Excipiet

Excipiet gentem.) *Remo ſcilicet interempto. poſt cuius mortem natam conſtat peſtilentiam, unde conſulta oracula dixerunt placandos eſſe manes fratris extincti. ob quam rem ſella curulis cum ſceptro & corona, & cæteris regni inſignibus ſemper iuxta ſancientē aliquid Romulum ponebatur, ut pariter imperare uideretur: unde, Et Remo cum fratre Quirinus iura dabunt.* *Romanosq́ ſuo de nomine dicet.*) *Peritè non ait Romam, ſed Romanos, urbis enim illius uerū nomen, nemo uel in ſacris enunciat. Deniq; Trib. plebis quidam, ut ait Varro, hoc nomē auſus enunciare, in crucē leuatus eſt: quod nec Iginus quidem, quū de ſitu urbis loqueretur, expreſſit.*

Romulus excipiet gentem, & mauortia condet
Mœnia, Romanosq́ ſuo de nomine dicet.
His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
Imperium ſine fine dedi. quin aſpera Iuno,
Quæ mare nunc, terrasq́ metu, cælumq́ fatigat,
Conſilia in melius referet, mecumq́ fouebit
Romanos rerum dominos, gentemq́ togatam.
Sic placitum: ueniet luſtris labentibus ætas,
Cum domus Aſſaraci Phthiā, clarasq́ Mycenas
Seruitio premet, ac uictis dominabitur Argis:
Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar,
Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris.

Nec metas rerū, nec tēpora pono.) *Metas ad terras retulit, tēpora ad annos. Lauinio enim & Albæ finē inſtituit, Romanis tribuit æternitatē.* *Quin.*) *quinetiā: minus enim eſt etiā. nam plenū eſt quinetiā: ut, Quinetiam hyberno moliris ſidere claſſem.*

Aſpera Iuno.) *Tolerabilius hoc Iuppiter dicit, ut criminaretur uxorem. marito magis cōgruit, quàm alij.* *Metu.*) *ut ſuprà, Id metuens.* *Terras, cælumq́ fatigat.*) *ut alibi, Abſumptæ in Teucros uires cæliq́, mariſq́.* *Conſilia in melius referet.*) *Quia bello Punico ſecundo Iuno placata cœpit Romanis fauere.* *Gentemq́ togatam.*) *Bene Gentē, quia & ſexus omnis & conditio, toga utebatur. ſed ſerui nec colobia, nec calceos habebant. Togas autem etiam fœminas habuiſſe, cycladum & ricini uſus oſtendit. Ricinus autē dicitur ab eo, quòd poſt tergū reijcitur, quod uulgò maforte dicitur.* *Sic placitū.*) *Vel fatis, uel mihi. nam imperſonale eſt.* *Luſtris.*) *quinquennijs. Et bene Olympiadibus cōputat tēpora, quia nondum erat uel Roma, uel Conſules. Luſtrum aūt dictū, quòd poſt quinquenniū unaquæq; ciuitas luſtrabatur.* *Domus Aſſaraci.*) *id eſt, familia Troiana. nam Aſſaracus Capyn genuit, Capys Anchiſen: unde Aeneas autor Romani generis. ex quibus Mūmius, qui Achaiā uicit.* *Phthiam.*) *Achillis patriā.* *Mycenas.*) *Agamemnonis patriā: ut, Agamēnoniasq́ Mycenas.* *Naſcetur.*) *Ad id reſpondet, Certè hinc Romanos. Et omnis Poëtæ intētio, ut in qualitate carminis diximus, ad laudē tendit Auguſti: ſicut & in Sexti catalogo, & in clypei deſcriptione. Hæc aūt Iouis allocutio, partim obiecta purgat, partim aliquid pollicetur.*

Pulchra.) *Alluſit propter Venerē, unde & Venus aurea nuncupatur.* *Troianus.*) *ac ſi diceret, etiā Cæſar Troianus eſt.* *Cæſar.*) *Hic eſt, qui dictus Caius Iulius Cæſar. C. prænomen eſt, Iulius ab Iulo. Cæſar, uel quòd cæſo matris uentre natus eſt: uel quòd auus eius in Aphrica manu propria occidit elephantem, qui cæſar dicitur Pœnorū lingua.* *Imperium Oceano, famā qui terminet aſtris.*) *Aut ad laudem dictū eſt, aut certè eſt ſecundū hiſtoriā.*

Reuera

Reuera enim & Britannos qui in Oceano sunt, uicit, & post mortem eius cum ludi funebres ab Augusto eius filio adoptiuo darētur, stella medio die uisa est: unde est, Ecce Dionaei processit Caesaris astrum. A magno.) sicut Alexander, sicut Pompeius. Olim.) modo futuri est temporis. Coelo.) in coelum. Spolijs orientis.) uicto Pharnace Mithridatis filio, qui reuera in oriēte fuit. caeterū Aegyptus, in qua Ptolemaeum uicit, in Australi est plaga.

Iulius à magno demissum nomen Iulo.
Hunc tu olim coelo spolijs orientis honustum
Accipies secura, uocabitur hic quoque uotis.
Aspera tum positis mitescent secula bellis.
Cana Fides, & Vesta, Rhemo cū fratre Quirinus

Honustum.) Inter honustum & onera tū hoc interest, q̄d oneratus est qualiscunque pressus pōdere: honustus uero, cui onus ipsum honori est, ut si quis hostium spolia ferat. sed Oneratus aspirationem non habet, quia ab onere uenit: honustus uero, quia etiā ab honore descēdit, retinet aspirationē. Accipies secura.) Quia post mortem Caesar meruit aram, fastigiū, flaminem: ut Cicero in Philippicis. Hic quoque.) potest intelligi, sicut Romulus: sed melius, sicut Aeneas. de quo supius ait, Sublim. ē q feres ad sidera coeli Magnanimum Aeneam. Quoque autem semper ad similitudinē ponitur: ut, Tu quoque littoribus nostris. nā ideo in Bucol. dicitur: Nanque erit ille mihi semp deus. & in Georg. In medio mihi Caesar erit t. c. Votis.) uel ad uota, uel in uotis uocabitur. Aspera.) id est, iniqua. Tūc.) id est, Caesare cōsecrato: quū Augustus regnare coeperit, clauso iam tēplo, pax erit per orbē. Constat aūt templum hoc ter esse clausum. primū regnante Numa, deinde post bellum Punicū secundū: tertio, post bella Actiaca, quae confecit Augustus. quo tempore pax quidem fuit, quantum ad exteras pertinet gentes, sed bella flagrauere ciuilia. quod & ipse per transitū tangit, dicens: Furor ipsius intus. Huius autem aperiendi uel claudendi ratio uaria est. Alij dicunt Romulo contra Sabinos pugnante, quum in eo esset ut uinceretur, calidā aquā ex eodē loco erupisse, quae fugauit exercitum Sabinorum. hinc ergo tractum morem, ut pugnaturi aperirent templum, quod in eo loco fuerat constitutum, quasi ad spem auxilij pristini. Alij dicunt, Tatium & Romulum facto foedere hoc templum aedificasse: unde & Ianus ipse duas facies habet, quasi ut ostendat duorū regum coitionem, uel quod ad bellum ituri debent de pace cogitare. Est alia melior ratio, quod ad praelium ituri optent euersionē. Cana fides & Vesta.) subaudi Erit: uel quod in canis hominibus inuenitur, uel quod ei albo panno inuoluta manu sacrificatur. per quod ostenditur, fidē debere esse secretam. unde & Horatius: Et albo rara fides colitur uelata pāno. Vestam uero, religionē: quia nullum sacrificium sine igne est. unde & ipsa & Ianus in omnibus sacrificijs inuocantur. Vesta autem dicta, uel ἀπὸ τῆς ἑστίας, ut digammos sit adiecta: sicut ἔαρ uer, henetus uenetus. uel quod uarijs uestita sit rebus: ipsa enim esse dicitur terra, quam ignem habere non dubium est, ut ex Aetna Vulcanoque datur intelligi. Remo cum fratre Quirinus.) Multi sic intelligere uolunt, ut suprà diximus: quia post pestilētiam ad placandos fratris manes geminis omnibus usus est Romulus. unde est, Viden' ut geminae stent uertice cristae. Sed hoc esse non potest, quia iteratio est antedictorū: aut ordo praeposterus, si post dictum Caesarē, Romulum repetit. constat praeterea Iani templum patuisse sub Romulo. Alij uolunt per hos, Romanos intelligi. Vera tamen hoc habet ratio, Quirinū Augustum esse, Remū uero pro Agrippa

positum, quia sororem Augusti duxit uxorẽ, & cum eo pariter bella tractauit; unde est, Parte alia dijs, & uentis Agrippa secũdis. *Nam adulãs populus Romanus Octauiano tria, ei obtulit nomina, utrũ uellet Quirinus, an Cæsar, an Augustus uocari. Ille ne unũ eligendo partem læderet quæ aliud offerre cupiebat, diuerso tempore omnibus usus est. & primo Quirinus dictus est, & inde Cæsar, postea (quod & obtinuit) Augustus: sicut & Sueton. probat, & in Georgicis ostendit Vergil. Nam cum de Gangaridum uictoria diceret, qui iuxta Gangem sunt, quiq; ab Augusto uicti sunt, ait: Victorisq; arma Quirini. Vt autẽ pro Agrippa Remum poneret, poëtico usus est more. nam nomen ex uicino sumpsit. Hoc ergo dicit: Cum cœperit Iulius Cæsar cœlum tenere, paratis omnibus bellis, iura dabunt Augustus et Agrippa. Romulus autem ideo Quirinus dictus est, uel quod hasta utebatur, quæ Sabinorum lingua curis dicitur. Hasta enim, id est curis, telum longũ est: unde & securis, quasi semicuris. uel quod græcè* κοίρανος, *rex dicitur. unde Homerus. Il. β.* εἷς κοίρανος ἔστω. *Constat autem Græcos fuisse Romanos, uel propter generis nobilitatem. Mars enim cum sæuit, Gradiuus dicitur: cum trãquillus est, Quirinus. deniq; in urbe duo eius templa sunt, unum Quirini intra urbem, quasi custodis & tranquilli: aliud in Appia uia extra urbem prope portam, quasi bellatoris uel Gradiui.*

Iura dabunt, diræ ferro & compagibus arctis
Claudentur belli portæ: furor impius intus
Sæua sedens super arma, & centũ uinctus ahenis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.
Hæc ait, & Maia genitum demittit ab alto:
Vt terræ, utq; nouæ pateant Carthaginis arces
Hospitio Teucris, ne fati nescia Dido
Finibus arceret: uolat ille per aëra magnum

Diræ.) cum apertæ sunt. Compagibus.) ambages & cõpages Antiq tantum dicebant: posteritas admisit ut & cõpago dicatur. sed non quia uarius esse potest nominatiuus, debet etiam declinatio mutari: quemadmodum nec in istis nominibus, arbor arbos, uomer uomis. nam & arboris, & uomeris tantum facit. ergo compages compagis, quoniam compago usurpatum est: compaginis autem nemo penitus dicit. Ouidius tamen in primo Metamorphos. ait, Atque ita disparibus calamis compagine ceræ. *compagine, à genitiuo compaginis esse arbitror.* Furor impius intus.) *ut superius diximus, propter bella ciuilia: quæ gesta sunt contra Brutum & Cassium ab Augusto in Philippicis, cõtra Sex. Pompeiũ ab Augusto in Sicilia.* Sæua sedens super arma.) *Secundum antiquam licentiam. Sciendum tamen hodie* In & Sub *tantũ cõmunes esse præpositiones: ceterũ* Super & Subter *iam accusatiuæ sunt, sicut* Clàm & Pòst, *quæ antea cõmunes fuerunt, nunc in his mutata natura est.* Ahenis nodis.) *non centum nodis, sed cathenis, quas circumlocutione significauit, quia sunt cathenæ nodi plures.* Et Maia genitum.) *Mercurium: & est periphrasis. Cicero in libro* De deorum natura, *plures dicit esse Mercurios: sed in deorũ ratione fabulæ sequẽdæ sunt. nam uarietas ignoratur. simul allusit Poëta: quia per caduceatores, id est, internũcios pax solet fieri.* Vt terræ.) *Propter illud quod sequitur,* Hospitio prohibemur arenæ. Pateant) *Propter illud,* Cunctus ob Italiam terrarũ clauditur orbis. Hospitio.) *ad hospitium.* Ne fati nescia Dido.) *non sui. nam si sciret exitum suum, multo magis uetaret: sed Fati dixit, uo*

luntatis Iouis: sicut, Fatis Iunonis iniquæ. aut certe fati Troianorum, qui non sponte, sed necessitate ad Aphricam uenerant, quod utiq; ignorabat Dido. Illo enim tempore inuadendarum terrarum causa fuerat nauigatio, ut Sallustius meminit, facili tum mutatiõe sedium, quod etiam excusant Troiani: Non nos aut Libycos ferro populare penates Venimus. Ergo hoc agitur, ut discat Dido eos ad Italiam tendere. Quomodo ergo se iungit Aneæ? sed

Remigio alarum, ac Libyæ citus astitit oris.
Etiam iussa facit, ponuntq; ferocia Pœni
Corda, uolente deo: In primis regina quietum
Accipit in Teucros animũ, mẽtemq; benignam.
At pius Aeneas per noctem plurima uoluens,
Vt primum lux alma data est, exire, locosq;
Explorare nouos, quas uento accesserit oras,
Qui teneãt, (nã inculta uidet:) homines'ne feræ'ne
Quærere constituit, socijsq; exacta referre.
Classem in conuexo nemorum sub rupe cauata
Arboribus clausam circũ, atq; horrẽtibus umbris
Occulit: ipse uno graditur comitatus Achate,

furoris illud est, nõ consilij. nam nec sacerdotib. hæc dicentibus credidit. unde est, Quid uota furẽtem, Quid delubra iuuant? Remigio alarum.) Translatio reciproca, ut suprà diximus. Citus.) Cũ enim alia signa tarde ad ortus suos recurrant, Mercurius octauo decimo die in ortu suo inuenitur. Pœni.) Antistœchon est, quasi Phœni. Volente deo.) Mercurio, uel Ioue. In primis.) præcipue. In Teucros.) pro Teucris: ut suprà diximus. Per noctẽ.) Decet enim pro cunctis regem esse sollicitũ: ut apud Homerũ, Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε. Alma.) Alma lux dicta quod alat uniuersa: unde & alma Ceres, quod nos alat. nam physici dicunt omnia per diem crescere. quomodo igitur Vergilius ait, Exigua tantũ gelidus ros nocte reponit? sed hoc p miraculo positum, ut etiam Plinius sentit. Locos.) Et locos & loca dicimus: cum in numero singulari locus tantũ dicimus. simile est & iocus: nam & ioca facit, & iocos. ut Ioca atq; seria cũ humillimis exercerẽt: &, Quàm multa ioca solẽt esse in epistolis: &, Tum iuuenes agitare iocos. Quas uẽto accesserit oras.) Diximus superius figurã fieri, cũ præpositio detracta nomini, uerbo copulatur: & plerũq; eam suam retinere naturã. plerunq; cõuertere. Hoc ergo sciẽdum est, quod cum casum suum retinet, hysterologia est, ut hoc loco. quum autem mutat, figura est: ut cum ait, Cumarum adlabitur oris. oris enim pro oras posuit. Plerunq; enim superfluas ponũt præpositiones. Qui teneant.) Iure dubitat, cum omnia cernat inculta. Est aũt ordo: Qui teneãt, homines'ne, feræ'ne. media per parenthesin dicta sunt. Exacta.) exquisita. In cõuexo nemorũ.) proœconomia, ad causam pertinẽs. nõ enim tenebitur ab Aphris, ut naues Ilionei. Cõuexo.) curuo: unde etiã conuexũ dicimus cœlũ. sanè subaudiamus Loco: ut alibi, Castrorũ & campi medio, scilicet spatio. Sub rupe cauata.) Periphrasis est speluncæ. Arborib. atq; horrẽtib. umbris.) umbris arborũ: quomodo, Molẽq; & mõtes. aut certe arboribus & umbris speluncæ. Comitatus Achate.) Diximus, quæri cur Achates Aeneæ sit comes. uaria quidem dicuntur, melius tamen hoc fingitur, ut tractum nomen sit à græca etymologia. ἄχος enim dicitur sollicitudo, quæ regum semper est comes.

Bina.) Si ad utrunque referas, bene dixit Bina: si ad Aeneam tantum, antiquus mos est, ut suprà diximus, bina pro duobus poni: sicut, Et duplices tendens ad sidera palmas. Lato ferro.) id est, Lati ferri: ut, Pulchra faciat te prole parentem, id est, pulchræ prolis.

Media sese tulit obuia sylua.) quam Græci ὕλην uocant, poëtæ nominant syluam: id est, elementorum congeriem, unde cuncta procreantur. & multi uolunt Aeneam in Horoscopo Virginem habuisse. Bene ergo in media sylua uirginis habitu ei Venerem Poëta fecit occurrere, ut suprà diximus: Venere in uirgine constituta, & misericordes procreantur fœminæ, et uiri per mulieres felices sunt futuri, ut probamus in Aenea. Virginis os, habitumque gerēs.) uultum & amictum.

Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Cui mater media sese tulit obuia sylua,
Virginis os habitumque gerens, & uirginis arma
Spartanæ, uel qualis equos Threïssa fatigat
Harpalice, uolucremque fuga præuertitur Hebrū.
Nanque humeris de more habilē suspenderat arcū
Venatrix, dederatque comam diffundere uentis:
Nuda genu, nodoque sinus collecta fluenteis.
Ac prior: heus, inquit, iuuenes monstrate mearū
Vidistis si quam hic errantem forte sororū,
Succinctam pharetra, & maculosæ tegmine Lyncis,
Aut spumantis apri cursum clamore prementē?

Spartanæ.) Lacenæ, Sparta enim ciuitas est Laconiæ, ubi sunt puellæ uenatrices. Redditur autem causa, cur uirgo sit in syluis, id est, propter uenatum.

Threïssa.) Thracia. Et est solutio. nam Thressa facit: sicut, Cressa genus Pholoë. Veniunt autem ab eo uerbo, quod est Cres, Thres. & ut Creissa non faciat illud est, quia Cressa per e scribitur, nec potest recipere solutionem. Threïssa uero per æ diphthongon, unde & resoluitur. Fatigat.) suo scilicet cursu. Harpalice.) Hæc est quæ patrem suum captum à Getis multitudine collecta liberauit, celerius quàm de fœmina potest credi: unde & flumina dicitur celeritate trāsisse, multū aūt epitheton fluminis eius addidit laudi. Præuertitur.) id est, transit. Dicimus aūt, & præuertit & præuertitur, noua ratione. nam passiua declinatiōe utimur in actiua significatione, ut hoc loco. cū aūt actiua declinatio est, passiuā habet significationē, ut ille me præuertit. Nanque humeris de more.) ut ostēdatur esse uenatrix. Habilem.) aptū sexui. Vnusquisque enim habet arcū pro uiribus suis. Comā diffundere.) ut diffunderetur. græca aūt figura est. sic alibi: Et argenti magnū dat ferre talentū. unde Da bibere usus obtinuit: quod facere nō debemus, ne duo uerba iungātur, nisi in poëmate. Nuda genu.) nudū genu habens: ut si dicas, bonus animū. & est græca figura, sed nō ea quā diximus fieri per participiū præteriti tēporis, & casum accusatiuū. hæc enim per nomē fit, quāuis ad unā significationē recurrāt. Sinus collecta.) ut, Oculos suffusa nitēteis. Ac prior.) paulo pòst sequitur, Inquit. Heus, inquit.) Heus nūc aduerbiū uocātis, aliâs interiectio est dolentis: Heus etiā mensas cōsumimus, inquit Iulus. Errantē.) inuestigantē. Succinctā.) Instructam. uel, ut alij dicūt, in cingulo habentē pharetrā & pellem. Maculosæ Lyncis.) Lyncus rex Scythiæ fuit, qui missum à Cerere Triptolemū, ut hominibus frumēta monstraret, susceptū hospitio, ut in se gloria tanta migraret, interimere cogitauit; ob quā rem irata

Ceres eũ cõuertit in lyncẽ feram uarij coloris, ut ipsæ uariæ mẽtis extiterat. & erit nominatiuus hæc lynx, ut Pan, Tros, quæ in genitiuo una syllaba crescũt. Cursum clamore prementem.) *Plerũq; duo diuersa in unum exitum cadunt, licet contraria significent: ut hoc loco. Vidisti enim, etiã ad uocem pertinet: quod etiam ex Aeneæ respõsione colligitur.* Orsus.) *Nũc incepit, aliâs finijt: ut, Sic Iuppiter orsus. sed illic proprie posuit, hic usurpatũ est: præteritũ enim participiũ est.* Audita, neq; uisa.) *Hinc probatur, quia superius hoc interrogauerat Venus.*

Sic uenus. & Veneris contra sic filius orsus:
Nulla tuarum audita mihi, neq; uisa sororum.
O q̃ te memorem uirgo: nanq; haud tibi uultus
Mortalis, nec uox hominem sonat. O dea certe,
An Phœbi soror, an nympharum sanguinis una:
Sis fœlix, nostrumq; leues quæcunq; laborem.
Et quo sub cœlo tandem, quibus orbis in oris
Iactemur doceas, ignari hominumq; locorumq;
Erramus, uento huc, uastis & fluctibus acti.
Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.
Tum Venus: haud equidẽ tali me dignor honore.
Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetram,
Purpureoq; alte suras uincire cothurno.

O quàm te.) *Quæ dea sit dubitat. nam deã esse cõfidit.* Home. ἐν τῷ ζ. ὀδυσσείας. αὐτίκα μειλίχιον καὶ κερδαλέον φάτο μῦθον· γουνοῦμαί σε ἄνασσα, θεός νύ τις ἢ βροτός ἐσσι. εἰ μέν τις θεός ἐσσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν, Ἀρτέμιδί σε ἐγώγε Διὸς κούρῃ μεγάλοιο εἶδός τε μέγεθός τε φυήν τ' ἄγχιστα ἐΐσκω. εἰ δέ τίς ἐσσι βροτῶν τοὶ ἐπὶ χθονὶ ναιετάουσι, τρὶς μάκαρες μὲν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ. Nec uox hominẽ sonat.) *Græca enĩ figura est.* O dea certe.) *Cõclusio est syllogismi: qui constat ex propositione, assumptione, & conclusione. nam si nec uox, nec uultus mortalis est, restat ut dea sit.* An Phœbi soror.) *id est, Diana: nam uenatrix est. Bene autem suspicatur pro loco, & qualitate habitus, personæq;.* An nympharum sanguinis.) *id est, generis.* Sis felix.) *propicia. felix enim dicitur, & qui habet felicitatem, & qui facit esse felicẽ: ut in Buccol. Sis bonus ô felixq; tuis. unde & cõtra Iuno in septimo dicit; Quæ portus infelix, id est, aduersa Troianis.* Leues.) *leuem facias: ut, Leuat ipse tridenti.* Quæcunq;.) *seu Diana, seu nympha..* Et quo sub cœlo.) *aut sub qua parte cœli, aut secundum Epicureos dixit, qui plures uolunt esse cœlos: ut Cic. in Hortensio.* Tandem.) *Hoc loco uacat Tandem. Sciendũ sanè multas particulas ad ornatum pertinere tantummodo: utputa, enim, dum, gentium, locorũ, terrarũm.* Hominumq; locorumq;.) *Hypermetrus uersus: unam enim plus habet syllabã. qui quotiès fit, debet sequẽs uersus à uocali incipere, ut hoc loco. Item: Omnia Mercurio similis uocemq; colorẽq;, Et crines flauos. Nisi forte synæresis fiat in fine, id est, uocaliũ collisio: ut est, Nec cura peculij. hic enim non est necesse, ut sequẽs à uocali uersus incipiat.* Hostia dextra.) *hostiæ dicuntur sacrificia, quæ ab his fiunt qui in hostem pergunt: uictimæ sacrificia, quæ post uictoriam fiunt. sed hæc licenter confundit autoritas.* Tali me dignor honore.) *id est, sacrificio. & aut uult se probare non numen, sed uirginem Tyriam: aut certe, quia Paphiæ Veneri, quæ Cypri colitur, thure tantũ sacrificatur & floribus.* Dignor.) *dignam me iudico: ut, Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo, id est, digne habite.* Purpureoq;.) *aut pulchro, aut rosei coloris.* Suras uincire cothurno.)

re cothurno.) Cothurni sunt calciamēta uenatoria, suras quoque uincientia, quorum quis utriq; aptus est pedi: ideo & numero usus est singulari. *Punica regna uides.)* Hic attentū facit Aeneam. *Tyrios.)* Nil interest, utrū Tyrios an Sidonios dicat: nomina enim, ut diximus, de uicino mutuātur. *Agenoris urbem.)* quā fecerunt Agenoridæ. Agenor autem rex Phœnicis fuit. sic alibi: Et tandē Euboicis Cumarū allabitur oris, id est, ad Cumas, quas fecerūt hi qđ Chal-

Punica regna uides, Tyrios, & Agenoris urbem:
Sed fines Libyci, genus intractabile bello.
Imperium Dido Tyria regit urbe profecta,
Germanum fugiens: longa est iniuria, longæ
Ambages, sed summa sequar fastigia rerum.
Huic coniunx Sicheus erat, ditissimus agri
Phœnicum, & magno miseræ dilectus amore.
Cui pater intactam dederat, primisq; iugarat
Ominibus: sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.
Quos inter medius uenit furor, ille Sicheum
Impius ante aras, atq; auri cæcus amore,
Clam, ferro, incautum superat, securus amorum

cide uenerant, Euboeæ ciuitate. *Sed fines Libyci.)* Ante dicta dubia esse potuerūt, nūc aperte regionē ostendit, dicendo Libycos fines: Tyrij enim & alibi esse potuerūt. *Intractabile.)* insuperabile, asperū, sæuū. *Germanum fugiens.)* Hoc loco quasi stupuit Aeneas: unde auditoris auiditati præscribit Venus, dicēs longā esse iniuriam, id est, causam. ab eo quod sequitur, id quod præcedit: ut supra, Spem uultu simulat. *Lōga ambages.)* id est, circuitus. *Fastigia.)* primordia: quia scit longā esse historiā Carthaginis, ut Sallust. De Carthag. silere melius puto q̄ pauca dicere. *Huic cōiunx Sicheus erat, ditissimus agri.)* Quoties poëta aspera inuenit nomina, & in metro nō stantia, aut mutat ea, aut de his aliqd mutilat. nam Sicheus, Sicharbas dictus est: Belus Didonis pater, Methres. Carthago à charta, ut lectum est & in historia Pœnorū, & in Liuio. Sanè Sicheus, Si breuis est p naturam: sed hoc in loco ectasin facit, ea licentia quæ est in proprijs nominibus. licet enī in quauis nominis parte syllabæ mutare naturā, qđ & in appellatiuis euenit, si tamen de proprijs originē ducant: ut, Sicanio prætenta sinu, quia uenit à Sicano rege Siciliæ. *Miseræ.)* Datiuus est, nō aduerbiū. *Ominibus.)* augurijs. & secundum Romanos locutus est, qui nil nisi captatis faciebāt augurijs, præcipue nuptias. Lucan. Cōtentiq; auspice Bruto. Iuuenal. Venit cum signatoribus auspex. *Tyri.)* Aduerbium est. *Scelere ante alios immanior omnes, Quos inter medius uenit furor.)* Iunge totū, nam aliter non procedit si segreges, Quos inter medios uenit furor. cum ipse dicat, licet simulatas, fuisse tamē amicitias: simul nanq; sacrificabant. ac si diceret scelerātior Atreo & Thyeste, uel Eteocle & Polynice. *Ille Sicheū.)* Si hoc loco secundū naturā posuit. *Impius ante aras.)* Probauit impium, quia ante aras. *Securus amorum Germanæ.)* aut contemnens amorem sororis, ut Securi pelagi atque mei, id est, contemptores: aut certe securus erat de amore Germanæ circa maritum nimio, ob quem se post mortem Sichei interimere posse credebatur. nec enim sequitur, ut occiso Sicheo ipse statim potiretur auri, nisi etiam Dido periret.

ret. sed per contemptum dictum est, quasi ex Pygmalionis persona: non amorem uocans honestum, sed amores in conuitium. Amores autem plurali numero ad uoluptatem pertinent, ut Securus amorũ, Qui iuueni tibi semper erant: singulari etiam ad religionẽ. Aegrã.) *mœstã, anxiam.* Multa malus simulans uana spe lusit amantẽ.) *Atqui legimus: Quis fallere possit amantem? sed hic nimia Pygmalionis ostenditur malitia, quæ etiam amantem fefellit.* Vana spe.) *quia dicebat, eũ mox reuerti.* Lusit.) *decepit.*

Germanæ: factum'q; diu celauit, & ægram
(Multa malus simulans) uana spe lusit amantem.
Ipsa sed in somnis inhumati uenit imago
Coniugis, ora modis attollens pallida miris.
Crudeleis aras, traiecta'q; pectora ferro
Nudauit, cæcum'q; domus scelus omne retexit.
Tum celerare fugam, patria'q; excedere suadet,
Auxili: m'q; uiæ ueteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus & auri.
His commota, fugam Dido socios'q; parabat.
Conueniunt, quibus aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat: naues, quę forte paratæ,
Corripiunt, onerant'q; auro: portantur auari
Pygmalionis opes pelago, dux fœmina facti.

Insomnis.) *Si ab eo quod est somniũ, synæresis est, ut peculi pro peculij: si autem de somno uenit in somnis, id est, dũ somnos caperet.* Crudeleis aras.) *Epithetõ hoc de caussa est: nam aræ piæ sunt.* Nudauit.) *indicauit. unde cõtrà in Sexto habemus: Et uulnera dira tegentem. quid enim tegeret omni parte truncatus?* Retexit.) *Ecce hic planius qd sit Nudauit, ostendit.* Tum celerare fugam.) *celeriter abire: unde dicimus, cursum celero.* Suadet.) *Secundum naturam duæ sunt syllabæ, sed multi trissyllabum putant: quod etiam si inueniatur, solutio dicenda est. quomodo dicimus ænea, & ahena. hoc autẽ solum huiusmodi uerbũ inuenitur.* Thesauros:) * *Hoc nomen N non habet, sicut atlas, gigas, abas, pallas, licet in obliquis casibus inueniatur: sicut nec formosus, quia deriuatiuũ est à forma, ut à specie speciosus, ab odio odiosus, ab genere generosus, uel à scelere scelerosus.* *
Ignotum argenti pondus & auri.) *aut quod ignorabat Dido, aut certe ad magnitudinem pertinet, id est, tantum quantum nullus unquam nosse potuit.* His commota.) *supradictis omnibus.*

Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni, Aut metus acer erat.) *oderant læsi, metuebãt lædendi: hoc est, qui timebant ne læderentur. unde est illud in Quarto: Et quos Sidonia uix urbe reuelli. quia non uoluntate, sed aut odio, aut timore conuenerant.* Odiũ crudele tyranni.) *Nam in tyrannum odium iustum est, id est, crudelis tyranni. & est figura hypallage.* Portãtur auari Pygmalionis opes pelago.) *Quomodo Pygmaliõis, si Sichei erãt? Soluitur: sed eas iam suas fecerat scelere, q Sicheũ occiderat. aut ad animũ retulit Auarĩ, q opes alienas iã fecerat suas.* Pygmalionis opes pelago.) *quas Pygmalion iam suas putabat. unde est in 4. Vlta uirũ. quæ enim maior auari pœna, quã pecuniã pp̃ter quã deliquerat perdere? remoue hoc, & falsum est Vlta uirum. Sciẽdum autem quod clàm tangit historiã. Moris enĩ erat, ut de pecunia publica Phœnices misso à rege auro, de peregrinis frumenta coẽmerent.*

coëmerent. Dido autem à Pygmalione ad hunc usum paratas naues abstulerat, quam cum fugientem à fratre missi sequerẽtur, illa aurum præcipitauit in maria. qua re uisa, sequẽtes reuersi sunt. Deuenere locos.) Ad, minus est. Surgentẽ.) erigẽtem se: ut, Surgentem in cornua ceruum.

Deuenere locos, ubi nunc ingentia cernes
Mœnia, surgentemq; nouæ Carthaginis arcem.
Mercatiq; solum, facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent cicũdare tergo.
Sed uos qui tandem? quibus aut uenisti ab oris?
Quoue tenetis iter? quærenti talibus ille
Suspirans, imoq; trahens à pectore uocem:
O dea, si prima repetens ab origine pergam,
Et uacet annales nostrorum audire laborum,
Ante diem clauso componet uesper Olympo.
Nos Troia antiqua (si uestras forte per aures

Nouæ Carthaginis.) Carthago enĩ est lingua Pœnorũ noua ciuitas, ut docet Liuius. Mercatiq; solũ, f. de. n. B.) Appulsa ad Libyã Dido, cum ab Hiarba pelleretur, petijt callide ut uenderet tãtum terræ, quãtũ posset corium bouis tenere. qđ cũ ille permisisset, corium in tenuissimas corrigias sectũ tetendit, occupauitq; stadia uiginti duo. Quã rem breuiter tangit Vergil. dicendo De nomine: & non tegere, sed Circundare. Facti de nomine.) de causæ qualitate. Tergo.) pro tergore significat: quia qualis causa fuit, tale nomẽ accepit. Carthago enim antea speciẽ habuit duplicis oppidi, quasi aliud alterum amplecteretur: cuius interior pars Byrsa dicebatur, exterior Magalia. huius rei testis est Cornelius Nepos in eo lib., q Vita illustriũ inscribitur. Byrsa.) Βύρσα græcè, latinè corrigia dicitur. Sed uos qui tandẽ.) Vacat hoc loco Tandẽ: & est naturalis interrogatio, Qui estis, unde, uel quò? sicut ipse in Octauo, licet mutato ordine: Quò tẽditis, inqt. & Qui genus? unde domo? Imoq; trahens à pectore uocem.) deest Dixit. & quoties longe respõdet, parenthesis est: quoties nusquã, eclipsis dicitur, ut hoc loco. O dea.) Perseuerat in opinione sua: ita tamẽ ut illius orationi aliquãdo concedat. nam paulo pòst ait: Si uestras forte per aures Troiæ nomẽ. Aut certe illud est quod superius dixerat, An nympharum sanguinis una: quæ non omnia sciunt, nam & moriuntur secundũ Aristotelem: ut Fauni, uel Panes. Ab origine.) à raptu Helenæ. Pergam.) perseuerem: hoc est, uniuersa dicam. Annales.) Inter annales & historiam hoc interest. Historia est eorum temporum quæ uidimus, uel uidere potuimus dicta: ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, id est, uidere. Annales uero sunt eorum annorum & temporum, quæ ætas nostra non nouit: unde Liuius ex annalibus & historia constat. Hæc tamen confunduntur licẽter, ut hoc loco historiam inquit annales. Clauso.) More poëtico inquit. nam poëtæ dicũt cœlum per noctem claudi, & aperiri die: unde etiam, Porta tonat cœli. &, Considunt tectis bipatentibus. Componet.) finiet: ut, Oblato gaudens cõponi fœdere bellum.

Vesper.) proprie est stella. cum autem Vesperi dicimus, aduerbiũ temporis est. Et est sciendum, quod omnia nomina quæ de græcis in os exeũtibus ad nos transeũt, apud nos aut in us tantũ exeunt: ut Delos Delus: aut in er, ut agros ager: aut in utranque, ut Euandros, Euandrus, Euander. Troia antiqua.) nobili, uenerabili: more suo. alibi: Terra antiqua, id est, nobilis. nec enim poterat esse noua. Item: Templa dei saxo uenerabar structa uetusto.

Forte sua.) casu suo, id est, quo solet. Forte autẽ nomen est, à nominatiuo fors: ut Terentius, Fors fiat pol. Libycis.) Iam sciuit: audiuit enim, Sed fines Libyci. Appulit oris.) Figura supradicta est, ut datiuus pro accusatiuo cum Ad ponatur. Sum pius Aeneas.) Non est hoc loco arrogantia, sed indiciũ. nam scientibus aliquid de se dicere, arrogãtiæ est: ignotis, indicium. aut certè heroum secutus est morem, quibus quam mentiri turpe fuerat, tam uera reticere. denique Vlysses in Hom. ait, suam famã usq; ad cælũ uenisse: unde & iste, Fama sup æthera notus. Hoste Penates.) Optima eloquutio est, plusq; significat de pluralitate ad singularitatẽ transire: ut uenor multis cassibus, & multa cane: ut Horatius: Aut trudit hinc acris & hinc multa cane apros in obstantis plagas.

Troiæ nomen ijt) diuersa per æquora uectos,
Forte sua Libycis tempestas appulit oris.
Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste Penates
Classe ueho mecum, fama super æthera notus.
Italiam quæro patriam, & genus ab Ioue summo.
Bis denis Phrygium conscendi nauibus æquor,
Matre dea monstrante uiam, data fata secutus.
Vix septem conuulsæ undis, Euroq; supersunt.
Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro,
Europa atq; Asia pulsus, nec plura quærentem

Italiam quæro.) Hoc loco distinguendũ est. nam si iunxeris Patriã, non procedit. Patria enim, id est, ciuitas, in prouincia esse potest: non tamen ut ipsa prouincia patria sit. licet in Sallust. lectũ sit, Hispaniam sibi antiquã patriam esse. Sed illic ad laudem pertinet, nõ ad ueritatem. Tria ergo dicit, prouinciã quæro, hoc est, Italiam: patriã, hoc est, Corytũ Thusciæ ciuitatem, unde Dardanus fuit. Genus ab Ioue summo.) ideo quia ex Electra & Ioue, Dardanus Iasiusq; nati sunt, qui Dardanus autor est Troiæ. & bene ad tria interrogata respondet: qui esset, unde ueniret, quo tenderet. Phrygiũ æquor.) id est, Hellespontũ. Conscendi.) Bene Conscendi secundũ Physicos, qui dicunt terrã inferiorem esse aqua. Quia omne quod cõtinet, supra illud est quod continetur: unde est, Humilemq; uidemus Italiam. Matre dea monstrante uiam.) Hoc loco per transitũ tangit historiam, quã per legem artis poëticæ aperte non potest ponere. nam Varro in Secundo diuinarũ dicit: Ex quo de Troia egressus est Aeneas, Veneris eum per diem quotidie stellam uidisse, donec ad agrum Laurentũ ueniret, in quo eam non uidit ulterius. quare cognouit terras esse fatales. unde Vergil. hoc loco, Matre dea mõstrante uiã. item, Nusq̃ abero, & tutũ patrio te limine sistã. &, Iamq; iugis summæ surgebat Lucifer Idæ. Quòd aũt diximus eum poëtica arte prohiberi, ne apertè ponat historias: certũ est. Lucanus nanq; ideo esse non meruit in numero poëtarũ, quia uidetur cõposuisse historiã, non poëma. Data fata.) scilicet à Ioue. Conuulsæ.) Aut conuulsæ undis, Euroq;: aut, Supersunt undis Euroq; conuulsæ: aut ideo quia habes suprà, Laxis laterum compagibus.

Ignotus.) deest Quasi. nam contrariũ dixit, Fama super æthera notus. Facit hoc frequenter Vergilius, ut hanc particulã subtrahat: ut, Medias inter cædes exultat Amazon: id est, quasi Amazon. nam Volsca fuit. Peragro.) Per habet accentũ. nam a longa quidem est, sed nõ solida positione. Muta enim & liquida quoties ponuntur, metrũ iuuãt, non accentũ.

Europa atq; Asia pulsus.) Aut orbem in treis parteis diuisit, & absolutũ est: aut si Europã

tantum & Asiam intelligimus, inuidiose locutus est, ut suprà Venus ait: Cunctus ob Italiã terrarum clauditur orbis. quasi cum indignatione dicat, Per Troiam Asia careo, per Italiã Europa. Deniq; non passa Venus eius interrupit querelas. Dolore est.) aut narrantis Aeneæ, aut certè sub dolore. Aequũ enim est malijs filij etiam ipsam moueri. Quisquis es.) Pleraq; per concessionem sic tradit poëta, ut argumentũ faciat: ut hoc loco audierat Venus, Sũ pius Aeneas, fama super æthera notus. dicit tamẽ, Quisquis es, etiam si hæc in te nõ sint, hinc tamen constat te esse felicem, quòd uenisti Carthaginẽ. Itẽ in Secundo, Quisq; es amissos hinc iam obliuiscere Graios: hoc est, qualibet ratione contra nos bella susceperis.

Passa Venus, medio sic interfata dolore est:
Quisq; es, haud (credo) inuisus cælestibus auras
Vitaleis carpis, Tyriam qui adueneris urbem.
Perge modo, atq; hinc te reginæ ad limina perfer.
Nanq; tibi reduces socios, classemq; relatam
Nuncio, & in tutum uersis Aquilonibus actam:
Ni frustra augurium uani docuere parentes.
Aspice bissenos lætantes agmine cygnos,

Haud credo inuisus cælestibus.) Liptote figura per contrarium significans, id est, te esse charissimum superis: ut suprà, Mihi iussa capessere fas est. Cælestibus autem, secundum Pythagoram & præcipuè Platonem dixit: qui confirmant uiuos esse superis charos, mortuos uero inferis. unde & Vergilius de Palante, Et nil iam cælestibus ullis Debentem. Item è contra, Vos ò mihi manes Este boni, quoniam superis auersa uolũtas. Auras uitaleis carpis.) quibus uiuimus. nil est enim aliud uita, nisi reciprocus spiritus: unde Iuppiter, quo cõstant omnia, uocatur Ζεὺς, ἀπὸ τῆς ζωῆς, id est, uita. Carpis.) accipis: ut, Et placidam carpebant membra quietem. Tyriam.) Carthaginem, à colonis. Adueneris urbem.) Hysterologia, ut suprà. Perge modo.) tantummodo: hoc est, hæc tibi sola sit cura. nam liberatæ sunt naues. Perfer.) Imperatiuus modus est: ut, Fer cineres Amarylli foras. Reduces.) Propriè Reduces dicuntur, qui pericula euadunt. sic infrà, Vt reduces illi ludunt: scilicet, post periculum illatũ ab aquila.

Versis Aquilonibus.) Quia postquam ad Africam iter uerterunt, aduersus antè Aquilo, cœpit esse prosperior. Ni frustra augurium uani docuere parentes.) Hoc ad confirmandum errorem Aeneæ dixit, ne diuinando dea esse crederetur. Quòd autem dicit Vani parentes, aut Hypallage est, id est, uanum augurium, ut Dare classibus Austros: &, Ibant obscuri sola sub nocte, pro ipsi soli per obscuram noctem. aut certè Vani parentes, qui res falsas & inaneis docent. Et per hoc plerunq; decipere ostendit auguria. Multi uolunt ad nimium hoc amorem parentum referri, quia teneritate affecti etiam superflua docent liberos.

Bissenos cygnos.) Cygnos nauibus comparat, aquilam tempestati. In augurijs autẽ considerandæ sunt non solum aues, sed etiam uolatus, ut in præpetibus: & cantus, ut in oscinibus. quia nec omnes, nec omnibus dant auguria: ut columbæ non nisi regibus dant, quia nunquã singulæ uolant, sicut rex nunquam solus incedit. unde in Sexto, Maternas agnouit aues: Per transitum ostendit regis augurium. Item cygni nullis dant, nisi nautis, sicut lectũ in ὀρνιθογονίᾳ: Cygnus in augurijs nautis gratissimus ales, Hunc optant semper, quia nunquam mergitur undis. Quum Cycnus neq; in præpetibus, neq; in oscinibus nominetur, cur

ab illo fertur augurium? Soluitur, quòd augurium ad aquilã poëta retulit: sed docet Vergilius, bonũ omen ad naues factum de cygni uolatu. Lætantes.) *Post periculũ.* Agmine.) *uolatu, impetu. Agmen autem apud Vergilium est cuiuslibet rei impetus: ut, Illi agmine certo: &, Vocat agmina sæua sororũ.* Iouis ales.) *aquila, quæ in tutela Iouis est: quia dicitur dimicanti ei contra gigantes, fulmina ministrasse. quod ideo fingitur, quia per na-*

Aetherea quos lapsa plaga Iouis ales aperto
Turbabat cælo: nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas iam despectare uidentur.
Vt reduces illi ludunt stridentibus alis,
Et cœtu cinxere polum, cantusq; dedere:
Haud aliter puppesq; tuæ, pubesq; tuorum
Aut portum tenet, aut pleno subit hostia uelo.
Perge modo, & qua te ducit uia dirige gressum.
Dixit, & auertens rosea ceruice refulsit:
Ambrosiæq; comæ diuinum uertice odorem
Spirauere, pedes uestis defluxit ad imos.
Et uera incessu patuit dea: ille ubi matrem
Agnouit, tali fugientem est uoce secutus.
Quid natum toties crudelis tu quoq; falsis
Ludis imaginibus? cur dextræ iungere dextram

turam nimij est caloris, adeo ut et oua quibus supersedet, possit coquere: nisi admoueat gagaten lapidem frigidissimum. ut testatur Lucanus, Fœta tepefacta sub alite saxa.

Capere.) *eligere: ut, Antè locum capies oculis.* Stridentibus alis.) *Signum augurij est.*

Cœtu.) *Dicit Plinius in Naturali historia, omnes aues colli longioris, aut recto ordine uolare, ut pondus capitis præcedentis cauda sustentet, unde & prima plerunque deficiens relicto loco incipit esse postrema: aut in cœtu se omnes inuicem sustinere. hoc autem uolatu imitantur literas quasdam: unde in Lucano, Et turbata perit dispersis littera pennis.* Cantusq; dedere.) *Allusit ad nautas.* Puppesq; tuæ.) *Tropus synecdoche, à parte totum significat. Terentius, O lepidum caput: id est, ò lepidus homo,* Hostia.) *Propriè Hostia dicuntur exitus fluuiorum: sed modò abusus est, quia plerunque hostia ipsa pro portu sunt.*

Auertens.) *Se subaudi, hoc est, quũ auerteretur: ut, Tum prora auertit.* Rosea.) *id est, pulchra.* Ambrosiæq; comæ.) *Aut deorũ unguẽto oblitæ, hoc est, ambrosia, id est, herba immortali. α enim sine, βροτὸς, mortalis: aut certè abusiuè dixit, Diuinæ comæ.* Spirauere.) *exhalauere.* Vestis defluxit.) *Quia dixit suprà, Sinus collecta fluẽteis.* Vera.) *Bene Vera, de qua dubitabatur.* Ille ubi matrẽ agnouit.) *Nũc matrẽ cognoscit: nam deã esse superius dixerat.* Fugientem.) *celeriter abscedentẽ.* Quid natũ toties.) *sæpe. & aut κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus sæpe eũ esse delusum, aut certe secundũ ipsum Vergil. q ait in 2. Cum mihi se nõ ante oculis tam clara uidendã obtulit. Multi tamẽ uolũt, in hoc ipso loco sæpe eum esse deceptũ: ut in habitu, interrogatione, respõsione, augurijs.* Tu quoq;.) *sicut Iuno cæteriq; dei, q Troianis inimici sunt.* Cur dex. iun. d.) *Maiorũ enim hæc fuerat salutatio: cuius rei τὸ αἴτιον. i. causam Varro Callimachũ secutus exposuit, asserens omnẽ eorũ honorem dexterarũ cõstitisse uirtute; ob quã rem hac se uenerabantur corporis parte.*

. Veras audire, & reddere uoces.) Sunt multæ reciprocæ locutiones, ut hoc loco: sunt multæ unius partis utriq; sufficientes, ut Tenemur amicitijs. ridiculum enim, si addas Mutuis, quũ Amicitijs utrunq; significet, sicut Fronto testatur. Item sunt elocutiones, quarum una pars plena est: quæ si conuertantur, habent aliquid superfluum: ut in Sallustio, In tugurio mulieris ancillæ: bene addidit Ancillæ. at si dicas In tugurio ancillæ mulieris, erit superfluum Mulieris.

Non datur? ac ueras audire, & reddere uoces?
Talibus incusat, gressumq; ad mœnia tendit.
At Venus obscuro gradienteis aëre sepsit,
Et multo nebulæ circum dea fudit amictu:
Cernere ne quis eos, neu quis contingere possit,
Moliri'ue moram, aut ueniendi exposcere causas.
Ipsa Paphum sublimis abit, sedesq; reuisit
Læta suas: ubi templum illi, centumq; Sabæo
Thure calent aræ, sertisq; recentibus halant.
Corripuere uiam interea, quà semita monstrat.

ancilla enim & conditionem ostendit, & sexũ. Item, Res erat prætoribus nota solis: hoc suffecerat. malè ergo addidit, Ignorabatur à cæteris. quod si conuertas, nil superfluũ inuenitur. Talibus incusat) redarguit. Incusare propriè est, superiorẽ arguere: ut in Terent. pater ad filiũ, Quid me incusas Clitipho? Accusare uero, uel parem, uel inferiorẽ. ut in eodem ad maritũ uxor: Me miserã, quæ nunc quam ob causam accuser, nescio. Et hoc proprietatis est, licet usus ista malè corrũpat. Sciendũ tamen est, Terentium propter solã proprietatẽ omnibus Comicis esse præpositũ, quibus est (quantũ ad cætera spectat) inferior. At Venus.) Ordo est, At Venus dea. Obscuro aëre.) id est, nebula, cuius diffinitio est. Hic locus ex Home. sumptus est, de Vlysse à littore ingrediente urbẽ: καὶ τότ' Ὀδυσσεὺς ὦρτο πόλινδ' ἴμεν, αὐτὰρ Ἀθήνη πολλὴν ἠέρα χεῦε φίλα φρονέουσ' Ὀδυσῆι, Μή τις Φαιήκων μεγαθύμων ἀντιβολήσας, Κερτομέοι τ' ἐπέεσσι καὶ ἐξερέοιθ' ὅτις εἴη. Circumfudit.) Figura Tmesis est, quũ secto uno sermone, aliquid interponimus: ut alibi, Septem subiecta trioni. Sed hoc tolerabilius est in sermone cõposito, cæterũ in simplici nimis est asperũ, quod tamen faciebat antiquitas: ut, Saxo cere cõminuit brum. Aut ueniendi exposcere causas.) scilicet, ne sæpe narrando crebrũ patiatur dolorem: unde melius ad Aeneam refertur, Medio sic interfata dolore. Ipsa Paphum.) ciuitatẽ Cypri. Sublimis.) diuino incessu. Læta.) ut Homerus, φιλομμειδὴς ἀφροδίτη. ecce Veneris proprium epitheton. Sabæo.) Arabico. Arabiæ tres sunt: inferior, Petrodes, Eudæmon: in qua populi sunt Sabæi, apud quos nascitur thus. Dicti aũt Sabæi, ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, id est, uenerari: quòd deos per ipsorum thura uenerãtur. Thure calent aræ, sertisq; recen. ha.) Ecce unde suprà dixit: Haud equidem tali me dignor honore. Quòd aũt dicit Recentibus, laus loci est, qui semp flore uestitur. Sertis.) Sertũ, & Serta quũ nihil adijcitur, dicimus: ut hoc loco. Item alibi expressimus, Serta procul tantũ capiti delapsa iacebãt. Si aũt Sertos dixero, addo flores: si Sertas, addo coronas: ut Lucan. Accipiunt sertas nardo florente coronas. Hoc in multis nominibus obseruandũ est, ut genus ex adiectione formetur: qua detracta, in neutrũ cadat necesse est. ut piscinalis locus, piscinalis cella, piscinale: saginarius mulus, saginaria mula, saginariũ.

Corripuere uiam.) officium eundi celeriter arripuerunt. neque enim uia corripitur.

Qui plurimus.)

Qui plurimus.) id est, lōgus: ut est, Cui plurima ceruix. item, Cum se nux plurima, id est, amygdala: longa nanq; est. Aspectat.) rei insensibili dat sensum: unde est illud in Quarto de Atlante. item Sallustius, Lyciæ Pisidiæq; agros despectantem. Homerus: Θαύμαζε δ' ὀδυσεὺς λιμένας καὶ νῆας ἐΐσας, Αὐτῶν θ' ἡρώων ἀγορὰς καὶ τείχεα μακρά, Ὑψηλὰ σκολόπεσσιν ἀρηρότα θαῦμα ἰδέσθαι. Miratur molem Aeneas.) Hoc ad ipsum refertur.

Iamq; ascendebant collem, qui plurimus urbi
Imminet, aduersasq; aspectat desuper arces.
Miratur molem Aeneas, magalia quondam:
Miratur portas, strepitumq;, & strata uiarum.
Instant ardentes Tyrij: pars ducere muros,
Moliriq; arcem, & manibus subuoluere saxa:
Pars optare locum tecto, & concludere sulco.
Iura magistratusq; legunt, sanctumq; senatum.
Hic portus alij effodiunt, hic alta theatri
Fundamenta locant alij, immanesq; columnas
Rupibus excidunt, scænis decora alta futuris.
Qualis apes æstate noua per florea rura
Exercet sub sole labor, cum gentis adultos
Educunt fœtus: aut cum liquentia mella

Magalia quondam.) Hoc ad poëtam. non enim hoc nouit Aeneas. Magalia uero antistœchon est. nam debuit dicere Magaria: quia magar, nō magal Pœnorū lingua uillā significat. Instant ardentes Tyrij.) multum festinantes. alij ingeniosi intelligunt. nā per contrarium segnē, id est, sine igni, ingenio carentem dicimus. unde & à Græco uenit Catus, id est, ingeniosus: ἀπὸ τοῦ καίεσθαι. Ducere muros.) ædificare. Molirique arcem.) molibus factis extollere. Optare.) eligere: ut, Tuus ò regina quid optes Explorare labor. Tecto.) ad tectum: nota figura. Sulco.) fossa. ciuitas enim, non domus circundatur sulco: ut alibi, Ausim uel tenui uitem committere sulco. Legunt.) eligunt. Portus effodiunt.) id est, cothona faciunt. Cothona sunt portus in mari non naturales, sed arte & manu facti. est autem & masculini & neutri generis. nam & cothon, huius cothonis facit: & cothonum, huius cothoni. Alta theatri Fundamenta.) Hinc futura magnitudo cognoscitur. Qualis apes.) Tertiæ declinationis genitiuus pluralis & & in ium, & in um exit: sed tum pro nostro arbitrio, quum nominatiuus singularis fuerit in n & s terminatus, ut amans, & amantum & amantium dicimus. quum autem nominatiuus singularis fuerit terminatus in er & in ur, tantum in um exit, ut pater patrum, murmur murmurū. reliqua uero nomina autoritate firmamus, ut apis, apum uel apiū. Aestate noua.) Bene Noua, quia adulta, & præceps: secundum Sallustium. Florea.) pro florida: ut, Nemora inter frondea turbam. Rura.) Græcè ἄρουρα dicuntur. Aphæresis ergo sermonem facit Latinū. Exercet.) fatigat: ut, Nate Iliacis exercite fatis. Hoc aūt participiū ab exercitu, id est, militū multitudine declinatiōe discernimus. nam illud nomē quartæ, participiū secundæ declinationis est: ut uisus, huius uisus uel uisi: passus, huius passus uel passi: aditus, huius aditus uel aditi. Sub sole.) in sole: ut, Nanq; sub ingenti lustrat dum singula templo. Cum gentis fœtus.) Ad laudē apum hoc ptinet: quod in 4. Georgic. melius intelligitur. Liquētia.) defecata, sine sordib. nec tantū dulcia, quantū & liquida, id est, pura.

nam dura mella constat esse meliora. Stipant.) *densant. translatio à nauibus, in quibus stupa interponitur uasis, quã stipã dicunt.* Distendunt.) *implent: ut,* Et denso distendere pingui. Nectare.) *melle. abusus est propter suauitatis similitudinẽ, quũ νέκταρ poculum diuinũ sit dulce, immortale interpretatur: νὴ, id est, non: κτείνω, occido.* Cellas.) *Et hic abusus est. ut fauorũ cauernas cellas uocaret. Traxit aũt à reponendi similitudine: uel à celãdo, unde Cellam appellauerũt.*

Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.
Aut onera accipiunt uenientũ: aut agmine facto,
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Feruet opus, redolentq́; thymo fragrantia mella.
O fortunati, quorum iam mœnia surgunt,
Aeneas ait, & fastigia suspicit urbis.
Infert se septus nebula (mirabile dictu)
Per medios, miscetq́; uiris, neq; cernitur ulli.
Lucus in urbe fuit media, lætissimus umbra.
Quo primum iactati undis, & turbine Pœni
Effodere loco signum, quod regia Iuno

Agmine.) *nunc impetu.* Ignauum.) *inutile, et non aptũ industriæ. nam industrios Gnauos dicimus.* Fucos.) *Secundum Plin. apum multa sunt genera. propriè tamen apes uocãtur ortæ de bobus, fuci de equis, crabrones de mulis, uespæ de asinis. Fucus aũt est secundũ Aemilium Macrũ, maior ape, crabrone minor.* Pecus.) *Pecus dicimus omne quod humana lingua & effigie caret: unde Horat.* Omne cũ Proteus pecus egit. Præsepibus.) *aluearijs. & est translatio, quæ fit quotiens uel deest uerborum proprietas, uel uitatur iteratio.* Feruet.) *quũ celebratur: ut contrà friget, quũ cessat, dicimus: ut Terent.* Nimirũ hic homines frigent. Fragrantia.) *Quotiens incendiũ significatur quod flatu alitur, à flãma per l dicimus: uel quotiens odor qui fracta specie maior est, per r dicimus. Sciendũ sanè, nil in hac uacare cõparatione. nam Pœnorũ operi, apũ labor: custodiæ littorũ, fucorũ cõparatur expulsio.* O fortunati.) *Bene fortunati, qui iam faciũt quod ipse desiderat.* Fastigia.) *nunc operis summitates, alibi ima significat: ut,* Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras. Suspicit.) *miratur: ut è contrario Despicit, cõtemnit significat. uel Suspicit, alta aspicit: ut alibi,* Hanc primũ suspice rupẽ. Mirabile dictu.) *Ob hoc quod sequtur, quia mixtus cũctis latebat.* Per medios.) *Figura est. nam planũ fuerat, medijs se infert.* Neq; cernitur ulli.) *id est, ab ullo. & est Græcũ, ut Horat.* Scriberis Vario. *i. scribet te Varius.* Lucus.) *Vbicunq; Vergil. lucũ ponit, sequitur etiã consecratio: ut,* Luco tum forte parentis Pilumni Turnus sacrata ualle sedebat. *unde in 6.* Nulli certa domus, lucis habitamus opacis. *Dicũtur enim heroũ animæ lucos tenere. Lucus aũt dicitur, quòd nõ luceat: nõ quòd sint ibi lumina causa religionis, ut quidã uolunt.* In urbe fuit media.) *nunc iam in media.* Lætissimus umbra.) *Aut septimus casus est, aut secundũ Probum, genitiuus: ut sit,* Lætissimus umbræ. *sic Sallust.* Frugũ pabuliq; lætus ager. Quo primũ.) *hoc est, simul ut uenerũt. nec enim secũdo ad Africã uentũ est.* Effodere loco signũ.) *Historia hoc habet, quã more suo Vergil. per transitũ tangit. Dido quũ transiret per quandã insulam Iunonis, illic accepit oraculũ, et sacerdotẽ eius secum abstulit, quũ ei parũ crederet promittenti Carthaginis sedes: quo quũ uenisset, sacerdos elegit locum faciendæ urbis, quo*

effosso

effosso inuentū est caput bouis. quòd cum displicuisset, quia bos semp subiugatus est, alio loco effosso caput equi inuentū placuit: quia hoc animal licet subiugetur, bellicosum tamen est, & uincit. & plerūq; cōcordat, ut ipse ostendit plenissimè in illo loco: Bello armātur equi, bellū hæc armenta minātur. Sed tamen ijdē olim curru succedere sueti Quadrupedes, et frena iugo cōcordia ferre, Spes est pacis ait. Illic ergo Iunoni tēpla fecerūt: unde & bellicosa est Carthago per equi omen, & fertilis per bouis. Quod regia Iuno Mōstrarat.) *mōstro dederat: &, ut diximus, tangit historiā.* Et facilē uictu.) *Per bouē: quod licet non dicat, tamē ex historia sumitur.*

Monstrarat, caput acris equi: sic nam fore bello
Egregiam, & facilem uictu per secula gentem.
Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat, donis opulentum, & numine Diuæ:
Aerea cui gradibus surgebant limina, nexæq;
Aere trabes, foribus cardo stridebat ahenis.
Hoc primum in luco noua res oblata, timorem
Leniit: hic primum Aeneas sperare salutem

Sydonia.) *pro Tyria.* Donis opulentū, & nu. di.) *Aut simulachrū quoq; aureū fuit, & Numen pro simulachro posuit: ut Cicero, Sese iam ne Deos quidē, ad quos cōfugerēt, habere. aut uult ostendere, plenū esse præsentia numinis templū.* Aerea.) *Aerea ideo, uel quòd æs magis in usu ueteres habebāt, uel qđ religioni magis apta est hæc materies: deniq; flamen dialis æreis cultris tondebatur. aut certè ærea secula significat, nam ut Hesiod. dicit, tēpore quo hæc gesta sunt, æreū seculū fuit.* Foribus.) *Fores propriè dicūtur, quæ foris aperiuntur, sicut apud ueteres fuit. Valuæ aūt sunt ut dicit Varro, quæ reuoluuntur & se uelant. Ianua aūt est primus domus ingressus: dicta, quia Iano consecratū est omne principium. cætera intra ianuam Hostia uocātur generaliter, siue Valuæ sunt, siue fores: q̃uis usus corruperit.* Cardo.) *dictus est quasi cor ianuæ, quo mouetur:* ἀπὸ τῆς καρδίας. Stridebat ahenis.) *Ad sua retulit tēpora. cautū eni fuerat post proditū hostibus à Tarpeia uirgine Capitoliū, ut ærei cardines fierent, quorū stridor posset aperta hostia omnibus indicare.* Hoc primū in luco.) *Secuta sunt enim & alia, quæ detraxere formidinē.* Timorem.) *Multi quærunt, cur post uisam matrē quicq̃ timuerit. quod tamē alij sic soluūt: ut dicāt ne tum quidem Aeneā Venerem quā uiderat esse credidisse, cuius (ut ipse putabat) agnitæ, nulla uerba pcеperat. Sed uera solutio hæc est: Venus nil de Afrorū moribus, unde nunc formidat Aeneas, sed de classe liberata dixerat filio. Sciendū tamen est, in Vergil. interdū ualidiora esse obiecta purgatis, ut hoc loco.* Leniit.) *Quartæ coniugationis tēpus præteritū perfectū uel in ui iunctā exijt, uel sublato digāmo in ij pro nostro arbitrio, ut lenij leniui, audij audiui. Sanè cum in ui exit, penultima longa est, & ipsa accentū retinet: quū uero in ij, penultima breuis est, & perdit accentū. quia, ut supra diximus, Vnius ob noxā: quotiens uocalis uocalem sequitur, detrahit longitudinē præcedenti. sed hoc in metro, ubi necessitas cogit: nam in prosa & naturā suam & accentū retinet. nunc ergo Leniit, tertia à fine habet accentū, quia penultima breuis est. Sanè plerūq; accentū suum retinet etiā sermo corruptus, ut Mercuri, Domiti, Ouidi: tertia à fine habere debuit accentū, quia penultima breuis est. sed cōstat hæc nonnulla apocopē pertulisse. nam apud maiores erat idem nominatiuus, qui et uocatiuus: ut hic Mercurius, ò Mercurius. unde quum I breuis sit, etiam post apocopen suū seruat accentum.*

Ausus.)

Ausus.) Bene *Ausus, quia inter incerta satis audacter salus speratur.* *Afflictis.*) *de afflictis. nec enim esse septimus casus potest.* Confidere.) Fido & Confido datiuū regit: *ut,* Et *fidere nocti.* Sanè *optima figura est, quæ nunquā à principalitate discedit: ut,* Atq; hu*mileis habitare casas. accusatiuo iunxit, quia* Habeo *domum dicimus: unde est* Habito *frequentatiuum.* Sub *templo.*) *hoc est, in templo: ut suprà,* Exercet *sub sole labor: id est, in sole.*

Ausus, & afflictis melius confidere rebus.
Nanq; sub ingenti lustrat dum singula templo
Reginam operiens, dum quæ fortuna sit urbi,
Artificumq; manus inter se, operumq; labores
Miratur: uidet Iliacas ex ordine pugnas,
Bellaq; iam fama totum uulgata per orbem:
Atridas, Priamumq;, & sæuum ambobus Achillē.
Cōstitit, & lachrymās: quis iā locus (inqt) Achate,
Quæ regio in terris nostri non plena laboris?
En Priamus: sunt hic etiam sua præmia laudi.
Sunt lachrymæ rerū, & mentē mortalia tangunt.
Solue metus, feret hęc aliquam tibi fama salutem.
Sic ait, atq; animum pictura pascit inani:
Multa gemens, largoq; humectat flumine uultū.
Nanq; uidebat uti bellantes Pergama circum

Reginā ōperiens.) *expectans: aut intelligebat uēturam ex artificū festinatione: aut certè uidēdæ reginæ occasionem requirēs.* Quæ *fortuna sit urbi.*) *quæ felicitas.* Artificumq; ma*nus inter se.*) *hoc est, habebat artificū comparationem.* Ex ordine.) Hoc *loco ostēdit, omnem pugnam esse depictam.* Sed *hæc tantum dicit, quæ aut* Diomedes *gessit, aut* Achilles: *per quod excusatur* Aeneas, *si est à fortibus uictus.* Fama *totum uulgata per orbem.*) Quia Europa *intulit,* Asia *passa est,* Africa *iam depingit.* Atridas.) *Atrei filios,* Agamemnonem & Menelaum: *sed usurpatum est, nam* Philisthenis *fuisse dicuntur.* Sæ*uum ambobus* Achillē.) Atqui *tres dixit. sed* Atridas *pro uno accipe, quos unius patris constat fuisse.* Plena *laboris.*) Plenus *genitiuo melius iungitur: ut* Terentius, Plenus *rimarum sum.* En Priamus.) Laus *picturæ est, per quam non imago, sed ipse ostenditur* Priamus. Sunt *hic etiam sua præmia.*) Vt *suprà diximus, omnis* Aeneæ *solicitudo de moribus* Afrorum *erat, quam nunc picturæ contemplatione deponit. qui enim depingunt, & uirtutem diligunt, & miseratione tanguntur.* Sua.) *scilicet congrua: ut,* Struere*mq; suis altaria donis.* Laudi.) *uirtuti: ut,* Primam *merui qui laude coronam.* Mortalia.) *aduersa, quibus constat subiacere mortales.* Solue *metus.*) Collectio *est. nam ubi uirtutis præmia aduersa miserationem merentur, ritè formido deponitur.* Feret.) *pro afferet.* Inani.) Epitheton *est picturæ, aut quia caret corpore, quæ corpora imitatur plenitudine: aut quia nullius est utilitatis. sed* Cicero *in* Paradoxis, *quam uilipendat picturam patet quum ait:* Sed *obsecro te ita nunc ista uenusta habentur, non ut uirorum uincula, sed ut oblectamenta puerorum.* Largoq; *humectat flumine uultum.*) Tapinosis *est, quod dixit* Humectat. Largo *nanque flumine, est fluore, id est, fluxu ipso.* Pergama *circum.*) Abusiuè: *non enim circa* Pergama, *sed circa* Troiam *bella gerebant.*

Troiana iuuentus.) Diffinitio est Hectoris: ut, Catillusq; acerq; Coras, argiua iuuẽtus. & reuera sic penè ubiq; Homer. ponit, ut Hectori tantũ uel Achilli totus cedat exercitus. Hac Phryges.) Bene ubiq; Vergil. pro negocij qualitate dat Troianis etiã nomina. nam timidos Phryges uocat, ut hoc loco: Item, O ueræ Phrygiæ: neq; enim Phryges. Dardanidas, generosos, ut Dardanidæ magni genus alto à sanguine diuûm: Laomedontias, perfidos, ut Nõdum

Hac fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus:
Hac Phryges, instaret curru cristatus Achilles.
Nec procul hinc Rhœsi niueis tentoria uelis
Agnoscit lacrymans, primo quæ prodita somno
Tydides multa uastabat cæde cruentus,
Ardenteisq; auertit equos in castra, priusquam
Pabula gustassent Troiæ, Xanthumq; bibissent.
Parte alia fugiens amissis Troilus armis,
Infelix puer, atq; impar congressus Achilli
Fertur equis, curruq; hæret resupinus inani,
Lora tenens tamẽ: huic ceruixq;, comæq; trahũtur
Per terram, & uersa puluis inscribitur hasta,
Interea ad templum non æquæ Palladis ibant

Laomedõteæ sentis periuria gẽtis: Troas, fortes, ut Troẽs agunt princeps turmas inducit asylas. Hectoreos quoq; fortes: ut, Nunc nunc insurgite remis Hectorei socij. Cristatus Achilles.) Secũdum Homer. qui dicit in Achillis cristis terribile q̃ddam fuisse: περὶ δὲ τρυφάλειαν ἀείρας κρατὶ θέτο βριαρήν, ἡ δ' ἀστὴρ ὣς ἀπέλαμπεν ἵππουρις τρυφάλεια. Nec procul hinc Rhœsi.) Rhæsus rex Thraciæ fuit, qui cum ad Troiæ uenisset auxilia, clausisq; iam portis tentoria locauisset in littore, Dolone Troiano prodente, qui missus fuerat speculator, à Diomede & Vlysse est interfectus, qui & ipsi speculatum uenerant, abductiq; sunt equi, à quibus pendebãt fata Troiana. Primo somno.) prima parte noctis: ut, Libra die somniq; pares ubi fecerat horas. Tydides.) id est, Diomedes: & bene Vlyssem cælat propter Aeneam, ut suprà diximus. aut quia secundũ Homerum occidente Diomede, cadauera Vlysses trahebat. ὅν τινα Τυδείδης ἄορι πλήξειε παραστάς, τὸν δ' Ὀδυσσεὺς μετόπισθε λαβὼν ποδὸς ἐξερύσασκε. Ardenteis.) & cãdidos significat, & ueloces: ut, Pernicibus ignea plantis. si ignea uelox est, sine dubio & ardẽtes. Xanthũ.) fluuiũ Troiæ. Parte alia fugiens amissis Troilus armis.) Veritas hoc habet: Troili amore Achillẽ ductũ, palumbes ei quibus ille delectabatur obiecisse. quas cum uellet tenere, captus ab Achille in eius amplexibus perijt. sed hoc quasi indignum heroico carmine mutauit poëta. Fugiens.) fugere uolens, accepto iam uulnere. Infelix.) Multi hoc loco distinguunt: tamẽ etiã si iungas Puer, unus est sensus. Atq; impar.) Ac si diceret, etiam si puer non esset. Congressus Achilli.) Congredior tibi antiqui dicebant, sicut pugno tibi, dimico tibi. hodie dicimus congredior tecum, dimico tecum. Curru.) curribus falcatis usos esse maiores, & Liuius & Sallustius docẽt, & apud Xenophontem in Pædia Cyri legitur. Inani.) sine rectore: nam corpus hærebat. Lora tenens tamen.) quanquam mortuus. Versa.) tracta: ut Plaut. Inueniant omnia uersa, id est, sparsa. uenit autem ab eo quod est uerror. Inscribitur.) dilaceratur: ut Plaut. Corpus tuum uirgis ulmeis inscribam. Hasta.) Hostili scilicet, quam transfixus trahebat. Interea.) dum hæc geruntur.

& satis opportune à matribus festinatur ad templum: ut alibi, Nec non ad templũ summasq; ad Palladis arces. Nō æquæ.) id est, iniquæ. liptote figura est: ut alibi, Et uacuis Clanius non æquus Acerris. Passis.) Participium est ab eo quod est pandor. ideo aũt nō facit pansus, quia plerunq; N quod in prima uerbi positione inuenitur, in præteriti participio non est. de qua re iudicat euphonia. ut ab eo quod est tundo, tunsus facit, ut Tunsæ pectora palmis: & tusus, ut Nō obtusa adeo gestamus pectora Pœni: &, Nam neq; tum stellis acies obtusa uidetur. Sciendum tamẽ est, licet alia euphoniæ causa uarientur uel in generibus, uel in numeris: nactus tamen & passus N penitus nunquam accipere.

Crinibus Iliades passis, peplumq; ferebant
Suppliciter tristeis, & tunsæ pectora palmis.
Diua solo fixos oculos auersa tenebat.
Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros:
Exanimumq; auro corpus uendebat Achilles.
Tum uero ingentem gemitũ dat pectore ab imo,
Vt spolia, ut currus, utq; ipsum corpus amici,

Peplumq; ferebant.) Peplũ proprie est palla picta fœmmea, Mineruæ consecrata: ut Plautus, Nunquam ad ciuitatem uenio, nisi cum infertur peplum. Hodie tamẽ multi abutũtur hoc nomine. Vel historia de peplo ex Homero tracta magis huic loco congruit. nam fugantibus achiuis Troianos campo usq; ad mœnia, Helenus uates filius Priami mittit Hectorẽ ad Hecubam, ut propitiandæ Palladis gratia ducat cœtum matronarum Troianorum ad Palladis templum, & afferat pulcherrimum & eximium suis è uestibus peplum: quod factum est supplicantibus matronis, & offerente peplum uxore Antenoris, Theano nomine, uenerabili inter Troianos fœmina. ἡ δ' ἄρα πέπλον ἑλοῦσα θεανὼ καλλιπάρῃος θῆκεν ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο Εὐχομένη δ' ἠρᾶτο διὸς κούρῃ μεγάλοιο. Suppliciter tristeis.) Vt decet rogantes. & bene addidit Suppliciter, quia & per iracundiam, & per grauitatem, & per religionem, & per dolorem tristes sumus. Tunsæ pectora.) ut, Oculos suffusa. Auersa.) irata. Homerus: ἀνένευε δὲ παλλὰς ἀθήνη. nec enim poterat conuertere sese simulacrum: sic alibi, Talia dicentem iamdudum auersa tuetur. quomodo auersa, nisi iratam intelligas? Ter circum Iliacos.) Apud ueteres multa ad sensum, non ad aspectum possunt referri. Tertio enim tractum intelligere possumus, non in pictura conspicere: unde est & illud, Mulcere alternos & corpora fingere lingua. Raptauerat.) Bene forma usus est frequẽtatiua, per quã ostẽdit, quod per numerum dixerat. Exanimum.) Exanimus & exanimis dicimus, sicut unanimus & unanimis, inermus & inermis. Ergo pro nostro arbitrio, aut secundæ declinationis hæc sunt, aut tertiæ: sed à tertia ablatiuum singularem in i mittunt, quia communis sunt generis. Exanimis autem est mortuus, ut hic indicat locus: exanimatus uero timens, ut Exanimata sequens impingeret agmina muris. Vendebat.) Ingenti arte utitur uerbis. nam hoc loco quia pingi potuit, præsens tempus posuit: superius, quia pingi non potuit, sed referri, perfecto executus est tempore, dicendo Raptauerat, non raptabat. Tum uero ingentem gemitum.) Iam enim superius eum lacrymasse dixerat. Hoc ergo addidit, uisum Hectoris corpus, ut etiã grauiter gemeret. Vt currus.) quo tractus est ab Achille, in Patrocli ultionem, ab illo prius interfecti. Amici.) Plus est quàm si Hectoris diceret, ut alibi, Paruumq; patri tendebat Iulum; cum potuerit dicere, Mihi.

Manus

Manus inermes.) aut sine sceptro, aut supplices: ut, Dextras tendamus inermes. Quod tractum est de historia. quia enim uicti se dedunt, inermes supplicāt: aut reuera inermis tunc. contra Pyrrhum enim processit armatus. Sanè per transitum historiam tetigit, quia constat Priamum cum ad supplicandum tentorium Achillis fuisset ingressus, dormiētem Achillem excitauisse, ut pro filij corpore precaretur eum, cū eum potuisset occidere. licet hoc Homer.

Tendentemq́ manus Priamū cōspexit inermes.
Se quoq; principibus permixtū agnouit Achiuis.
Eoasq́ acies, & nigri Memnonis arma.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens, medijsq́ in milibus ardet.
Aureà subnectens exertę cingula mammæ
Bellatrix, audetq́ uiris concurrere uirgo.
Hæc dum Dardanio Aeneæ miranda uidentur,
Dum stupet, obtutuq́ hæret defixus in uno,
Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Incessit, magna iuuenum stipante caterua.

ꝑpter Achillis turpitudinem supprimat. Se quoque principibus permixtum agnouit Achiuis.) Aut latenter proditionē tāgit, ut suprà dictū est: aut uirtutem eius uult ostendere. nimiæ enim fortitudinis ē, inter hostium tela uersari: ut Sallust. Catilina lōge à suis inter hostilia cadauera repertus est. Cornutus tamē dicit uersu isto, Vadimus immixti Danais, hoc esse soluendū: principibus. quomodo se potuit in pictura cognoscere? soluitur sic: siue quod nomina trāscripta, siue ex factis facile possit agnoscere, sed melius ad uirtutem bellatoris referendū est. Eoas.) E naturaliter longa est: fit tamen breuis interdū, cū eam uocalis sequatur: ut, Primo surgebat eoo. Nigri Mēnonis arma.) Quia Tithonus frater Laomedōtis raptus ab Aurora, filium suum Memnonē ex ipsa progenitum ad Troiæ misit auxilia. Nigri autē dixit, æthyopis: unde prima surgit Aurora. Arma.) Vulcania: ut ille indicat locus, Te potuit lacrymis Tithonia flectere coniunx. Ducit Amazonidum.) Hoc est quod suprà dixit, Videt Iliacas ex ordine pugnas. Homer. enim hæc omnia tacuit, quæ sunt facta post Hectoris mortē. Amazonidum autem deriuatio est pro principalitate: sicut Scipiadas duros bello, pro Scipionibus. Sanè Amazones dictæ sunt, uel quod simul uiuant sine uiris, quasi ἅμα ζῶσαι: uel quod unam mammā exustā habēt, quasi ἄνευ μάζου. Has autem iam non esse constat extinctas partim ab Hercule, partim ab Achille. Peltis.) scutis breuissimis, in modum Lunæ iam mediæ. Penthesilea furens.) Furentem ideo dixit, quia sororem suam in uenatione confixit, simulans se ceruam ferire. sed hoc per transitum tangit: nam furor bellicus intelligitur. Aurea.) Amphibolon est hoc loco, utrū ipsa aurea, an aurea cingula. Sciendū tamen, plerūq; amphibologiam metri ratione dissolui: ut, Aurea composuit sponda Dido. Aurea enim si ad sponda referas, non stat uersus. Exertæ.) nudatæ. nudant enim quam adusserunt mammā. Virgo.) ætatem ostendit & sexū. Obtutu.) aspectu. In uno.) in unoquoq;: hoc est, singula mirabatur. Forma pulcherrima: ut, Pulchra prole. ubiq; enim Vergilius & Homer. reges formosos inducūt, cum uenerabiliores sint formosi ad imperandum & sibi parendum: ut alibi, Gratior & pulchro ueniēs in corpore uirtus. & Homer. εἶδος πριάμου ἄξιον ἀρχῆς. Stipante caterua.) Ad hoc sequēs tantum pertinet comparatio, quam uituperant multi, nescientes exempla uel parabolas

uel comparationes assumptas nõ semper usq̃quaq; congruere, sed interdum omni parte, interdum aliqua cõuenire. Eurotæ ripis.) *fluuij Laconiæ.* Cynthi.) *montis* Deli, *in quo nata* Diana *memoratur.* Exercet Diana choros.) Hoc *nõ ad comparationem pertinet, sed est poëticæ descriptionis euagatio.* Mille.) *finitus numerus pro infinito. nam de nympharum numero uaria est opinio.* Oreades.) *nymphæ montium* Oreades *dicuntur,* ἀπὸ τῶν

Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille secutæ
Hinc atq; hinc glomerãtur Oreades: illa pharetrã
Fert hũero, gradiensq́; deas supereminet omneis.
Latonę tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat Dido, talem se læta ferebat
Per medios, instans operi, regnisq́; futuris:
Tum foribus diuæ, media testudine templi
Septa armis, solioq́; alte subnixa resedit,
Iura dabat, legesq́; uiris, operumq́; laborem
Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat.

ὀρῶν: *syluarũ* Dryades, ἀπὸ τῆς δρυὸς, *id est quercu. specie pro genere arborũ: uel* ἀπὸ τοῦ δρυμοῦ, *id est, à sylua. quæ cũ syluis nascũtur,* Amadryades: ἅμα *simul* καὶ δρυὸς: Napeæ *uel* Naiades, *fõtiũ: maris,* Nereides. Tacitum.) *Maior enim taciturnitatis affectus: ut suprà,* Hæc *secum. sic* Terent. *Vt mecum tacita gaudeam.* Pertentant.) *Modò uehementer tentant, alibi leuiter: ut,* Blanda *uicissim* Gaudia *pertentant mentem.* Apud Homerum Nausicaa *ludibunda inter familiares puellas, cum* Diana *cõfertur in iugis montium inter agrestes deas: sicut* Vergil. Didonem *inter* Tyrios *principes comparat. qua de similitudine inspice* Aulum Gellium *libro* 9. *noctium* Atticarũ. οἵη δ' ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα, ἢ κατὰ τηΰγετον περιμήκετον, ἢ ἐρύμανθον τερπομένη κάπροισι, καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι τῇ δέ θ' ἅμα νύμφαι κοῦραι διὸς αἰγιόχοιο ἀγρονόμοι παίζουσι, γέγηθε δέ τε φρένα λητώ. πασάων δ' ὑπὲρ ἥγε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι. *Sũt enim multa quæ pro locis intelliguntur: ut impotens, & satis & minus & nihil potens significat.* Instans operi.) Zeugma *est, ad sequẽtia pertinẽs.* Regnisq́; futuris.) *regnatæ* Carthagini. Tum foribus diuæ.) *instãs præcipue foribus. & hoc loco distinguẽdum est. Magno enim studio & labore templorum fores fiebant, quas quibusdam insignibant historijs: ut,* In *foribus letum* Androgeo. Item: In *foribus pugnam ex auro solidoq́; elephanto.* Quamuis *quidam iungant,* Tum *foribus diuæ media testudine templi: ut unũ intelligas tectum templi, & fores. quod si est, sub medio tecto sunt fores: sed prima melior est expositio.* Testudine.) Camera *obliqua, incurua, quæ secundum eos qui de ratione scripserunt templorum, ideo sic fit, ut simulacro cœli imaginem reddat, quod constat esse conuexum.* Septa armis.) *satellitum scilicet.* Solio.) Solium *proprie est armarium uno ligno factum, in quo reges sedebãt propter tutelam corporis sui: dictum quasi solidũ. modo & iam abusiuè sellam regalem intelligimus.* Alte.) Ac *si diceret, in tribunali.* Subnixa.) *pro subnisa, ut suprà diximus.*

Iura dabat legesq́.) Ius *generale est, sed lex iuris est species. nõ est ergo iteratio.* Ius *ad nõ scripta etiam pertinet, leges ad ius scriptum.* Quod *autem dixit* Iuris, *ad* Didonis *pertinet laudem.* Sorte trahebat.) Proprie *locutus est: trahuntur enim sortes, hoc est, educũtur.*

Concursu

Concursu accedere magno.) cum magna Afrorũ multitudine. & hoc est quod formidat Aeneas, incertus qua eos mente comitentur. *Dispulerat.)* segregauerat. & magna est inter Di & Dis differentia, ut dictũ est suprà. *Penitus.)* longe à regina remotos: quæ res etiam insolentes custodes littorum facit. *Obstupuit.)* Et ad admirationem, & ad timorem hic pertinet sermo, quo dicenda præoccupat. *Lætitiaq; metuq;.)* Lætitia, propter socios liberatos: metu, propter concursum. *Ardebant.)* cupiebant: ut, Formosus pastor Corydon ardebat Alexi. Adeò autẽ, & accusatiuum regit & ablatiuum. *Res incognita.)* hoc est, qua affectiõe Pœnorum populus cõueniret. *Dissimulãt.)* Dissimulamus nota, simulamus ignota: dissimulamus quod sumus, simulamus qđ nõ sumus: ut Sallustius, Simulator & dissimulator.

Cum subito Aeneas concursu accedere magno
Antea, Sergestumq; uidet, fortemq; Cloanthum,
Teucrorumq; alios, ater quos æquore turbo
Dispulerat, penitusq; alias aduexerat oras.
Obstupuit simul ipse, simul perculsus Achates,
Lætitiaq;, metuq; auidi coniungere dextras
Ardebant: sed res animos incognita turbat.
Dissimulant, & nube caua speculantur amicti,
Quę fortuna uiris, classem quo littore linquant,
Quid ueniant: cunctis nam lecti nauibus ibant
Orantes ueniam, & templum clamore petebant.
Postq̃ introgressi, & coram data copia fandi,
Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit.
O regina, nouam cui condere Iuppiter urbem,
Iustitiaq; dedit genteis frenare superbas:
Troẽs te miseri uentis maria omnia uecti,

Quæ fortuna.) utrum prospera, an aduersa. *Cuncti nam lecti nauibus ibant.)* Bene addidit Lecti, ne penitus omnes intelligeremus. nonnulli tamen Lectis nauibus legũt: quod & si sit, hypallage est, & illuc sensus recurrit. & sciendum plerunq; (ut hoc loco) addi aliquid generalitati, & fieri specialitatem. ut si dicas, Omnes scholastici laborant, generalitas est: si addas Isti, fit specialitas: ut Sallustius, Transgressos omnes recepit mons Ballera. prudẽter addit Transgressos. *Orantes ueniam.)* pacem: propter incendiũ nauium. & proprie uerbum pontificale: unde est, Tu modo posce deos ueniam. & paulo pòst, Pacemq; per aras Exquirunt. Dicta autem uenia ad eliciendam misericordiam. meretur enim beneuolentiã numinum, qui licet innocens sit, ueniam tanquã peccauerit petit. unde est confessio illa in Terentio: Quid meritus es? crucem. *Maximus Ilioneus.)* rebus omnibus maximus. nõ enim aliquid addit, & nõ sine causa ipsum ubiq; inducit eloquentẽ. ut enim Homer. dicit: Phorbas pater Ilionei semp Mercurio deo eloquẽtiæ fauẽte pugnauit: ut Horat. Mercuri facunde nepos Atlantis. Merito ergo huic dat eloquẽtiam. *Placido sic pectore cœpit.)* More suo uno sermone habitum futuræ orationis expressit. *O regina.)* Secundum artem rhetoricam id ei dat, quod impetrare desiderat. nam eam per laudem beneuolam reddit. *Iustitia.)* Bene considerauit sexum: nec enim uirtute dicere poterat. *Frenare.)* continere: ut contrà, Et Numidæ infreni cingunt. *Troẽs te miseri.)* Tacitis occurrit quæstionibus, ne ad popu

lationem uenisse uideantur: more latrocinãdi, quę tunc uigebat. Ventis maria omnia uecti.) *per maria. & est cõtra illud, cur ad Africã uenerint.* Parce pio generi.) *Quoties inuidiosæ sunt p̄sentes personæ, rhetoricũ est ad alias cõfugere: ut hoc loco confugit ad genus, & infrà cõfugit ad personam,* Dauni *misere senectæ.* Et propius.) *id est, uicinius: scilicet ut tanquam uicti accipiantur, non tales qualis* Paris *fuit in* Spartæ *expugnatione, raptuq́;* Helenæ. *nam historiæ hoc habet ueritas, nõ uolũtate* Helenam *secutam, sed raptam expugnata ciuitate: unde & recipi meruit à marito. Tangit autẽ hoc latẽter* Vergil. *illo loco,* Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter.

Oramus, prohibe infandos à nauibus igneis.
Parce pio generi, & propius res aspice nostras.
Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus, aut raptas ad littora uertere prædas.
Non ea uis animo, nec tanta superbia uictis.
Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt:
Terra antiqua, potens armis, atq; ubere glebæ;
Oenotrij coluere uiri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine gentem.
Huc cursus fuit.
Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion,

Populare.) *Antiqui & populo dicebant & populor. unde est nunc populare: &,* Populatq́; ingentem farris aceruum Curculio. *nunc tamen passiua utimur declinatione.* Nõ ea uis animo.) *Argumentum ab impossibili: ut,* Quid Troẽs potuere? *uis autem est possibilitas.* Est locus.) *Comparatione orbis totius* Italia *locus est. nam prouincia locus non potest dici: minus autem est quam ut* Vrbs *antiqua fuit.* Hesperiam.) *Hesperiæ sunt duæ, una quæ* Hispania *dicitur, altera quæ est in* Italia. *quæ hac ratione discernuntur. aut enim solam* Hesperiam *dicis, et significas* Italiam: *aut addis* Vltimã, *& significas* Hispaniã, *quæ in occidentis est fine: ut* Horatius, Qui nũc Hesperia sospes ab ultima. *est aũt hæc uera* Hesperia, *ab* Hespero *dicta, id est stella occidentali.* Cæterũ Italia Hesperia *dicitur, à fratre* Atlantis, *qui pulsus à germano* Italiam *tenuit, eiq́; nomen pristinæ regionis imposuit: ut* Higinus *docet.* Antiqua.) *nobilis: nec enim noua esse potest, licet primam terram suam esse dicant* Athenienses. Vbere glebæ.) Vber *proprie est fœcunditas. & bene uirtutem* Italiæ *fœcunditatemq́; collaudat, ne* Africam *petisse uideãtur.* Oenotrij coluere uiri.) *Deest,* Quã. Oenotria *aũt dicta est, uel à uino optĩmo, id est,* οἶνον, *quod in* Italia *nascitur: uel ut* Varro *dicit, ab* Oenotro *rege* Sabinorũ. Fama.) *subaudimus* Est. Minores.) *Maiores & minores quoties de genere dicimus, numeri sunt tantũ pluralis.* Italiã.) Italus *rex* Siciliæ *ad eam patrẽ uenit, in qua regnauit* Turnus, *quam à suo nomine appellauit* Italiã: *unde est,* Fines super usq; Sicanos. *nõ usq; ad* Siciliam *(nec enim poterat fieri:) sed usq; ad ea loca, quæ tenuerũt* Sicani. *i.* Siculi, *à* Sicano *fratre* Itali. Cũ subito assurgẽs flu. nimb. Orion.) Oenopion *rex cũ liberos nõ haberet, à* Ioue, Neptuno, *&* Mercurio, *quos hospitio susceperat hortantibus, ut ab his aliquid postularet, petijt ut sibi concederent filios. Illi intra corium immolati sibi bouis urina facta, præceperunt ut obrutum terra completis maternis mensibus solueret: quo facto, inuentus est puer, cui nomen*

men ab urina impositum est, ut οὐρίων diceretur: quod græca Dorica lingua commutatum est, ut ου dipthongus in o uerteretur. Quod autem plerũq; prima syllaba breuis inuenitur, ut in hoc loco, cum sit naturaliter longa, græcæ rationis est: nam detractio fit υ literæ, & o breuis remanet, quomodo οὔρεα τὶ σκιόεντα pro ὄρεα, & πόνσοφ pro ποίησοφ. & hoc, quia aut ω est naturaliter lõga, aut ου diphthõgus. Cæterũ si sit in proprio nomine dichronos, ut omnes latinæ sunt, propriorum nominũ abutemur licentia: ut in artibus lectum est.

In uada cæca tulit, penitusq; procacibus austris
Perq; undas superante salo, perq; inuia saxa
Dispulit: huc pauci uestris adnauim⁹ oris. (morẽ
Qđ genus hoc hominũ? quæ ue hũc tam barbara
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ.
Bella cient, primaq; uetant consistere terra.
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma:
At sperate deos, memores fandi atq; nefandi.
Rex erat Aeneas nobis, quo iustior alter

Orion ergo postea uenator factus, dum uellet cũ Diana cõcumbere, ut Horat. dicit, eius sagittis (ut Lucan. immisso scorpione) perijt, & deorũ miseratione relatus in sidera, signũ famosum tẽpestatibus fecit. Verisimilius autem est à scorpione interemptum, quo oriente occidit. Sanè magnitudine sua multis oritur diebus: & ideo eius etiã apud peritos est incerta tẽpestas. unde dictum est, Cum subito assurgens: ad excusationem non præuisæ tẽpestatis. Et multi superfluo quærunt, cur ortus cõmemoretur Orionis, cum sit à Iunone immissa tempestas: sed Ilioneus ista non nouit, quæ à Poëta suprà dicta sunt, per Musam (ut diximus) cognita. Et cõstat numina nisi inuẽta occasione nocere non posse, quod in omni suo opere Vergilius obseruat. In uada cæca.) incognita, latentia. Procacibus austris.) perseuerantibus. & procax proprie petax est. nam procare est petere, unde proci petitores uocantur. Perq; undas superante salo.) eleuato mari, & in undas diuiso, ut solet in tempestate. Salum autem ab eo uenit, quod est salum sali. nam sale tabentes, ab eo quod est, hic sal salis, cum salum à σαλεύω. Perq; inuia saxa.) inuia, id est, aspera, immania: unde & paulo pòst Dido, Quæ uis immanibus applicat oris? Non enim suos uituperat, sed naturam littoris culpat. Adnauimus oris.) Elegit uerbum aptum naufragio ad eliciendam misericordiam, quamuis & de nauibus Natat lectum sit: ut, Natat cuncta carina. Quod genus hoc hominum.) Rhetorice uituperaturus mores, non ad Didonem loquitur, sed ad tertiam se confert personam. Hospitio prohibemur arenæ.) Vt alibi, Littusq; rogamus. Occupantis est enim possessio littoris: Vnde ostenduntur crudeles, qui etiam à communibus prohibeant. Primaq; uetant consistere terra.) id est, in littore: ut alibi, Tuq; ò cui prima frementem Fudit equum magno tellus percussa tridenti.

Mortalia arma.) mortalem possibilitatem. Sanè arma etiam cõsilia significant: ut, Quærere cõscius arma. Sed hoc loco terret latenter propter Siciliam. nam & paulo pòst ait, Sũt & Siculis regionibus urbes: cum unam habeant, in qua Acestes regnat. sed ad terrorem Vrbis dixit. At sperate deos.) Abusiuè, timete: ut alibi, Hũc ego si potui tantũ sperare dolorem. cũ speremus bona, timeamus aduersa. Memores fandi atq; nefandi.) iusti & iniusti. Et bene Memores, qui etiã si non statim puniant crimina, sunt tamen memores: ut Horatius, Raro antecedentem scelestum Deseruit pede pœna claudo. Quo iustior alter Nec pietate fuit.)

fuit.) Multum interest inter iustitiam & pietatem. nam pietas pars iustitiæ est, sed naturalis, sicut seueritas. Nunc ergo hoc dicit, qua parte sit iustus, id est, pietate. Et bene duo laudat in Aenea: pietatem, quam à Didone impetrare intendit: & uirtutem, qua uult timeri. pietas enim in deos, iustitia in homines est: quibus duabus uirtutibus regẽ ornatum esse côuenit. Bello maior et armis.) Non est iteratio. nam bellũ & consilium habet, arma tantum in actu ipso sunt. ut intelligat eum & sapientem imperatorẽ, & fortem esse militẽ, ut de Agamennone inquit Homerus: ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.
Quem si fata uirum seruant, si uescitur aura
Aetherea, nec adhuc crudelibus occupat umbris:
Non metus, officio nec te certasse priorem
Pœniteat: sunt & Siculis regionibus urbes,
Armaq́ꝫ, Troianoq́ꝫ à sanguine clarus Acestes.
Quassatam uentis liceat subducere classem,
Et syluis aptare trabes, & stringere remos.
Si datur Italiam socijs, & rege recepto
Tendere, ut Italiam læti, Latiumq́ꝫ petamus.
Sin absumpta salus, & te pater optime Teucrûm
Pontus habet Libyæ, nec spes iam restat Iuli,
At freta Sicaniæ saltem, sedesq́ꝫ paratas

Si uescitur aura.) Vescor illa re: ut alibi, Vescitur Aeneas simul & Troiana iuuentus Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis. Nec nos decipiat quod dicit Plinius, ut elocutiones ex similibus formemus. nam ecce comedo illam rem dicimus, nec tamen uescor illam rem. & etiã ipse dicit, non usq́ꝫquaque hoc esse faciendum.

Non metus.) Hoc loco distinguẽdum est. cuius autem rei, exemplum ex sequentibus probat. nam uult eam nõ timere, ne hæc inaniter præstet. Officio nec te certasse priorẽ Pœniteat.) nec tibi parum uideatur primam beneficia præstitisse, quũ possis maiora recipere. nam Pœnitet, parũ uidetur est: ut Terent. in Heautontimorumeno, At enim quantũ hic operis fiat pœnitet: hoc est, parum uidetur. Troianoq́ꝫ à sanguine clarus Acestes.) Quũ Laomedon ꝓmissam murorũ mercedẽ Neptuno & Apollini denegasset, Neptunus iratus Troiæ cetos immisit, qui eam uastarent. unde Apollo cõsultus cum & ipse irasceretur, magis aduersa respondit dicens, obijciendas nobiles puellas beluæ. quod cum fieret, timens Hippotes quidam nobilis filiæ Segestæ, cum Laomedõtis regis Hesiona iam esset orta seditione religata, impositam eam naui misit quo fors tulisset. Hæc ad Siciliam delata, à Crimniseo fluuio, quem Crimnisum Vergilius poëtica licentia uocat, conuerso in ursum uel in canem, cõpressa edidit Acestem. qui ex matris nomine ciuitatẽ Troianis cõdidit, quæ hodie Segesta nominatur. Quassatam uẽtis.) Iusta petitio. Subducere.) in terrã trahere. Deducere aũt, in mare mittere: ut, Deducũt naues socij. Aptare.) Aptas legere. Stringere remos.) aut defrõdare, ut agricolæ stringũt frõdes: aut, Fractos stringere remos, id est, ligare. Socijs & rege recepto.) Syllepsis per numeros: ut, Hic illius arma, hic currus fuit. Sin absumpta salus.) hoc est, si perijt Aeneas, qui Troianorũ est salus. Nec iam spes restat Iuli.) Bene de Ascanio spem dicit ꝓpter ætatẽ. Sedesq́ꝫ paratas.) Propter Acestes cognationẽ.

Regem.)

Regem.) *Aut qui nũc rex est, aut qui noster etiam futurus est.* Talibus Ilioneus.) *Aut subaudi loquebatur, aut ex posterioribus fremebat, intelligis.* Ore fremebant.) *hoc est, consentiebant. & bene* Ore, *quia & armis possumus fremere.* Tum breuiter Dido.) *Atqui non breuiter loquitur: sed breue & longum, magnum & paruum perfectum nihil habent, sed per comparationem intelliguntur. ut supra de prouincia,* Est locus: *orbis (ut diximus) comparatione. Itẽ hoc loco* Breuiter, *id est, minus quàm* Ilioneus. *Et notandum, regũ esse breuiloquium, ut multis in* Vergil. *locis probatur: & fœminarum, uerecundiam. unde utrunq; dedit* Didoni, *ut &* Sophocles, γύναι γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. Vultum demissa.) Nota figu*ra: ut, Oculos suffusa nitenteis.*

Vnde huc aduecti, regemq; petamus Acestem.
Talibus Ilioneus: cuncti simul ore fremebant
Dardanidæ.
Tum breuiter Dido uultum demissa profatur,
Soluite corda metu Teucri, secludite curas.
Res dura, & regni nouitas me talia cogunt
Moliri, & latè fines custode tueri.
Quis genus Aeneadum, quis Troiæ nesciat urbẽ?
Virtutesq;, uirosq;, aut tanti incendia belli?
Non obtusa adeò gestamus pectora Pœni:
Nec tam auersus equos Tyria sol iungit ab urbe.
Seu uos Hesperiam magnam, Saturniaq; arua,

Soluite corda metu Teucri.) *Sicut supra* Iouis *oratio partim obiecta purgat, partim petita promittit. Sciendũ sanè, quia quum petuntur uel promittuntur aliqua, à ualidissimis inchoandum est, ut hoc loco. & est genus argumenti à necessario.* Secludite curas.) *Iteratio est ad augmentum beniuolentiæ.* Secludite *uero, pro* excludite. *quod fit aut propter hiatum, aut propter suauitatem: ut,* Ah silice in nuda connixa, *pro* enixa. Res dura.) *Ac si diceret,* Est quiddam. *Et duo formidat, & uicinos* Barbaros, *& fratris aduentum: quæ propter nouitatem personarum generaliter dicens, reliquit.* Regni nouitas.) *Quæ semper habet timorem.* Moliri.) *Bene non facere, sed moliri: ut terroris sit, nõ crudelitatis.* Quis genus Aeneadũ.) *Satis properè dixit* Aeneadas, *quanq̃ ab* Ilioneo *audierit,* Rex erat Aeneas nobis. *Nec hæc in opere inemendato miranda sunt.*

Quis Troiæ nesciat urbem?) *Aut* Ilium *dicit, quod in* Troia *prouincia est: aut* Troiæ *urbem, ut urbem* Pataui, *urbem* Butroti. Incendia belli.) *id est, uim. semper enim diluuio & incendio comparatur bellum: ut,* In segetem ueluti cum flamma furentibus austris Incidit, aut rapidus montano flumine torrens. Non obtusa adeò.) *non adeò, aut non multũ: ut in* Terent. Adolescentem adeò nobilem. *Aut non adeò, id est, non in tantũ, ut tu dicis.* Obtusa *uero, nõ stulta, sed crudelia.* Nec tam auersus equos Tyria sol iungit ab urbe.) *Fabula quidẽ hoc habet:* Atreum *&* Thyesten *germanos quũ dissensione sibi nocere non possent, in simulatam gratiam rediisse. qua occasione* Thyestes *cum fratris uxore* Aerope *cõcubuit:* Atreus *uero ei filios epulandos apposuit, quæ* Sol *abominatus, ne pollueretur aufugit. Sed ueritatis hoc est:* Atreum *apud* Mycenas *primum solis eclipsim inuenisse. cui inuidens frater ex urbe discessit, tempore quo eius probata sunt dicta.* Seu uos Hesperiã magnã.) μεγάλη ἑλλὰς *appellata est, quia à* Tarẽto *usq; ad* Cumas *omnes ciuitates* Græci *cõdiderũt.*

Siue Erycis fines, regemq́ optatis Aceſtem:
Auxilio tutos dimittam, opibusq́ iuuabo.
Vultis & his mecum pariter conſidere regnis?
Vrbem quam ſtatuo, ueſtra eſt: ſubducite naueis:
Tros, Tyriusq́ mihi nullo diſcrimine agetur.
Atq; utinam rex ipſe Noto compulſus eodem,
Afforet Aeneas: equidem per littora certos
Dimittam, & Libyæ luſtrare extrema iubebo,
Si quibus eiectus ſyluis, aut urbibus errat.
His animum arrecti dictis & fortis Achates,
Et pater Aeneas, iandudum erumpere nubem
Ardebant. prior Aeneam compellat Achates:
Nate dea, quæ nunc animo ſententia ſurgit?
Omnia tuta uides, claſſem, ſociosq́ receptos.
Vnus abeſt, medio in fluctu quem uidimus ipſi
Summerſum, dictis reſpondent cætera matris.
Vix ea fatus erat, cum circunfuſa repente

Siue Erycis fines.) Eryx Veneris & Butæ filius fuit: qui occiſus ab Hercule, mõti ex ſepultura nomen impoſuit, in quo matri fecerat templum, quod Aeneæ adſcribit poëta, dicens: Tum uicina aſtris Erycino in uertice ſedes Fundatur Veneri. In hoc autẽ monte dicitur etiã Anchiſes ſepultus, licet ſecundũ Catonem ad Italiam uenerit. Vrbem quã ſtatuo ueſtra eſt.) Multi antiptoſim uolunt, ut ſit pro Vrbs. ſed ſi ſic intelligamus, Quam nihilominus ſequitur, & antiptoſis fit per caſus mutationem. debuit enĩ dicere, Vrbs quæ ſtatuitur. melius eſt ergo Vultis bis intelligere, et ſit zeugma à ſuperiori uerſu cõnectens ſequentem, hoc modo: Vultis regnis his conſidere? et uultis urbem quam ſtatuo? ueſtra eſt: ut eſt, Eruet ille Argos, Agamemnoniasq́ Mycenas, Ipſumq́ Aeacidẽ: ſubaudis, Ille. Alter enim Pyrrhũ uicit, alter Mycenas. Item, Nõ ignara mali miſeris ſuccurrere diſco: ſubaudis non diſco. Agetur.) regetur. Noto compulſus eodẽ.) Aut quouis uento, aut reuera Noto, qui de Syrtibus Carthaginẽ ducit. ſuprà enim Ilioneus, In uada cæca tulit, penitusq́ procacibus auſtris. Eodem.) O naturaliter longa eſt, ſed ſi corripiatur, metri eſt: ut, Steteruntq́ comæ. Afforet.) adueniat: temporis eſt futuri. Equidem.) In omni Vergil. Ego quidem ſignificat, ſed in alijs & pro Quidẽ tantũ ponitur: ut Tullius, Ego equidem cæteras tempeſtates. Item Perſius, Non equidem hoc dubites amborũ fœdere certo Conſentire deos. &, Per me equidẽ ſit omnia protinus alba. Certos.) Aut uelo ces, aut fideles: utrunq; enim hoc loco ſignificat. aliquãdo & firmos, ut Salluſt. Apud latera certos locauerat. aliquando & deliberati iudicij, ut Certus iter Libyæ, καταχρηστικῶς. nam Dido Libyæ regna non tenet. Eiectus.) naufragus: ut, Eiectum littore egentẽ. Animum arrecti.) Nota figura eſt. Iandudum.) Et citò ſignificat, ut Iandudum ſumite pœnas: & olim, ut hoc loco. Surgit.) oritur. & eſt tranſlatio corporis ad animum: ut alibi, Stat conferre manum Aeneæ. Quem uidimus ipſi Summerſum.) Quod antè doloris fuerat, ut ipſius ante oculos: nunc conſolationis eſt, quum cernit omneis incolumes.

Dictis reſpondent cætera matris.) modò conſentiunt: quia dixerat ſupra Venus, Namque tibi reduces ſocios. Alibi Reſpondet, reſpicit: ut, Reſpondet Gnoſia tellus.

Scindit

Scindit se nubes.) Nubes tantum dicamus, non nubs: licet dicamus Trabs trabes, stirps stirpes, prex preces, plebs plebes. Sed de his tantum quæ legimus, sunt ponenda. non enim artis sunt, sed usurpationis: qua metri causa utuntur poëtæ, ut uel minuant, uel augeant nominatiuum. inde est & supellex supellectilis. *Restitit Aeneas.*) abscedente scilicet nube. *Claraq́ in luce refulsit.*) Laus est nimiæ pulchritudinis, cui nec lucis claritas derogauit.

Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum.
Restitit Aeneas, claraq́ in luce refulsit,
Os, humerosq́ deo similis: nanq́ ipsa decorã
Cæsariem nato genitrix, lumenq́ iuuentæ
Purpureum, & lętos oculis afflarat honores.
Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flauo
Argentum, pariusue lapis circundatur auro.
Tunc sic reginam alloquitur, cunctisq́ repente
Improuisus ait: coram quem quæritis, adsum
Troius Aeneas, Libycis ereptus ab undis.
O sola infandos Troiæ miserata labores:
Quæ nos, relliquias Danaum, terræq́ marisq́
Omnibus exhaustos iam casibus, omniũ egenos,

Os humerosq́ deo similis.) simileis humeros habẽs deo. & est Græca figura, συνεκδοχὴ, ut suprà diximus. *Ipsa.*) aut quod sequitur, Nato genitrix: aut certè ipsa pulchritudinis dea. *Decoram cæsariẽ.*) A cædendo dicta Cæsaries: ergo tantum uirorum est. Quòd autẽ dicit, Decorã cæsariem, uult etiam in Aenea naturalem fuisse pulchritudinem, ne si totũ tribuat Veneri, nil Aeneæ sit reliquum: uel contrà nil relinquatur matris fauori, quod sequens melius indicat comparatio. ut Horatius, Fortes creantur fortibus. magna arte nec eruditioni aliquid, nec natalibus derogat.

Iuuentæ.) Iuuentus est multitudo iuuenũ: Iuuentas dea ipsa, sicut Libertas: Iuuenta uero, ætas. sed hæc à poëtis confunduntur plerunq́. *Purpureum.*) pulchrũ & floridum: ut Horatius, Purpureis ales oloribus. *Lætos honores.*) non terribiles, ut esse in uiris fortibus solent. Notandũ autem, semper reges formosos describi, ut dignitas & autoritas magis ad sui contemplationẽ obseruantiamq́ alliciat. *Manus.*) uel artificis, uel ars ipsa. *Ebori decus.*) Ebur à barro, id est, elephanto dictũ: ut Horat. Quid tibi uis mulier nigris dignissima barris? Sanè naturã huiusmodi nominis nec deriuatio, nec obliqui casus seruant. & eboris enim, & eburneus facit: non eburis, sicut murmuris, nec ebureus. *Parius'ue.*) Lapis cãdidissimus est Lychnites nomine, qui apud Parũ nascitur insulã. *Tum sic.*) Et sui gratia præpotens, & matris auxilio. *Corã quem quæritis, adsum.*) Hoc loco distinguendũ. nam si unum esset, Adest diceret, non Adsum. *O sola.*) Propter Polymnestoris factũ, qui fide uiolata defecit in Græcos, ut ostendit in Tertio. *Miserata.*) Et misereor, & miseror unũ significant: sed miseror accusatiuũ regit, ut hoc loco. Item, Nec miseratus amantem est. Misereor genitiuum: unde est, Miserere animi non digna ferentis. & plerunque cum datiuo.

Quæ nos relliquias Danaum.) Si Troianos significat, simpliciter intelligendum: si ad sè refert, quòd Achillẽ euasit fauore Neptuni. *Terræq́ marisq́.*) Terræ, propter Cretẽsem pestilentiã: Maris, propter Orontis interitũ. *Omniũ ege.*) Eget honestius genitiuo iungitur, q̃ ablatiuo, cui iungit Cicero; ut, Eget ille senatu. Itẽ cõtrà Vergil. Quorũ indiget usus.

Vrbe, domo ſocias: grates perſoluere dignas
Non opis eſt noſtræ Dido, nec quicquid ubiq; eſt
Gentis Dardaniæ, magnum quæ ſparſa per orbẽ,
Dij tibi (ſi qua pios reſpectant numina, ſi quid
Vſquam iuſtitiæ eſt, & mens ſibi conſcia recti)
Præmia digna ferant: quæ te tam læta tulerunt
Sęcula? qui tanti talem genuere parentes?
In freta dum fluuij current, dum mõtibus umbræ
Luſtrabunt, conuexa polus dum ſidera paſcet:
Semper honos, nomenq; tuũ, laudesq; manebũt:
Quæ me cunq; uocant terræ. ſic fatus, amicum
Ilionea petit dextra, lęuaq; Sereſtum.
Pòſt alios, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.
Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido,

Vrbe, domo ſocias.) hoc eſt, & publico & priuato dignaris hoſpitio. **Non opis eſt noſtræ Dido.)** Opis, id eſt, poſſibilitatis: & ſecundum Atteium Philologum, Opes numero tantum plurali diuitias ſignificant: ut, Troianas ut opes. numero tantũ ſingulari, auxilium: ut Terentius, Iuno Lucina fer opem, ſerua me obſecro. utroq; numero, poſſibilitatem. **Nec quicquid ubiq; eſt.)** Meminit hiſtoriæ. Multi enim poſt excidium Troiæ orbis diuerſa tenuerũt, ut Helenus Epirum, Antenor Venetiam, alij Sardiniã, ſecũdum Salluſtiũ: alij uicina Syrtibus loca, ſecundum Lucanum: ut, Portusq; quietos Oſtendit Libyæ Phrygio placuiſſe magiſtro. **Si qua pios reſpe. nu.)** ſiquidem: ut Horat. Si tamen impiæ Nõ tangẽda rates tranſiliunt uada. nec enim congruit optare dubitantem. aut certè ad ſe retulit, qui cum pius eſſet, tot laborabat incommodis. **Si quid Vſquã iuſtitiæ eſt.)** ſi ualet apud homines iuſtitia. **Et mens ſibi conſcia recti.)** Secundũ Stoicos, qui dicunt ipſam uirtutem eſſe pro præmio, etiã ſi nulla ſint præmia: unde & Cicero, Conſcientia beneactæ uitæ, multorũq; benefactorũ recordatio iucundiſſima. **Quæ te tam læta tulerũt Sæcula.)** Alibi, Nati melioribus annis. Felicitas enim temporũ ex naſcentiũ meritis comprobatur. **Qui tanti talem genuere parentes?)** Secundũ artem rhetoricam parenteis, quos ignorat, laudat ex liberis. Simul ſciendum omnia hoc loco laudis præcepta ſeruata. nam & à parentibus laudauit: ut, Qui tanti talem genuere parentes? & ab ipſa: ut, Vrbe, domo ſocias. & à futuro: ut, Nomenq; tuũ, laudesq; manebũt. **In freta.)** Abuſiuè modo maria. nam propriè Fretũ eſt, mare naturaliter mobile, & terris uicinũ, aut incluſum: ut fretum Siculum, ab undarũ feruore nominatum. **Dum montibus umbræ Luſtrabunt, cõuexa.)** Alij hoc loco diſtinguunt, & dicunt: quandiu inclinata in montibus latera umbræ per ſolis flexum circumibunt, ut Luſtrat Auentini montem: aut Luſtrabunt, inumbrabũt: unde Luſtra & ferarũ cubilia, et lupanaria per contrarium dicimus, quia parũ illuſtrantur. aut luſtrum facient montibus: id eſt, rotatu ſolis uertentur, circa montium ſinus. Alij tamen Conuexa ſidera uolunt, id eſt, pendentia: ut, Et cæli conuexa per auras: id eſt, ſuſpenſa. planetasq; intelligunt, qui non ſunt fixi, ſed in aëre feruntur. Paſci autem aquis marinis ſidera, id eſt, cæleſtes ignes, Phyſici docent: ſecundũ quos ait Lucan. Atq; undæ pluſquã quod diſgregat aër. **Quæ me cunq; uocãt terræ.)** id eſt, ubicũq; terrarũ habitauero. Eſt aũt Tmeſis, Quæcũq;. **Obſtupuit.)** animo pculſa eſt, quod iam futuri amoris eſt ſignũ. **Primo aſpectu.)** id eſt, pulchritudine.

pulchritudine. Casu deinde.) *id est, miseratione.* Et sic ore locuta est.) Pleonasmos: *sicut, Vocemq́ his auribus hausi.* Quis te nate dea.) *Quis, qualis. admirantis est enim, nõ interrogãtis: ut, Quis globus ò ciues. non enim interrogat ille qui nunciat. Hoc aũt Dido, ut pòst indicat, ex Teucri narratione cognouit.* Quae uis.) *qualis.* Immanibus oris.) *ut Sallust. Mare saeuum: id est, importuosum.* Applicat.) *Secundum praesentem usum per d prima syllaba scribitur: secundum antiquã orthographiã, quae praepositiõis ultimam literam in uicinã mutabat, per p: secundum euphoniam, per a tãtum. Praepositio enim, cũ ad cõpositionẽ transierit, aut nim suam retinet, ut Induco: aut mutat ultimam literam, ut Sufficio: aut perdit, ut Coẽo.* Dardanio Anchisae.) *Bene Anchisae addidit: cum multis enim Venus cõcubuit. Sed sciendum, Anchisen pastorem fuisse, & cum eo amato Venerem concubuisse. unde Aeneas circa Simoim fluuiũ natus est. Deae enim uel nymphae enituntur circa fluuios, uel nemora: quod quum iactaret Anchises, afflatus fulmine, oculoq́ priuatus est.* Teucrum Sidona uenire.) *Historia hoc habet: Herculem quũ in Colchos iret, perdito Hyla post peragratam Mysiam nauibus Troiã uenisse, à cuius portu quũ eum Laomedon arceret, occisus est: & eius filia Hesiona belli iure sublata comiti Telamoni tradita est, qui primus ascenderat murum: unde natus est Teucer. nam Aiacem ex alia constat procreatum. Tum Hercules Priamũ quoq; redemptum à uicinis hostibus in paterno regno locauit. Vnde & Priamus dictus est ἀπὸ τοῦ πρίαμαι, emo. Caeterum quae de liberata dicuntur Hesiona, constat esse fabulosa. Sed Teucer quũ Troia euersa sine fratre esset reuersus, qui se furore propter perdita Achillis arma interemerat, Salamine pulsus, Sidona uenit, ex quo Dido cuncta cognouit. Aiax autem Achillis patruelis frater fuerat, quoniam Telamon & Peleus fratres fuerunt, Aeaci filij.* Vastabat Cyprum.) *Quam subactam concessit Teucro, ut in ea collocaret imperium.* Casus.) *Hoc loco ruinae, non fortunae intelligendus est casus.*

Ipse hostis Teucros.) *Troianorũ laudis exaggeratio, quòd etiam ab hoste laudantur.*

Ferebat.) *laudabat, praeferebat.* Teucrorum à stirpe uolebat.) *Propter genus maternum, ut suprà diximus. & plus est quod dixit Volebat, quasi materno gaudens refutaret genus paternum.* Tectis succedite nostris.) *Ad conuiuium uocat. nam suprà dixit, Vrbe, domo socias.* Similis fortuna.) *Scilicet aduersa, errandi & aliena inquirendi.*

Casu deinde uiri tanto. & sic ore locuta est:
Quis te nate Dea per tanta pericula casus
Insequitur? quae uis immanibus applicat oris?
Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae
Alma Venus Phrygij genuit Simoëntis ad undã?
Atq; equidem Teucrum memini Sidona uenire,
Finibus expulsum patrijs, noua regna petentem
Auxilio Beli: genitor tunc Belus opimam
Vastabat Cyprum, & uictor ditione tenebat.
Tempore iam ex illo casus mihi cognitus urbis
Troianae, nomenq; tuum, regesq; Pelasgi.
Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat,
Seq; ortum antiqua Teucrorum à stirpe uolebat.
Quare agite ò tectis iuuenes succedite nostris.
Me quoq; per multos similis fortuna labores

Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.) Quare non diſco? quia non ſum ignara. Bis enim intelligimus Non, ut ſupra diximus: ſic Salluſt. Segnior, neq; minus grauis, ſed multiplex cura. *Indicit honorem.)* id eſt, iuſſit fieri ſupplicationes. Et bene indicit, quia Troes tam inopinatò uenerant. Feriæ autem legitimæ ſunt, aut indictæ. Indici autẽ dicuntur, quia paupertas maiorum ex cõllatione ſacrificabat, aut certè de bonis damnatorũ: unde & Supplicia dicuntur ſupplicatiões, quæ ſunt de bonis ſupplicia paſſorum. Salluſti. In ſupplicijs deorũ magnificis. Hinc etiam Sacrum, & uenerabile et execrandum intelligimus: quia ſacræ res de bonis execrandorũ fiebãt.

Iactatam, hac demum uoluit conſiſtere terra.
Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.
Sic memorat, ſimul Aeneam in regia ducit
Tecta, ſimul diuûm templis indicit honorem.
Nec minus interea ſocijs ad littora mittit
Viginti tauros, magnorum horrentia centum
Terga ſuum, pingues centũ cũ matribus agnos,
Munera, lætitiamq; dei.
At domus interior regali ſplendida luxu
Inſtruitur, medijsq; parant conuiuia tectis.
Arte laboratæ ueſtes, oſtroq; ſuperbo:
Ingens argentum menſis, cælataq; in auro
Fortia facta patrum, ſeries longiſſima rerum
Per tot ducta uiros, antiquæ ab origine gentis.

Terga ſuũ.) Non declinatio hoc loco u geminat, ſed ratio nominis, in quo eſt u: ſicut pater, quod in rũ mittit genitiuũ pluralem, non per declinationem, ſed quia eſt in nomine r, ut patrum. Alituum uero ubi legimus, epentheſis eſt, ſicut Mauortis uel Induperatoris. nam alitum facit, ſicut Martis aut imperatoris. *Munera, lætitiamq; dei.)* id eſt, uinũ: aut certè ut multi legunt, Lætitiamq; die, id eſt, diei. ut ſupradicta munera ſint multorũ dierum uſui ſufficientia. Intelligamus aũt miſſa aliqua etiam ad uſum diei. *Luxu.)* Modò abundãtia, alibi luxuria. Et notandũ, quia affluentiã ubiq; exteris gentibus dat, Romanis frugalitatem, qui duobus cibis tantũ utebantur, & in atrijs edebant ſedentes: unde Iuuenal. Quis fercula ſeptem Secreto cœnauit auus? & Vergil. Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis. *Laboratæ ueſtes.)* labore perfectæ: ut, Laboratasq; premũt ad pectora ceras. & eſt ſermo in compendiũ coactus, ſicut Rapuitq; in ſomite flammã: id eſt, raptim fecit. *Ingens argen. men.)* aut ſubaudi Exponunt, aut menſas argenteas accipe. *Cælataq; in au.)* inſculpta. Et nomẽ hoc in principali aliam habet naturã, in deriuatione mutat. nam cælũ dicitur ferrum ipſum, quo operantur argentarij, quod producitur naturaliter: ſed in deriuatione mutatur. diphthõgus nanq; eſt, Cælataq; in auro. *Series.)* ordo, cõnexus. *Per tot du. ui.)* A Belo, primo rege Aſſyriorum: ut, Ab antiquo durantia cinnama Belo. Ab eo uſq; ad Belum patrẽ Didonis, qui et ipſe Aſſyrius fuit. hinc eſt, Quam Belus & omnes A Belo ſoliti: quũ inter patrem & filiã medius nullus exiſtat. Hæc eſt generis ſeries: Iuppiter, Epaphus, Belus priſcus, Agenor, Phœnix, Belus minor, qui & Methres, Dido & Pygmalion. Et hoc regis nomen ratione non caret. nam omnes in illis partibus Solem colunt, qui ipſorum lingua Hel dicitur, unde & Helios. ergo addita digammos, & in fine facta deriuatio à Sole, regi nomen impoſuit.

Aeneas.)

Aeneas.) Sequitur, Rapidum ad naueis: cætera per parenthesim dicta sunt. Rapidum ad naueis præmittit Achatē.) Non præmittit: nec enim sequitur ipse, sed Prærapidū. quod ex affectu patris intelligendū est, non ex Achatis uelocitate. & sic Prærapidū dixit, quo modo Terent. Per pol quàm paucos, hoc est, perq̃ paucos. Pol enim, per se plenū est iurantis aduerbiū, cui præpositio separatim nunq̃ cohæret. Ferat.) afferat, nūciet: ut, Feret hæc aliquā tibi fama salutem.

Aeneas (neq; enim patrius consistere mentem
Passus amor,) rapidū ad naueis pręmittit Achatē,
Ascanio ferat hæc, ipsumq́; ad mœnia ducat.
Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.
Munera præterea Iliacis erepta ruinis
Ferre iubet: pallam signis, auroq́; rigentem,
Et circum textum croceo uelamen acantho.
Ornatus Argiuæ Helenæ, quos il a Mycenis,
Pergama cum peteret, inconcessosq́; Hymenęos,

Stat.) modò Est, aliàs Horret: ut, Stant lumina flāma. &, Stabat acuta silex. item Plenū est: ut, Iam puluere cælum Stare uidēt: &, Stāt & iuniperi, et castaneæ hirsutæ. itē Positū est: ut, Stāt manibus aræ. itē Placet: ut, Stat conferre manū: &, Stat casus renouare omneis. pro loco ergo hic intelligēdus est sermo. Iliacis erepta ruinis.) Cōmendat ex loci difficultate: ut, Nec tuta in ualle reperti. Itē ex persona: Ornatus Argiuæ Helenæ. &, Ilione quod gesserat olim: ut, Hoc Priami gestamē erat. quemadmodū ex interualli lōgitudine: ut Teren. Ex Aethyopia est usq; ancilla hæc. Erepta.) Laborat hoc sermone probare, ab Aenea non esse proditam patriā: quā cum Antenore prodidisse manifestū est, si ornatus Helenæ ex incēdio bellorū nō pro præmio proditionis accepit. Signis, auroq́;.) signis aureis: ut, Molemq; & monteis. Pallā rigentē.) duram, propter aurū: sicut & nouas uestes uidemus. significat aūt tunicæ palliū, quod secundū Varronē Palla dicta est, ab irrugatione & mobilitate, quæ est circa finē huiusmodi uestiū, ἀπὸ τ πάλλειν. Velamen.) cycladē significat. Acātho.) genus uirgulti flexuosum, quod uulgò herbacanthū, id est, flexibile uirguleū dicitur, in cuius imitationē arte uestis ornatur. Ornatus Argiuæ Helenæ.) A uicinitate dixit Argiuæ: & paulo pòst Mycenis, cum Spartana fuerit, quæ ciuitas est Laconiæ. nam legimus, Me duce Dardanius Spartā expugnauit adulter. Et uide iam omen infelicitatis futuræ, cum Dido adulteræ suscipit munera. Inconcessosq́; Hymenæos.) & fato, & legibus. Hymenæus aūt, ut alij dicūt, deus est nuptiarū: ut alij, quidā iuuenis fuit, qui die nuptiarū oppressus est ruina. unde expiationis causa nominatur in nuptijs. Sed falsum est. nam uitari debuit magis nomen extincti. Sed hoc magis ueritas habet: Hymenæus quidā apud Athenas inter bella sæuissima uirgines liberauit, quā ob causam nubentes eius inuocāt numen, quasi liberatoris uirginitatis. Hinc etiam apud Romanos Talasio inuocatur. Quum enim in raptu Sabinarum plebeius quidam raptā pulcherrimam duceret, ne ei auferretur ab alijs, Talasionis eam ducis nobilis esse simulauit: cuius nomine fuit puellæ tuta uirginitas. Alio enim modo, Hymenæus Atheniensis adeò pulcher fuit, ut adulescens, puella putaretur. is quum unam uirginem nobilem ipse mediocriter ortus adamasset, eiusq; nuptias desperaret, quod unum poterat sequendo puellam amori satisfaciebat. Sed quū Atheniensium nobilissimæ uirgines Eleusinæ Cereri sacra facerent, subito aduentu piratarum raptæ sunt, inter quas etiam Hymenæus, qui illò

amatam

amatam secutus fuerat puellam, tanquam puella raptus est. sed quum piratæ prædam per longinqua maria portassent, in desertam regionem delati, ac fatigati somno sederunt. quos quum Hymenæus uniuersos occidisset, relictis ibi uirginibus Athenas reuersus est, petijtq; à ciuibus, ut si uirgines quæ raptæ fuerant reduxisset, dilectæ nuptias impetraret. quas quū reduxisset, optatam in matrimonium uirginem meruit: quod coniugiū, quia felix fuerat, placuit Atheniensibus omnibus nuptijs Hymenæi nomen interesse. Est autem alia ratio uocabuli: nam Hymen quædam membrana, quasi uirginalis esse dicitur puellæ, qua rupta Hymenæi nuptiæ dictæ.

Extulerat, matris Ledæ miserabile donum.
Præterea sceptrum Ilione quod gesserat olim,
Maxima natarum Priami: colloq; monile
Baccatum, & duplicem gemmis auroq; coronā.
Hæc celerans iter ad naueis tendebat Achates.
At Cytherea nouas artes, noua pectore uersat
Consilia, ut faciem mutatus & ora Cupido,
Pro dulci Ascanio ueniat, donisq; furentem
Incendat reginam, atq; ossibus implicet ignem:
Quippe domū timet ambiguam, Tyriosq; bilingueis.
Vrit atrox Iuno, & sub noctē cura recursat.
Ergo his aligerum dictis affatur Amorem.

Matris Ledæ miserabile donū.) Vel quòd ipsa filiæ, uel quod ei Iuppiter dederit. Præterea sceptrū Ilione.) Bene offert munera, apta personis: sicut etiam Latino, in Septimo. Maxima natarum Priami.) Quia antiquitus etiā fœminæ regnabant, præsertim primogenitæ: unde ait Maxima. hæc aūt uxor Polymnestoris fuit. Colloq; monile.) ornamentū gutturis, quod et segmentum dicunt: ut Iuuenal. Segmenta & longos habitus. licet Segmentatas uestes dicamus: ut ipse, Et segmentatis dormisset paruula cunis. Baccatum.) ornatū margaritis: Dicimus aūt & hæc margarita, & hoc margaritum, & hæc margaris: quod Græcū est, quomodo Nais. Sanè multi separāt gemmā à margarita: ut Cicero, Nullam gemmā aut margaritam. & gemmas uolunt dici diuersi coloris, margaritas uero albas: uel gēmas integras, margaritas pertusas. Duplicem gēmis auroq; coronā.) Duplicē, aut latam, aut duplicem gemmis & auro. Hæc celerans.) celeriter facere cupiens. At Cytherea.) Ab insula, quæ tantū numero plurali dicitur: ut, Sunt alta Cythera. Nouas arteis.) Ars τῶν μέσων est, unde sine epitheto malè ponitur, ut bonas arteis, malasq; arteis dicamus. Faciem mutatus.) Nota figura est. quòd aūt addidit Ora, perissologia est. Donisq; furentē Incendat reginam.) incendat, & furere faciat: ut, Animumq; labantem Impulit. Quippe domū timet ambiguā.) In qua habitat mutabilis fœmina: ut, Varium & mutabile semper Fœmina. Item Iuno in 4. Suspectas habuisse domos Carthaginis altæ. Tyriosq; bilingueis.) id est, fallaces. nec enim ad linguā rettulit, sed ad mentē. Item apud Liuiū de Hannibale: Inhumana crudelitas, perfidia plusq; punica, ueri nihil, nihil sancti, nullius dei metus, nullū iurisiurandum, nulla religio. Sub noctem cu. recur.) circa noctē. Est enim sciendū, quòd quum tempus significatur, Sub præpositio accusatiuo cohæret: ut, Aut ubi sub lucē densa inter nubila sese Diuersi rumpūt radij. Ergo his aligerū dictis affatur Amorē.) Latini deū ipsum Cupidinē uocāt, eo quòd faciat amorem. sed hic imitatus est Græcos, qui uno nomine utrūq; significant.

significāt. nam Amorem dixit deum, sed discreuit epitheto. Sanè nomē hoc discretione non caret. nam quia turpitudinis est stulta cupiditas, puer pingitur: ut, Inter quas curam Clymene narrabat inanem, id est, amorem. Item quia imperfectus est in amantibus sermo, sicut in puero: ut, Incipit effari, mediaq; in uoce resistit. Alatus autem ideo, quia nil amantibus leuius, nil mutabilius inuenitur, ut in ipsa probatur Didone. nam de eius interitu cogitat, cuius paulo antè amore deperibat: ut, Nō potui arreptū diuellere corpus. Idē ex Terent. patet: In amore hæc sunt uitia, iniuria, suspitiōes, inimicitiæ, induciæ, bellū, pax rursum. Sagittas uero idcirco gestare dicitur, uel quia amorem & libidinem sequitur punctura pœnitentiæ, & dolor: uel quia & ipsæ incertæ uelocesq; sunt. & hæc ratio penè in omnibus alijs numinibus pro potestatum qualitate formatur. Nate meæ uires.) *Aut quia* Venerea *uoluptas exerceri sine amore nō potest: aut secundum* Simonidē, *qui dicit* Cupidinem *ex* Venere *tantum esse progenitum. quanq alij dicāt ex ipsa & Marte, alij ex ipsa & Vulcano: alij uero* Chai, *& primæ rerum naturæ eum esse filium uelint.*

Nate, meæ uires, mea magna potentia, solus
Nate patris summi qui tela Typhoëa temnis,
Ad te confugio, & supplex tua numina posco.
Frater ut Aeneas pelago tuus, omnia circum
Littora iacteturq;, odijs Iunonis iniquæ,
Nota tibi, & nostro doluisti sæpe dolore.
Hunc Phœnissa tenet Dido, blandisq; moratur
Vocibus, & uereor quo se Iunonia uertant
Hospitia, haud tanto cessabit cardine rerum.

Solus nate.) *qui contemnis* Iouis *fulmina, quæ dijs cæteris solent esse terrori.* Patris summi.) *Nūc quoq; proprie de* Ioue *dixit. Sciendū tamen pro qualitate rerū uel personarum summū deum dici uel patrem. nam unusquisq; putat eum esse summū deum, quem colit: ut,* Summe deum sancti custos Soractis Apollo. Typhoëa.) *Multi* Typhoia *legunt, ut cerealia, & cerialia.* Typhoëa *autem dixit, nō quibus* Typhœus *usus est, sed quibus* Iuppiter *in* Typhœum: *à spolijs, id est, uirtute & uictoria epitheton posuit, ut* Scipio Africanus, Metellus Creticus. Temnis.) *Aphæresis est, pro contemnis. hac autem laude hoc agit, facile eum posse contemnere* Iunonem, *qui contemnit &* Iouem. Ad te confugio.) *Pèrsonarum ratio facit laudis augmentum.* Tua numina.) *possibilitatem.* Et *notandum unum deum plura habere numina, ut suprà diximus.* Frater ut Aeneas.) *Cōciliatio à qualitate personæ.* Vt *autem, est* Quemadmodū: *quod in pronunciatione extenditur, quādo temporis nō est.* Iacteturq;.) *uacat* Que. Odijs.) *Iustæ causa petitionis ostenditur.* Odijs *autem, o in nomine breuis est, in uerbo longum, ut odi: quemadmodū liquor, li breuis est, liquitur longa.* Nota tibi.) *Græca figura est, quia plurale à singulari regitur: ut* Terent. *Meretricum non perpeti cōtumelias.* Et nostro doluisti s.d.) *Aut eo quo & ego, aut doluisti ideo, quia me dolentem uidisti, ut doleo illa re.* Phœnissa.) *de* Phœnice. Tenet.) *moratur.* Quo se Iu. uer. Hospitia.) Quo, *id est, in quam partem.* Iunonia *autem hospitia,* Carthaginem *dicit, ubi habitat* Iuno: *ut,* Hic illius arma. *aut certe hoc ipsum uereor, quod* Aeneæ Carthago *in hospitium patuit: ut est,* Timeo Danaos & dona ferentes. Haud tanto cessabit cardine rerū.) *Aut* ἀντικῶς, *nc intantum quidem, hoc est, breui occasione cessabit: aut simpliciter intelli-*

 gendum

gendum est, non poterit in tanta rerum opportunitate cessare. ut sit de prouerbio tractum, quo dicitur Res in cardine est: *hoc est, in articulo.* Quocirca.) *quapropter.* Meditor.) *mente pertracto.* Ne quo se numine mu.) *Quo uel uacat, uel pronomē est. Et bene supprimitur nomen Iunonis, ne eius frequenti cōmemoratione Cupidinē terreat. magis enim uult eum intelligere, q̄ audire Iunonē. aut certe aduerbiū est, ut sit,* Timeo ne se numine Dido aliquā cōmutet in partem.

Quocirca capere ante dolis, & cingere flamma
Reginam meditor, ne quo se numine mutet,
Sed magno Aeneæ mecum teneatur amore.
Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentē,
Regius accitu chari genitoris, ad urbem
Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura:
Dona ferens pelago, & flammis restantia Troiæ.
Hunc ego sopitum somno, super alta Cythera,
Aut super Idalium sacrata sede recondam.
Nequa scire dolos, medius'ue occurrere possit.
Tu faciem illius noctem non amplius unam
Falle dolo, & notos pueri puer indue uultus:
Vt cum te gremio accipiet lætissima Dido
Regaleis inter mensas, laticemq́ Lyæum,
Et dabit amplexus, atq; oscula dulcia figet,
Occultum inspires ignem, fallasq́ ueneno.
Paret amor dictis charæ genitricis, & alas

Mecū.) *id est, cū officio Venereo. nec potest intelligi, quemadmodū ego. Aliter enim à matre, aliter à Didone amatur Aeneas.* Qua.) *id est, quomodo.* Accipe.) *audi: ut ecōtra* Da, *id est, dic: ut,* Da Tityre nobis. Da, *non indebita posco.* Mentē.) *dispositionem, consiliū.* Accitu.) *euocatiōe. & est quartæ declinationis.* Vrbē Sidoniam.) *quam tenēt Sidonij.* Mea maxima cura.) *Et Aeneas cura est, sed Ascanius maxima, cui regnum Italiæ Romanaq; tellus debētur. & ubiq; Ascanius maxima cura Veneris introducitur: ut,* Veneris iustissima cura. *Item,* Hūc tegere & diræ ualeam subducere pugnæ. Sopitū somno.) *Vnū quidē est, sopor & somnus: sed modo sopitū, irrigatū intelligimus.* Idaliū.) *Cypri nemus est, in quo oppidum breue: ut paulo pòst,* Idaliæ lucos. *Item,* Idaliūq; nemus. Sacrata sede.) *uel tēpli, uel oppidi.* Nequa.) *Qua uacat, ut frequēter diximus.* Medius.) *importunus, incōgruus.*

Tu fac. illius.) *Faciē pro uultu posuit. nullus enim potest accipere faciē alterius, sed uultum, qui pro mentis qualitate formatur: unde infrà,* Et notos pueri puer indue uultus. Noctem nō ampl. unā.) *ut suprà diximus, artis poëticæ est nō omnia dicere. Vnde nūc præmisit noctem unā. nec enim dicturus est aut abscessus Cupidinis, aut aduētum Ascanij.* Pueri puer.) *Argumentū à facili.* Regaleis inter men.) *epulas intēperātes, in quibus castitas rara est, & facilis amoris occasio: unde est illud Terentij,* Sine Cerere & Libero friget Venus.

Laticēq; Ly.) *Latex pprie aqua est, ab eo qđ intra terræ uenas lateat. sed et uinū latet intra uuā, unde nūc dixit Laticē. Lyæū aūt pro Lyæiū dixit, figurate ponēs principalitatē pro deriuatiōe.* Occultū insp. ig.) *Diffinitio amoris est, ignis occultus.* Veneno.) *Venenū dictū, qđ per uenas eat.* Paret a.d.) *Vt suprà, pro Cupidine Amorē posuit.* Et alas Exuit.) *Laus ingens*

gens Ascanij per transitū. Siquidē alis tantū depositis Ascanius fuit. Placidā per m. q.) *Aut epitheton est quietis: aut ideo Placidā dixit, quia est qes quæ potest etiā somniorū terrore turbari.* Fotū.) *sublatū: à fouēdo.* Amaracus.) *Hic puer regius unguentarius fuit, qui casu lapsus dum ferret unguenta, maiorē ex cōfusione odorem creauit: unde optima unguenta amaricina dicūtur. hic postea in herbam sampsucū uersus est, quam nunc amaracū dixit.*

Exuit, & gressu gaudens incedit Iuli.
At Venus Ascanio placidā per mēbra quietem
Irrigat, & fotum gremio dea tollit in altos
Idaliæ lucos, ubi mollis amaracus illum
Floribus, & dulci aspirans complectitur umbra.
Iamq; ibat dicto parens, & dona Cupido
Regia portabat Tyrijs duce lætus Achate:
Cum uenit, aulæis iam se Regina superbis
Aurea composuit sponda, mediamq; locauit.
Iam pater Aeneas, & iam Troiana iuuentus
Conueniunt, stratoq; super discumbitur ostro.
Dāt manibus famuli lymphas, Cererēq; canistris
Expediunt, tonsisq; ferunt mantilia uillis.

Iamq; ibat.) *cum uix Venus ista dixisset. Sanè nec festinātibus personis, neq; minorib. est respondēdi facultas: ut hoc loco Cupidini, ut Mercurio suprà, itē in Quarto: et in Septio, Furiæ.* Cum uenit.) *aut pro Cū ueniret: aut Cum sit aduerbium tēporis, pro Dum. nec enim potest coniunctiui modi particula iungi indicatiuo. Sanè sciendum Dum & Cum malo errore à Romanis esse confusa.*

Aulæis.) *uelis pictis: quæ ideo aulæa dicta sunt, quod primū in aula Attali regis Asiæ, qui populum Romanū scripsit hæredem, inuēta sunt. ideo etiam in domibus tendebātur aulæa, ut imitatio tentoriorum fieret, sub quibus bellantes semper habitauere maiores: unde & in thalamis hoc fieri hodie cōspicimus. Varro tamen dicit, uela solere suspendi ad excipiendū puluerem, quia usus cameræ ignorabatur: unde Horat. Interea suspēsa grauis aulæa ruinas In patinam fecere, trahētia pulueris atri Quantū non aquilo Campanis excitat agris. Sciendum sanè, omnia græca nomina in η literā exeuntia, cum deriuationem faciunt, η in æ diphthongum conuertere, ut αὐλὴ aulæa, ἴδη idæa, αἴτνη ætnæa.* Superbis.) *nobilibus: ut, Ceciditq; superbum Ilium.* Aurea.) *Si Dido aurea, pulchrā significat, & est nominatiuus: si sponda, septimus quidē est, sed synæresis fit, & spondeus est.* Spònda.) *Stibadia antiqui non habebant, sed stratis tribus lectis epulabantur: unde & tricliniū sterni dicitur. Sic Cicero, Sterni triclinia, & in foro sterni iubebat. Vnde apparet errare eos, qui triclinium dicunt ipsam Basilicā, uel cœnationem.* Mediamq; locauit.) *Ipse enim apud maiores domini fuerat locus, ut aperte Sallust. docet: Igitur discubuere Sertorius inferior, in medio super eum T. Fabius Hispaniensis senator ex proscriptis, in summo Antonius, & infrà scriba Sertorij Versius, & alter scriba Mecœnas in imo, medius inter Tarquinium & Denatium Perpenna.*

Iam pater Aeneas.) *religiosus, quia pater proprie omnium deorū est epitheton: ut ostendit ubiq; Vergilius.* Ostro) *pro purpura posuit, unde tingitur purpura.* Dant manibus famuli lymphas.) *Humilis character, qui ἰσχνὸς dicitur. uilia enim describūtur.* Tonsisq; fe. mant. uillis.) *Tonsis uillis, id est minutis, uel compositis. Constat enim, maiores mappas*

habuisse uillosas: mãtilia uero à manibus antè lotis dicta, quo modo torale à toro. Quod aũt legimus in Horatio, Ne turpe toral: apocope est. Quinquaginta intus fam.) *hoc est, multæ.* Ordine lõgo.) *Dispositione, secundũ* Tullium, *qui in* Oeconomicis *dicit, quid ibi ponendum sit. nec enim debẽt uniuersa cõfundi.* Cura pe.) *Inter penũ & cellariũ hoc interest, quod cellariũ est paucorũ dierũ, unde & in cellam dicitur imperatũ frumentũ: penus uero*

Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine lõgo
Cura penum struere, & flammis adolere penates.
Centum aliæ, totidemq́; pares ætate ministri,
Qui dapibus onerent mensas, & pocula ponant.
Necnon & Tyrij per limina læta frequentes
Conuenere, toris iussi discumbere pictis.
Mirantur dona Aeneæ, mirantur Iulum,
Flagrantisq́; dei uultus, simulataq́; uerba,
Pallamq́;, & pictum croceo uelamen acantho.
Præcipue infelix pesti deuota futuræ
Expleri mentem nequit, ardescitq́; tuendo
Phœnissa, & puero pariter, donisq́; mouetur.
Ille ubi complexu Aeneæ, colloq́; pependit,
Et magnum falsi impleuit genitoris amorem,
Reginam petit: hęc oculis, hæc pectore toto
Hæret, & interdum gremio fouet, inscia Dido
Insidat quantus miseræ deus: at memor ille
Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sicheum

longi tẽporis. Sanè dicimus hic & hæc et hoc penus, sed in mascul. & in fœm. genere quartæ ẽ declinatiõis, in neutro tertiæ, quomodo pecus pecoris: unde Horat. Portet *frumenta penusq́;. masculino uero genere* Plaut. Nisi *mihi annuus penus datur. & fœm.* Lucil. *posuit: ut,* Vxori *legata penus. quartæ autẽ declinat. esse* Persius *docet, ut* In *locuplete penu defensis pinguib. umbris.* Struere.) *ordinare, cõponere. unde & structores dicũtur, ferculorũ cõpositores.* Et flam. ado. pe.) *colere. sed adolere proprie est augere. In sacris autẽ adolere per bonũ omen dicitur. nam & in aris nõ adolẽtur aliqua, sed cremãtur.* Totidẽq; pares ætate ministri.) *nõ numerus habet admirationem, sed ætatis qualitas.* Dapibus.) *Dapes regũ sunt, epulæ priuatorum.* Et pocula p.) *Secundũ antiquũ locutus est morem.* Mirãtur do. Aen. mirãtur Iulũ.) *Hoc ad* Tyrios *retulit.* Flagrãtisq; dei uultus.) *Hoc ad poẽtã refertur.* Simulataq; uer.) *Cõposita in Ascanij similitudinẽ: & hoc ex persona poẽtæ accipiendũ.* Præcipue infelix.) *Propter casum futurũ: ut probant sequẽtia, Pesti deuota futuræ.* Expleri men. ne.) *Græca figura est.* Tuendo.) *dum intuetur: & omnis gerũdij modus tam ab agentis, quàm à patientis significatione similiter profertur, ut* Cantãdo *tu illum: id est, dum cantas: &,* Frigidus *in pratis cantando rumpitur anguis, id est, dum ei incantatur.* Ille ubi.) *postq̃: ut* Horat. Nos *ubi decidimus, hoc est, postq̃. Nam si loci esset,* Quo *diceret.* Ergo Vbi *interdũ aduerbiũ loci est, interdum temporis.* Et magnũ.) *arduum.* Difficile *est enim imitari uerum filij affectum.* Reginam petit.) *Non simpliciter dixit* Petit: *nam petere non solum adire, sed etiã est proprie insidiari.* Gremio fo.) *sustinet: ut,* Fotum *gremio.* Insidat.) *Legitur &* Insideat. At memor ille mat.) *hoc est, præceptorũ matris.* Acidaliæ.) *Acidalia* Venus *dicitur,*

uel

uel quia iniicit curas, quas Græci ἄκιδας dicunt: uel certe à fonte Acidalio, qui est in Orchomeno Bœotiæ ciuitate, in quo se Gratiæ lauãt, quas Veneri constat esse sacratas. ipsius enim & Liberi filiæ sunt, nec immerito: Gratiæ enim per horũ ferè numinũ munera conciliantur. Ideo autem nudæ sunt, quod gratiæ sine fuco esse debent: ideo connexæ, quia insolubiles esse gratias decet. Horat. Segnesq́ nodum soluere Gratiæ. Quod uero una auersa pingitur, duæ

Incipit, & uiuo tentat præuertere amore
Iampridem resides animos, desuetaq́ corda.
Postq̃ prima quies epulis, mensæq́ remotæ,
Crateras magnos statuunt, & uina coronant.
Fit strepitus tectis, uocemq́ per ampla uolutant
Atria, dependent lychni laquearibus aureis
Incensi, & noctem flammis funalia uincunt.
Hic Regina grauem gemmis auroq́ poposcit,
Impleuitq́ mero paterã, quam Belus & omnes

nos respiciẽtes, hæc ratio est: quia profecta à nobis gratia duplex solet reuerti: unde suprà, Nec te certasse priorem pœniteat. Abolere Sicheũ inc.) Ordo naturalis. prius enĩ est euellere inhærentia, et pòst noua inferre. sic Terent. Vt metũ in quo nunc est adimam, atq; expleam animũ gaudio. Viuo amore.) aut uiui hominis, aut certe uehemẽti. Præuertere.) præoccupare: propter Iunonẽ sine dubio. Resides animos.) pigros ad amandũ, inertes. Iurauerat enim nulli se esse nupturã. unde cõtra instãtes dicimus industrios. Quies epu.) Propter regalẽ affluẽtiam: cõtra suprà ait, Postq̃ exempta fames. propter naturæ necessitatẽ, non aũt luxuriã. Mensæq́ remotæ.) Licet sub extranea persona, Romanorũ tamen exequitur morẽ: apud quos duæ mensæ erant, una epularũ, altera pomorũ. Crateras.) Græcũ est, ab eo quod est hic crater. nam latinè hæc cratera dicitur: unde Persius, Si tibi crateras argẽti inclusáq; pingui Auro dona feram. Et uina cor.) Vina pro poculis posuit: & est tropus synecdoche, ut Cererem dicamus: sic Plaut. Vinũ pcemur, nam hic deus præsens adest. Coronãt autẽ est, aut implent usq; ad marginẽ: aut quia antiqui coronabant pocula, & sic libabant: unde est, Magnũ cratera corona Induit. Impleuitq́ me.) Hoc tractũ est ex Hom. q ait in Iliade. κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο. Fit strepitus tectis.) id est, ad tecta: ut, It clamor cœlo. legitur aũt &, Fit strepitus tecti. Atria.) Vt suprà diximus, tãgit morẽ Romanorũ. nam, ut ait Cato, Et in atrio & duobus ferculis epulabãtur antiqui. Vnde ait Iuuen. Qui fercula septẽ Secreto cœnauit auus? Ibi & pecunias habebãt: unde qui honoratiores erãt, liminũ custodes adhibebãtur: ut, Qui Dardanio Anchisæ Armiger ante fuit, fidusq; ad limina custos. Ibi etiã & culina erat, unde & atriũ dictũ est: atrum enim erat ex fumo. Lychni.) Græco sermone usus est, ne uile aliqd introferret. A lychno aũt lucerna dicta est, unde & breuis est Lu: ut Iuuen. Dispositæ pinguem nebulã uomuere lucernæ. Hor. Vnguor oliuo Nõ quo fundatis immũdus nacta lucernis. Si enim à luce diceretur, nõ staret uersus. Laquearibus.) Principaliter lacus dicitur: ut Lucillius, Resultant ædesq; lacusq;. diminutio lacunar facit. Horat. Nec mea renidet in domo lacunar. Inde fit alia diminutio Lacunariũ, & per antistœchon Laqueariũ.

Noctẽ uin.) Luminis est exaggeratio. Funalia sunt quæ intra cærã sunt. unde sunt dicta à funibus, quos ante usum papyri cæra circũdatos habuere maiores. unde & funera dicũtur, qđ funes incẽsos mortuis præferebãt. Hic.) tũc. est ergo aduerbiũ tẽporis. Quã Belus.)

primus rex Assyriorũ, ut suprà diximus: quos cõstat Saturnũ, quem & Solẽ dicunt, Iunonẽq; coluisse. quæ numina & apud Afros postea culta sunt, unde & lingua punica Hal *dicitur deus. apud Assyrios aũt* Hel *dicitur quadã sacrorũ ratiõe, &* Saturnus & Sol. Hospitibus n. te. d. i. l.) *scilicet exẽplo Lycaonis, q cũ hospites susceptos hospitio necaret, à suscepto* Ioue *postq̃ ei epulas humanas apposuit uersus in lupũ, ostẽdit hospitij iura nõ esse uiolãda.*

A Bello soliti: tum facta silentia tectis.
Iuppiter (hospitibus nam te dare iura loquũtur)
Hunc lætum Tyrijsq; diem, Troiaq; profectis
Esse uelis, nostrosq; huius meminisse minores.
Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno.
Et uos ò cœtum Tyrij celebrate fauentes.
Dixit, & in mensa laticum libauit honorem,
Primaq; libato summo tenus attigit ore.
Tum Bitiæ dedit increpitans, ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro.
Post alij proceres, cithara crinitus Iopas

unde dicitur Iuppiter ξένιος, *id ẽ, hospitalis.* Troiaq; profectis.) *Sanè bene, uoluit enĩ dicere* Profugis. Esse uelis.) *Secũdum Hetruscã disciplinã locutus est. Sic enĩ dicebãt,* Volens propitiusq; sis. Adsit lætitiæ Bacchus pat.) *Alij* Adsis *legũt: secundum quos* Bacchus *aut antiptosis est, aut antiquus uocatiuus: ut* Socer *arma* Latinus *habeto. Bene autem addidit* Dator lætitiæ, *quia est & dator furoris.* Et bona Iuno.) *Aut propitia, id est, nõ irata Troianis, ut* Sis bonus ò felixq; tuis: *aut magis* Bona, *cœlestis. est enim & inferna: ut,* Iunoni infernæ dictus sacer. Laticũ libauit honorẽ.) *More sacrorũ. & tangit ritum* Romanorũ, *qui paniceas sacratasq; mensas habebãt, in quibus libabant: ut,* Heus etiã mensas cõsumimus? inquit Iulus. Libato.) *delibato.* Summo tenus attigit ore.) *Et uerecundiã reginæ ostendit, & morem* Romanũ. *nam apud maiores nostros fœminæ non utebantur uino, nisi sacrorũ causa, certis diebus. deniq; fœmina quæ sub* Romulo *uinum bibit, occisa est à marito,* Mecennius *absolutus est: id enim nomen marito. Sic* Granius Lucianus *cœnæ suæ: unde in historijs lectũ est* Romanorũ, *uini usus* Romanis *fœminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus primo laberẽtur.* Tum Bitiæ.) *Per transitũ* Pœnorũ *ducũ nomina introducit. nã* Bitias *classis* Punicæ *fuit præfectus, ut docet* Liu. Iopas *uero rex* Afrorum, *unus de procis* Didonis, *ut punica testatur historia.* Increpitans.) *inclamãs: ut,* Aestatem increpitans serã. *aut certe arguens familiariter segnitiẽ, tarde paterã accipientis, cum esset auidus in bibẽdo.* Hausit.) *modo* Accepit: *nec possumus intelligere* Bibit, *cũ hoc sequatur,* Et pleno se proluit auro. *alibi* Vidit, *ut* Hausit cœlũ mentẽq; recepit. *alibi* Audiuit, *ut* Vocemq; his aurib. hausi. *alibi* Vulnerat, *ut* Et latus haurit apertũ. *& multa alia pro loco significat.* Post alij Proceres.) *Ergo &* Bitias *unus est de proceribus. nã exoche nunq̃ sine similitudine fit. Sane* Proceres *de his est, quæ nominatiuũ in usu nõ habẽt: ut suprà,* Et uictor ditiõe tenebat. *nam nec hoc in usu habet nominatiuũ, licet in cõpositione dicamus* Cõditio. Proceres *autem ideo secundũ* Varronẽ *principes ciuitatis dicũtur, quia eminent in ea, sicut in ædificijs mutili quidã, hoc est capita trabiũ, quæ proceres nominantur.* Crinitus Iopas.) *Aut puerũ intellige: aut imitabatur* Apollinis *formam, cuius fuerat etiam artis imitator. quo circa apud* Ouidiũ *de se loquens ait,* Vtq; meum intonsis caput est iuuenile capillis.

Docuit

Docuit quæ maximus Atlas.) Quæ legendū, non Quem. nec enim iſtum docere potuit, qui Didonis erat tempore. docuit Herculem, unde & dicitur ab Atlante cœlum ſuſtinuiſſe ſuſceptum, propter cœli ſcientiam traditā. conſtat enim Herculem fuiſſe philoſophū. Et eſt ratio, cur omnia illa monſtra uiciſſe dicatur. Sanè Atlas græcū eſt, ſicut & Nilus. nam Ennius dicit Nilum Melonē uocari, Atlantem uero Telamonem. *Hic canit.*) Bene philoſophica introducitur cantilena in conuiuio reginæ adhuc caſtæ. cōtrà inter nymphas ait, Vulcani Martiſq; dolos et dulcia furta. *Errantē lunam.*) Quia ἑλικοειδὴς, id eſt, obliquo incedit curſu, nō recto, ut Sol: ſcilicet ne incidat in cētrum terræ, & frequēter patiatur eclipſim. uicinus enim eſt eius circulus terræ.

Perſonat aurata, docuit quæ maximus Atlas.
Hic canit errantē Lunā, Soliſq; labores,
Vnde hominum genus & pecudes, unde imber, & ignes:
Arcturum, pluuiaſq; hyadas, geminoſq; triones,
Quid tantū Oceano properent ſe tingere Soles
Hyberni, uel quæ tardis mora noctibus obſtet.
Ingeminant plauſum Tyrij, Troēſq; ſequuntur.

Soliſq; labores.) Canit per omnia intelligimus. Planetæ ſeptem ſunt: Saturnus, Iuppiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. ſed quinq; contra mundum feruntur, & cum mundo quando retrogradi ſunt. Sol uero & Luna ſemper contra mundum. Ideo ergo dixit Solis labores: laborat enim nitens contra uenientis ſphæræ uolubilitatē. Nec nos debet Homerus mouere, qui ait, ἥλιον ἀκάμαντα. non enim eum dixit non laborare, ſed laborem non ſentire. *Vnde hominum genus.*) Si fabulam reſpicis, à Prometheo intellige, uel à Deucalione & Pyrrha: ſi autem ueritatem reſpicis, uaria eſt opinio philoſophorū. Alij enim de humore dicunt, alij de igne, alij de atomis, alij de quatuor elementis. *Vnde imber.*) de nubibus ſcilicet, quæ ſecundū Lucretium naſcuntur de terræ anhelitu, qui nebulas creat, quæ cum altius fuerint eleuatæ, aut Solis calore reſolutæ, aut ui uentorū compreſſæ: mittūt leues pluuias, uel exprimunt cōcitatiores. *Et ignes.*) ſcilicet ex nubiū colliſione. Nam omniū rerū colliſio ignem creat, ut in lapidibus cernimus, uel attritu rotarū, uel in ſyluis arborū. *Arcturū.*) Stella eſt poſt caudā maioris urſæ poſita, in ſigno Bootæ. unde arcturus dicta eſt quaſi, ἄρκτου οὐρά. *Pluuiaſq; hy.*) Hyades ſtellæ ſunt in frōte Tauri, quæ quoties naſcūtur, pluuias creāt: unde & græce hyades dictæ ſunt, ἀπὸ τοῦ ὕειν, latinè ſuccule à ſucco. Sic ergo ait Pluuiaſq; hyadas, [illegible] Plēmyriū undoſum. Alij dicunt hyadas dictas ab y litera, uel ἀπὸ τοῦ ὑός, id eſt ſue, in cuius formatæ ſunt faciem. Hæ aūt filiæ fuerūt, ut alij dicunt, Atlantis: ut alij, Liberi nutrices. *Geminoſq; triones.*) Triones ſunt boues aratorij. nō ergo incōgrue dixit triones, quia ſeptentriones plauſtra à nōnullis dicūtur. *Quid tantum Oceano properēt ſe tin. So. Hyberni.*) Quid, quāobrē. ratio hoc facit hemiſphærij, quia hyeme breuiore Sol utitur circulo. *Tingere.*) demergere. Soles uero pro diebus poſuit: ut, Treis adeo incertos cæca caligine ſoles Erramus. *Vel quæ tardis mora noctib. ob.*) id eſt, æſtiuis, tarde uenientibus. Vel enim diſiūctiua eſt cōiunctio, nec patitur hic eandē rem dici. Ergo hoc dicit, quæ cauſa eſt longorū dierū. ſed & hic ratio hemiſphærij eſt. *Ingeminant plauſum Tyrij, Troēſq; ſequūtur.*) Bono eſt uſus ordine, ut prius plauderēt ciues. nec enim poterāt aliter audire peregrini. unde & ſuprà, Et uos ò cœtū Tyrij celebrate fauētes.

Necnon

Necnō & uario.) Arte poëtica utitur, ut pmittat aliquid quo sequens liber uideatur esse cōiunctus, quod in oībus seruat. *Bibebat amorē.)* Allusit ad conuiuiū. *Super Priamo.)* de Priamo. nā eius præpositionis officio fungitur, pro qua ponitur: ut suprà, Et sub noctem cura recursat. *Rogitans.)* scilicet, quo modo sit uēditus rex. *Auroræ fil..)* Mēnon. Ideo autē dixit Quibus armis, quia Vulcani armis usus fuisse narratur. *Quales Diomedis eq.)* Nō uidetur eos equos intelligere, quos Aeneæ sustulit: nec enim cōgnuit. sed de his interrogat, quos sustulit Rhæso. Quales aūt dixit, ac si diceret: nec sic feroces, ut illi à qbus ducebāt originē. Diomedes enī rex Thracū habuit equos, q humanis carnibus uescebātur. Hos Hercules occiso crudeli tyranno abduxisse perhibetur: de quibus dicuntur suprà memorati equi originem ducere. *Immo age.)* Vidit specialia cito posse finiri, & ideo contulit se ad generalitatem. *Et à prima dic hospes origine.)* id est, à raptu Helenæ: quod quidem Dido cupit, sed excusat Aeneas, & dicit se ruinam Troiæ breuiter esse dicturum, habita ratione temporis: ut, Suadentq; cadētia sidera somnos. *Insidias.)* Dicit hoc ad fauorē Troianorū, ne uideantur uirtute esse superati. *Casusq; tuorum.)* ut euentu Troia corruerit, non fati necessitate. *Erroresq; tuos.)* Et responsio hunc ordinem sequitur. nam primo dicit Troiæ ruinam, pòst errores suos. *Septima æstas.)* annos intellige per æstatem: nam sic ante Olympiadas computabant. Septem etiam annos esse Dido cognouit ex Teucro.

Necnon & uario noctem sermone trahebat
Infelix Dido, longumq; bibebat amorem.
Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.
Nunc quibus Auroræ uenisset filius armis:
Nūc quales Diomedis equi, nūc quātus Achilles.
Immo age, & à prima dic hospes origine nobis
Insidias (inquit) Danaum, casusq; tuorum,
Erroresq; tuos: nam te iam septima portat
Omnibus errantem terris, & fluctibus æstas.

ADILON.

Funera Dardaniæ narrat, fletusq; secundo.

MODESTINI IVRISCONSVLTI, ARGVMENTVM II.

Conticuere omnes, tunc fortissimus Heros
Fata recensebat Troię, casusq; suorum,
Fallaceis Graios, simulataq; dona Mineruæ.
Lacontis pœnam, & laxantem claustra Sinonem.
Somnum quo monitus acceperat Hectoris atrum.
Iam flammas cœli, Troum patriæq; ruinas,
Et regis Priami fatum miserabile semper:
Impositumq; patrem collo, dextraq; prehensum
Ascanium, frustra à tergo comitante Creüsa.
Ereptam hanc fato, socios in monte repertos.

Conticuere omnes, intentiq́ ora.) Quia supra dixit, Fit strepitus tectis. Conticuere autem, pro conticuerunt: quod metri causa fit, uel ratione clausularum. Nec est ut quidam dicunt, dualis numerus, qui apud Latinos nusquã penitus inuenitur. Et bene Omnes addidit: poterant enim simul quidam, sed non omnes tacere. Intentiq́ ora tenebant.) Aut ora intuebantur loquentis, aut immobileis uultus habebant: ut, Tenuitq́ inhians tria Cerberus ora, id est, immobilia habuit.

P. VERGILII M. AENEIDOS
LIBER SECVNDVS.

Conticuere omnes, intentiq́ ora tenebant.
Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto:
Infandũ regina iubes renouare dolorem,
Troianas ut opes, & lamentabile regnũ
Eruerint Danai: quæq́ ipse miserrima uidi,
Et quorum pars magna fui. quis talia fando,
Myrmidonũ, Dolopum'ue, aut duri miles Vlyssi,

aut Tenebant, habebant: ut sit figura, & intelligamus, ora intenta habebant. ut Terentius: Nã illi Andriæ nomen erat, teneo. Ideo autem hoc addidit, quia potest quis tacere, nec aduertere. Inde.) Aphæresis, pro deinde. Toro pater Aeneas sic orsus ab alto.) Toro alto. Summus enim semper est pontificalis locus, et Aeneas ubiq́ quasi sacratus inducitur. Dictus autem, à tortis herbis est Torus: ut, Proximus ut uiridãte toro consederat. Infandũ.) Quia uiro forti uictũ se dicere, & dolori est, & pudori. Iubes.) uis: ut, Iubeo Chremetẽ. nam aliter hoc uerbũ Aeneæ personã non recipit. Troianas opes.) Sic Horat. Aut pingues Phrygiæ, aut Mygdonias opes. Opes dictæ semper ad magnificentiã, sicut diuitiæ ad usum. Et lamentabile regnũ.) id est, magnũ, quasi dignũ multa lamentatione: ut, Hi multũ fleti ad superos. Danai.) Argiui, à rege dicti Danao. nam Græci propriè sunt Thessali, à Græco rege.

Pars magna fui.) propter amissam coniugẽ. Et hoc se cõmendat, ut paulo pòst, Aut quid in euersa uidi crudelius urbe? Fando.) dum ipse Aeneas dicit. alibi, dum dicitur: ut, Fando aliquid si fortè tuas peruenit ad aureis. quia gerundij modus est. Myrmidonũ.) Myrmidones sunt Achillis socij: ut Dolopes Pyrrhi, qui eum de Scyro secuti sunt. Dicti autẽ sunt Myrmidones propter hanc causam. Aeacus Iouis & Aeginæ filius, quũ post amissos pestilentia socios in arbore fici formicas, id est, μύρμηκας uidisset, optauit tot sibi socios euenire: & statim formicæ sunt in homines uersæ. sed hoc fabulæ est. nam Eratosthenes dicit Myrmidonas dictos, à rege Myrmidono. Aut duri miles Vlyssi.) Duri, non laboriosi, sed crudelis: ut, Quam det tua coniunx dura. nam Vergilius pro negociorum qualitate dat epitheta, quum Homerus eadem etiam in contrarijs obseruet. Sensus autem est: sine lachrymis hæc nec à quouis hostium dicerentur. Illud autem quod Asinius Pollio dicit, caret ratione: de Achemenide dictũ esse, Miles Vlyssi. Myrmidonas uero et Dolopas præsenteis esse acceptos ab Heleno, sed ut tanquam de ipsis Aeneam intelligamus dixisse, ne eos quidem posse calamitates Troiæ sine lacrymis explicare. sed si sic intelligamus, dicti frangitur dignitas.

Præcipitat.) pro præcipitatur: uerbum pro uerbo, ut diximus. Cadentia sidera.) Aut epitheton est siderum, quæ semper oriuntur & occidunt: aut certè maiorem noctis partem uult esse transactam. Casus cognoscere.) cognoscendorum casuū: & Græca figura est. Et breuiter.) Præscribit: quia Dido dixerat, A prima dic hospes origine nobis. Quanq̃ animus meminisse horret.) Quanq̃ melius præsenti iungitur tempori, ut Quanquam scio, Quanq̃ lego. Quòd autē dixit Meminisse horret, defectiui uerbi ratio est. nec enī dicere poterat, Meminere. Et in his quæ corrupta sunt naturaliter, ut odi, noui, cœpi, memini, ad omnia tempora quæ inueniuntur, et suo, & aliorum funguntur officio, ut memini præteritum est. Et legimus tamen in Andria, Memini uidere quo æquior sum Pamphilo. &, Memini me turribus altis Corycium uidisse senem. Quod si fit & in uerbis integris, ut iuuat euasisse tot urbeis: quanto magis in corruptis? Refugit.) Propter metrum, pro præsenti præteritum posuit. Fracti bello.) In hoc libro duplex intentio est: ne uel Troiæ quòd uicta est, uel Aeneæ turpe uideatur quòd fugit. Fatisq; repulsi.) Oraculis, secundū Plautum, tribus: uita scilicet Troili, Palladij cōseruatione, integro sepulchro Laomedontis, quod in Scæa porta fuit, ut in Bacchidibus lectum est. Secundum alios uero, pluribus: ut de Aeaci gente aliquis interesset, unde Pyrrhus admodum puer euocatus ad bellum est. unde dictus est Neptolemus, νέος ἐς πόλεμον: ut Rhœsi equi tollerentur: ut Herculis interessent sagittæ, quas misis Philoctetes, quum ipse non potuisset afferre mortē præuentus. Ductores.) Sonantius est quàm Duces, ut Regnatorem Asiæ: quod heroicum exigit carmen. Labentibus.) uelocibus: ut, Labere nympha polo. &, Labere pennis. cursu enim lapsus celerior est. uel Labentibus, labilibus. Instar.) Nomen est indeclinabile, licet Probus Instaris declinauerit: ut nectaris. & caret præpositione, sicut Peregre. quamuis Serenus Lyricus ad instar dixerit. Instar autem est ad similitudinem: unde non restaurata, sed instaurata dicuntur ædificia, ad antiquā similitudinem facta: ut in Tertio, Ergo instauramus Polydoro funus. Equū.) De hoc equo uaria in historijs lecta sunt. ut Higinus dicit, machinamentū bellicum fuit: unde est, Aut hæc in nostros fabricata est machina muros: ut alij, porta quam ei Antenor aperuit, equū pictum habuisse memoratur: uel certè Antenoris domus, quo posset agnosci: aut equestri prælio uicta est Troia: aut monte Hippio, post quem se absconderant Græci. Vnde & alludit, Instar montis equū: aut reuera fuit, quod Vergil. sequitur. Palladis arte.) Aut ingeniose, aut dolose: ac si diceret, cōsilio iratæ deæ, quæ fuit inimica Troianis. Aedificant.) Translatio à nauibus: ut Cicero, Nauem tibi ædificatam esse Messanæ. item intexūt: ut, Bis denas Italo texamus robore naues. Abiete costas.) Nō sine causa Vergil. hoc loco abietem cōmemorat: item acerem, & pinū paulo pòst. nam fulminata

Temperet à lachrymis? & iam nox humida cælo
Præcipitat, suadentq; cadentia sidera somnos:
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,
Et breuiter Troiæ supremum audire laborem,
(Quāq̃ animus meminisse horret, luctuq; refugit,)
Incipiam: Fracti bello, fatisq; repulsi
Ductores Danaum, tot iam labentibus annis,
Instar montis equum diuina Palladis arte
Aedificant, sectaq; intexunt abiete costas.

minata abies interitum dominæ significat. & Troia per fœminam perijt. Acer uero in tutela stuporis est, & uiso equo stupuere Troiani: ut, Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ. Pinus in tutela quidem est matris deûm: sed & fraudum & insidiarum, quia eius poma cadentia per fraudem interimũt. & hic equus plenus insidiarum est. Abiete.) Solutio est spondei nunc in proceleusmaticum, aliàs in dactylum: ut, Arma uirûm tabulæq́ & Troia gaza per undas. aliàs in anapæstum: ut, Fluuiorum rex Eridanus. Sciendum sanè, Vergilium ubiq; in solutione ista, seruare sibi excusationẽ synalœphæ, quod alij contemnunt.

Votum pro reditu simulant, ea fama uagatur.
Huc delecta uirûm sortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri, penitusq́ cauernas
Ingenteis, uterumq́ armato milite complent.
Est in conspectu Tenedos, notissima fama
Insula: diues opum, Priami dum regna manebãt.
Nunc tantum sinus, & statio male fida carinis.
Huc se prouecti deserto in littore condunt,
Nos abijsse rati, & uento petijsse Mycenas.
Ergo omnis longo soluit se Teucria luctu:
Panduntur portæ, iuuat ire, & Dorica castra
Desertosq́ uidere locos, littusq́ relictum.

Votum.) oblatũ. nam participiũ est. Ea fama uagatur.) Bene excusat, ne reus sit conscientiæ. Huc.) pro illuc. Delecta corpora.) delectorum uirorum. Sortiri.) Contraria sunt, sortitus et delectus. sed intelligimus plures quidem electos, sorte tamẽ ex his ductos, qui includerentur. Virûm.) pro uirorum, qua figura & in prosa utimur. Dicit sanè Plinius, hoc in neutro non esse faciendum, scilicet propter casuum similitudinem, nisi fortè nimia metri necessitas cogat. Cæco lateri.) pro cæcis lateribus. Et nota, aliter dici Cæcum hominem, id est, non uidentem: aliter Cæcum latus, obcæcatum, absconditum.

Ingenteis.) Vt diximus, epitheto leuauit tapinosim. Vterumq́.) Vterus est mulierũ: quem modò ideo dixit, quia dicturus est, Fœta armis. Aluus est, quo defluunt sordes: ut Salustius, Simulans sibi aluum purgari. Venter, qui uidetur: ut Iuuenalis, Montani quoque uenter adest abdomine tardus. Armato milite.) ut suprà, Ex hoste: singularis pro plurali, pro militibus. Tenedos.) Tenes quidam infamatus quòd cum nouerca concubuisset, hanc insulam uacuam cultoribus tenuit: unde Tenedos dicta est. Ideo ergo ait, Notissima fama. sic Cicero in Verrinis: Tenem ipsum, cuius ex nomine Tenedos nominatur.

Diues opum.) Hic genitiuo iungit: Statius, quod rarum est, & ablatiuo: ut, Satis ostro diues & auro. Statio.) Statio est, ubi ad tempus stant naues: Portus, ubi hyemant.

Malefida.) Aut minus fida propter periculum nauium: quia statio est, quam plagiam dicunt. aut certè fida Græcis. Malè.) hoc est, in nostrã perniciem: ut Lucanus de Syrtibus, Sic malè deseruit. & hanc significationem raro inuenimus. Sanè Malefidus, minus fidus intelligitur. Malè enim minutionem habet, non negationem. Abijsse.) petijsse. Abiuisse & Petiuisse dicimus, sed propter metrum syncope facta est. Omnis Teucria.) subaudi, Gens. & absoluta est locutio. Panduntur portæ.) Signum pacis est: ut Sallustius, Apertæ portæ, repleta arua cultoribus. Dorica castra.) Mala est compositio, ab ea syllaba incipere, qua superior finitus est sermo. nam plerunque & cacephaton facit, ut hoc loco.

Sanè Dorus Neptuni fuit filius, unde & Dori originẽ ducunt. Tendebat.) tentoria habebat: ut, Et latis tendebat in aruis. Sæuus Achilles.) Propter Hectorem tractum. & talis ubiq; inducendus est, ut Horat. Impiger, iracundus, inexorabilis, acer, Iura neget sibi nata, nihil non arroget armis. Classibus hic locus.) Magis ad equites referre debemus, ut Ortinæ classes, id est, turmæ: unde & classica dicuntur. Hic acies.) Legitur & Acie. nã dici potest utrunque.

Hic Dolopũ manus, hic sæuus tendebat Achilles:
Classibus hic locus, hic acies certare solebant.
Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ,
Et molem mirantur equi, primusq; Thymœtes
Duci intra muros hortatur, & arce locari:
Siue dolo, seu iam Troiæ sic fata ferebant.
At Capys, & quorum melior sententia menti,
Aut pelago Danaum insidias, suspectaq; dona
Præcipitare iubent, subiectisq; urere flammis:
Aut terebrare cauas uteri, & tentare latebras.
Scinditur incertum studia in contraria uulgus.
Primus ibi ante omneis magna comitãte caterua
Laocoon ardens summa decurrit ab arce.
Et procul: ò miseri, quæ tanta insania ciues?
Creditis auectos hosteis? aut ulla putatis
Dona carere dolis Danaum? sic notus Vlysses?
Aut hoc inclusi ligno occultantur Achiui:

Innuptæ.) quæ nunq̃ nubit. nã uirgo potest et nubere. Donũ exitiale.) quãtũ ad Troianos. Primusq; Thymœtes.) Vt & Euphorion dicit, Priamus ex Arisba filium uatem suscepit. q quũ dixisset quadam die nasci puerũ, per quẽ Troia posset euerti, pepererũt simul & Thymœtæ uxor, & Hecuba, quæ Priami legitima erat. Sed Priamus Thymœtæ filiũ, uxorẽq; iussit occidi. Inde ergo nũc dicit, Siue dolo: quia iustã causam proditionis habere uidebatur. alij Dolo uolunt, quo omnes decepti sunt. Sic fata fere.) ut etiã ciues contra patriã sentirent. At Capys.) quidã, non pater Anchisæ. Et bene, nec se nec patrẽ huic consilio dicit interfuisse, per quod interitus patriæ imminebat. quanq̃ Aeneas quasi obtrectator Priami non adsit, ut Hom. dicit: Anchises uero propter cæcitatẽ, ut docet Theocritus. Subiectisq; urere flãmis.) Que, copulatiua cõiunctio est, aut disiunctiua. quo modo ergo has iunxit? poëtarum est, partem pro parte ponere: ut toruũ pro toruè, uoluentibus pro uolubilibus. Cõiunctionem ergo pro coniunctione posuit. ut, Saxũ ingens uoluũt alij radijsq; rotarũ: Que, pro Vel posuit. nam sonantius uisum est. Incertum.) instabile: unde est, Studia in contraria. Sanè Vulgus magis masculini generis est, q̃ neutri: quia in us exeuntia neutra, in tis mittũt genitiuũ, ut funus funeris. excepto pelagus, quod in hoc nomine creauit errorem. Ante omnes.) Aut perissologia est, quia dixit Primus: aut Ante oẽs, id est, uidẽtib. omnibus. Laocoõ.) Omnia in on exeũtia tertiæ sunt declinatiõis, ut Laocoõtis, Demophoõtis, Hippocoõtis. Quæ tanta insania?) Quia insanorũ est, contra se sentire. Dona carere dolis.) Ordo est: dona Danaum, non dolis Danaũ. uel distinguendũ est Danaũ, id est, ex Danais. Sic notus Vlys.) Quia uolũtate uerberatus, et sub habitu medici Troiã ingressus, explorauit uniuersa. In ligno.) Bene ligno, quasi dissuasor, non simulachro: ut paulo pòst, Ducendum ad sedes simulachrũ.

Aut hæc in nostros fabricata est machina muros,
Inspectura domos, uenturaque desuper urbi.
Aut aliquis latet error: equo ne credite Teucri.
Quicquid id est: timeo Danaos, & dona ferenteis.
Sic fatus, ualidis ingentem uiribus hastam
In latus, inque feri curuam compagibus aluum
Contorsit: stetit illa tremens, uteroque recusso
Insonuere cauæ, gemitumque dedere cauernæ.
Et si fata deûm, si mens non læua fuisset,
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras,
Troiaque nunc staret, Priamique arx alta maneres.
Ecce manus iuuenē interea post terga reuinctum
Pastores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidæ: qui se ignotum u.nientibus ultrò,
Hoc ipsum ut strueret, Troiāque aperiret Achiuis,
Obtulerat: fidens animi, atque in utrunque paratus:
Seu uersare dolos, seu certè occumbere morti.
Vndique uisendi studio Troiana iuuentus

simulachrū. nam in suasione uel dissuasione tam sensus quàm uerba considerātur. Error equo.) *id est, dolus: ut,* Inextricabilis error. *& est figura, ab eo quod præcedit, ad id quod sequitur.* Aut aliquis latet error.) *id est, dolus.* In equo *est sanè error, & sic dicendum:* Equo ne credite Teucri. Item, Quicquid id est timeo. *& dicendum* Quid, *id est, siue bonum siue malum: & iungendum cum præcedentibus. uel distinguēdum est,* Timeo Danaos: *uel, id est, et dona ferētes. hoc enim melius est.* Feri.) *quadrupedis: ab eo quòd toto corpore feratur. unde* Semifer, *id est, centaurus, quasi medius equus.* Curuā aluū.) *Plautus masculino ait genere, quo nō utimur. Percussum sanè intelligimus inter uentrē & latus.* Vtero recusso.) *pro concusso. præpositio pro præpositione.* Cauæ cauernæ.) *Græca figura est, ut* Vitam uiuere, *mortē mori.* Fata deûm.) *Fata modò participiū est, hoc est, quæ dij loquūtur: ut* Statius, Et uocem fata sequūtur. Læua.) *modò contraria. Et sciendum,* Læuum *quum de humanis rebus est, esse contrarium: quum de cælestibus, prosperum: ut,* Intonuit læuum. *quia sinistra numinū intuentibus dextra sunt.* Fœdare.) *dilacerare.* Fœdum *autem tam apud* Vergilium, *quàm apud* Sallustium *non turpe significat, sed crudele: ut,* Sanguine fœdantem quos ipse sacrauerat igneis. Sallustius, Fœdi oculi. Staret.) *Si* Stares *legeris,* Maneret *sequitur, propter ὁμοιοτέλευτον. & est apostropha.* Iuuenem reuinctum manus.) *ut,* Oculos suffusa nitenteis.

Trahebant.) *cum festinatione adducebant: ut,* Conuentus trahit in medios. *Et modò* Trahebant, *ad desideriū ducentium & Sinonis pertinet simulationem.* Quis se.) *quibus se. alij,* Qui se *legunt.* Hoc ipsum.) *Per m, quia usurpatū est* Ipsum. *& est naturale* ipsus: *ut,* Ipsus mihi Dauos. *Dicimus ergo* Ipsus, ipsa, ipsum: doctus, docta, doctū. Strueret.) *confirmaret periuria & dolorū semina. Et respexit ad superiora: ut,* Aedificant. Fidens animi.) *ut,* O præstās animi iuuenis. *Et est nomē: desijt enim esse participiū, quia genitiuo casui cohæret, & potest recipere comparationē. participiū enim & accusatiuo cohæret, & nō recipit comparationē.* In utrūque.) In *modò* Ad *significat, alibi contra, ut & suprà diximus.*

Versare dolo.) *euertere: & subaudi,* Troianos. *aut* Dolos uersare, *id est, exercere.* Visendi.) *Frequentatiuū est* Viso *ut,* uerso, facesso: *licet rarū sit. nā in to exeunt frequētatiua.*

Circunfusa ruit.) Figura Hypallage: *ruit, & circunfusa est.* *Illudere capto.*) Et illudo tibi dicimus, ut hoc loco: & illudo te, ut *Verbis uirtutem illude superbis*: & in te. simile est insulto. *Crimine ab uno.*) hoc est, causa: ut, *Crimen amor uestrũ.* ab eo quod praecedit, id quod sequitur. Si enim simpliciter intellexeris Crimine, de negotio ad personã uitiosum transitum facis. Alij sic legunt, *Danaum insidias & crimen.* *Turbatus.*) quasi turbatus: ut, *Exultat Amazon*, quasi Amazõ.

Circunfusa ruit, certantq́ illudere capto.
Accipe nunc Danaum insidias, & crimen: ab uno
Disce omneis.
Nanq; ut conspectu in medio turbatus, inermis
Cõstitit, atq; oculis Phrygia agmina circũspexit:
Heu quæ nũc tellus, inqt, quæ me æquora possunt
Accipere? aut qd iam misero mihi deniq; restat?
Cui neq; apud Danaos unq̃ locus, & super ipsi
Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscũt.
Quo gemitu conuersi animi, compressus & omnis
Impetus: hortamur fari, quo sanguine cretus,
Quidue ferat, memoret, quæ sit fiducia capto.
Ille hæc, deposita tandem formidine, fatur:
Cuncta equidem tibi Rex, fuerint quæcũq;, fatebor
Vera, inquit: neq; me Argolica de gente negabo.
Hoc primum: nec si miserum fortuna Sinonem

Heu.) modò est una syllaba, sed interdũ propter metrum duæ fiunt: ut est, *Hēu q̃ pingui macer est mihi taurus in eruo.* sicut Prendit & Prehendit: & secundũ Plinium multa sunt alia. *Tellus & æquora.*) Bene conciliat miseratione͂, de communibus duobus exclusus elemẽtis. Sane Tellus, lus longa est. & sunt pauca, quæ us producunt: ut senectus, iuuentus, salus, uirtus, palus, seruitus, incus, thus, rus, mus, pus: tunc scilicet, quum genitiuus in tis uel ris exit, & habet penultimam longam. Ideo autem tis & ris diximus, quia palus, licet paludis longa sit lu, breuis tamen nonnunquam inuenitur, quia in dis exit genitiuus: ut Horatius, *Sterilisq́ diu palus aptaq́ remis.* *Aequora.*) modò maria, alibi campos: ut, *Ac prius ignotum ferro quàm scindimus æquor.* dictum est ab æqualitate. *Denique.*) Aut uacat sicut Gentium, aut nouissimè significat. *Et super ipsi.*) Quibus sum præstiturus salutem. *Infensi.*) Infensus propriè dicitur plus quàm inimicus. *Pœnas cum sanguine poscunt.*) id est, & tormenta & mortem. potest enim aliud esse sine alio.

Quo sanguine cretus.) quibus sit parentibus natus. nam Græcum esse constabat.

Ferat.) afferat. *Memoret quæ sit fiducia capto.*) Aut dicat, quæ tanta sit in captiuo fiducia, ut audeat dicere Insuper ipsi: aut certè Memoret est meminerit, ut significet, meminerit in captiuo ueriloquium uitæ fiduciam esse. unde & responsio talis est, Fatebor uera. Alij Memorem legunt, ut sit sensus: hortabamur ad loquendum memorem, hoc est, qui diligenter factionis suæ meminerat. *Fuerint quæcunq;.*) id est, quicunque me sequatur euentus. *Hoc primum.*) hoc est, maximum apud me, uerum dicere Sinonem. Autolycus quidam fur fuit, qui se uarias formabat in species. hic habuit liberos: Sisyphũ, unde natus est Sinon: & Anticliam, unde Vlysses. consobrini ergo sunt. Nec immeritò Vergil. Sinonem dat &

ui dat & fallaciã, & proditionis officiũ, ne multũ discedat à fabula: quia secundum Euphorionem Vlysses hoc fecit. Finxit.) composuit, formauit: ut, Corpora fingere lingua. Et notandum, quòd omnis Sinonis oratio est diasyrtica. nam & negocium exprimit, & Troianorũ insultat stultitiæ, ut hoc loco Finxit. Vanũ.) fallacem. & Vanus est, qui etiam sine utilitate mentitur. Mendax, qui tantum ad decipiendum. Sanè Vanus apud idoneos stultus inuenitur: ut Iuuenalis, Sic libitum uano, qui nos distinxit Othoni. Fando aliquid si fortè tuas peruenit ad aureis.) dum dicitur. & utitur bona arte mendacij, ut præmittat uera,

Finxit, uanũ etiam mendacemq́ improba finget.
Fando aliquid si fortè tuas peruenit ad aureis
Belidæ nomen Palamedis, & inclita fama
Gloria, quem falsa sub proditione Pelasgi
Insontem, infando indicio, quia bella uetabat,
Demisere neci, nunc cassum lumine lugent.
Illi me comitem, & consanguinitate propinquum
Pauper in arma pater primis huc misit ab annis,

& sic falsa subiungat. nã quod de Palamede dicit, uerũ est: quod de se subiũgit, falsum. Et sciendum, ex hac historia partem dici, partem supprimi, partẽ intelligentibus linqui. Nã Palamedes, ut Apollonius dicit, septimo gradu à Belo originem ducens, quũ delectum militum per Græciam ageret, simulantem insaniam Vlyssem duxit inuitum. Quũ enim ille iunctis dissimilis naturæ animalibus salem sereret, filium ei Palamedes opposuit. quo motus Vlysses, aratra suspendit, ne filium offenderet: quod non insaniæ, sed prudentiæ fuerat indicium. & ad bellum ductus, habuit iustam causam doloris. Postea quũ Vlysses frumentatum missus ad Thraciam, nil aduexisset, à Palamede est uehementer increpitus. Et quum diceret, adeò non esse negligentiam suam, ut ne ipse quidem si pergeret, quicquam posset aduehere: profectus Palamedes, infinita frumenta deuexit. qua inuidia Vlysses auctis inimicitijs, fictam epistolam Priami nomine ad Palamedem (per quam agebat gratias proditionis, & commemorabat secretum auri pondus esse transmissum) dedit captiuo, & eum in itinere fecit occidi. hæc inuenta, more militiæ regi oblata est, & lecta principibus conuocatis. Tunc Vlysses, quum se Palamedi adesse simularet, ait: Si uerum esse creditis, in tentorio eius aurum quæratur. Quo facto, inuento auro, quod ipse per noctem corruptis seruis absconderat, Palamedes lapidibus interemptus est. Hunc autem constat fuisse prudentem. nam & tabulam ipsam inuenit ad comprimendas ociosi seditiones exercitus, ut Varro testatur. secundum quosdam ipse reperit literas. quæ res si fortè sit dubia, tamen certum est ab hoc inuentam C cum H aspiratione, respectu K literæ sine aspiratione. Inclyta gloria.) Propter delectum & frumenta.

Falsa sub proditione.) sub falso crimine proditionis. & rem notam per transitum dicit. unde paulo pòst, Haud ignota loquor. Quanquam ibi possit intelligi, haud ignota nobis, sed certe ad uos etiam potuit peruenire. Sciendum sanè, factum hoc & Troianos scisse. Sed Sinon callide, quasi ignorantibus, quæ uera sunt dicit, ut fidem sequentibus faciat. Infando indicio.) Propter aurum clàm suppositum. Quia bella uetabat.) Iam hoc falsum est: sed dicitur ad Sinonis commendationem. Cassum.) priuatum, uacuũ. Pauper.) Hæc fuerat causa militandi: ut Terentius, Quum hinc egens profugi & aliquò militatum.

Dum stabat

Dum ſtabat regno incolumis, regnumq́ uigebat
Conſilijs, & nos aliquod nomenq́, decusq́
Geſſimus: inuidia poſtquam pellacis Vlyſſi,
(Haud ignota loquor) ſuperis conceſſit ab oris,
Afflictus uitam in tenebris, luctuq́ trahebam,
Et caſum inſontis mecum indignabar amici.
Nec tacui demens: & me fors ſi qua tuliſſet,
Si patrios unquam remeaſſem uictor ad Argos,
Promiſi ultorem, & uerbis odia aſpera moui.
Hinc mihi prima mali labes, hinc ſemper Vlyſſes
Criminibus terrere nouis, hinc ſpargere uoces
In uulgum ambiguas, & quærere conſcius arma.
Nec requieuit enim, donec Calchante miniſtro:
Sed quid ego hęc aũt nequicquã ingrata reuoluo?
Quidúe moror? ſi omnes uno ordine habetis Achi(uos,
Idq́ audire ſat eſt: iandudũ ſumite pœnas.
Hoc Ithacus uelit, & magno mercentur Atridæ.

Dum ſtabat regno incolumis.) Quia & ipſe unus de regibus fuit. *Et nos.)* Pluralis numerus pro ſingulari, ad euitandã iactantiam. *Nomen.)* gloriam: ut, Nomen Echionium matrisq́ genus Pentheæ. *Inuidia.)* Propter aduectum frumentũ. *Pellacis.)* per blanditias decipientis. Pellicere enim eſt blandiendo elicere, uel decipere. *Mecum indignabar.)* Quomodo ergo, Nec tacui demens? intelligimus iſtum quaſi tacuiſſe primò, poſtea impatiẽtia doloris erupiſſe. *Fors ſiqua.)* Bene Siqua, quia eſt bona et mala. *Promiſi.)* Per contrariũ ait, pro Minatus ſũ: quia minamur mala, promittimus bona. ſic Horatius contrà: Atqui uultus erat multa et præclara minantis, id eſt, promittentis. *Prima mali labes.)* quæ ſecuti ſunt poſtea oraculum, & aſcita Calchantis factio. Labes uero ruinam ſignificat, à lapſu. *Criminibus.)* cauſis: ut ſuprà, Et crimine ab uno. *Spargere uoces.)* miſcere. Cicero, Spargere uenena dicerunt. *Ambiguas.)* dubias: ne ſi apertè ageret, accuſatio eſſe uideretur. *Cõſcius.)* Aut peracti ſceleris, aut dolorũ ſuorum: ut eſt in tertio, Oblitus'ue ſui eſt Ithacus diſcrimine tanto. *Arma.)* Modò fraudes, uel dolos. nam Arma ſunt inſtrumẽta cuiuſlibet rei. unde & inſidiantis fraudes arma nominauit. *Nec requieuit enim.)* Aut uacat Enim, aut pendet ſenſus ex poſterioribus. *Donec Calchante miniſtro.)* Arte enim agit ſemiplena dicendo, ut cogat & interrogare, & auidius audire Troianos. *Calchante miniſtro.)* me deſtinat aræ, intelligitur: & eſt apoſiopeſis. *Ingrata.)* nec uobis placitura, nec mihi gratiã conciliantia. *Quidúe moror.)* ueſtrã ſcilicet feſtinationem. *Omnes.)* Et eos qui uobis prodeſſe diſponunt. *Vno ordine.)* uno reatu. & eſt de antiqua tractũ ſcientia: quia in ordine dicebantur cauſæ propter multitudinẽ, uel tumultum feſtinantiũ, quũ erat annus litium. Iuuenal. Expectandus erit qui lites inchoet annus. *Iandudum.)* modò Quamprimũ. *Hoc Ithacus uelit, & ma. mer. Atri.)* Callidè hoc dicto impetrat uitã, aſſerens mortem ſuã illorum hoſtibus eſſe placiturã. Ideo aũt dicit Mercentur, quia ſacrorũ eſt ut fugiẽs uictima ubicũq; muẽta fuerit, occidatur, ne piaculũ cõmittatur. Ergo Sinon, qui uictima fuerat, et iure, & uotis, & præmio Græcorũ interimitur. *Ithacus* uero, pro Ithacenſis: principale pro deriuatiuo. *Magno.)* i. precio: ut, Turno tẽpus erit magno cũ optauerit emptũ Intactũ Pallãta.

Ardemus

Ardemus scitari.) festinamus. Quærere causas.) inquirere, cur græcis eius interitus optaretur. Artisq́ pelasgæ.) ars τῶν μίσων est: ideo adiecit Pelasgæ. fraudulenti enim sunt habiti, ut Plaut. Græca mercamur fide. Pauitans.) quasi pauitás. Ficto pectore.) Pectus pro uerbis posuit. nam nũquam fingitur pectus. Sæpe fugam Danai.) Hoc secundum Homerũ uerum est, ut maxime est ἐν τῷ ζ. ἰλιάδος. Moliri.) parare. Fessi bello.)

Tum uero ardemus scitari, & quærere causas,
Ignari scelerum tantorum, artisq́ pelasgæ.
Prosequitur pauitans, & ficto pectore fatur.
Sæpe fugam Danai Troia cupiere relicta
Moliri, & longo fessi discedere bello:
Fecissentq́ utinam. sæpe illos aspera ponti
Interclusit hyems, & terruit auster eunteis.
Præcipue cum iam hic trabibus cõtextus acernis
Staret equus, toto sonuerunt æthere nimbi.
Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi
Mittimus, isq́ adytis hęc tristia dicta reportat:
Sanguine placastis uentos, & uirgine cæsa,

Fauorem sibi conciliat, dicendo fatigatos esse Græcos uirtute Troianorum. Vtinã.) Nec enim hic aræ destinaretur. Põti hyems.) Bene addidit Põti, quia est & tẽporis & aëris. Eũteis.) ire cupientes: ut, Quũ canerẽ reges et prælia, id est, cum canere uellem. & est figura, ubi statuisse aliquid pro inchoatione habetur. Præcipue.) Contra illud, ne diceretur numina nõ esse placata. Aethere.) Aetherem pro aëre posuit, poëtica licentia. Suspensi.) Aut solliciti, ut Nostroq́ in limine pendens: quia nec tempestas post dona mutabatur. aut ad nimbos refertur distinctione mutata. Scitatum.) Participiũ pro participio est, id est, scitaturũ. Alij Scitatum legũt, id est, inquisitũ. Oracula.) tẽpla: de quibus dantur oracula. Adytis.) Adytum est locus templi secretior, ad quẽ nulli est aditus nisi sacerdoti, á sine, δύω ingredior, id est: sine alicuius ingressu. Tristia dicta reportat.) More suo breuiter habitũ futuræ orationis ostendit. Sanguine placastis uẽtos, & uirgine cæsa.) Quumprimũ hic distinguendum, quia & semel ad Troiam uentũ est, & antequam ad eam ueniretur, de Iphigenia est sacrificatum: cuius fabula est talis. Quum Græci ad Aulidem uenissent, Agamemnon Dianæ ceruam occidit ignarus. unde irata dea flatus uentorum remouit, quamobrem cum nec nauigare possent, & pestilentiam sustinerent, oracula consulta dixerunt, Agamennonio sanguine Dianam esse placandã. Ergo quum ab Vlysse per nuptiarum simulationem adducta Iphigenia in eo esset ut immolaretur, numinis miseratione sublata est, cerua supposita: & translata ad Tauricam regionẽ regi Thoanti tradita est. sacerdosq́ facta Dictynnæ Dianæ, quũ secundũ statutã consuetudinẽ humano sanguine numen placaret, agnouit fratrẽ Orestẽ, qui accepto oraculo carẽdi furoris causa cum amico Pylade Colchos petierat. & cum his occiso Thoante simulacrũ sustulit, absconditum fasce lignorum. unde & Fascelis dicitur: non tantum à face, cum qua pingitur. propter quod & lucifera dicitur, & Ariciam detulit. Sed quum postea Romanis sacrorum crudelitas displiceret, quanquã serui immolarentur, ad Laconas est Diana translata: ubi sacrificij consuetudo adolescentulorũ uerberibus seruatur, qui uocabantur βωμονῖκαι, qui aris superpositi contendebant, qui plura

possent uerbera sustinere. Orestis uero ossa ab Aricia Romam translata sunt, & cōdita ante templum Saturni, quod est ante cliuum Capitolij, iuxta Concordiæ templū. Virgine cæsa.) Non uere, sed ut uidebatur. Et sciendū, in sacris simulata pro ueris accipi. Vnde quū de animalibus quæ difficile inueniuntur est sacrificandū, de pane, uel de cera fiunt, & pro ueris accipiuntur. hinc est etiam illud, Sparserat & latices simulatos fontis auerni. nam & in templo Isidis aqua

Cum primum Iliacas Danai uenistis ad oras:
Sanguine quærendi reditus, animaq́ litandum
Argolica. uulgi quæ uox ut uenit ad aures,
Obstupuere animi, gelidusq́ per ima cucurrit
Ossa tremor: cui fata parent, quē poscat Apollo.
Hic Ithacus uatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios, quæ sint ea numina Diuûm
Flagitat, & mihi iam multi crudele canebant
Artificis scelus, & taciti uentura uidebant.
Bisquinos silet ille dies, tectusq́ recusat
Prodere uoce sua quenq̄, aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus,
Composito rumpit uocem, & me destinat aræ.
Assensere omneis: & quæ sibi quisq́ timebat,
Vnius in miseri exitium conuersa tulere.
Iamq́ dies infanda aderat: mihi sacra parari,
Et salsæ fruges, & circum tempora uittę.
Eripui (fateor) leto me, & uincula rupi.

sparsa de Nilo esse dicebatur. Argolica.) Quia occurrebat, occidi potuisse captiuum. Cui fata parent.) cui præparent mortē. Magno tumultu.) ad factionē tegēdam. Numina diuûm.) ꝓ oraculis posuit: & quærit modo, nō quid dicat (nā planū ē:) sed quis debeat immolari. Multi crudele canebāt.) Multi bis intelligendū, id est, multi uidebant taciti, multi etiā dicebant: ne sit contrariū Canebāt taciti. Bisquinos silet ille dies.) Dicimus & Bisquinis silet diebus. Tectus.) Aut multitudini se subtrahens, aut tegens consilium suum. Vix tandem.) Aut iunge, & uacat tandem: aut separa, & est exaggeratio à synonymis: ut, abijt, excessit, euasit, erupit. Composito.) ex pacto, uel ordine inter eos instituto. Rumpit uocem.) hoc est, erumpit in uocē. Et dictum est per contrariū. nam silentium rumpere, est loqui: ut, Quid me alta silentia cogis Rumpere? uocem rūpere, tacere. Sed aliqua interdū simpliciter, interdū per cōtrarium debemus intelligere. Et quæ sibi quisq́ timebat.) Ideo hoc addidit, quia dixerat Assensere omnes, ne uideretur cunctis fuisse suæ gentis inuisus. Mihi.) Multi posterioribus, multi primis iungunt: unus tamen est sensus. Parari.) Infinitiuus modus pro indicatiuo. & est figura propria historiographorū, ut Salustius: Equitare, iaculari, cursu cum æqualibus certare. ut poëtarū propria est, Nuda genu, & Toruū clamat. Quod aūt Cic. ait Bellicū canit, non est figura, sed sermo naturalis: est enim soni nomē. Salsæ fruges.) sal & far, quod dicitur mola salsa, qua & frons uictimæ & foci aspergebantur, & cultri. Fit aūt de horna fruge, & horno sale: ut Horat. Et horna fruge. Vittæ.) quibus uictimæ coronātur. Leto.) non sacrificio; inuidiose locutus est. Vincula rupi.) Atqui solutæ sunt hostiæ. nam piacu-

lura

lum est in sacrificio aliquid esse religatum. unde est, Vnum exuta pedem uinclis in ueste recincta: itē, Vittasq́ resoluit Sacrati capitis. Ergo uincula religionis intellige: ut, Et uinclis innaret Chlœlia ruptis, scilicet fœderis. nec enim obsides unquam ligantur. Sed huic expositioni illud occurrit, unde iste ligatus fuerit: quia eum Troiani non ligauerūt. ultro enim se obtulerat. Vnde intelligendū est à Græcis magis ligatus, quia & consuetudo illa quam suprà diximus, erat in ipso tēpore sacrificiorū. ante enim ligabantur: ut Iuuenalis, Sed procul extēsum petulās quatit hostia funē. Limosoq́ lacu.) Vt uerisimilem fugam faciat, circumstantiis utitur. Notandū sanè Vergil. sub aliorum psonis causam exequi nobilium, ut hoc loco Marij, itē paulo pòst Pōpeij: ut, Iacet ingens littore truncus. Per noctē obs.) Bona elocutio est, rem tēporis ad personā trāsferre: ut, matutinus uenit. Si forte dedissent.) Mediū se præbet. nam nec negat, nec cōfirmat eos nauigasse: ne aut eis demat securitatē, aut quod suprà dixit falsum sit, nō posse nauigare Græcos nisi homine immolato, ut illorū sit quicqd elegerint. & artis est argumentorū angustia, in certis sermonib. Antiquam.) cherā: & bene cōmemorat liberos & parentē, ut ostēdat se nō deseruisse, ut uilē, sed mortis fugisse terrorē. Fors ad pœnas.) Forte, Et pœnas. Alij iungūt Fors, ut sit forsan. Et bene elicit misericordiā, ostenditq́ non se habere causam redeūdi post mortē suorū. Effugia.) Et fuga & effugiū dicimus, sicut lana & laniciū: ut, Si tibi laniciū curæ. hinc est æquitas, & æquū. Piabūt.) expiabūt: & τῶν μέσων est. nam plerūq; impiare significat. Per, si qua est.) Diasyrtice irridet, ut diximus. Ordo est, Quod te oro per superos. Nō digna.) scilicet indigno luctu affecti. Miserescimus ultro.) Aut per se plenū est, aut cohæret sequētibus, quia nō potest primis. Dicimus enim, aut illā rem miseror, aut illius rei misereor, nō illis. Vltro aūt, non est sponte: nam iam rogauerat: sed insuper. Et uenit ab eo quod est ultra, quia plusquā rogauerat præstiterūt. Arcta uincula.) Aut epexegesis, manicarū est: aut utrūq; habuit. Quisquis es.) licet hostis sis. Et sunt, ut habemus in Liuio, imperatoris uerba, transfugā recipientis in fidē: Quisquis es, noster eris. Item, Vigilas ne deū gens, uerba sunt quibus Pontifex Maximus utitur in puluinaribus, quia uariam scientiam suo inserit carmini. Hinc iam.) aut ex hoc tempore, aut ex hac oratione, aut ex eo quod te dicis Vlyssis factiōe laborasse. Edissere uera.) Hic distinguendū; uera enim audire desiderat.

Limosoq́ lacu per noctem obscurus in ulua
Delitui, dum uela darent: si forte dedissent.
Nec mihi iam patriam antiquam spes ulla uidēdi,
Nec dulceis natos, exoptatumq́ parentem:
Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent
Effugia, & culpam hanc miserorū morte piabunt.
Quod te per superos, & conscia numina ueri,
Per: si qua est, quæ restat adhuc mortalibus, usquā
Intemerata fides: oro, miserere laborum
Tantorum, miserere animi non digna ferentis.
His lacrymis uitā damus, & miserescimus ultro.
Ipse uiro primus manicas, atq; arcta leuari
Vincla iubet Priamus, dictisq́ ita fatur amicis:
Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios,
Noster eris, mihiq́ hæc edissere uera roganti.

Quo molem.) quā ob causam. & ad hoc respōdet Sinon, ne recipiatur portis. Et est color, qui in cōiecturali statu sæpe requiritur. Quis autor.) Ad hoc respondet: Calchas attollere iussit. Quidúe petūt.) quid desiderant? utiq; ut placetur Minerua. Ad sidera.) in altum, ad locū siderum: uel quia semper sunt sidera, sed Solis splendore uincūtur. Aeterni ignes.) aut ararū, quas fugit: ut execratio sit propter posteriora, Vos aræ. aut certe Solem & Lunā significat.

Quo molē hāc immanis equi statuere? quis autor?
Quidúe petūt? quę religio? aut quę machina belli?
Dixerat. ille dolis instructus, & arte pelasga,
Sustulit exutas uinclis ad sidera palmas:
Vos æterni ignes, & non uiolabile uestrum
Testor numen, ait: uos aræ, ensesq; nefandi,
Quos fugi, uittæq; deûm, quas hostia gessi:
Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura,
Fas odisse uiros, atq; omnia ferre sub auras,
Siqua tegunt, teneor patriæ nec legibus ullis:
Tu modo promissis maneas, seruataq; serues
Troia fidem, si uera feram, si magna rependam.
Omnis spes Danaum, & cœpti fiducia belli
Palladis auxilijs semper stetit, impius ex quo
Tydides, sed enim scelerumq; inuentor Vlysses

Execratio autē est, aduersorum deprecatio: Iusiurandum uero, optare prospera. Testor:) modo iuro. alibi testificor, ut Testor in occasu uestro. Vestrum numē.) quia secundum philosophos dicuntur sidera elementa esse, & habere ꝓprias potestates. Ensesq; nefandi.) Inuidiose ad pluralem transit numerū: ut Terentius, Non perpeti meretricum contumelias. Vittaq; deûm.) Aut quæ habentur in honore deorum, aut quas habent ipsa simulacra: ut inferius, Virgineas ausi diuæ contingere uittas. Gessi.) penè gessi. non enim uere gesserat, sed quantum ad Græcos pertinet, dixit. Fas mihi.) subaudis Sit. & bene à dijs petit ueniam, ne uideatur proditor: nam & hæc quæ dicturus est tacuit, antequam audiret, Noster eris. si enim uoluntate proderet, sequebatur quod ait Cicero: Nemo unquam sapiens proditori credendum putauit. Sacrata resoluere iura.) scilicet, ut nō incidat in sacramēti pœnā. Quia militiæ tria sunt genera. plerunq; enim euocati dicuntur, & non sunt milites, sed pro milite. unde Sallustius, Neu quis miles néue pro milite. Item, Ipse ab his omnes euocatos & centuriones. plerunq; tumultuarij, hoc est, qui ad unum militant bellum. plerunq; sacramento rogati, quia post electionem in rempubl. iurant. Et hi sunt qui habent plenā militiā: nam quinq; & uiginti annis tenentur. Hæc tria genera tangit Virg. Sacramēti, hoc loco: Tumultuarij, ut Simul omne tumultu Cōiurat trepido Latium: Euocationis, Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbē.

Fas odisse uiros.) ut suprà dictū est, omnia diasyrtice loquitur. Nam & ad Græcos possunt referri, & ad Troianos. Siqua te.) Propter ea quæ latent in equo. Nec legib. ullis.) Si Græcorū, propter id; Noster eris: si Troianorū, quia græcus. Serues Troia fi.) Quia qđ rex promittit, uidetur respu. polliceri. Omnes spes Danaum.) More suo à ueris incipit. nam & fauet Minerua Græcis, & constabat raptū esse palladiū. Tydides, sed enim.) Sed enim hysteron proteron est: sed enim ex quo pius Tydides. nam hysterologia unius est sermonis, ut

nis, ut Transtra per & remos. Impiū uero, propter uulnerata numina. Scelerūq; inuentor Vlysses.) Propter Palamedē occisum ipsius factione. Fatale.) τῶν μέσων. nam & quod custodit, & quod interimit pro loco intelligitur. Auellere.) Ostendit inuitum numen esse sublatum. Palladium.) Helenus apud Arisbam captus à Græcis, indicauit coactus fata Troiana, in quibus etiā de Palladio dixit. unde dicitur à Pyrrho regna meruisse: quanquam

Fatale agressi sacrato auellere templo
Palladium, cæsis summæ custodibus arcis,
Corripuere sacram effigiem, manibusq; cruentis
Virgineas ausi Diuæ contingere uittas.
Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri
Spes Danaum, fractæ uires, auersa Deæ mens:
Nec dubijs ea signa dedit Tritonia monstris.
Vix positum castris simulacrum, arsere coruscæ
Luminibus flammæ arrectis, salsusq; per artus
Sudor ijt, terq; ipsa solo (mirabile dictu)
Emicuit, parmamq; ferens, hastamq; trementem.

præstiterit Pyrrho, ut faceret eum redire per terram, dicēs oēs Græcos (qđ & cōtigit) naufragio esse perituros. tunc Diomedes & Vlysses, ut alij dicūt, cuniculis: alij, cloacis ascenderūt arcē, & occisis custodib. sustulere simulacrū. Ideo autem hoc negocium his potissimū datur, quia cultores fuerūt Mineruæ. Hoc quū postea Diomedes haberet, (qđ & Verg. pro parte tangit, & Varro plenissime dicit) credēs sibi non esse aptum propter sua pericula, transeunti Aeneæ offerre conatus est. Sed quū se ille uelato capite sacrificans conuertisset, Nautes quidā simulacrū accepit. unde Mineruæ sacra non Iulia gens habuit, sed Nautiorū. hinc est in Quinto, Vnum Tritonia Pallas Quem docuit. Quanq̄ alij dicant simulacrū hoc à Troianis fuisse absconditū intra extructum parietem, postq̄ agnouerunt Troiam esse perituram: quod postea bello Mithridatico dicitur Fimbria quidam Romanus inuentum indicasse, quod Romā constat aduectū. Et quū responsum fuisset illic imperium fore, ubi & Palladiū: adhibito Mamurio fabro multa similia facta sunt. Veruntamen agnoscitur hastæ oculorūq; mobilitate: unde est, Vix positū castris simulacrū arsere coruscæ Luminibus flammæ arrectis. uel, Hastam trementem. sed ab uno tantum sacerdote agnoscitur, ut Lucan. Troianam soli cui fas uidisse Mineruā. Dicūt sanè alij, unū simulacrū cœlo lapsum apud Athenas tātū fuisse. Alij duo uolunt: hoc de quo diximus, & illud Atheniēse. Sacrā effig.) quasi cœlo lapsam. Ex illo.) facto, uel tēpore. Fluere.) τῶν μέσων est. ideo ait Retro. Cōtrà Sallust. Rebus suprà uotū fluentibus. Auersa deæ mens.) Propter illud, Manibus cruentis. Tritonia.) Aut quasi terribilis ἀπὸ τοῦ τρεῖν, quod est timere uel fugere: aut secundū Lucanū, qui ait, Et se dilecta Tritonida dixit ab unda: uel Tritonia per ἐτυμολογίαν, quia cum sit dea sapientiæ in partes tres diuiditur, in intelligentiā de tempore præsenti, in prouidentiā de futuro, in memoriam de tempore præterito. Sanè Tritonia antonomasiuum est, quia propriū est Minerua. nam epitheta sunt, quæ possunt uarijs uel rebus, uel personis apponi. Et hæc caute obseruanda sunt: sicut & propria nomina, quæ plerunq; ex appellatiuis sunt, ut est uictor, uel felix. Vix.) modò mox. Salsus sudor.) Bene addidit Salsus, ut significaret laborem futurum, ne forte aliter in simulacro humor intelligeretur. Emicuit.) quasi quæ con-

sistebat inuita. Tentanda æquora.) *Si fugere possint post iram Mineruæ.* Argis.) *aduerbium in loco est. Et respexit morem Romanũ. nam si egressi male pugnassent, reuertebantur ad captanda rursus auguria.* Reducant.) *reconcilient.* Arma deosq́ parant comites.) *Ingenti arte de futuro sollicitos facit, ut præsentem firmet securitatem.* Improuisi aderunt.) *Sicut & factũ est.* Digerit omnia.) *Interpretatur numinis commotionẽ.* Antiqua sub relligiõe.) *sub fauore pristino.* Nam si uestra manus.) *quia occurrebat, exurẽdum esse equũ, si introferri, uel pdesse non poterat.* Ascẽdisset.) *ut, Scandit fatalis machina muros.* Asiã.) *Asiaticos: ut paulo pòst, urbẽ sepultã p ciuib. posuit.* Pelopeia.) *Argiua, à Pelope: unde Pelopõnesus dicitur.* Nostros nepotes.) *Diasyrtice. nã iã quasi Troianus loqtur.* Periuri.) *In uerbo, r non habet. nam peiero dicimus corrupta natura præpositionis: quæ res errorem facit, ut aliqui male dicãt Peiurus.* Credita res.) *Aut fides habita, aut ei commissa Respubl.* Captiq́ dolis.) *Virtuti non cedit. Dolis dicit Troiam esse superatam: non quod Troianis uictos esse turpe nõ fuerit, sed quod Græcis turpius uicisse per dolos.* Coactis.) *Vt Terentius: Vna me hercle falsa lacrymula, quàm oculos terendo misere uix ui expresserit.* Larissæus Achilles.) *à uicinitate, nam Phthius fuit. utraq; tamẽ Thessaliæ ciuitas est.* Hic.) *tunc.* Maius miseris multoq́.) *Frequentauit M: ut, Et sale saxá sonabãt. & Casus Cassandra canebat. nam apud ueteres à similibus incipere uitiosum non erat. Et notandũ, quia (ut suprà diximus) agit ne uideatur uel Troia cessisse uiribus, uel Aeneas uoluntate fugisse. Hanc autem rem ostendit, ex accidentibus dolos græcorum esse firmatos.*

Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas,
Nec posse argolicis excindi Pergama telis,
Omnia ni repetant Argis, numenq́ reducant,
Quod pelago & curuis secum aduexere carinis.
Et nunc quod patrias uento petiere Mycenas,
Arma, deosq́ parant comites, pelagoq́ remenso
Improuisi aderunt: ita digerit omnia Calchas.
Hanc pro palladio moniti, pro numine læso
Effigiem statuere, nefas quæ triste piaret.
Hanc tamen immẽsam Calchas attollere molem
Roboribus textis, cœloq́ educere iussit.
Neu recipi portis, aut duci in mœnia possit,
Neu populum antiqua sub relligione tueri.
Nam si uestra manus uiolasset dona Mineruæ,
Tũ magnũ exitiũ (quod dij prius omen in ipsum
Cõuertãt) Priami imperio, Phrygibusq́ futurũ:
Sin manibus uestris uestrã ascendisset in urbem,
Vltro Asiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam, & nostros ea fata manere nepotes.
Talibus insidijs, periturique arte Sinonis
Credita res: captiq́ dolis, lacrymisq́ coacti,
Quos neq; Tydides, nec Larissæus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinæ.
Hic aliud maius miseris, multoq́ tremendum
Obijcitur magis, atq; improuida pectora turbat.

Laocoon

Laocoon.) Vt Euphorion dicit, post aduentũ Græcorũ sacerdos Neptuni lapidibus occisus est, quia sacrificiis eorũ non prædixit aduentũ. Postea abscedentibus Græcis, quũ uellent sacrificare Neptuno, Laocoon Thymbræi Apollinis sorte ductus est, ut solet fieri quũ deest sacerdos certus. Hic piaculum cõmiserat, ante simulacrũ numinis cũ uxore coẽũdo. Et ob hoc immissis draconibus cum suis filiis interemptus est. Historia quidẽ hoc habet. sed Poëta in-

Laocoon ductus Neptuno sorte sacerdos
Solenneis taurum ingentem mactabat ad aras.
Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta
(Horresco referens) immensis orbibus angues
Incumbunt pelago, pariterq; ad littora tendunt.
Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubæq;
Sanguineæ exuperant undas: pars cætera pontũ
Pone legit, sinuatq; immensa uolumine terga.
Fit sonitus spumante salo: iamq; arua tenebant,
Ardenteisq; oculos suffecti sanguine & igni,
Sibila lambebant linguis uibrantibus ora.
Diffugimus uisu exangues, illi agmine certo
Laocoonta petunt, & primum parua duorum
Corpora natorum serpens amplexus uterq;
Implicat, & miseros morsu depascitur artus.
Post ipsum auxilio subeuntem, ac tela ferentem
Corripiunt, spirisq; ligant ingentibus: & iam

*terpretatur ad Troianorum excusationẽ. Sorte ductus.) Sic Sallustius, Sorte ductus furti negati. Solenneis aras.) anniuersario sacrificio religiosas. Dicimus autẽ sacrificiũ solẽne, et aras solennes: ut apricũ & hominẽ & locũ, ut Aprici meminere senes: Persius. contrà Horat. Cur apricũ Oderit cãpũ. Taurũ ingentẽ.) Nõ pter rationem est hoc loco Ingẽtẽ: ut alio loco, Iam cornu petat. In uictimis enĩ ista requiruntur, ut certis numinib. certæ ætatis animalia mactẽtur. Gemini.) duo, aut similes. gemini aũt pprie fratres sunt simul nati. Horresco referens.) etiã referẽs. Angues.) Angues aquarũ sunt, serpẽtes terrarũ, dracones templorum: ut in hoc indicat loco, Trãquilla per alta ang. paulo pòst, Serpens amplexus. Itẽ, Delubra ad summa dracones. Sed hæc significatio plerũq; cõfunditur. Pelago.) per pelagus. Iubæ.) Aut cristæ, aut barbæ. Sanguineæ.) id est, Sanguinei coloris. Legit.) trãsit: ut Littoraq; Epiri legimus. Sinuat.) curuat, flectit in sinus. Salo.) dicimus & salũ. Vnde est salo, & sal salis: ut, Spumas salis ære ruebãt. &, Sale tabẽtes artus. Suffecti.) pro infecti: ut connixa, pro enixa. & est figura, suffecti oculos. Sibila.) id est, sibilantia. nam participium est. cum enim nomen est, sibilus dicimus: ut, Nam neq; me tantũ uenientis sibilus austri. Vibrantibus.) mobilibus: quia nullum animal tanta celeritate linguã mouet, adeò ut triplicẽ habere uideatur, quũ una sit. Diffugimus uisu.) * Qualis uindicta in eos fuit, ut etiam aliter prius posteris supplicia hæc præuidissent. maior enim pœna est in uisione, q̃ in patientia. Depascitur.) Vt suprà diximus, & pasco & pascor unius sunt significationis: ut, Atq; artus depascitur arida febris. Post ipsum auxilio.) * Quomodo se misit filios liberare, qui talẽ uim cõspiciebat, sed ne parricida diceretur, qui filios nõ liberarit. Spiris.) nodis: unde & bases colũnarũ, spirulas dicũt. nam proprie spira est, uolubilitas funium.*

Squammea.)

Squammea.) pro squammosa, ut frondea pro frondosa. Perfusus uittas.) perfusas habens uittas. & est interpositus uersus: nam potest tolli saluo sensu. Atroq́; ueneno.) ut pallida mors, uel tristis senectus. Qualis mugitus.) id est, tollit. facta autem comparatio est propter sacerdotis personam. Incertam.) dubiè illisam, quæ non haberet mortis effectū. Lapsu.) Labi proprie serpentum est. Delubra.) Delubrum dicitur, quod uno tecto plura amplectitur numina, quia uno tecto diluitur: ut est Capitoliū, in quo est Iupiter, Iuno, & Minerua. Alij dicūt delubrū esse locū ante tēplū, ubi aqua currit: à diluendo. Est autem synecdoche, hoc est à parte totū. Sæuæ.) fortis, aut nobilis. Sub pedibusq́; deæ.) scilicet maioris simulacri, quod à cūctis uidetur. nam quod colitur, & breue est et latet: sicut palladium fuerat. Clypeiq́; sub orbe.) Vt maxima pars in spirā collecta sit ante pedes. Colla uero cū capitibus erectis post clypeū, id est, inter scutum & & simulacrū deæ latebāt, ut est in templo urbis Romæ. Nouus.) magnus, ut Pollio & ipse facit noua carmina. Insinuat.) pro insinuatur. Scelus.) suppliciū, ab ea quod præcedit, id quod sequitur. Expendisse autem tractū est, à pecunia: nam apud maiores pecuniarias pœnas constat fuisse. Sacrū robur.) Nō ut suprà lignū. Sceleratamq́.) pro ipse sceleratus, ut inutile ferrū. & est hypallage. Sedes.) Per hoc ostendit domum Mineruæ. Oranda.) placanda. Muros.) superpositos portæ Scææ. Mœnia pandimus urbis.) Nō est iteratio. nam sequitur, Quater ipso in limine portæ. dicit patefacta porta, uel diruta interiora ciuitatis esse nudata. Accingunt operi.) id est, præparant se ad opus. Intendunt.) ligant: ut, Intenditq́; locum sertis. Scandit.) transcendit propria magnitudine. Fatalis.) mortifera. Sacra canunt.) hymnos dicunt. Minans.) uel eminens: ut, Minæq́; murorum: uel minitans,

Bis mediū amplexi, bis collo squammea circum
Terga dati superant capite, & ceruicibus altis.
Ille simul manibus tendit diuellere nodos,
Perfusus sanie uittas, atroq́; ueneno,
Clamores simul horrendos ad sidera tollit:
Qualis mugitus fugit cum saucius aram
Taurus, & incertam excussit ceruice securim.
At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt, sæuæq́; petunt Tritonidos arcem,
Sub pedibusq́; deæ, clypeiq́; sub orbe teguntur:
Tum uero tremefacta nouus per pectora cunctis
Insinuat pauor, & scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspide robur
Læserit, & tergo sceleratam intorserit hastam.
Ducendum ad sedes simulacrum, orandaq́; diuæ
Numina conclamant.
Diuidimus muros, & mœnia pandimus urbis.
Accingunt omnes operi, pedibusq́; rotarum
Subijciunt lapsus, & stupea uincula collo
Intendunt, scandit fatalis machina muros,
Fœta armis: pueri circùm, innuptæq́; puellæ
Sacra canunt, funemq́; manu contingere gaudēt.
Illa subit, mediæq́; minans illabitur urbi,

nitans, euentũ aliquem malo ominans. O *patria.*) *Versus* Ennianus. *Sanè exclamatio eò pertinet, quòd tanta fuerit uis consecrationis, ut etiam post prophanationem ab ingressu hostis uetaret. nam nouimus sepulchro* Laomedontis, *quod supra portam* Scæam *fuerat, tuta fuisse fata* Troiana. Inclyta bello.) Quia *superauerat* Mysiam *totã.* Quater.) *sæpius.* Immemores.) *improuidi, aut non memores oraculorum.* Monstrum infelix.) Post *rem probatam dixit.*

O patria, ò diuûm domus Ilium, & inclyta bello
Mœnia Dardanidum: quater ipso in limine portę
Substitit, atq; utero sonitum quater arma dedere.
Instamus tamen immemores, cæciq́; furore,
Et monstrum infelix sacrata sistimus arce.
Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, dei iussu, non unquam credita Teucris.
Nos delubra deûm miseri, quibus ultimus esset
Ille dies, festa uelamus fronde per urbem.
Vertitur interea cælum: & ruit Oceano nox,
Inuoluens umbra magna terramq́;, polumq́;,
Myrmidonumq́; dolos. fusi per mœnia Teucri
Conticuere, sopor fessos complectitur artus.
Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat
A Tenedo, tacitæ per amica silentia lunæ,

Tunc etiã.) *sicut antehac sæpius. nã* Helena *ueniẽte prædixerat futura bella & mala.* Dei iussu.) Præcepto Apollinis, *qui spe promissi coitus concessa diuinitate frustratus, sustulit fidẽ uera dicenti.* Non unq̃.) *non aliquãdo. nam si* Nonnunquã *esset, duæ negatiuæ facerent cõfirmatiuam: licet* Terentius Græco *more dixerit,* Agrum *in his regionibus meliorem, neq; præcij maioris nemo habet.* Festa fronde.) *quæ festos indicat dies: ut laurus, oliua, hædera, & similia.* Velamus.) *coronamus: ut,* Victori *uelatum auro uittisq́; iuuencum.* Vertitur cælum.) Atqui *epitheton hoc cæli perpetuum est: sed* Vertitur *nunc, id est, in aliam faciem cõmutatur, quod more suo sequentibus explanat.* Ruit Oceano.) *nascitur de* Oceano: *ut,* Et *ruit atra* Ad *cælum picea crassus caligine nubem.* Ideo *autem ruit, quia altius est mare quàm terra, ut diximus suprà.* Vmbra magna.) *id est, terræ. & est diffinitio noctis, quum sol infra hemisphærium in contrarium iaciat umbrã, quæ nox est.* Myrmidonumq́; dolos.) A *generalibus ad specialia uenire uitiosum est, nisi fortè redeat ad causam: ut hoc loco.* Per mœnia.) *per domos: ut suprà,* Et *mœnia pandimus urbis.* Mœnia *enim & publica & priuata dicuntur.* Phalanx.) Lingua Macedonum, *legio. & est à parte totum, hoc est, synecdoche.* Ibat.) *ueniebat: ut,* Nunc *primum à nauibus itis.* Amica.) *sibi grata.* Sciendum *autem, septima luna captam esse* Troiam, *cuius simulachrum apud* Argos *est constitutum. hinc est quod dicit,* Oblati *per lunam. & alibi,* Per *cæcam noctem.* Tacitæ lunæ.) Aut *more poëtico noctem significat, aut physica ratione dixit. nam circuli septem sunt,* Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ. *& primus, hoc est,* Saturni *uehementer sonat. reliqui secundum ordinem minus: sicut audiuimus in cythara, cuius ultima chorda minus sonat.* Ergo Tacita *luna est, cuius circulus uicinus terræ immobili minus sonat comparatione aliorum.*

Littora nota petens: flammas cum regia puppis
Extulerat, fatisq́ deûm defensus iniquis
Inclusos utero Danaos, & pinea furtim
Laxat claustra Sinon: illos patefactus ad auras
Reddit equus, lætiq́ cauo se robore promunt,
Tissandrus, Sthenelusq́ duces, & dirus Vlysses,
Demissum lapsi per funem Acamasq́, Thoasq́,
Pelidesq́ Neoptolemus, primusq́ Machaon,
Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus.
Inuadunt urbem somno, uinoq́ sepultam.
Cæduntur uigiles, portisq́ patentibus omneis
Accipiunt socios, atq́ agmina conscia iungunt.
Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuûm gratissima serpit.
In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi, largosq́ effundere fletus,

Flammas cum regia puppis.) More militiæ: *ut,* Dat clarum ex puppi signum. *Est autem tropus. per puppim nauim, per nauim eos qui in naui sunt, significat.* Fatis iniquis.) *uoluntate numinum, non illis propitia, sed in nos iniqua: ut* Lucanus *de* Mario, Non ille fauore Numinis ingenti superum protectus ab ira Vir ferus, & fato cupienti perdere Romã Sufficiens. Reddit.) *quasi debitos: ut,* Redditus his primum terris. *sic* Horat. Nauis quæ tibi creditũ Debes Vergiliũ finib. Atticis, Reddas incolumem precor. Cauo robore.) Ephexegesis equi. Tissandrus.) Polynicis & Argiæ filius. Sthenelus.) Capanei & Euadnes filius. Vlysses.) Laërtæ & Anticliæ. Neoptolemus.) Quia ad bellum ductus est puer Pyrrhus. Pyrrhus uero à capillorum qualitate uocitatus est (nã Pyrrhatij Capilli dicũtur) Achillis & Deidamiæ filius, Pelei & Thetidis nepos ex patre, ex matre uero Lycomedis regis Scyriæ insulæ. Primusq́ Ma.) Aesculapij filius, medicorũ maximus, aut princeps, aut numeri sui. nam per ternos distinxit. Vrbem.) id est, ciues: quum Vrbs muros significet, Ciuitas uero eius habitatores. Cæduntur uigiles.) Non actus nomen est, sed officij. Vigiles autem capitolij significat. nam paulo pòst, Vix primi prælia tentant Portarum uigiles.

Conscia.) coniurata. Bene autem in insidijs conscientiam nominat. Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris Incipit.) Hoc loco noctis describit initiũ. alibi totam noctem: ut, Nox erat & placidum carpebant fessa soporem Corpora per terras. Descriptiones sanè pro rerum qualitate uel tenduntur, uel corripiuntur. Illo enim loco protentio ad inuidiam pertinet Didonis, ut uigiliarum. Sunt autem solidæ noctis partes secundum Varronem hæ: uespera, conticinium, intempestum, gallicinium, lucifer, diei mane, ortus, meridies, occasus. De crepusculo uero, quod est dubia lux, (nam creperum dubium significat) quæritur. Et licet utriq́ tempori possit iungi, usus tamen ut matutino iungamus obtinuit: licet Lucanus dixerit, Longa repercusso nituere crepuscula Phœbo. Manum uero, unde est Mane, bonum dixere ueteres. Serpit.) latenter membris infunditur. In somnis.) aut per somnos: aut si Insomnis legeris, erit synæresis, id est, conglutinatio, pro insomnijs.

Ecce.) Hac particula utimur, quoties aliquid repentinum uolumus indicare: ut, Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum. Visus adesse.) Bene Visus, quia somnia

uidentur

uidentur tantũ, non sunt naturaliter uera. quod paulo pòst dicit, Effert penetralibus ignẽ: confirmantis est. nam illud fuisse uerum contendit. Raptatus.) Frequentatiuo utitur: *ut suprà, Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.* Bigis.) Secundum artem modò dixit, *quæ exigit ut quæ de pluribus constant, plurali tantum numero dicamus: ut bigas, quadrigas, mappas. sed hæc plerunque corrumpit autoritas: ut Horatius, Ne sordida mappa. item Statius, Rorifera gelidum tenuauerat aëra biga.* Traiectus lora.) *traiecta lora habens.* Hei mihi.) *Versus Ennij.* Exuuias indutus Achilli.) *Cælauit mortem Patrocli ad laudis augmẽtum. Indutus accusatiuo iungitur, ut hoc loco. & ut magis in usu est septimo, quo nunc non utimur. Exuuias tantũ plurali nume. dicimus.* Phrygios ignes.) *flammas Troianas, quibus Protesilai nauis incensa est.*

Raptatus bigis, ut quondam, aterq́ue cruento
Puluere, perq́ue pedes traiectus lora tumenteis.
Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuuias indutus Achilli:
Vel Danaũ Phrygios iaculatus puppibus igneis:
Squallentem barbã, & cõcretos sanguine crineis,
Vulneraq́ue illa gerens, quæ circũ plurima muros
Accepit patrios. ultro flens ipse uidebar
Compellare uirum, & mœstas expromere uoces.
O lux Dardaniæ, spes ò fidissima Teucrûm,
Quæ tantæ tenuere moræ? quibus Hector ab oris
Expectate uenis? ut te post multa tuorum
Funera, post uarios hominumq́ue urbisq́ue labores,
Defessi aspicimus: quæ causa indigna serenos
Fœdauit uultus? aut cur hæc uulnera cerno?
Ille nihil, nec me quærentem uana moratur:
Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens,
Heu fuge nate dea, teq́ue his (ait) eripe flammis.

Barbam.) *Singulari numero hominum, plurali quadrupedum dicitur. Vnde dubitatur de quibus dixerit, Stiriaq́ue impexis induruit horrida barbis.* Plurima muros.) *Quia, ut Homerus dicit* ἐν τῷ χ. ἄλλοι δὲ περίδραμον υἷες ἀχαιῶν, οἵ τι θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν ἕκτορος. *In extinctum enim Hectorem omnes tela iecerunt more maiorũ. unde est, Et bis sex thoraca petitum, Perfossumq́ue locis. propter duodecim populos Thusciæ. Duodecim enim Lucumones, qui reges sunt lingua Thuscorum, habebant. unde est, Gens illi triplex populi sub gente quaterni.* Vltro.) *Quia ratio exigebat, ut loqueretur ille qui uenerat.*

Compellare.) *alloqui.* Spes ò fidissima.) *Bene per contrariũ. Spes enim semper incerta, in Hectore fidissima.* Expectate.) *Antiptosis est, pro expectatus.* Fœdauit.) *cruentauit: ut, Sanguine fœdantem. Et bene permansit in translatione, quia supra dixerat O lux: ideo & Serenos, ideo & Fœdauit. nam Sallust. de nubibus, Fœdauere lumen.* Ille nihil.) *scilicet ad interrogata. pleraque enim uerba ex negocijs accipiunt significationem.* Vana.) *falsa.* Gemitus.) *Nec enim paruus dolor est uiro forti, fortem uirum fugam suadere. Et nota, omnes suasoriæ partes hoc loco contineri.* Fuge nate dea.) *Propositio est.*

Eripe flammis.) *Vtile.* His autem.) δεικτικῶς, *id est, demonstrantis ad locum.*

Sat patriæ, Priamoq́ datum.) Honestum. nam contra fata uenire constat neminē posse. Etiam.) Multi hic distinguūt, ut sit Adhuc: ut, Etiam arma tenentem. sed melius est, Etiā hac: ut & particeps gloriæ sit Aeneas, & Hector superbiam uitet. Sacra, suosq́ tibi commendat Troia Penates.) Necessarium. nam sacrilegiū est, non liberare commendatos penates. Fatorum comites.) Possibile: quia occurrebat, Hostis habet muros. dat et comites deos. Pererrato.)

Hostis habet muros, ruit alto à culmine Troia.
Sat patriæ, Priamoq́ datum: si Pergama dextra
Defendi possent, etiam hac defensa fuissent.
Sacra, suosq́ tibi commendat Troia Penates.
Hos cape fatorum comites, his mœnia quære,
Magna pererrato statues quæ deniq́ ponto.
Sic ait: & manibus uittas, Vestamq́ potentem,
Aeternumq́ adytis effert penetralibus ignem.
Diuerso interea miscentur mœnia luctu,
Et magis atq́ magis (quanq̄ secreta parentis
Anchisæ domus, arboribusq́ obtecta recessit)
Clarescunt sonitus, armorumq́ ingruit horror.
Excutior somno, & summi fastigia tecti
Ascensu supero, atq́ arrectis auribus adsto.
In segetem ueluti cum flamma furentibus austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata læta, boumq́ labores,
Præcipitesq́ trahit syluas: stupet inscius alto

Vna pars orationis. hoc autem uerbo ostendit erroris longinquitatem. Vestam.) deam ignis, quæ (ut suprà diximus) Terra est. Diuerso interea.) Hic est proœconomia. agit enim Aeneā non fuisse proditorem, sed propter longinquitatem domus & tardius bella cognouisse, & facilius euitasse discrimen. Magis atq́ magis.) Iteratione sermonis fecit augmentum. ac si diceret, Magis ac plus: sed propter metrum non potuit. Sic etiam & in diminutione: ueluti si dicat, Et minus atque minus. & Vt, pro utcunque. Ponitur tamen alibi Magis atque magis pro uehementer, sicut Etiam, quod crebro est apud Ciceronem lectum. Anchisæ domus.) Satis religiose locis omnibus quandiu uiuit Anchises, ei uniuersa concedit: ut alio loco, Et pater Anchises dare fatis uela iubebat. Arboribusq́ obtecta.) Laus domus. & argumentum, si non auditus est strepitus armorum, & urbis captæ clamor ab Aenea. Recessit.) à frequentia se remouit. Et est speciosa translatio, quoties rei mobilis ad immobilem, uel econtra transfertur officium. Ingruit.) inuadit: ut, Ingruit Aeneas Italis, & prælia miscet. Excutior somno, & summi fastigia tecti Ascensu supero.) Vt appareat terroris esse, non satietatis. Arrectis auribus.) Translatio ab animalibus: ut apud Terentium, Arrige aureis Pamphile. Flumine.) fluxu: ut, Humectat flumine uultum. Torrens.) fluuius, qui æstate siccatur: unde & nomen accepit. cui Græci per contrarium dedere uocabulum. nam χείμαρρον dixerunt, à tempore quo crescit: sicut æquinoctium, ἰσημερίαν.

Præcipitesq́ trahit syluas.) Hoc speciale fluuij est: suprà dicta uero etiam ignis. Inscius.) Non ignarus, nam uidet: sed qui non ualde sit causarum peritus, id est, simplex.

Saxi de uer-

Saxi de uertice.) id est, mōtis. contrà in Sexto, Montem pro saxo pōsuit: ut, Prensantemq́ uncis manibus capita aspera montis. *Manifesta fides.)* Non somnij, ut quidā uolunt: sed fraudis Græcorum. nam & hoc sequitur: Danaumq́ patescunt insidiæ. *Deiphobi.)* Quia ipse post mortem Paridis Helenā duxit uxorem. *Proximus ardet Vcalegon.)* Rem domus ad personam transtulit. & est τὸ αἴτιον: ut, Mantua uæ miseræ nimium uicina Cremonæ.

Accipiens sonitum saxi de uertice pastor.
Tum uerò manifesta fides, Danaumq́ patescunt
Insidiæ: iam Deiphobi dedit ampla ruinam
Vulcano superante domus: iam proximus ardet
Vcalegon, Sigæa igni freta lata relucent.
Exoritur clamorq́ uirûm, clangorq́ tubarum.
Arma amens capio, nec sat rationis in armis.
Sed glomerare manum bello, & cōcurrere in arcē
Cum socijs ardent animi: furor, iraq́ mentem
Præcipitant, pulchrumq́ mori succurrit in armis.
Ecce autem telis Panthus elapsus Achiuûm,
Panthus Otriades arcis Phœbiq́ sacerdos,
Sacra manu, uictosq́ deos, paruumq́ nepotem
Ipse trahit, cursuq́ amens ad limina tendit.
Quo res summa loco Pāthu? quā prēdimus arcē?
Vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit:
Venit summa dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ: fuimus Troës, fuit Ilium, & ingens

Sigæa.) Duo sunt Troiæ promōtoria, Rhœteum et Sigæū, quod dictum est propter Herculis taciturnitatē, qui prohibitus hospitio, simulauit abscessum, & inde cōtra Troiam per silentium uenit, quod σιγῇ dicitur. *Freta lata relucent.)* Incendij magnitudinē uoluit significare, nō hoc describere. Lata autē ideo dixit, quia se angustiæ Pōtici oris illic dilatant, ut Salust. dicit. *Clangor.)* Græcum est. nam κλαγγὴ dicitur. Illud sanè intelligendum est, quia morem tetigit expugnationis. Plerunque enim ad tubam euertuntur ciuitates, sicut Albam Tullus Hostilius iussit euerti.

Amens.) Bene Amens: quia nec somnio credidi, nec rebus aspectis. *Bello.)* ad bellum. *Furor, iraq́ mentem Præcipitant.)* Potest quidem specialiter accipi, id est, mentem meam furor & ira præcipitauerunt: sed melius est generaliter. Non mirum est me arma cepisse sine ratione: furor enim & ira mentem præcipitant hominum. *Arcis, Phœbiq́ sacerdos.)* Aut subrogatum intelligimus: aut quod melius est, morem Romanum tetigit. in capitolio enim deorum omnium simulachra colebantur. *Sacra manu.)* hoc est propter quod supra ait, Sacra suosq́ tibi commendat Troia penates. *Victosq́ deos.)* Qui egebant sacerdotis auxilio. Simul & Aeneæ excūsatur abscessus. *Ipse trahit.)* Septima syllepsis. Trahit enim, licet nepotis tantū sit, tamen & superiora concludit. *Cursu.)* Legitur & Cursum. *Ad limina.)* Aeneæ & religio laudatur, & uirtus. *Quo res summa loco Panthu.)* Admirantis est, non interrogātis: & Panthu uocatiuus est, ἀπὸ τοῦ πάνθοος, πάνθος, ος in ου. *Res summa.)* respublica. *Quā prendimus arcem.)* quū tu eam relinquas: non enim plures erant arces. unde admirantis est. Et notāda simul orationis breuitas, quæ in periculis congruit. *Dardaniæ.)* Troiæ, aut à Dardano Iouis & Electræ filio, aut

bic est, iuuenes fortissima pectora, frustra succurritis urbi incensæ, quia excesserunt dij: unde si uobis cupido certa est, me sequi audentem extrema, Moriamur, & in media arma ruamus. Obscuritatem autem facit hoc loco, & synchesis, id est, hyperbati longa confusio, & falsa lectio. nam multi Audendi legunt, multi Audenti. sed neutrum procedit, ergo Audentem legendum est. Excessere.) Quia ante expugnationem euocabantur ab hostibus numi-

Pectora, si uobis audentem extrema cupido est
Certa sequi, quæ sit rebus fortuna uidetis.
Excessere omnes adytis, arisque relictis
Dij, quibus imperiū hoc steterat: succurritis urbi
Incensæ, moriamur, & in media arma ruamus.
Vna salus uictis, nullam sperare salutem.
Sic animis iuuenum furor additus: inde lupi ceu
Raptores, atra in nebula quos improba uentris
Exegit cæcos rabies, catulique relicti
Faucibus expectant siccis: per tela, per hosteis
Vadimus haud dubiā in mortē, mediæque tenemus
Vrbis iter, nox atra caua circumuolat umbra.
Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut possit lachrymis æquare labores?
Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos.
Plurima perque uias sternuntur inertia passim
Corpora, perque domos, & religiosa deorum.
Limina: nec soli pœnas dant sanguine Teucri,
Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus,
Victoresque cadunt Danai. crudelis ubique
Luctus, ubique pauor, & plurima mortis imago.

na, propter euitāda sacrilegia. Quibus.) *subaudi auxiliantibus.* Vna salus uictis nullā sperare salutem.) *Plerunque enim desperatiōe robur augetur: ut Statius, Est ubi dat uires nimius timor. Uēscimus captiuitatis mortē esse remediū. Hoc ergo suadet, ut aut desperatione uincant, aut uitetur morte captiuitas.* Salus.) *nūc remediū.* Lupi ceu.) *Hoc ad ferocitatē pertinet.* Nebula.) *ad noctem.* Catuli.) *ad liberos, coniugesque.* Exegit.) *exclusit, de latebris scilicet: ut Terent. Spectandæ an exigendæ uobis sint.* Caua umbra.) *Bonum epitheton est. naturale enim est, ut obscurū sit omne concauū.* Quis.) *etiam Græcorū: ut, Quis talia fando.* Lachrymis æquare labores.) *Hypallage est, pro laborib. æquare lachrymas: ut, Dare classibus austros.* Vrbs antiqua.) *Vel nobilis, uel quia duobus milib. octingentis annis regnasse fertur.* Sternūtur inertia passim.) *Aut non repugnantia: ut, Pecora inter inertia uotis Optat Aprū. Aut Inertia, dum occidūtur: ut, Imbellē auertis Romanis arcibus Indū: hoc est, auertendo ostendis imbellē.* Relligiosa.) *Gradatim ascendit. Sanè Relligio ll geminat in uersu propter metri necessitatē.* Pœnas dāt.) *moriuntur impune. hoc enī propriè signific.* Redit in præ. uir.) *Atqui ait Horat. Nec uera uirtus quū semel excidit Curat reponi deterioribus. Sed sententiæ non semper generales sunt, sed interdū pro negociorū qualitate formātur, & ad tēpus dictæ sunt.* Victoresque cadūt Danai.) *Generaliter dixit Victores, aliàs scil. nō nunc.* Plurima mor. ima.) *Aut diffinitio mortis est, aut uarietas mortis ostēditur.*

Androgeos.

Androgeos.) Et Græca & Attica declinatio: unde est, In foribus letum Androgeo. facit enim ὁ ἀνδρόγεως τ̃ ἀνδρόγεω. *Viri.*) Increpantis est. *Sera segnities.*) quæ seros facit, id est, tardos: ut, Mors pallida. *Feruntq́ Pergama.*) ἐμφατικῶς: ut, Ilium in Italiā portās. *Itis.*) pro uenitis: ut contrà Terentius, Nisi ego ad mercatū uenio, pro eo. *Fida satis.*) Bene addidit Fida: ut ostendat symbolū, quo utebantur in bello. *Medios.*) manifestos: ut, Medioq́ ex hoste recepi: &, Quanq̄ in media iam morte tenetur.

Primus se Danaum magna comitante caterua
Androgeos offert, nobis socia agmina credens
Inscius, atq; ultro uerbis compellat amicis:
Festinate uiri, nam quæ tam sera moratur
Segnities? alij rapiunt incensa, feruntq́
Pergama: uox celsis nunc primum à nauibus itis?
Dixit, & extemplo (neq; enim responsa dabantur
Fida satis) sensit medios delapsus in hosteis:
Obstupuit, retroq́ pedem cum uoce repressit.
Improuisum aspris ueluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, trepidusq́ repente refugit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem:
Haud secus Androgeos uisu tremefactus abibat.
Irruimus, densis & circunfundimur armis.
Ignarosq́ loci passim, & formidine captos
Sternimus: aspirat primo fortuna labori.
Atq; hic successu exultans, animisq́ Chorœbus:
O socij, quà prima (inquit) fortuna salutis
Monstrat iter, quaq́ ostendit se dextra, sequamur.
Mutemus clypeos, Danaumq́ insignia nobis
Aptemus: dolus, an uirtus, quis in hoste requirat?
Arma dabunt ipsi. sic fatus: deinde comantem
Androgei galeam, clypeiq́ insigne decorum

Aspris.) Synæresis est: ut, Cōpostus. *Anguē.*) καταχρηστικῶς: quū anguis aquarū, non agrorum esse dicatur. *Humi nitēs.*) incedens per humū. & est aduerbium. *Abibat.*) Bene imperfecto usus est: nō enim abijt. *Ignarosq́ loci.*) His circunstantijs ostendit à paucis plures potuisse superari. *Aspirat.*) fauet: ut, Aspirāt auræ in noctem. unde & fauor aura dicitur, ut Gaudens popularibus auris. *Successu exultans.*) felicitate, q̄d est stultitiæ. *Quà prima, inquit, fortuna.*) Non quæ prima, sed quà primum. Est autē hypallage: ut, Ibant obscuri sola sub nocte, pro ipsi soli. quæ fit nō ornatus causa, ut Pars in frusta secant: sed necessitatis. *Clypeos.*) maiora scuta, quibus latemus: ἀπὸ τ̃ κλέπτειν τὸ σῶμα. *Insignia.*) arma omnia. *Arma.*) subdistingue, ut sit quasi interrogantis. *Comantem.*) Aut cristatam, quia de caudis animaliū habebant cristas: ut, Cristaq́ hirsutus equina: unde & ἵππουριν galeam dixit Homerus. aut comas habentem, ut Statius, Non ego in terga comantes Abantiadas. *Insigne decorum.*) ornamentum decorum. non enim sunt duo epitheta, quod apud Latinos uitiosum est. Fecit hoc tamen Vergilius in paucis uersibus, qui tamen emendati sunt: ut, Lenta quibus torno facili superaddita uitis: quum antea facilis fuerit.

Induitur.)

Induitur.) quia multa inerant in scuto lora, quibus manū inserebāt: ut, Clypeoq́ sinistram insertabā aptans. Hoc ipse.) *Multi hic distinguūt, & ad Aeneam referunt.* Immixti.) *uacat In, ut solet frequenter.* Haud numine nostro.) *Aut dijs contrarijs: aut quia in scutis Græcorum Neptunus, in Troianorum fuerat Minerua depicta.* Fida petunt.) *sibi scilicet.* Formidine turpi.) *Epitheton timoris. sic Sallust. Carbo turpi formidine Italiam atq; exercitū deseruit.*

Induitur, lateriq́ argiuum accommodat ensem.
Hoc Rhipheus, hoc ipse Dymas, omnisq́ iuuētus
Læta facit, spolijs se quisq; recentibus armat.
Vadimus immixti Danais, haud numine nostro:
Multaq; per cæcam congressi prælia noctem
Conserimus, multos Danaûm dimittimus orco.
Diffugiunt alij ad naueis, & littora cursu
Fida petunt, pars ingentem formidine turpi
Scandūt rursus equū, & nota conduntur in aluo.
Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis.
Ecce trahebatur passis Priameia uirgo
Crinibus à templo Cassandra, adytisq; Mineruæ,
Ad cœlum tendens ardentia lumina frustra:
Lumina, nam teneras arcebant uincula palmas.
Non tulit hāc speciem furiata mente Chorœbus,
Et sese medium iniecit moriturus in agmen.
Consequimur cuncti, & densis incurrimus armis.
Hic primum ex alto delubri culmine telis
Nostrorum obruimur, oriturq; miserrima cædes
Armorum facie, & Graiarum errore iubarum.
Tum Danai gemitu, atq; ereptæ uirginis ira
Vndiq; collecti inuadunt: acerrimus Aiax,
Et gemini Atridæ, Dolopumq́ exercitus omnis.

Conduntur in aluo.) *non condūtur dum eunt, sed cum esse cœperit. Vnde & ablatiuo usus ē. non accusatiuo: ut Georg. Conditus in nubē. Tale est autē hoc, quale Includūtur in carcere. i. in carcerē.* Heu nihil inuitis fas quenq̄ fidere diuis.) *Generalis quidem sentētia, sed loco cōgrua. Sequitur enim et Cassandræ captiuitas, fidentis sacerdotio: & p̄cesserat armorum mutatio, quæ nunc dep̄henditur. alioquin uitiosa est, quū discrepat à specialitate.* Priameia.) *Patronymicū quidē est, sed species possessiui. Priamis uero tantum patronymicum est, sicut Priamides.* Tendens ardentia lumina.) *Quod est manuū, oculis dedit.* Frustra) *Secundum Epicureos: & est separatum.* Hanc speciem.) *Medium est: nam & bona & mala species est.* Furiata.) *Furiosus est, à quo furor nūquam recedit: Furiatus uero, qui furit ex causa.* Periturus.) *Melior sensus est si ad dimicantis referatur affectum. sicut de Tarchonte, de quo dixit: Et medios fertur morituros in hostes, quum tamen uicerit.* Culmine tecto.) *quod ante culmis tegebatur.* Cæde.) *modò prælium. Miserrima autem, quia inter ciues.* Iubarū.) *pro cristarū: quæ de caudis fiebāt, ut suprà dictū est: Cristaq; hirsutus equina.* Tum Danai.) *Ordo est: Vndiq; collecti inuadunt.* Ereptæ.) *σχῆμα διανοίας. non enim dicit à Troianis sublatam, sed intelligendum reliquit.* Gemini Atridæ.) *id est, duo: quod habet excusationem, quia*

fratres sunt propter similitudinem. nam numeri esse non potest. Gemini enim sunt proprie, simul nati. Exercitus omnis.) Bene excusat uicti pudorẽ: ut, Obruimur numero. Aduersi.) id est, ecõtrario flantes. Eois Eurus equis.) ab eois equis, id est, Solis. nam Eurus ab oriente flat. Notandum sanè, quod quum eous e naturaliter longũ habeat, metri necessitate correptum est, propter sequentem uocalem. Rarũ autem est. nam nec proprium nomen est, ut Diana: nec sermo cõpositus, ut Sudibusue p̃ustis. Stridũt syluæ.) Excursus poëticus, q ultra tres uersus fieri non debet, ne sit uitiosissimũ. Spumeus.) pro spumosus. Atq; imo.) ab imis est. Illi etiã.) ꝓpter illud, Hic primum ex alto. Obscura nocte per umbram.) per umbrã noctis obscuræ: ut, Molemq; & mõtis. Fudimus.) modò fugauimus. nam sequitur, Totaq; agitauimus urbe: & alibi, interemimus. Mentitaq; tela.) Verbo cõmuni (hoc est, quæ nos Græcos esse mẽtiebãtur:) ut solet, sensum dedit rei inanimatæ. non enim poterãt tela mentiri. Signant.) designant, aut per uocẽ, aut per symbolũ, quo utebatur exercitus. Vnus.) Præcipuus. Aequi.) pro æquitatis. & optima figura est, à fœminino gen. in neutrũ trãsire. Dijs aliter ui.) In ingenti indignatione Aeneæ tamẽ nihil sacrilegũ datur. nam sequitur, Cõfixi à socijs. Pãthu.) Vocatiuus græcus est. Iliaci cin.) Naturale est iurare ꝑ id, quod charũ quis plus habuit: et excusatur, ut suprà diximus, fuga. Testor.) testificor: & deest Vos. Vices.) pugnas: quia ꝑ uicissitudinẽ pugnabatur, ut Sallust. docet. Legimus etiã pœnas uices dici. Horat. Vicesq; supbæ Te maneãt ipsum. Sed de bello, ut dictũ, usurpatũ est. nullũ enim præliũ periculo caret. Meruisse m.) testor me meruisse, id est, fortiter dimicasse. hi enĩ merẽtur occidi. Bene aũt euasisse se fatis imputat, quũ tã senex q̃ debilis euaserit, occisis iuuenib. Clamore.) bellico scilicet. Ingentem

Aduersi rupto ceu quondam turbine uenti
Confligunt, Zephyrusq;, Notusq;, & lætus eois
Eurus equis, stridunt syluæ, sæuitq; tridenti
Spumeus, atq; imo Nereus ciet æquora fundo.
Illi etiam, si quos obscura nocte per umbram
Fudimus insidijs, totaq; agitauimus urbe,
Apparent: primi clypeos, mentitaq; tela
Agnoscunt, atq; ora sono discordia signant.
Ilicet obruimur numero, primusq; Chorebus
Penelẽi dextra diuæ armipotentis ad aram
Procumbit, cadit & Ripheus iustissimus unus
Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui.
Dijs aliter uisum: pereunt Hypanisq;, Dymasq;,
Confixi à socijs. nec te tua plurima Panthu
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit.
Iliaci cineres, & flamma extrema meorum
Testor, in occasu uestro nec tela, nec ullas
Vitauisse uices Danaûm. & si fata fuissent
Vt caderem, meruisse manu. diuellimur inde,
Iphitus & Pelias mecum: quorum Iphitus æuo
Iam grauior, Pelias & uulnere tardus Vlyssi.
Protinus ad sedes Priami clamore uocati.
Hic uero ingentem pugnam, ceu cętera nusquam

rem pugnam.) Merito, quippe in domo regia, de qua maior ſpes erat prædæ. Morerētur.) non pugnarent: ut ſuprà, Oriturq; miſerrima cædes. Acta teſtudine.) applicata. Poſtesq; ſub ipſos.) Si circa portã, ſub poſtibus: ſi circa feneſtras, ſub poſtes. Ac tela.) cõtra tela. Tecta.) culmina. tecta participiũ eſt: aut eandem rem bis dixit. His ſe.) propter quæ pugnabatur: ſicut Lucan. In pugnam fregere rates. Decora.) Ab eo quod eſt decus, ut pecus.

Bella forent, nulli tota morerentur in urbe,
Sic Martem indomitũ, Danaosq; ad tecta ruentes
Cernimus, obſeſſumq; acta teſtudine limen.
Hærent parietibus ſcalæ, poſtesq; ſub ipſos
Nituntur gradibus, clypeosq; ac tela ſiniſtris
Protecti obijciunt, prenſant faſtigia dextris.
Dardanidæ contra turres, ac tecta domorum
Culmina cõuellunt: his ſe, quando ultima cernũt,
Extrema iam in morte parant defendere telis.
Auratasq; trabes ueterum decora alta parentum
Deuoluunt, alij ſtrictis mucronibus imas
Obſedere fores, has ſeruant agmine denſo.
Inſtaurati animi regis ſuccurrere tectis,
Auxilioq; leuare uiros, uimq; addere uictis.
Limen erat, cæcæq; fores, & peruius uſus
Tectorum inter ſe Priami, poſtesq; relicti
A tergo: infelix qua ſe, dum regna manebant,
Sæpius Andromache ferre incomitata ſolebat
Ad ſoceros, & auo puerum Aſtyanacta trahebat.
Euado ad ſummi faſtigia culminis, unde

Obſedere.) modò pro Præſidio tenebant, ut ſequẽtia indicãt, Has ſeruãt agmine denſo. Inſtaurati animi.) Hinc oſtẽditur eos ſupius defeciſſe, quod ſuprà nõ dixit. Leuare.) iuuare. Vimq;.) uirtutem: ut Salluſt. Sed noſtra omnis uis in animo & corpore ſita eſt. Victis.) qui uincebantur: ut, Et qua uectus Abas.

Limẽ erat.) Cõtra illud, obſeſſis foribus: quemadmodũ ingreſſus ſit. & dicit per poſticũ, qđ generis eſt neutri: ut Horat. Flaccus, Atria ſeruantẽ poſtico falle clientem. nam ſi generis fœminini legeris poſtica, augurale eſt: ut antica, poſtica. Cacæ.) non omnibus notæ. Vſus.) Verbum iuris, uia, actus, uſus.

Infelix.) Ad præſens tempus retulit Infelix. Dum regna manebãt.) Dum, donec: & abſolutus eſt ſenſus. Alij tamẽ Cum legunt: ſed Cum manebant quomodo dicimus? cũ conſtet Manebãt modum eſſe indicatiuũ. Hoc ergo ſciendũ eſt, quia quãdo coniunctiuus modus eſt, aliquid iungi aut ſubaudiri debet: ut, cum uenirem uidi illum. Si autẽ Cum ueniebam dicimus, aut modus pro modo eſt, hoc eſt indicatiuus pro coniunctiuo. Aut Cum non erit cõiunctio, ſed aduerbium temporis, & ſignificat tempore quo ueniebam. Ad ſoceros.) Priamum & Hecubã. Quare ad ſoceros, cum ſocer & ſocrus dicatur? Soluitur: quia quæ ex diuerſis potiora ſunt, ad ſuum genus clauſulas ſtringunt. an quia omnes qui ad ſocerum pertinent ſocrus ſunt, ſoceros ad præſens tempus retulit, uel ad Priamũ, uel ad Hecubam? Dices, præpõderato ſexui reſpondit, hoc eſt maſculino. Trahebat.) quia puer: ut, Paruumq; nepotem Ipſa trahit. Euado.) E uacat, ut emortuus. Sanè minus eſt Hac, id eſt, hac euado.

(Iactabant.) id est, spargebant, quasi nihil profutura. In præcipiti.) in alto, unde quis potest in præceps dari. sequitur enim, Sub astra eductam. Solitæ naues.) Participiũ sine uerbi origine. Soleo enim naturale est, quod præterito caret. Castra.) Vbi exercitus sit, ibi castra dicuntur: unde est, Nos castra mouemus, ut Velorũ pandimus alas. Summa.) Vt supremum summum dicimus: ut, Proh supreme Iuppiter. Labantes.) faciles ad resolutionẽ. & est ordo, Turrim cõuellimus impulimusq́. Telorũ interea cessat genus.) Bene addidit Genus. Telũ enim dicitur secũdũ græcam etymologiam, ἀπὸ τοῦ τηλόθεν, quicquid longè iaci potest. quãquam legerimus de gladio, At non hoc telum mea quod ui dextera uersat: sic Græci βέλος dicunt, ἀπὸ τοῦ βάλλειν. & sequtur, Consurgit in ensem. Dictum autem telum, à longitudine: unde et mustelã dicimus. Vestibulũ autẽ, dicitur prima ianuæ pars. Dictum autem, uel quod ianuam uestiat, ut uidemus cameram duabus sustentatam cõlumnis: uel quoniam Vestæ consecratũ est. Vnde nubentes puellæ limen non tangunt, ne numini dicatum locum calcantes sacrilegium cõmittant. Lucanus, Translataq́ uetat contingere limina planta. Singula enim membra domus sacrata sunt dijs, ut culmina dijs penatibus, maceries quæ ambit domum Herceo Ioui. Pyrrhus.) Pyrrhus dictus à colore comæ, qui latinè birrus dicitur à colore quo tingebatur: ita & Sallustius, Crispus. Gramina pastus.) Legimus & Sylua pastus arundinea. nam illud aliud est, pascuntur uero syluas. Sed sciendum est quod licet hoc in usu sit, rarum tamẽ est apud antiquos. Pastus autem, pro Qui pascebatur: quia ut suprà diximus, in hoc latinitas defecit. Bruma.) id est, hyems. Dicta autem bruma, quasi βραχὺς ἡμέρα, id est, breuis dies. Est autem (ut hic indicat locus) generis fœminini, numeri singularis. Lubrica terga.) Lubricum dicitur & quod labitur, dum tenetur, ut piscis, serpens: & locus in quo labimur, ut Sese opposuit Salio per lubrica surgens. Periphas.) Vltima accentum non habet, ne fœmininum sit: nec tertia à fine, quia nouissima lõga est. ergo Ri habebit accentũ. Armiger Automedon.) Pyrrhi. nam Achillis auriga

Tela manu miseri iactabant irrita Teucri.
Turrim in præcipiti stantẽ, summisq́ sub astra
Eductam tectis, unde omnis Troia uideri
Et Danaûm solitæ naues, & Achaica castra:
Aggressi ferro, circùm quà summa labantes
Iuncturas tabulata dabant, conuellimus altis
Sedibus, impulimusq́. ea lapsa repente, ruinam
Cum sonitu trahit, & Danaûm super agmina late
Incidit: ast alij subeunt, nec saxa, nec ullum
Telorum interea cessat genus.
Vestibulũ ante ipsum, primoq́ in limine Pyrrhus
Exultat telis, & luce coruscus ahena.
Qualis ubi in lucẽ coluber mala gramina pastus,
Frigida sub terra tumidũ quem bruma tegebat,
Nunc positis nouus exuuijs, nitidusq́ iuuenta
Lubrica conuoluit sublato pectore terga,
Arduus ad solem, & linguis micat ore trisulcis.
Vnà ingẽs Periphas, & equorũ agitator Achillis
Armiger Automedon, unà omnis Scyria pubes

bis auriga fuit. Scyria pubes.) *A Scyro insula, una de cycladib. in qua Lycomedes fuit, pater Deidamiæ.* Succedũt tecto.) *pro Sub tectum cedsit. & est figura, quia mutatus est casus.* Bipenni.) *Hoc nomẽ seruauit antiquitatem, quia ueteres Pennas dicebant, nõ pinnas.* Vellit.) *non deiecit. nam sequitur paulo pòst, Labat ariete crebro. sed & Mouet, ut, Cynthius aurem Vellit, & admonuit.* Ingẽtem fenestram.) *Epitheto, ut solet, auxit tapinosim.* Armatosq́ uident stanteis.) *ut suprà, Strictis mucronibus imas Obsedere fores.* At domus interior.) *De Albano excidio trãslatus est locus.* Tumultu.) *Tumultus dictus, quasi timor multus. unde alia bella dicta sũt, Italicũ, tumultus. Bene autẽ addidit Misero, quia est etiam terribilis.* Miscetur.) *perturbatur: ut, Nec quisq́ æratas acies ex agmine tanto Misceriúe putet.* Cauæ ædes.) *tecta camerata. Aedem autem numero singul. de templo tantum dicimus, plurali & de domibus & de templo. Si aliter legeris, usurpatũ est: ut mella, ordea.* Ferit clamor.) *Secundũ Philosophos q dicũt uocẽ corpus esse. bene ergo Ferit.* Aurea sidera.) *Multi ad laquearia referũt, quod stultũ est.* Pauidæ.) *pro pauẽtes. Pauidus est semper timens, pauẽs ex causa: ut supra, furiatus & furiosus.* Amplexæq́ tenẽt postes.) *Apollonij locus, in quo inducitur Medea patrem salutasse, domũ relinquẽs.* Vi patria.) *Secundũ fidẽ generis sui, ut Stirpis Achilleæ fastus. Itẽ de Hercule, Salue uera Iouis proles.* Cardine.) *à cardine.* Nõ sic agger.) *Vult ostẽdere grauius uastatã Troiam, q̃ agri fluuiorũ eruptione uastẽtur. Et sciendũ cõparationes aut pares esse, aut minores.* Spumeus.) *pro spumosus.* Exijt.) *Dicimus & Exiuit: sed u subtrahit Virgil. ut breuem faciat sequentem uocalem.* Cumulo.) *augmento.* Vidi ipse furentẽ.) *Vt, Quæq́ ipse miserrima uidi.* Geminos.) *More suo, fratres. gemini enim*

Succedunt tecto, & flammas ad culmina iactant.
Ipse inter primos correpta dura bipenni
Limina perrumpit, postesq́ à cardine uellit
Aeratos: iamq́ excisa trabe firma cauauit
Robora, & ingentem lato dedit ore fenestram.
Apparet domus intus, & atria longa patescunt.
Apparent Priami, & ueterum penetralia regum.
Armatosq́ uident stanteis in limine primo.
At domus interior gemitu, miseroq́ tumultu
Miscetur, penitusq́ cauę plangoribus ædes
Fœmineis ululant, ferit aurea sidera clamor.
Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant,
Amplexæq́ tenent postes, atq́ oscula figunt.
Instat ui patria Pyrrhus, nec claustra, nec ipsi
Custodes sufferre ualent: labat ariete crebro
Ianua, & emoti procumbunt cardine postes.
Fit uia ui, rumpunt aditus, primosq́ trucidant
Immissi Danai, & late loca milite complent.
Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis
Exijt, oppositasq́ euicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo, cãpos per omneis
Cum stabulis armenta trahit, uidi ipse furentem
Cęde Neoptolemũ, geminosq́ in limine Atridas,

sunt nõ duo, sed simul nati, ut suprà diximus. Centumq; nurus.) *Aut finitus est numerus pro infinito: aut certe ideo* Centum, *quia barbarorum fuit nõ singulas coniuges habere, sed plures. aut illud dicit, plures fœminas: ut* Lucanus, Cultus gestare decoros Vix nuribus rapuere mares, *hoc est, fœminis. est autem hæc plena affectuum & doloris repetitio,* Centum per aras. *licet incongruum sit, quia sequitur:* Hæc ara tuebitur omnes, *& unus per centum aras occidi nõ poterat. aut nouas nuptas, aut ætatis hoc nomen sit, nõ affinitatis.* Quos ipse sacrauer. ignes.) *ut,* Et religiosa deorũ Limina. *per quod latenter ostẽditur nil prodesse religionẽ.* Fœdantẽ.) *hoc est, cruentantẽ.* Quinquaginta illi thalami.) *illi celebrati ab* Homero: πεντήκοντ' ἔνεσαν θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο πλησίοι ἀλλήλων δεδμημένοι, ἔνθα δὲ παῖδες κοιμῶντο Πριάμοιο παρὰ μνηστῇς ἀλόχοισι. *Et bene de thalamis uerũ expressit numerum. potest enim unus thalamus plures habere cõiuges. & est zeugma, quinquaginta thalami procubuere.* Postes superbi auro barbar.) *id est, aut multo: aut uere barbarico, quia* πλεονεκτικὸν τῶν βαρβάρων. Spolijs superbi.) *Hoc fuit moris antiqui, ut ipse in 7.* Captiui pendẽt currus, curuæq; secures. *& ideo dixit* Spolijs superbi, *ut* Crispæ Capitum p.i.c. Forsitan & Priami fuerint quæ fa. req.) *Bono usus est ordine, ut ante* Reipubl. *pòst regis interitũ, inde priuati, hoc est, sua fata narraret. De morte aũt Priami uarie lectũ est. Alij dicunt quod à* Pyrrho *in domo quidem sua captus est, sed ad tumulũ* Achillis *tractus, occisusq; iuxta* Sigæũ *promontoriũ. nam & in* Rhœteo Aiax *sepultus est, tunc eius caput cõto affixũ* Pyrrhus *circũtulit. Alij uero, quod iuxta* Hercæi Iouis *aram extinctus sit dicũt. Vnde* Lucan. Hercæas mõstrator ait nõ respicis aras. *dictus aũt* Iuppiter Hercæus, *quia ara eius erat intra aulam & intra septũ parietẽ ædificata, quod græcè* ἕρκος *dicitur. Et hãc opinionẽ plenè* Virg. *sequitur: licet etiã illã prælibet, ut suo indicabimus loco.* Mediũ hostẽ.) Hypallage *est, pro in medijs ædibus. Si autem* Medijs *legeris, nõ stat uersus, nisi excluso* S: *ut,* Inter se coijsse uiros & decernere ferro. *Et bene* Priamũ *nõ nisi in extremis armat periculis, ut magis inuitet hostẽ in necem suã, nõ ut defendat aliquẽ.* Tremẽtibus æuo.) *Nõ timore.* Circũdat.) *non aptè sibi cohærere facit, sed potius oneri sumit.* Inutile ferrũ.) *ipse inutilis. ferrũ enim de his est, quæ à coniunctis sumunt epitheta: ut uenenũ.* Nudo sub axe.) *hoc est, sub diuo, quod impluuiũ dicitur.* Axis *aũt est, aut plaustrũ septentrionale, aut pars septẽtrionis, aut spiritus quo mũdus mouetur: sicut docet* Lucanus. Veterrima.) *Vsurpatũ est. ergo ut suprà diximus, hoc tantum uti si*

Vidi Hecubam, centũq; nurus, Priamũq; per aras
Sanguine fœdantem quos ipse sacrauerat ignes.
Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum,
Barbarico postes auro, spolijsq; superbi
Procubuere, tenent Danai quà deficit ignis.
Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras.
Vrbis ubi captæ casum, conuulsaq; uidit
Limina tectorũ, & medium in penetralibus hostẽ,
Arma diu senior desueta trementibus æuo
Circundat nequicquã humeris, & inutile ferrum
Cingitur, & densos fertur moriturus in hostes.
Aedibus in medijs, nudoq; sub ætheris axe
Ingens ara fuit, iuxtaq; ueterrima laurus

necesse

necesse sit licet. Cōplexa penates.) Penates sunt omnes dij, qui domi colūtur. Nequicquā.) Aut secundū Epicureos, aut propter uim bellicā. Altaria.) Superorū & aræ sunt & altaria, Inferorū tantū aræ. Ara aūt dicitur à precibus, quas Græci ἀρὰς dicūt. unde cōtra imprecatio, κατάρα dicitur. Præcipites.) festinæ, propter tempestatem. & bene Atra addidit, quia est & clara, ut Hæc tam clara repente tempestas. Dira.) Modò proprie: dira

Incumbens aræ, atq; umbra complexa penates.
Hic Hecuba, & natæ nequicquam altaria circùm,
Præcipites atra ceu tempestate columbæ,
Condensæ, & diuûm amplexæ simulacra tenebāt.
Ipsum autē sumptis Priamum iuuenilibus armis
Vt uidit: quæ mens tam dira miserrime coniunx
Impulit his cingi telis? aut quo ruis, inquit?
Non tali auxilio, nec defensoribus istis
Tempus eget, nō si ipse meus nūc afforet Hector.
Huc tandem concede, hęc ara tuebitur omneis.
Aut moriere simul: sic ore effata, recepit
Ad sese, & sacra longæuum in sede locauit.
Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polites,
Vnus natorum Priami, per tela, per hosteis
Porticibus longis fugit, & uacua atria lustrat.
Saucius illum ardens infesto uulnere Pyrrhus
Inseqtur, iam iamq; manu tenet, & premit hasta.
Vt tandem ante oculos euasit, & ora parentum
Concidit, ac multo uitam cum sanguine fudit.
Hic Priamus, (quāq; in media iam morte tenetur)
Non tamen abstinuit, nec uoci, iræq; pepercit.
At tibi pro scelere exclamat, pro talibus ausis,
Dij (si qua est cœlo pietas, quę talia curet,)
Persoluant grates dignas, & pręmia reddant
Debita, qui nati coram me cernere letum
Fecisti, & patrios fœdasti funere uultus.

enim est, deorū ira. ergo quæ mens dira, id est, infusa ex deorū ira. Ruis.) aut festinas, aut incedis seniliter, aut inconsulto. Non si ipse meus.) subaudi Filius, posset defendere. Ore effata.) abūdat ore. est enī stigma pleonasmos. Vacua.) quare uacua: aut q̃a oēs ad arā cōfugerent, aut uacua à Troianis ciuibus, aut uacua iure Græcorū, & possessiōe uacantia: aut certe ampla, uel magna, q̃ difficile cōplentur. Infesto uulnere.) Bonū schema: uulnus pro telo. Euasit.) peruenit. Vitam cū sanguine fudit.) Modò eos sequtur, qui sanguinē sedem uitæ uolūt. alibi eos, q ipsum sanguinē uitā uolūt: ut, Purpureā uomit ille animā. Hic.) tūc: tēporale est, nō locale. Media.) manifesta: & potest referri ad Priamū, uel ad Polytem. Si qua est.) uel secundū Epicureos: uel desperat, quia impune ante aras cōspicit cædē. Curet.) ulciscatur. Grates.) Prout res fuerit, uel in bonis uel in malis dicūtur: sicut præmia. Me cernere.) De spectaculo queritur, nō de morte. Coram.) Modo aduerbiū tēporis est, quia uerbo cohæret: ut, Coram quē quæritis adsum. corā aūt significat in cōspectu, qđ ἐνώπιον dicitur. Funere.) cadauere: ab eo qđ præcedit, id qđ sequitur. Funus enim est, iam ardēs cadauer.

quod dum portatur, exequias dicimus: crematum, reliquias & bustum: conditum iam, sepulchrum. In hoste Priamo.) *Aut archaismos est, pro in hostem: aut in hoste, cum hostem gereret, quum ipse hostis esset.* Sed iura, fidemq.) *Quia quod* Homerus *mutat & celat propter turpitudinem* Achillis, *dicitur* Priamus *duce* Mercurio *ingressus* Achillis *tentoria excitatum rogasse, quem dormientem possit occidere.* Iura *uero, quod à rege rogabatur.*

At non ille, satum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoste fuit Priamo: sed iura, fidemq́
Supplicis erubuit, corpusq́ exangue sepulchro
Reddidit Hectoreum, meq́ in mea regna remisit.
Sic fatus senior, telumq́ imbelle, sine ictu
Coniecit, rauco quod protinus ære repulsum,
Et summo clypei nequicquam umbone pepēdit.
Cui Pyrrhus: referes ergo hęc, & nuncius ibis
Pelidæ genitori: illi mea tristia facta,
Degeneremq́ Neoptolemum narrare memento:
Nunc morere: hæc dicens altaria ad ipsa trementē
Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati,
Implicuitq́ comam læua, dextraq́ coruscum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit ensem.
Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum
Sorte tulit, Troiam incēsam & prolapsa uidentē

Remisit.) *quia comitatus usq; ad* Troiam *est.* Imbelle.) *ut,* Inutile ferrū. Nequicquā.) *id est, nō. sic* Persius: *Neqcq̄ fundo suspiret nummus in imo.* Pependit.) *Quomō pependit, cū dixerit* Rauco q̄d̄ protinus ære repulsum? *soluitur,* Nequiquam pependit, *id est, nō pependit: uel secundū* Donatū, *Penetrato scilicet aliqua ex parte scuti contextu telum pendens inhærebat.* Referes ergo hæc.) *Sarcasmos est, iocus cum amaritudine: ut,* En agros, *& quam bello* Troiane *petisti* Hesperiam. *Asteismos autem est urbanitas, sine iracūdia: ut,* Atq; idem iūgat uulpes, *& mulgeat hircos.* Degenerem.) *non respondentem moribus patris.* Altaria ad ipsa.) *Vnde sperabat auxiliū.* Implicuitq; comā.) *Quomodo comā, si armatus cū galea erat? sed non omnes crines galea tegit, siue quia nō habebat galeā: nam hoc dixit,* Arma diu senior desueta tremētibus æuo Circūdat nequicquā humeris, & inutile ferrum Cingitur. Dextraq; coruscum extulit.) *Si ornatum gemmis caput regis accipis, sensus talis est:* Sublato capite gladium in uagina recondit, *quæ lateri semper cohæret. Si uero coruscum gladium uis intelligere, lateri* Priami *infixum accipe: &* κατά τὸ σιωπώμενον, *postea caput esse sublatum.* Capulo tenus.) *si,* iacet ingens littore trūcus, auulsumq; caput: *si latus percussit* Priamo, *quomodo truncū? hoc postea factū est. nam hoc insignibus uiris fieri solet: ut alibi,* Currūq; abscissa duorum Suspēdit capita. *Aut* κατά τὸ σιωπώμενον *lateri suo, id est,* Pyrrhi *dicit, qui in uaginam recondit gladiū.* Hæc finis.) *Omnia latina nomina inanima, simplicia, à uerbo nō uenientia, in nis syllaba terminata, masculina sunt. Inanima, propter canis: simplicia, propter bipennis: à uerbo non uenientia, propter finis. ergo clunis* Iuuenalis *bene dixit,* Tremulo descendant clune puellæ. Horatius *male dixit,* Quod pulchræ clunes. Hic.) *talis: ut,* Hunc ego te Euryale aspicio? Sorte.) *fatali necessitate.* Troiam incēsam.) *pro* Ilium.

Pergama.)

Pergama.) Propriè Troianæ arces sunt. tamen κατ' ἐξοχὴν arces omnes Pergama dicuntur: ut quũ poëtam dicimus, intelligimus Vergilium. Regnatorem Asiæ.) quia imperauerat Phrygiæ & Mygdoniæ. Iacet ingens littore truncus.) Pompeij tangit historiã. Quòd autem dicit Littore, illud (ut supra diximus) respicit, quod in Pacuuij tragœdia continetur. Quòd autem Donatus dicit, Littus locum esse ante aras, à litando dictũ: ratione caret. nam

Pergama, tot quondam populis, terrisq; superbũ
Regnatorem Asiæ: iacet ingens littore truncus,
Auulsumq; humeris caput, et sine nomine corpus.
At me tum primum sæuus circunstetit horror.
Obstupui: subijt chari genitoris imago,
Vt regem æquæuum crudeli uulnere uidi
Vitam exhalantem: subijt deserta Creusa,
Et direpta domus, & parui casus Iuli.
Respicio, & quæ sit me circum copia lustro:
Deseruere omnes defessi, & corpora saltu
Ad terram misere, aut ignibus ægra dedere.
Cum mihi se non ante oculis tam clara, uidendam
Obtulit, & pura per noctem in luce refulsit
Alma parens, confessa deam, qualisq; uideri
Cælicolis, & quanta solet: dextraq; prehensum
Continuit, roseoq; hæc insuper addidit ore:
Nate, quis indomitas tantus furor excitat iras?
Quid furis? aut quònam nostri tibi cura recessit?
Non prius aspicies ubi fessum ætate parentem
Liqueris Anchisen? superet coniux'ne Creusa?

à litando, li breuis est, & stare non potest uersus. Sine nomine.) sine agnitione. Sæuus horror.) quia est & bonus: ut, Lætusq; per artus Horror ijt. Vitã exhalantẽ.) Secundum eos, qui animam uẽtum uolunt: ut, Atq; in uentos uita recessit. Direpta.) pro diripienda. participiũ pro participio. Copia.) Notandum de exercitu numero eũ dixisse singulari, cũ Copias de exercitu numero plurali dicamus: ut Sallusti. Memorare possem, quibus in locis maximas hostium copias pop. Rom. parua manu fuderit. Copia uero aliarũ rerum est. Cum mihi se.) ordo est, cum mihi se uidendã oculis obtulit, non ante tam clarã. In luce.) in nimbo, qui cum numinibus semper est. Dextraq; prehensum.) ea corporis parte, qua Helenæ ictũ minabar, quæ in templo Vestæ stabat ornata. Vt enim in Primo diximus, aliquos hinc uersus constat esse sublatos: nec immerito. nam & turpe est uiro forti contra fœminã irasci, et contrariũ est Helenam in domo Priami fuisse hilarem: quæ in Sexto dicitur, quia in domo inuenta est Deiphobi, postquam è summa arce uocauerat Argiuos. Hinc autem uersus esse sublatos, Veneris uerba declarant, dicentis, Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ. Roseo.) pulchro: perpetuum epitheton Veneris. Insuper.) super quòd continuerat. Indomitas.) magnas. Quid furis?) Quia furor est, uirum fortem ruere in mulieris interitum. Nostri cura.) Et hoc loco, ut solet, unam se de Aeneæ familia facit. Nostri autem & Vestri, genitiuus est pluralis antiquus, & ex Græco ueniens: sicut singularis est mis & tis. Non est autem possessiuum, sed ab eo quod est Nos. & hoc est unde dicimus, Nostri causa facit, hoc est, nostrum. Superet.) id est, superuiuat.

Ascaniusque puer.) filius: ut, Tuque puerque tuus. Horatius, Puerosque Ledæ. & est Græcum: nam τοὺς παῖδας dicunt. interdũ tamen etiam ad ætatem refertur. *Hauserit ensis.*) Aut percusserit, ut Latus haurit apertum: aut uorauerit. *Tyndaridis.*) Atqui Iouis est, non Tyndari filia. sed sic dicimus Tyndaris de Helena, ut de Hercule Amphitryonides. Nam de Ioue & Leda nati sunt Pollux & Helena: de Tyndaro, Leda & Castor, qui & solus mortalis fuit. unde Vergilius, Si fratrem Pollux alterna morte redemit: qui immortalitatem suã cum fratre partitus est. Helenã uero immortalem fuisse indicat tempus. nam cõstat fratres eius cum argonautis fuisse. Argonautarum filij cũ Thebanis dimicauerunt. item illorum filij contra Troiam bella gesserunt. Ergo si immortalis Helena non fuisset, tot sine dubio sæculis durare non posset. Hanc autem legimus prius à Theseo raptam, & in Aegypto cõmendatam Proteo. *Facies inuisa.*) Pulchritudo Helenæ odiosa, id est, Helena. & Græcũ est: ut Vis Herculea, hoc est, Hercules.

Ascaniusque puer? quos omneis undique Graiæ
Circumerrant acies: & ni mea cura resistat,
Iam flammæ tulerint, inimicus & hauserit ensis.
Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ,
Culpatúsue Paris, uerum inclementia diuûm
Has euertit opes, sternitque à culmine Troiam.
Aspice (namque omnem quæ nunc obducta tuenti
Mortaleis habebat uisus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam: tu ne qua parentis
Iussa time, neu præceptis parere recusa:)
Hicubi disiectas moles, auulsaque saxis
Saxa uides, mixtoque undantem puluere fumum,
Neptunnus muros, magnoque emota tridenti

Lacænæ.) à prouincia Laconica. Et notandum, deriuationẽ minorem esse principalitate, quod rarum est. *Culpatus'ue Paris.*) criminosus. *Aspice.*) De Homero tractũ, qui inducit Mineruam præstantẽ ista Diomedi: ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν. ὄφρ' εὖ γινώσκοις ἠμὲν θεὸν, ἠδὲ καὶ ἄνδρα. *Nanque omnem.*) Ordo est, Omnem tibi nubem eripiam, quæ humida circum caligat, & mortaleis hebetat uisus tuenti. Dicitur autem nebula orta de terris obesse nostris obtutibus. Vnde aquila, quia supra nebulas est, plus uidet. Est etiã theologica ratio, quia ignorantes usum Venereũ, uidere dicuntur & numina. unde nunc merito post Veneris abscessum numina uidisse dicitur Aeneas. *Obducta.*) superducta. *Tuenti.*) modò uidenti, aliàs defendenti. *Ne qua parentis Iussa ti.*) Ne, particula prohibentis, imperatiuo iungitur modo: sed interdũ præsenti tempori, interdũ futuro, prout aliquid uolumus aut ad præsens, aut ad futurũ fieri. *Iussa time.*) Veretur enim ne imperanti sibi fugã, non obtemperet. *Neptunnus muros.*) Hoc quidẽ habet fabula, quòd Neptũnus cum Apolline Troiæ fabricatus sit muros. Sed constat Laomedontẽ supradictis dijs certã uouisse pecuniã ad sacra facienda, quam inuadentib. hostibus transtulit ad murorũ fabricam: unde dij & fecisse muros, & offensi esse dicuntur. Simul notandum, quòd eos facit opera sua euertere: ut portas Iunonem, quarũ dea est (nam & portã luminis, nascentib. præbet:) arces Mineruã, legimus enim Pallas quas cõdidit arces: & Neptunnũ muros, ipsi enĩ fundamenta sunt consecrata, cuius & mouentur arbitrio. unde ἐννοσίχθων, ἐννοσίγαιος dicitur.

Fundamenta quatit, totamq; à sedibus urbem
Eruit: hic Iuno Scæas sæuissima portas
Prima tenet, sociumq; furens à nauibus agmen
Ferro accincta uocat.
Iam summas arces Tritonia (respice) Pallas
Insedit, nimbo effulgens & Gorgone sæua.
Ipse pater Danais animos, uiresq; secundas
Sufficit, ipse Deos in Dardana suscitat arma.
Eripe nate fugam, finemq; impone labori.
Nusquam abero, & tutum patrio te limine sistam.
Dixerat, & spissis noctis se condidit umbris.
Apparent diræ facies, inimicaq; Troiæ
Numina magna deûm.
Tum uero omne mihi uisum considere in igneis
Ilium, & ex imo uerti Neptunnia Troia.
Ac ueluti summis antiquam in montibus ornum
Cum ferro accisam, crebrisq; bipennibus instant
Eruere agricolæ certatim: illa usq; minatur,
Et tremefacta comam concusso uertice nutat,

citur, hoc est, terram mouens aquæ concussione, sicut terræmotus continent opiniones.

Tridenti.) Omnia in ns exeuntia, aut participia sunt, aut nomina. Sed participia si sint, ablatiuum & in e & in i mittunt, pro nostro arbitrio. Iuuenal. Nec ardenti decoxit aheno. contrà, Semperq; ardente camino. Si uero nomina fuerint, in e tantummodo exeunt. si autem eadem sint & nomina & participia, ut Amans, quũ nomina fuerint, omnimodo in e mittunt: quum participia, licẽter utimur. Ergo quia Tridens est nomen, tridente debet dicere. sed nouitatem affectauit, nulla cogente necessitate. Sanè in nominib. quæ & propria esse possunt & appellatiua, ut liberalis, felix, iuuenalis: à proprio in e exit, ab appellatiuo in i.

Sæuissima.) quæ & fugam uetabat. Socium.) sibi deuotũ. Furẽs.) irascẽs. Tritonia Pallas.) Notandum, duplex antonomasia sine proprio. & est nimiæ iracundiæ, quum dicitur: Quanq̃ irata sit Græcis, non tamen Troianis parcere. licet in historia lectum sit, uehementius iratam Mineruã, quòd post uictoriã ei sacrificare noluerũt: ut Horatius, Quum Pallas usto uertit iram ab Ilio in impiam Aiacis ratem. Nimbo effulgens.) nube diuina. alij Limbo legunt: & est pars uestis extrema, quæ Instita dicitur: ut Horatius, Quarũ substricta talos tegit instita ueste. Ipse pater.) qui omnibus unus esse consueuit: ut, Rex Iuppiter omnibus idem. Et bene honesta Aeneæ causa fugiẽdi est. Viresq; secundas.) quæ fuerunt & in Troianis, sed nõ prosperæ. Sufficit.) ministrat. Eripe.) accelera, raptim fac. Nusquã abero.) Bona œconomia. nam si tenent Danai qua deficit ignis, necessariũ est præsidium numinis: ut Horat. Nec deus intersit, nisi dignus uindice nodus Inciderit. Limine sistam.) in limine: ut, Syluis te Tyrrhene feras. Apparent diræ facies.) Secundũ mathesim, post abscessum Veneris dira dicũtur apparuisse numina, cuius præsentes radij interueniẽtes circũquaq; diuisos anæreticos tẽperant. Tum uero.) Quia antè & ab Hectore audierat, & per se uiderat euerti Troiã, sed nõ omnẽ. Ferro, & bipennibus.) Tautologia est: ideo Crebris, quia bipẽnib. Eruere.) pro deijcere: et est acyrologia. Minatur.) aut eminet, ut Minæq; murorũ: aut mouetur. Tremefacta co.) Solita figura.

Vulneribus donec paulatim euicta, supremùm
Congemuit, traxitque iugis auulsa ruinam.
Descendo, ac ducente deo flammam inter & hosteis
Expedior: dant tela locum, flammæque recedunt.
Ast ubi iam patriæ peruentum ad limina sedis,
Antiquasque domos, genitor (quem tollere in altos
Optabam primum mõteis, primumque petebam:)
Abnegat excisa uitam producere Troia,
Exiliumque pati: Vos ò quibus integer æui
Sanguis, ait, solidæque suo stant robore uires,
Vos agitate fugam.
Me si cælicolæ uoluissent ducere uitam,
Has mihi seruassent sedes: satis una, superque,
Vidimus excidia, & captæ superauimus urbi.
Sic ò, sic positum affati discedite corpus.
Ipse manu mortem inueniam: miserebitur hostis,

Ruinam.) aliarum arborum. Ac ducente deo.) Secundum eos qui dicunt, utriusque sexus participationem habere numina. nam ut ait Caluus, Pollentemque deum Venerẽ. Item Vergilius, Nec dextræ erranti deus absuit: quum aut Iuno fuerit, aut Alecto. Est etiã in Cypro barbatæ Veneris simulachrũ, quæ ἀφρόδιτον uocatur. & hoc ad Græcorum imitationẽ, qui ὁ θεὸς καὶ ἡ θεὸς dicunt: sicut ὁ ἄνθρωπος καὶ ἡ ἄνθρωπος, uir & fœmina. Antiquasque domus.) charas. Et aliud pendet ex alio. nihil enim interest, utrum charũ dicas, an charitatis causam. Sanè Domos ambitiose dixit, pro domo una, non domum. Primum.) præcipuum. Vos ò.) Obliqua oratio est. nam apertè quidem hoc agit, ut relinquatur: latenter uero aliud. per quod nimia Aeneæ ostenditur pietas, qui nec iustis causis mouetur, ut patrem relinquat. Integer æui Sanguis.) Plenam ætatem significat ex sanguine, qui non est integer nisi in iuuenibus. nam dicunt physici, minui sanguinem per ætatem: unde in senibus tremor est. Suo robore.) id est, proprio: sine alterius auxilio, quo eget Anchises. Cælicolæ.) Ad quos nostra pertinet uita: ut, Haud credo inuisus cælestibus auras Vitaleis carpis. &, Nos iuuenem exanimum, & nil iam cælestibus ullis Debentem. &, Igneus est ollis uigor & cælestis origo. Anima enim cæli pars est, Vmbra inferorum. Ideo ergo non posuit generale deorum nomen, & addidit cælestibus, ne crederentur inferni dij, qui datores uitæ non sunt. Satis superque.) Ad augmentum Superque addidit. est autem Tmesis. Sanè sciendum est esse aliqua, quæ augmentum non recipiunt, ne minus significent, ut Satis perfectus. nam quæritur utrũ perfectior possit facere, ne incipiat perfectus minus significare. Vna excidia.) Sub Laomedonte unum excidium uiderat: sed emphaticôs dixit Excidia. Sic ò, sic positum affati discedite corpus.) Sensus talis est, Præstate uos mihi funebre solatium: id est, affamini me, ut dici mortuis solet, Vale, uale, uale. unde, Et magna supremum uoce ciemus. Mortem autem ego manu hostis inueniam. Nam hic ordo est: Ego inueniam mortem manu hostis, ille miserebitur & petet exuuias. Miserebitur uero dixit affectu eius, qui cupiebat interimi: ut eum hostis quasi miseratus occideret. Sic in Nono Aeneidos mater Euryali: At tu summe pater diuûm miserere, tuoque Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo.

Exuuiasque

Exuuiasq́ petet.) Quasi obiectio, Sed spoliatum linquet cadauer: & responsio. *Facilis iactura sepulchri.)* Aut secundum Epicureos, qui dicunt nil superesse post mortem: aut hoc dicit, Facilis sepulturæ iactura est, quam potest ruina præstare. *Annos demoror.)* quasi festinantes, diu uiuendo detineo. *Fulminis afflauit uentis & contigit igni.)* Tria sunt fulminum genera: est quod afflat, quod incendit, quod scindit. De hoc autē siluit. Fulminatus est autē Anchises, quia se cum Venere concubuisse iactabat. *Nos contrà.)* Præpositiões uel aduerbia in a exeūtia, modò producūt ultimam literam, excepto Puta, & Ita. Et quia apud Ennium & Pacuuiū breuia sunt, hinc est quòd etiam numerorū nomina indeclinabilia a producūt: ut, Triginta magnos uoluendis mensibus orbes. Alia uero quæ declinantur, breuia sunt, secundum rationem nominum in a exeuntiū. *Omnisq́ domus.)* modò familia, uel domicilium: interdū reuera domus. *Mortē opto.)* Contra fatorum uim, & matris auxilium.

Exuuiasq́ petet: facilis iactura sepulchri est.
Iampridem inuisus Diuis, & inutilis, annos
Demoror, ex quo me diuûm pater, atq́ hominum
Fulminis afflauit uentis, & contigit igni.
Talia perstabat memorans, fixusq́ manebat. (rex
Nos contrà effusi lachrymis, coniunxq́ Creusa
Ascaniusq́, omnisq́ domus: ne uertere secum
Cuncta pater, fatoq́ urgenti incumbere uellet.
Abnegat, inceptoq́ & sedibus hæret in ijsdem.
Rursus in arma feror, mortemq́ miserrimus opto.
Nam quod cōsiliū, aut quæ iam fortuna dabatur?
Me'ne efferre pedem genitor te posse relicto
Sperasti? tantumq́ nefas patrio excidit ore?
Si nihil ex tanta superis placet urbe relinqui:
Et sedet hoc animo, perituræq́ addere Troiæ
Teq́ tuosq́ iuuat, patet isti ianua leto.
Iamq́ aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus,
Natū ante ora patris, patrē qui obtrūcat ad aras.
Hoc erat alma parēs, quòd me per tela, per ignes
Eripis, ut medijs hostem in penetralibus, utq́
Ascaniumq́ patremq́ meum, iuxtaq́ Creusam,
Alterum in alterius mactatos sanguine cernam?
Arma uiri, ferte arma: uocat lux ultima uictos.
Reddite me Danais: sinite instaurata reuisam

Me'ne.) probatæ pietatis filiū. Nam pronomina habent uim suam nonnunq̄ & emphasim: ut, Cantando tu illum? *Posse.)* Plus est, q̄ uelle. *Excidit.)* Bene excusat patrem, dicendo Excidit: et ipsam temperat obiurgationē. *Patet isti.)* Apocope est, pro istic. pronomen enim esse non potest, quia non præcedit nomen. *Natum ante ora patris.)* His rebus terret eum, qui non potest mortem timere. *Obtruncat.)* obtruncare consueuit. *Arma uiri, ferte arma.)* Notant hoc Critici, quia sæpius armari aliquos dicit, quū exarmatos nusquam ostendat: qui nesciunt, non omnia à poëta (ut suprà diximus) dici debere. nam & diem præscribit nocte non præmissa. superfluè enim dicuntur ea, quæ necesse est fieri. qs enim domū ingressus nō arma deponat? *Reddite me Danais.)* quibus me sustulit mater.

P 3 *Tendebat.)*

Tendebat.) offerebat, sed non manibus eum gestans. Si periturus abis.) Argumentum dilemma: id est, complexio, quæ aduersarium ab utraq; parte concludit. Cui paruus Iulus.) Interrogantis est: & simul epitheto cōmendat ætatem. Coniux quondam tua dicta relinquor.) Quondum aut aliquādo significat, quasi nunc uxor non sit, quæ relinquitur: aut certè Quondam semper significat. ut in Georgicis, Vt quondā in stipulis magnis sine uirib. ignis. Et est sensus, quam semp coniugē nominasti. Haberi enī queuis poterat, nominari non nisi nobilis. Manus inter.) Mutauit accētum præpositio postposita. Sanè Inter plerunq; pro Per ponitur: sed rarò apud Vergilium, ut Hinc inter fluuio Tyberinus amœno. Bona autē œconomia ad Iulum uenit, dicēs eum fuisse inter manus parentum: hoc est, inter cōplexus. non enim possumus eum illo tēpore portatū dicere, quem post septem annos legimus & uenatum iuisse, & bella tractasse. Mirabile monstrum.) τῶν μέσων est, dictum à monstrando. & refertur ad præsens eius significatio. Prodigium aūt est, quod in longum tempus dirigit significationem. Fundere lumen apex.) Propriè dicitur in summo flaminis pileo uirga lanata, hoc est, cuius extremitati modica lana est: quod primum constat apud Albam Ascanium statuisse. modò autem pro summitate pilei intelligimus. Tangit nanq;, ut frequenter diximus, latēter historiam. Item hoc quoq; de igni ad Seruium Tullum pertinet. nam quum Tarquinius Priscus cepisset Ocriculanam ciuitatem, ex captiua quadam in domo eius natus est Seruius Tullius. qui quum obdormisset, caput eius subito flamma corripuit: quam quū uellent restinguere, Tanaquil regis uxor auguriorum perita intelligens augurium, prohibuit. flamma puerum cum somno deseruit: unde intellexit eum clarum fore usque ad ultimum uitæ. Sanè peritè Lucem dixit, non ut in Septimo, Tum fumida lumine fuluo. nam & illic quidem splendor est, sed cum fumo, qui semper causa lacrymarum est. In Ascanio autem solus ostenditur splendor. Circum tempora pasci.) crescere: ut, Sacrum tibi pascere crinem. Sunt autem infinitiua pro indicatiuis. Fundere.) lambere, pasci, historico more. Sanctos restinguere.) Nō quos tunc sanctos sciebant, sed quos mox probarunt. Oculos ad sidera.) Contra opinionem Theocriti,

Prælia: nunquam omnes hodie moriemur inulti.
Hic ferro accingor rursus, clypeoq; sinistram
Insertabam aptans, meq; extra tecta ferebam.
Ecce autem complexa pedes in limine coniux
Hærebat, paruumq; patri tendebat Iulum.
Si periturus abis, & nos rape in omnia tecum.
Sin aliquā expertus sumptis spem ponis in armis,
Hanc primum tutare domum: cui paruus Iulus,
Cui pater, & coniux quondā tua dicta relinquor?
Talia uociferans, gemitu tectum omne replebat.
Cum subitum, dictuq; oritur mirabile monstrum:
Nanq; manus inter, mœstorumq; ora parentum,
Ecce leuis summo de uertice uisus Iuli
Fundere lumen apex, tactuq; innoxia molli
Lambere flamma comas, & circū tempora pasci.
Nos pauidi trepidare metu, crinemq; flagrantem
Excutere, & sanctos restinguere fontibus igneis.
At pater Anchises oculos ad sidera lętus

Theocriti, qui eum caecatum fuisse commemorat. Si flecteris.) Aut secundum Stoicos locutus est, qui fati asserunt necessitatem: aut secundum Epicureos, qui dicunt deos non curare mortalia. Aspice nos.) Quia intuentes dij iuuant. unde est, Atq; oculos Rutulorum reijcit aruis: & contrà, Diua solo fixos oculos auersa tenebat. Atque haec omnia firma.) Secundum Romanum morem petit, ut uisa firmentur. Non enim augurium unũ uidisse sufficit, nisi confirmetur ex simili. nam si dissimilia sint posteriora, soluũtur priora. unde est, Quantũ Chaonias dicunt aquila ueniente columbas. Nam aquila sine dubio columbis plus potest. Intonuit laeuum.) sinistrum, prosperum: quia caeleste est, ut supra diximus. Sinistrum autẽ à sinendo dictum, quantũ ad auguria ptinet, quòd nos agere aliquid sinat. Multa cũ luce cucurrit.) Nunc theologicam rationem sequitur, quae asserit flammarũ quos cernimus tractus, nimbũ esse descendentis numinis. Alibi physicam: ut, Vento impendente uidebis Flammarũ longos à tergo albescere tractus. Facem ducẽs.) lumen, quod utiq; ex facibus nascitur. Idaea clarã se condere sylua.) Stellae huius cursus significat, Troianos cõglobatos ad domũ Aeneae Idam petere. quòd dicit, Multa cum luce, ostendit claros. quòd Signantem uias, scintillas quasdã dicit relictas, quae ostendũt remansuros in diuersis partibus socios. quòd Longo limite, ostendit errorem. quòd Sulcum dicit, significat longum maris aequor arandũ. & quòd ait Sulphure fumant, diuini ignis odor ostenditur. Ex fumo aũt mors Anchisae cognoscitur, sicut eius oratio sequẽs indicat. Cedo equidẽ.) Quasi dicat, licet me sciam esse moriturũ. Et bene quod diuinauit Anchises, totũ ei conceditur. Victus genitor.) à pristino proposito recedens. Se tollit ad auras.) Verbũ augurum, qui uisis auspicijs surgebant ex templo. Affaturq; deos.) agit dijs gratias.

Vestroq; in numine Troia est.) in uobis habeo Troiam: propter illud, Has mihi seruassent sedes. Comes ire recuso.) Tantum ad solatium itineris, quippe moriturus: ut in Sexto Aeneas, Ille meum comitatus iter. Vult enim Vergilius etiam Aeneae concedere patris pietatẽ. Dixerat ille.) Hic distinguendũ. Et iam.) dum negat, dum ostendũtur auspicia.

Extulit, & caelo palmas cum uoce tetendit:
Iuppiter omnipotens precibus si flecteris ullis,
Aspice nos, hoc tantum. & si pietate meremur,
Da deinde auxilium pater, atq; haec omnia firma.
Vix ea fatus erat senior, subitoq; fragore
Intonuit laeuum, & de caelo lapsa per umbras
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.
Illam summa super labentem culmina tecti,
Cernimus Idaea claram se condere sylua,
Signantemq; uias: tum longo limite sulcus
Dat lucem, & latè circum loca sulphure fumant.
Hic uero uictus genitor, se tollit in auras,
Affaturq; deos, & sanctum sidus adorat.
Iã iã nulla mora est, sequor, & quà ducitis adsum.
Dij patrij seruate domum, seruate nepotem.
Vestrũ hoc auguriũ, uestroq; in numine Troia est.
Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso.
Dixerat ille: & iam per moenia clarior ignis

Propiusq́.) Propter illud, Arboribusq́ obiecta recessit. & est ordo: Incendia propius uoluũt æstus, id est, calorẽ. unde etiam Aestas dicitur. Ergo age.) quia consensisti, & ignis propinquat. Age autem modo non est uerbũ imperantis, sed hortantis aduerbium: adeo ut plerunq; Age facite dicamus, & singularem numerũ copulemus plurali. Ceruici.) Ceruix quũ numero singulari dicitur, collũ significat: si plurali utamur, superbiam ostendimus. ut in Verrinis Cicero, Frãge ceruices.

Auditur, propiusq́ æstus incendia uoluunt.
Ergo age chare pater, ceruici imponere nostræ:
Ipse subito humeris. nec me labor iste grauabit:
Quò res cunq; cadent, unum & cõmune periclũ,
Vna salus ambobus erit: mihi paruus Iulus
Sit comes, & longè seruet uestigia coniux.
Vos famuli, quæ dicam, animis aduertite uestris.
Est urbe egressis tumulus, templumq́ uetustum,
Desertæ Cereris, iuxtaq́ antiqua cupressus,
Relligione patrum multos seruata per annos.
Hanc ex diuerso sedem ueniemus in unam.
Tu genitor cape sacra manu, patriosq́ penates,
Me bello ex tanto digressum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine uiuo
Abluero.

Ambobus erit.) quomodo ambobus, quum dicat, Dextræ se paruus Iulus Implicuit? Soluitur, Huiusmodi enim ætas in captiuitate solet recipi: ut alibi, Pueri & pauidæ longo ordine matres. Ergo ad filiũ, & ad patrem potest referri: sed melius ad patrem, quia de Ascanio pòst loquitur. Et longè ser. ue.) Longè, ualde: ut, Tyberinaq; longè Hostia. nam Longè non potest, quia sequitur, Ponè subit coniux. Et bene ire singulos facit: scit enim multitudinẽ facilè posse comprehendi. Seruet aũt, custodiat: ut, Et tantas seruabat filia sedes. uel, Seruantẽ ripas. Vrbe egressis.) Hic ablatiuo iũxit: ut Horat. Egressum magna me cepit Aritia Roma. Sallust. accusatiuo: ut, Raro egressa fineis suos. ergo utrunq; dicimus. Tumulus.) Modò terra tumens, aliàs sepulchrum. Prudenter aũt circa turbatos pluribus utitur p̃ceptis, quia scit esse timoris comitem obliuionẽ. Templumq́ uetustũ Deser. Cereris.) Bene Cereris fanũ dicit esse ante urbem, quæ dea rusticorũ est. Et libratè Aeneas & Cereris templum, & uetustũ eligit: ad quod nec uiris erat aditus, sicut hostes putabãt (nam Aeneas scit ante esse prophanatum) nec prædæ spe Græci poterãt duci. Desertæ Cereris.) Vtrum à sacerdote, qui in Sexto extinctus inducitur, ut Cererique sacrum Polybutem: an Desertæ illo tempore, propter decennalem obsidionem: an Desertæ à filia: ut, Nec repetita sequi curet Proserpina matrem. Relligione patrum.) timore. & est reciprocum. sic Terentius, Nam mihi nil esse relligio est dicere: id est, metus. Item Vergilius contrà, Multosq; metu seruata per annos. connexa enim sunt, metus & relligio: unde Statius, Primus in orbe deos fecit timor. Cupressum autem arborem funebrem bene ante templum deæ lugentis esse confirmat. Cape sacra manu.) Non est dantis, sed hortantis ut tollat: quia sequitur, Me bello è tanto digressum & cæde recenti Attrectare nefas. Scit enim Græcos ex pollutione Palladij piaculũ commisisse. Flumine uiuo.) semper fluenti, id est, naturali: ut, Viuoq; sedilia saxo. est autem augurale uerbũ.

Latos humeros.) Aut more heroum se laudat, aut certe sternendo latos facit. Succedo'q; oneri.) *Figura est: ut, Succedunt muro, & flammas ad culmina iactant.* Implicuit.) *puerilem expressit timorem.* Ponè.) *Aduerbium est: atq; ideo ultima syllaba habet accentum.* Opaca locorũ.) *Quia dixit, Arboribus'q; obiecta recessit. Est autẽ hæc elocutio, ut Strata uiarũ.* Et me q. d.) *Naturalia plus timet, quia uir fortis & pius nõ timet bellicũ timorẽ, sed naturalẽ: propter quod sequitur: Comiti'q; oneri'q; timentẽ.* Glomerati ex agmine.) *Propter illud, Vndique collecti inuadunt.* Nũc oẽs terrẽt auræ.) *Hic ostendit, uiros fortes interdum pro ratione temporis & causarũ, debere & decere timere.* Sonus excitat omnis.) *consternat subito.* Cũ creber ad aur.) *Hysterologia est.* Iã'q; propinquabam portis.) *quomõ portis, si Ferimur per opaca locorũ? soluitur. Sed per opaca locorũ, extra portas subit. has autem portas dixit, quas acceperat cum colonia fieret. & honor est patriæ. Sulcus dicitur extra ciuitatẽ ex terra aratro uersa in omniũ circuitu, & à portando portæ appellatæ sunt.* Nate.) *Hæc singula pronuncianda sunt: quia perturbatis, iugis nõ datur oratio.* Propinquãt.) *Nõ dicit qui, propter sequentẽ de Corybantibus œconomiã.* Cerno.) *Nõnulli quærũt ex cuius persona Cerno dictũ sit: sed altius intuentes, Cerno Aeneæ dant.* Male numen amicũ.) *non cũ utilitate mea fauens uxori, quæ in numerum Matris deûm ministrarum relata est.* Mentẽ.) *memoriã: ut paulo pòst, Nec prius amissam respexi.* Fatò'ne erepta Creũsa.) *Ordo est: Fato erepta Creũsa substitit'ne, errauit'ue uia. non enim dubitat Fatò esse sublatã, quum audierit, Non hæc sine numine diuûm Eueniunt.* Nec post oculis est reddita nostris.) *Constat hoc. nam umbram eius uidit tantummodo.* Hic demum.) *Hic una defuit: aliter uitium est.*

Hæc fatus, latos humeros, subiecta'q; colla
Veste super, fului'q; insternor pelle leonis.
Succedo'q; oneri, dextræ se paruus Iulus
Implicuit, sequitur'q; patrem non passibus æquis.
Pone subit coniunx, ferimur per opaca locorum.
Et me, quem dudum non ulla iniecta mouebant
Tela, neq; aduerso glomerati ex agmine Graij:
Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis
Suspensum, & pariter comiti'q; oneri'q; timentẽ.
Iam'q; propinquabã portis, omnem'q; uidebar
Euasisse uiam, subito cum creber ad aures
Visus adesse pedũ sonitus, genitor'q; per umbram
Prospiciẽs: nate, exclamat, fuge nate: propinquãt.
Ardenteis clypeos, atq; æra micantia cerno.
Hic mihi nescio quod trepido male numen amicũ
Confusam eripuit mentem: nanq; auia cursu
Dum sequor, & nota excedo regione uiarum,
Heu misero coniux fato'ne erepta Creũsa
Substitit, errauit'ue uia, seu lassa resedit,
Incertum. nec post oculis est reddita nostris:
Nec prius amissam respexi, animum'q; reflexi,
Quàm tumulũ antiquæ Cæreris, sedem'q; sacratã
Venimus. hic demum collectis omnibus una

Natum.) qui per ætatē matrē desiderare debuerat. *Deorumq́.)* Hypermetrus uersus. *Vidi crudelius.)* Bene his uerbis cōmendat se futurus maritus. *Valle recon.)* Hic iam ostēditur nimia multitudo. *Et cingor fulgētibus armis.)* Si armatus erat, quare Cingor? Soluitur: hoc ad scutū refertur, idcirco quia scutū nō habebat, qa patrē & filiū cōtinuerat. *Stat casus.)* placet: ut, Stat quicquid acerbū est Morte pati. *Obscura lim.)* Aut per noctem obscuram, aut certe posticū dicit. *Retro obseruata se.)* Relego, retro sequor mea uestigia. *Lumine lu.)* oculos circūfero. *Ipsa silen.)* Ipsa quæ terrere nō debēt, præcipue inter hostes. Sed, ut diximus, naturalib. tātū cedit. *Si for. p. si forte.)* iteratione auxit dubitationem. *Irruerant Danai.)* Quos Venus ante phibuerat: unde est, Et ni mea cura resistat. *Ilicet.)* cōfestim. hoc significat & ilico, sed metri ratiōe uariantur. *Sūma adf. u.)* qui auget flammas: ut, Veluti cum flamma furentibus austris. Fastigia autem modo de summitate proprie dixit, alibi per contrariū de imo: ut, Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras. Inde est, Cœlūq́ profundum, quasi cuius sit porro fundum: quum de imo profundus, de summo fastigium dicatur. *Priami.)* patris eius. *Arcē.)* ne uel illuc confugisset. *Vacuis.)* magnis: qppe illic erāt omnia. *Iunonis asylo.)* tēplo, unde nullus posset extrahi. dictū asylum, quasi asyrum. hoc autem non est in omnibus templis, nisi quibus cōsecrationis lege cōcessum est. primo autem apud Athenieses statutū est ab Herculis filijs, quos insequebātur ij qui erant à patre oppressi, sicut docet in 7. Statius: Fama est defensos acie post busta paterni Numinis Herculeos sedem fundasse nepotes. Hoc etiā Romulus imitatus est: unde est, Quem Romulus acer asylum Retulit, non statuit. dictum est autē, quasi sine abstractione confugientiū: σύρω enim traho, καὶ συλῶ sacra detraho, de sacris locis. *Phœnix.)* Achillis magister. *Huc.)* pro illuc. *Gaza.)* census, Persarum lingua: & est numeri singularis tantū. *Mensæq́ deorū.)* Postq̄

Defuit, & comites natumq́ uirumq́ fefellit.
Quē nō incusaui amens hominumq́ deorumq́?
Aut quid in euersa uidi crudelius urbe?
Ascaniū, Anchisenq́ patrē, Teucrosq́ Penates
Commendo socijs, & curua ualle recondo:
Ipse urbem repeto, & cingor fulgentibus armis.
Stat casus renouare omneis, omnemq́ reuerti
Per Troiam, & rursus caput obiectare periclis.
Principio muros, obscuraq́ limina portæ
Quà gressum extuleram repeto, & uestigia retro
Obseruata sequor per noctem, & lumine lustro.
Horror ubiq́ animos, simul ipsa silentia terrent.
Inde domum, si forte pedem si forte tulisset,
Me refero: irruerant Danai, & tectū omne tenebāt.
Ilicet ignis edax summa ad fastigia uento
Voluitur, exuperant flāmæ, furit æstus ad auras.
Protinus ad Priami sedes, arcemq́ reuiso.
Et iam porticibus uacuis Iunonis asylo
Custodes lecti, Phœnix, & dirus Vlysses,
Prædam adseruabant: huc undiq́ Troia gaza
Incensis erepta adytis, mensæq́ deorum,

excessere

excessere omnes adytis. Captiuáque uestis.) *pro captiuorũ: & est nota elocutio.* Longo ordine.) *longa multitudine: ut in* 6. *Vnde omnes longo ordine posset, quũ ordinem linquat.* Ausus.) *quia inter hostes.* Voces iactare.) *quæ contraria sunt latêre cupienti, & inquirendi officium ad uocem transtulit, propter noctem. ibi enim uoce opus est, ubi uisus nõ suppetit. uoces uero, quia iterũque iterumque uocaui.* Tectis.) *pro tecta: & est antiptosis.*

Crateresque auro solidi, capiuaque uestis
Cõgeritur: pueri, & pauidæ longo ordine matres
Stant circùm.
Ausus quinetiam uoces iactare per umbram
Impleui clamore uias, mœstusque Creüsam
Nequicquã ingeminans, iterumque iterũque uocaui.
Quærenti, & tectis urbis sine fine furenti,
Infelix simulacrum, atque ipsius umbra Creüsæ
Visa mihi ante oculos, & nota maior imago:
Obstupui, steterũtque comæ, & uox faucibus hæsit.
Tum sic affari, & curas his demere dictis.
Quid tantum insano iuuat indulgere labori,
O dulcis coniux? non hæc sine numine diuûm
Eueniũt, nec te comitem hinc asportare Creüsam
Fas, haud ille sinit superi regnator Olympi.
Longa tibi exilia, & uastum maris æquor arandũ.

Infelix simulacrũ.) *mihi, non sibi: ut,* Quæ potui infelix. *per simulacrum aũt apotheosin ostendit, quia simulacra deorum sunt, umbræ inferorum. Sic Vlysses in Homero apud inferos umbram Herculis cernit: quia post mortem umbræ inferos, animæ cœlũ petunt.* τὸν δὲ μετ' εἰσενόησα βίην ἡρακληείην εἴδωλον. αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι τέρπεται ἐν θαλίῃς, καὶ ἔχει καλλίσφυρον ἥβην. Maior imago.) *Quia umbra maior est corpore.* Quid tãtum.) *Cõsolatio est. sequitur etiam diuinatio, quæ animis liberatis à corpore cõceditur: ut,* Nec longum lætabere, te quoque fata Expectãt paria. Insano.) *magno: ut,* Insani feriãt sine littora fluctus. Indulgere.) *operam dare: ut,* Indulgent uino. Sine numine diuûm.) *sine fati necessitate: ut enim* Statius *dicit,* Fata *sunt quæ dij fantur, uel quæ indubitanter eueniũt.* Nec te comitem hinc asportare Creüsam.) *Hic uersus caret scansione: unde multi* Hinc, *multi* as *syllabam detrahunt. Si tamen uis fide seruata hunc scandere, fit conuersio: ut,* Eueniunt nec te hinc comitem. *& potest scandi per synalœpham. Aliter nec eclipsim, nec hiatum, nec synalœpham recipit. & Asportare bene dixit: non enim Virgil. sine ratione* As *ponere potuisset. & haud temere* Asportare *dixit, clàm deportare. nam quid ibidem faceret* As, *quæ syllaba quæstionem in scansione facit. &* Cicero *ait in primo libro* Verrinarum: Non te ex Sicilia literas in Verrem deportare uelle arbitrabantur, sed quod iisdem literis illius prætura, & tua quæstura consignata sit, asportare te uelle ex Sicilia literas suspicãtur. Fas.) *Quia sequitur,* Regnumque & regia coniux Parta tibi. Creüsam.) *Quia latina declinatio est, latinus erit accẽtus.* Olympi.) *Cur in penultima accentus sit, manifesta est ratio apud Latinos. quanquam Græci discretionem uelint per accẽtum facere montis & cœli, quod superfluum est.* Arandum.) *Quia legimus,* Subtrahiturque solum: *non immerito dixit nunc* Arandum.

Hesperiam.) Frequēti epitheto Italiam ab Hispania segregauit, quæ & ipsa Hesperia dicitur. Vbi Lydius Tybris.) Thuscus. Dictus Lydius à fratre Tyrrheni. nam Lydus & Tyrrhenus duo fratres, quum eos prouincia una non ferret, in sortem miserunt, ut diuisis copijs proficisceretur unus ad nouas sedes quærendas. profectus Tyrrhenus est, qui ex suo nomine Thuscos Tyrrhenos uocauit. Lydia autem dicta est, in qua frater remāserat. unde nunc traxit, ut Lydium diceret. Thusci autem, à frequentia sacrificij dicti sunt, hoc ē, ἀπὸ τ̃ θύειν. Constat nāque illic à Tage aruspicinam repertam, ut Lucan. meminit: Sed conditor artis Finxerit ista Tages. & alibi, Hæc ꝓpter placuit Thuscos de more uetusto Acciri uates. Leni agmine.) leni impetu. Lacrymas dil. pelle Creūsæ.) Melius ad posteriora referimus, ut dicat: Noli flere, nec enim captiua sum. male enim pleriq; dicūt, Quia habes uxorem paratam. Seruitū.) ut seruiā: modus gerūdiuus est. Dardanis.) Laus à maioribus. Nurus.) Laus à cognatione. His oris.) in q̄bus colitur. Iamq; uale.) Recedētis significatio est. unde de mortuis dicitur: ut, Salue æternū mihi maxime Pala, Aeternūq; uale. Nati s. c. amo.) Propter futuram nouercā cōmendatur Ascanius. Manus effugit imago.) quasi imago, quæ nō tenetur. Natura enim est, ut nō possit teneri. Nam q̄d in 6. ait, Da dextrā misero: auxiliū significat. Simillima somno.) Sic Cic. Simillimū deo iudico. nam genitiuo debuit iungi. Sic demū.) nouissimè. Inuenio admi.) quū inuenissem, admiratus sum. Exilio.) ad exiliū. Donatus contra metrū sensit, dicens ex Ilio, quasi de Ilio. nam I longa est. Miserabile uulgus.) magnū est q̄d addidit Vulgus. sic Stat. Vnde hoc examē, & unà tot miseræ. Animis opibusq;.) & uolebant & poterant. Lucifer Idæ.) ut Troianis uidetur. sic alibi, Tibi deserit hesperus Oetan. Illinc enim oriri uel occidere putātur sidera, unde uideri uel incipiunt, uel desinunt. Hoc est autem quod ei Venus promisit, Nunquam abero. Varro enim ait, hanc stellam

Ad terram Hesperiam uenies, ubi Lydius arua
Inter opima uirûm leni fluit agmine Tybris.
Illic res lætæ, regnumq;, & regia coniunx
Parta tibi: lacrymas dilectæ pelle Creüsæ.
Nō ego Myrmidonū sedes, Dolopūue superbas
Aspiciam, aut Graijs seruitum matribus ibo
Dardanis, & diuæ Veneris nurus:
Sed me magna deûm genitrix his detinet oris.
Iamq; uale, & nati serua communis amorem.
Hęc ubi dicta dedit, lacrymantē & multa uolentē
Dicere, deseruit, tenuesq; recessit in auras.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum:
Ter frustra comprensa manus effugit imago,
Par leuibus uentis, uolucriq; simillima somno.
Sic demum socios consumpta nocte reuiso.
Atq; hic ingentem comitum affluxisse nouorum
Inuenio admirans numerum, matresq;, uirosq;,
Collectam exilio pubem, miserabile uulgus.
Vndiq; conuenere animis, opibusq; parati
In quascunq; uelim pelago deducere terras.
Iamq; iugis summæ surgebat lucifer Idæ,

stellam luciferi, quæ Venus dicitur, ab Aenea donec ad Laurentum agrum ueniret semper uisam. & postquam peruenit, Venerem uidisse: unde & se peruenisse cognouit. Ducebatq; diem.) *quia lucis est præuius.* Opis.) *ferendi auxilij.* Cessi.) *Deest* Igitur.

Ducebatq; diem, Danaiq; obsessa tenebant
Limina portarum, nec spes opis ulla dabatur.
Cessi, & sublato montem genitore petiui.

Monte.) *Vt ostendit in Nono, Idam significat: ubi* Verg. *inquit, Tépore quo primum Phrygia formabat ab Ida Aeneas classem, & pelagi petere alta parabat.*

POstquam res Asiæ, Priamiq; euertere gentē.) *Secundū interrogationē Didonis post insidias Græcorū, & casus suorū, proprios errores exequitur, quos pertulit antequā ad Africam perueniret, ordine (ut suprà diximus) cōmutato. nam rectū operis initium est, Fracti bello fatisq; repulsi. Fuga autem eius hæc est. Relinquēs Iliū, Idam tenuit. inde Antandrū ciuitatē, iuxta quam factis nauigijs tenuit Thraciā: in qua Aenum oppidū constituit, ut multi putant. Mox prodigijs territus, Delum tenuit. Illic accepto augurio, errore patris præteruectus Cycladas, uenit ad Cretam. ubi quum pestilentia laboraret, à dijs penatibus monitus, ad Strophadas delatus est insulas. Inde præteruectus maritima Græciæ, apud Epirū susceptus est Heleni hospitio. unde prouectus Calabriā tenuit. et illinc stati territus aduentu Diomedis abscessit, nauigauitq; usq; ad Scyllam & Charybdim, q̄ sunt Aetnæ uicinæ. unde uēto pulsus, circūita maxima parte Siciliæ Drepanū uenit. Ibi secundū* Vergil. *perdidit patrē. Inde, ut est in Primo, ad Didonis regna peruenit.*

MODESTINI IVRISCONSVLTI,

ARGVMENTVM III.

POst euersa Phrygū regna, ut fuga cœpta moueri,
Vtq; sit in Thracen primo deuectus, ibiq;
Mœnia condiderit, Polydori cæde piata:
Regis & hospitiū: ut Phœbi responsa canebant
Cœptum iter in Creten, rursus noua fata reperta:
Naufragus ut fuerit Strophadas compulsus ad undas,
Inde fugam, atq; iterū enarrat præcepta Celæno.
Liquerit utq; Helenū, perceptis ordine fatis.
Supplicē Achæmenidē, Polyphemo urgēte, recepit.
Amissumq; patrē Drepani, atq; hic deinde qeuit.

P. VERGILII M. AENEIDOS LIBER TERTIVS.

POstquam res Asiæ, Priamiq; euertere gentem
Immeritam uisum superis, ceciditq; superbum

Postquam.) *Hæc particula connectendis adiungitur rebus: ut, Postquā altos tetigit fluctus. Sic*

enim dictis sequentia copulantur. Res.) *Modo imperiũ : ut, res Agamennonias. bene autem Asiæ, quasi tertiæ orbis partis. nam Phrygia in Asia est, Iliũ in Phrygia minore.* Priamiq;.) *Nõ est iteratio: nam potuit aliud sine alio fieri, ut uel Phrygia tota euerteretur, uel solum Ilium.* Gentem immeritam.) *Bene Gentem: nam Laomedontis & Paridis culpa uniuersa gens perire non debuit.* Visum superis.) *Laus Ilij, quod nõ nisi dij potuerũt subuertere. Quotienscũq; autem ratio nõ apparet, Sic uisum interponitur. ut Horatius, Sic uisum Veneri: quũ amorẽ ostẽderet nõ esse pulchritudinis. Et bene accusatio in deos habet quandã uenerationem, alioqui sacrilegium est.* Superbũ Ilium.) *nobile. Ilium autem Vergil. neutro genere tantum declinat, Horatius etiam fœminino: ut, Non semel Ilios uexata. Sanè modo Ilium proprie de ciuitate dixit: nam regio Troia est. quãuis interdũ pro ciuitate prouinciam ponat: ut, Et cãpos ubi Troia fuit.* Humo fumat Neptunia Troia.) *Humo, id est, ab humo: & significat patriæ suæ solum quoq; arsisse. Sanè quæritur, quomodo dixit Cecidit & fumat. Sed aut per licentiam poëticam tempus pro tempore posuit: ut, Meminisse horret luctuq; refugit. Aut certe naturam rerum expressit. nam ruina in breui fit, fumus uero in longo permanet tempore. nam quod ait Probus, ad discernẽdum tempus circũflectendam ultimam syllabam, ut intelligamus Fumauit, nõ procedit: quia pone tantũ uerbũ in ultima habet accentum, ut significet retro.* Diuersa exilia.) *Multi ad illud referunt, Magnum quæ sparsa p orbẽ.*

Ilium, & omnis humo fumat Neptunnia Troia:
Diuersa exilia, & desertas quærere terras
Auguriis agimur diuûm, classemq; sub ipsa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ,
Incerti quò fata ferant, ubi sistere detur.

Constat nanque diuersas partes obtinuisse Troiãos. Sed melius est specialiter hoc Aeneæ dare, q compulsus est auguriis diuersas terras, hoc est, è regione positas quærere. Desertas autem, à Dardano accipe. Nam ubique uberes eas esse legimus: ut, Atq; ubere glebæ. Auguriis agi. di.) *id est, monemur ex flamma, quæ tẽpora Ascanij pasta est, & cursu stellæ. et Creüsæ admonitione quæ dixit, Et terrã Hesperiam uenies.* Sub ip. An.) *iuxta Antandrũ. est aũt ciuitas Phrygiæ, dicta Antandros, uel quod de Andro insula eam condiderunt coloni, quasi ἀντὶ ἄνδρου: uel quia Græci ueniẽtes per Thraciam, cepere Polydorũ, pro cuius precio hanc à Priamo accepere ciuitatem, quæ ex facto nomen accepit, quasi ἀντὶ ἀνδρὸς, id est, pro uiro: quia pro redemptione Polydori data fuit. quamuis huic opinioni Vergil. non consentiat: fertur tamen quod post acceptũ precium à Græcis occisus sit lapidibus. Alij à Polymestore occisum dicũt post euersam Troiam, & in maria præcipitatũ. Cuius quum mater Hecuba agnouisset cadauer, & captiua duceretur, flendo in canem cõuersa est, quũ se præcipitare uellet in maria. quod ideo fingitur, quia nimio dolore inaniter Græcis conuitiabatur.* Phrygiæ Idæ.) *ad discretionem Cretensis.* Molimur.) *paramus. Et bene petit loca, in quibus & lateret, & nauigia prepararet.* Incerti quo fata.) *quia quisquis nauigat, licet mente destinet locum, quò tamẽ fertur incertus est.* Vbi sistere detur.) *A præteritis tractum est; quia nec in Thracia permansit, nec in Creta.* Contrahimusq; uiros.) *colligimus: unde est, Vnam quæ Lycios. item, Et fratres Lycia missos, & Apollinis agris: eos scilicet, qui ad auxilium uenerant.* Vix.) *mox: ut, Vix è conspectu Siculæ telluris in altũ Vela dabant læti.* Prima æstas.)

æstas.) Aut uernū tēpus dicit, aut quia est adulta & pceps. Pater Anchises.) *Vt diximus, τὸ πρέπον seruat, ut pater iubeat.* Exul.) *quasi trans salum missus, aut extra solū uagus.*

Cū socijs natoq; penatibus & magnis dijs.) *Duo humana posuit, & duo diuina: patris non fit mentio, quòd secundum Vergilium ad Italiam non uenit.* Penatibus & magnis dijs.) *Varro quidem unū dicit esse, penates & magnos deos. nam in basi scribebatur* Magnis dijs:

Contrahimusq; uiros: uix prima inceperat æstas,
Et pater Anchises dare fatis uela iubebat,
Littora cum patriæ lacrymās, portusq; relinquo,
Et campos ubi Troia fuit: feror exul in altum
Cum socijs, natoq;, penatibus, & magnis dijs.
Terra procul uastis colitur mauortia campis,
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo,
Hospitium antiquum Troiæ, socijq; penates,
Dum fortuna fuit: feror huc, & littore curuo
Mœnia prima loco, fatis ingressus iniquis,
Aeneadasq; meo nomen de nomine fingo.
Sacra Dionææ matri, diuisq; ferebam,
Auspicibus cœptorū operum, superoq; nitentem

potest tamē hoc pro honore dici. nā dij magni sunt: Iuppiter, Minerua, Mercurius, q Romæ colebātur. Penates uero apud Laurolauinium: unde apparet non esse unū. Terra procul.) *Procul, quasi porrò ab oculis. unde potest Satis lōge significare, & non ualde: ut in Quinto, Est procul in pelago saxū. quo satis lōge fuisse intelligi non potest, ne uoluptas pereat spectaculi. quanquam & hic similis possit esse significatio: breuis est enim Hellesponti trāsitus.* Vastis autem, *aut uastatis, aut magnis.* Thraces arant.) *Figuratè: nam minus est* Quam. Acri quondā.) *sæuo & cruento. Lycurgus autē rex Thraciæ fuit, qui (ut habet fabula) dum contemnens Liberum patrem eius amputaret uites, crura sua incidit. Reuera autem abstemius fuit, quos constat acrioris esse naturæ, quod etiā de Demosthene dictum.* Regnata.) *Participiū sine uerbi origine.* Hospitiū antiquū.) *Aut charū, aut reuera antiquū. Nam tāta inter ipsos familiaritas fuit, ut Ilione filia Priami Polymnestori nuberet, Thracum regi, cui Polydorū filium Priamus belli tempore paruulum cōmendauerat alendū.* Dum fortuna fuit.) *scilicet bona. Et simul ostendit fidē cum felicitate deficere. Sanè sciendū quotienscūq; fortunam solam dicimus, felicitatē intelligi. Vnde & fortunatos tantū felices, & infortunatos solos infelices uocamus.* Littore curuo.) *Perpetuū epitheton littorum est. nam quod in 6. ait, Tum se ad Caietæ recto fert littore portum: significat eum ita nauigasse, ut nō linqueret littus.* Prima loco.) *quia apud Cretam alia fecit. modo autē Aenum significat, ut Sallust. Aenum Maroneamq;, & uiam militarem. quanquam Homerus dicat inde auxilia ad Troiam uenisse. ergo iam fuerat. Euphorion, & Callimachus etiam hoc dicunt, quod Aenō dicatur, à socio Vlyssis illic sepulto, eo tempore quo missus est ad frumenta portanda.* Fatis iniquis.) *Bene quod scit futurū, præoccupat.* Aeneadas.) *Ecce nec Vergil. Aenū dicit.*

Sacra Dionææ matri.) *Veneri, à matre Dione: secundū Homer. Et bene dispensat, ut si sequantur aduersa, Dionæam Venerem dicat, ut hoc loco: Si prospera erit nauigatio, de mari eam dicat esse procreatam, ut Vnde genus ducis. hæc autem inquantū potest, sed nō semper, reseruat.* Auspicibus cœptorum operum.) *Ioui quia arcis deus est, Apollini propter*

auguria,

auguria, Libero cauſa libertatis. nam dij alij ſi inuocentur, ad priuatam pertinent cauſam. Vnde de Didone legimus, Iunoni ante oēs cui uincla iugalia curæ: propter nuptias. quamuis enim Reipubl. utilitas ſimularetur. erat tamen ſpecialis cauſa Didonis. ſimiliter hic Aeneas ſacrificat Veneri, ſcilicet ut placeat matri. Quod autem de Libero diximus, cauſa hæc eſt, ut ſignū ſit liberæ ciuitatis. nam apud maiores aut ſtipēdiariæ erant, aut fœderatæ, aut liberæ. ſed in liberis ciuitatibus ſimulacrum Marſyæ erat, qui in tutela Liberi patris eſt.

Cælicolum regi mactabam in littore taurum.
Forte fuit iuxta tumulus, quo cornea ſummo
Virgulta, & denſis haſtilibus horrida myrtus.
Acceſſi, uiridemq; ab humo conuellere ſyluam
Conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras.
Horrendum, & dictu uideo mirabile monſtrum:
Nam quæ prima ſolo ruptis radicibus arbor
Vellitur, huic atro liquuntur ſanguine guttæ,
Et terram tabo maculant. mihi frigidus horror
Mēbra quatit, gelidusq; coit formidine ſanguis.
Rurſus & alterius lentum conuellere uimen
Inſequor, & cauſas penitus tentare latenteis:
Ater & alterius ſequitur de cortice ſanguis.
Multa mouens animo, nymphas uenerabar agreſtes,

Mactabam in littore taurum.) Contra rationē Ioui taurū ſacrificat, adeo ut hinc putetur ſubſecutū eſſe prodigiū. ubiq; enim Ioui iuuēcum legimus immolatū: ut, Statuam ante aras aurata frōte iuuencum, Iam cornu petat & pedibus q; ſpargat arenam. Item Iuuenalis, Qui uexat naſcenti robora cornu. nam in uictimis ætas eſt conſiderāda. Tumulus.) Hoc ſermone & collem & ſepulchrū fuiſſe ſignificat. Quo ſummo.) in quo ſummo cornea uirgulta & myrtus. Bene elegit haſtis apta uirgulta. nam legimus, Et bona bello Cornus. item, Et paſtoralē præfixa cuſpide myrtū. Ergo ſi telis fuerat confixus, merito illic coaluere uirgulta. Cornus autem declinatur, ut ficus, ſi arbor ſit. nam cornu animalis indeclinabile eſt: licet genitiuū uſurpauit Lucanus, ut Cornus tibi cura ſiniſtri Lentule. ſic Cicero in Arato, huius genus, pro genu. Acceſſi.) non ad cornum, ſed ad myrtū, quæ inter uerbenas eſt. Et bene matri ſacrificaturus aras coronat ex myrto. Syluam.) Bene uariat, ut nunc ſyluā, nunc uirgulta, nunc uimina, nūc arborem dicat. Monſtrum.) Bene Monſtrum: nam ſtatim quid eſſet apparuit. & hoc proprietatis eſt, abuſione tamen plerunq; corrumpitur. Liquūtur ſanguine guttæ.) In uerbo Li producitur, ut hoc loco: item, Canis cum montibus humor Liquitur. In nomine uero breuis eſt, ut liquor. Tabo.) corrupto ſanguine. & eſt nomē caſus ſeptimi tantum, ut Sponte natu. quod ſi uelis declinare, hæc tabes, huius tabis dices. Membra quatit.) Cauſa pēdet ex cauſa: nam timor ſanguinem gelat, qui coactus gignit frigus. Lentum uimen.) molle, flexuoſum. unde & uietos, curuos dicimus per ſenectutem. Tentare latentes.) Miraculum eſt enim, ex arbore ſanguinem fluere. Multa mouens animo.) Non dicit Quæ, ſed ex ſequentibus intelligimus. Cogitabam, inquit, ne forte ſanguis eſſet ex nymphis. Hamadryades autem cum arboribus & naſcūtur & pereūt. unde plerūq; cæſa arbore ſanguis emanat. Nam ut Ouidius ait in Octauo Metamorph. quum Eriſichthon arborem incideret, primo ſanguis effluxit, poſt

ululatus

ululatus secutus est. sic Statius, Nec amplexæ dimittunt robora nymphæ: item, Cogitabam ne fortè ex terra Martis iure sanguis efflueret. Nam quòd dicit se ueneratum numina, illas constat præcessisse cogitationes. Gradiuumq́ patrem.) θούριον ἄρεα, id est, exilientem in prælia, quod in bellatoribus sit necesse: uel quòd gradum inferant, qui pugnant: uel quòd impigrè gradiantur: uel ab hastæ concussione, quod Græcè dicitur κραδαίνω. Patrē.) aut ideo, quia à poëta penè omnib. dijs nomen paternum additur, ut fiant uenerabiliores. Geticis.) Thracijs. Getæ aūt populi sunt Mysiæ, quæ q̃a lata est, multas cōtinet genteis. Ritè secūdarēt.) rectè prosperos facerēt. Visus.) pro uisa posuit. Tunc enim mascul. utimur genere, quū de his loquimur, quibus uidemus: ut si dicam, Nubecula obest uisibus meis. Si autem neutro utamur, ea quæ uidentur significamus: ut si hoc loco diceret, Ritè secundarent uisa: quod propter metrum nequaquam potuit. Similia sunt nuncius & nunciū, auditus & auditum.

Gradiuumq́ patrem, Geticis qui præsidet aruis,
Ritè secundarent uisus, omenq́ leuarent.
Tertia sed postquam maiore hastilia nixu
Aggredior, genibusq́ aduersæ obluctor harenæ,
(Eloquar, an sileam?) gemitus lacrymabilis imo
Auditur tumulo, & uox reddita fertur ad aureis:
Quid miserum Aenea laceras? iam parce sepulto,
Parce pias scelerare manus: non me tibi Troia
Externum tulit, aut cruor hic de stipite manat.
Heu fuge crudeleis terras, fuge littus auarum.
Nam Polydorus ego, hic confixum ferrea texit
Telorum seges, & iaculis increuit acutis.

Omenq́ leuarent.) bonum ac leue facerent. Obluctor.) Acrius nitentem ostendit.

(Eloquar, an sileam?) Parenthesis ad miraculum posita. Gemitus lacrymabilis.) Potest enim & esse irascentis. Vox reddita.) pro data. Redditur, quicquid ad nos per alterum transit. quanq̃ hic etiam hoc posset intelligi, quòd ad eum uox missa per tumulum est. ubi etiā epistola reddita dicitur, quæ per nunciū à mittente ad nos accipitur. Laceras.) per membra disijcis. nam Lacerare est sæpius uulnerare: ut, Lacerū crudeliter ora Deiphobum uidit. Sepulto.) modò iacenti significat: ut, Somno uinoq́ sepulti. item, Occupat Aeneas aditum custode sepulto. nam Sepultus est, quasi sine pulsu. non enim hunc sepultum possumus dicere, quum sepultura non sit in hoc ritè facta, sed fortuita obrutus terra.

Pias.) Bene etiam ille qui læditur excusat Aeneam, quod pietatis grande testimoniū est.

Scelerare.) polluere. & est sermo Plautinus, quo hodie non utimur. Externum tulit.) Ordo est, Troia me tibi tulit, hoc est, educauit non externū. nam ciuis Aeneæ fuerat, & cognatus. Crudeleis terras.) id est, crudelium & auarorum. Polydorus ego.) Siue Ego distinguas, siue Ego hic, subaudias Sum necesse est. Increuit.) reuiruit. Traxit autē hoc de historia Romana. nam Romulus captato augurio hastā de Auentino monte in Palatinū iecit, quæ fixa fronduit, & arborē fecit. Vituperabile enim est, poëtā aliquid fingere, quod penitus à ueritate discedat. Deniq; obijcitur Vergilio de mutatione nauium in nymphas: & quod dicit per aureum ramū ad inferos esse descensum: tertium, quòd Iris Didoni comā secuerit. Sed hoc purgatur Euripidis exēplo, qui de Alceste hoc dixit, quū subiret fatū mariti.

Infelix.) Aut qui infelix iam esse cœperat, aut cui etiam prouisa nocuerunt. Mandarat.) Aphæresis est: aut commendarat, aut emandarat. Threicio regi.) Auxit ex prouincia crudelitatem, ex qua fuerunt Diomedes & Lycurgus & Tereus. Threicio autem, pro Thracio: ut suprà pro Thracia Threissa. nam solutio est Ionicæ linguæ. quũ enim sit θρᾷξ, Iones dicũt θρῇξ: cuius solutio facit Threicius, uel Threissa. Cingiq́ urbẽ obsidione uideret.) inter ipsa principia obsidionis. nã postea minimè poterat. Fortuna.) melior scilicet. Res Agamẽnonias.) id est, imperium. Victricia.) Omnia nomina à uerbo uenientia, quũ in or excũt, masculina sunt, ut uictor: cũ in trix, fœminina, ut uictrix. neutra uero non faciunt, nisi tantũ numero plurali. unde est uictricia. Fas omne.) & cognationis, & iuris hospitij. Obtruncat.) occidit, intellige. nã Obtruncare proprie est capita cædere. Vi potitur.) Hoc uerbũ de his est, quæ permiscent coniugationes. quũ enim sit tertiæ coniugationis, infinitũ modum à quarta facit, ut potiri. unde pleriq; decipiuntur, ut potiris dicant. similiter fio pro firi, fieri facit, permixta coniugatione. Auri sacra fames.) id est, execrabilis: ut, Sacræ panduntur portæ. Tractus est aũt sermo ex more Gallorũ. nam Massilienses quoties pestilentia laborabant, unus se ex pauperibus offerebat alẽdus anno integro publicis & purioribus cibis: hic postea ornatus uerbenis & uestib. sacris circũducebatur per totã ciuitatem cum execrationibus, ut in ipsum reciderent mala totius ciuitatis, & sic proijciebatur: hoc aũt in Petronio lectum est. Sanè sciendũ, latẽter Aeneam hoc agere, ut Troianos Didoni ex infelicitatis similitudine cõmendet. nam & eius marito frater auri causa intulit necem. Omnibus idem.) Plus est, q̃ si diceret Similis. Scelerata terra.) pro sceleratorum: ut suprà, Captiua uestis. Classibus austros.) Hypallage est. Instauramus funus.) modò sepulcrum, quod uirgulta auellendo diruerat. nam propriè Funus est, incensum cadauer. Stant.) positæ sunt. multa autem, ut supra diximus, hic sermo significat. Manibus.) Manes sunt animæ illo tempore, quo de alijs recedentes corporibus, nondum in alia transierunt. Sunt autẽ noxiæ, & dicuntur per antiphrasin. nam Manũ, ut suprà diximus, bonũ est. unde est & Manę dictum. Similiter etiam Eumenides,

Tum uero ancipiti mentem formidine pressus
Obstupui, steterũtq́ comæ, & uox faucibus hęsit.
Hunc Polydorũ auri quondã cũ pondere magno
Infelix Priamus furtim mandarat alendum
Threicio regi, cum iam diffideret armis
Dardaniæ, cingiq́ urbem obsidione uideret.
Ille ut opes fractæ Teucrûm, & fortuna recessit,
Res Agamemnonias, uictriciaq́ arma secutus,
Fas omne abrumpit: Polydorũ obtruncat, & auro
Vi potitur. quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames? postquã pauor ossa reliquit
Delectos populi ad proceres, primumq́ parentẽ
Monstra deûm refero, & quæ sit sententia posco.
Omnibus idem animus, scelerata excedere terra:
Linqui pollutũ hospitiũ, & dare classibus austros.
Ergo instauramus Polydoro funus, & ingens
Aggeritur tumulo tellus: stant manibus aræ,

nidas, ἀπὸ τῆς εὐμενίας, id est, beneuolentia: ut parcas, bellum, lucum. Alij Manes à manando dictos intelligunt. nam animabus plena sunt loca inter lunarem & terrenũ circulum, unde defluunt. Quidam Manes deos infernaleis tradunt. Atraq; cupresso.) nigra, funesta. nam inferis consecrata est, quæ cæsa nunquã reuirescit. Moris autem Romani fuerat ramũ cupressi ante domum funestam poni, ne quisquam pontifex per ignorantiam pollueretur in-

Cæruleis mœstæ uittis, atraq; cupresso,
Et circùm Iliades crinem de more solutæ:
Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
Sanguinis & sacri pateras: animamq; sepulcro
Condimus, & magna supremũ uoce ciemus.
Inde ubi prima fides pelago, placataq; uenti
Dant maria, & lenis crepitãs uocat auster in altũ,
Deducunt socij naueis, & littora complent.
Prouehimur portu, terræq; urbesq; recedunt.
Sacra mari colitur medio gratissima tellus

gressus: hinc Horatius, Nec præter inuisam cupressum Vlla breuem dominũ sequetur. Atra autẽ, quòd atratos lares significet. Crinem de more.) Aut de more gentis, ut etiã in Aegypto est: aut certè, more plangentium. Tepido lacte.) statim mulcto. Cymbia.) pocula in modum cymbæ facta. Sanguinis & sacri pate.) de uictimis sumpti. Animamq; sepul. Con.) Bene animã lacte & sanguine ad tumulum dicit elicitã. Lacte nanq; corpus nutritur post animæ coniunctionẽ, & anima sine sanguine nunq̃ est, quo effuso recedit. Legimus præterea in Sexto, insepultorũ animas esse uagas. & hunc constat nõ legitimè sepultũ fuisse. Ritè ergo reddita legitima sepultura, redit anima ad quietẽ sepulcri: quam Stoici medium sequentes tamdiu durare dicunt, quamdiu durat & corpus. Vnde Aegyptij periti sapiẽtia cõdita diutius reseruãt cadauera, scilicet ut anima multo tempore perduret, & corpori sit obnoxia, ne citò ad alia trãseat. Romani cõtrà faciebant, cõburentes cadauera, ut statim anima in generalitatẽ, id est, in suã naturã rediret. Dicit ergo nũc, sacrificijs quibusdã elicitã animã, & sepulcro conditã, obnoxiamq; factã corpori: quod ante horrebat, quasi p uim extorta. Ideo aũt Stoicos mediũ sequi diximus, quia Plato perpetuã dicit animã, & ad diuersa corpora transitũ facere statim pro meritis uitæ prioris. Pythagoras uero non μετεμψύχωσιν, sed παλιγγενεσίαν esse dicit: hoc est redire, sed post tempus. Supremum.) Non est nomẽ, sed aduerbiũ: ut, Toruũ clamat. Ciemus.) Hoc loco dicimus more solenni: Vale, nos te ordine quo natura permiserit, cuncti sequemur. Fides pe.) Quia alibi aĩt, Toties deceptus fraude sereni. Lenis crepi.au.) Duo epitheta posuit uitiose, ut diximus suprà. Fecit autem hoc propemodũ in decem uersibus. Auster autem, quiuis uentus.

Terræq; urbesq; recedũt.) Physicã rem dixit. ita enim nauigantibus uidetur, quasi ab his terra discedat. Sacra mari colitur medio.) Ordo est, In mari medio Aegeo colitur tellus sacra Neptũno, & Nereidum matri, id est, Doridi gratissima. Fabula talis est. Post uitiatã Latonam Iupiter quũ etiam eius sororem Asterien uitiare uellet, illa optauit à dijs, ut in auẽ conuerteretur, uersaq; in coturnicem est: & quum uellet mare transfretare, quod est coturnicum, afflata à Ioue, & in lapidem conuersa, sub fluctibus latuit: postea supplicante Ioui Latona, leuata superferri aquis cœpit. Hæc primò Neptuno & Doridi fuit consecrata.

Postea autem cum Iuno grauidam serpente immisso Pythone Latonam persequeretur, terris omnibus expulsa, tandem applicando se littoribus à sorore suscepta est, & illic Dianam primò, pòst Apollinem peperit. qui statim occiso Pythone ultus est matris iniuriam. Sanè nata Diana, parturienti Apollinem matri dicitur præbuisse obstetricis officium. Vnde quũ Diana sit uirgo, tamen à parturientibus inuocatur. hæc nanq; est Diana, Iuno, Proserpina. Nata igitur duo numina, terram sibi natalem errare non passa sunt, sed eam duabus insulis religauerunt. Veritas longe alia est. nam hæc insula quũ terræmotu laboraret (qui fit sub terris latentibus uentis, ut Lucan. ait, Quærentem erumpere uentum:) petito oraculo Apollinis terræmotu caruit. nam præcepit ne illic mortuus sepeliretur, & iussit quædam sacrificia fieri. postea è Mycone Gyaroq; uicinis insulis populi uenerunt, qui eam tenerent: quod etiā Vergil. latenter ostendit. Quòd autem diximus Dianā primò natam, rationis est. nam constat primò noctem fuisse, cuius instrumentũ est Diana, id est, Luna: pòst diem, quem efficit Sol, qui est Apollo. Vt autē Delos primò Ortygia diceretur, factum est à coturnice, quæ Græcè ὄρτυξ uocatur. Delos autem, quia diu latuit, & post aparuit. nam δῆλον Græci manifestum dicunt. Vel quòd uerius est, quia quũ ubiq; Apollinis responsa obscura sint, manifesta illic dantur oracula. Delos aũt & ciuitas dicitur, & insula. unde interdũ recipit præpositionē. Neptunno Aegeo.) Quia in Aegeo mari hæc insula est posita. Sanè inter Hellespontum & Adriaticũ mare, omne illic mare Aegeum appellatur, à patre Thesei Aegeo nomen trahens. Quũ enim in labyrintho Minotaurus esset inclusus, & quotānis ex nobilitate Atheniensium septem pueri & puellæ ad uescendũ Minotauro mitterētur, tandem dolor Theseũ subijt. Profectus itaq; ad Minotaurum perimendũ, pepigit cum patre, ut si ilico monstrum uicisset, uela candida nauibus daret: si fortè à Minotauro fuisset oppressus, quòd remigium cum atris uelis rediret. sed quũ extinxisset Minotaurum, oblitus non cum candidis, sed nigris uelis reuerti cœpit, & patri in specula constituto sui interitus triste signũ dedit: qui extinctum filium credens, se præcipitauit in mare: unde Aegeum pelagus appellatum est.

Nereidum matri, & Neptunno Aegeo.
Quàm pius arcitenens oras & littora circum
Errantem Mycone celsa, Gyaroq; reuinxit,
Immotamq; coli dedit, & contemnere uentos.
Huc feror: hęc fessos tuto placidissima portu
Accipit, egressi ueneramur Apollinis urbem.
Rex Anius, rex idem hominũ Phœbiq; sacerdos,
Vittis & sacra redimitus tempora lauro,
Occurrit: ueterem Anchisen agnoscit amicum.
Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus.

Pius arcitenens.) qui ultus est matrē. Coli dedit.) à uicinis scilicet populis. Ventos contemnere.) propter terræmotum. Apollinis urbem.) Delō: & est diffinitio. Rex et sacerdos.) Maiorum enim hæc erat consuetudo, ut rex esset etiā sacerdos & pontifex. Vnde hodie quoq; imperatores pontifices dicimus. Vittis & lauro.) Vittæ sacerdotis sunt, Laurus uero etiam imperatoris uictoris. Anchisen amicum.) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligendũ. nam quomodo fuerint amici, nō dicit palā. Hospitio.) Septimus casus est, id est, iure hospitalitatis. nā ad hospitiũ non potest intelligi, quia iam amicus fuit.

Da pro-

Da propriam.) perpetuam: ut, Propriamq; dicabo. & bene post experimentum male conditæ ciuitatis, perpetuas postulat sedes. Tymbræ.) *Tymbræus Apollo dicitur ab agro Troiæ uicino, pleno tymbræ, in quo eius est & nemus & templum: ubi à Paride Achilles occisus est, unde fingitur manu Apollinis uulneratus. Ergo Tymbræus, ut Delius. nam numina à locis frequenter nomen accipiunt.*

Templa dei saxo uenerabar structa uetusto.
Da propriam Tymbræe domũ, da mœnia fessis.
Et genus, & mansuram urbem: serua altera Troiæ
Pergama: relliquias Danaũ, atq; immitis Achilli:
Quẽ sequimur? quóue ire iubes? ubi ponere sedes?
Da pater augurium, atq; animis illabere nostris.
Vix ea fatus eram: tremere omnia uisa repente
Liminaq;, laurusq; Dei, totusq; moueri
Mons circùm, & mugire adytis cortina reclusis.
Summissi petimus terram, & uox fertur ad aureis.

Sanè quia Græce τύμβρα facit, in deriuatione α in diphthongũ sæpius mutat, αἴτνα Aetnæus, δίρκη Dircæus. Domum.) *familiam: ut, Domus tenet à quo Sergia nomen.* Mansurã urbem.) *Duo petit, & urbem & perpetuitatem. Mansurã autẽ ideo, uel propter Troiã, uel propter eam quam in Thracia condidit.* Serua altera.) *Non quia prima seruauerit, sed quia seruare uoluit, ut Hom. ostendit.* Quem sequimur.) *Apollo enim exulantib. sedem debebat ostendere. nam Phœnix, Cilix, Cadmus, à patre Agenore ad quærendã sororem missi, & prohibiti nisi reperta fuisset, domũ auderent reuerti: Apollinis monitis diuersas regiones petierunt, Phœnix Phœniciã, Cilix Ciliciam, Cadmus Bœotiã. qui Cadmus oraculo Apollinis bouẽ secutus, in Hyante Bœotiã condidit.* Da pater.) *Religionis est, ut supra diximus, nomen. nam & hominibus datur: ut, Inde toro pater Aeneas: & mõtibus, ut pater Apenninus: & fluuijs, ut Tybri pater: & numinibus etiã, ut Quidúe pater Neptunne paras. item, Ipse pater Danais animos uiresq; secundas Sufficit. item, Odit & ipse pater Pluton.* Auguriũ.) *Modo oraculũ, sed usurpatiuè.* Animis illabere.) *Quia Apollinis responsa licet semper obscura sint, uera tamen sunt. unde cum intelligentia oraculũ postulat.* Visa repente.) *Stoicos & Academicos secutus est, qui dicunt ea quæ contra naturã sunt, nõ fieri, sed fieri uideri. Vnde Magica ars omnis exclusa est, sicut Plinius docet in naturali historia: quocirca & Dido inducitur dicens, Magicas inuitã accingier artes..* Liminaq;.) *Que breuis est pro longa posita. quod hac ratione defenditur: aut quia omnia monosyllaba ad artem non pertinent, & his licenter uti possumus: aut certè quia omne μόριον, id est, particula, quæ sui substantiã non habet, membrum putatur superioris orationis. quod si est Liminaq;, quasi una pars orationis est, & potest Que finalitatis ratione uel produci uel corripi.* Moueri mons.) *Cynthus: unde Cynthius Apollo.* Cortina.) *locus unde oraculũ datur. Dicitur aũt Cortina, uel quod Apollinis tripos corio Pythonis tectus est: uel quod certa illinc responsa fundantur, quasi Certina: uel quod est uerius, quia illic cor uatis tenetur. nam cauerna quædã in tẽplo Apollinis fuit, ad quam Phœbas rapta uaticinabatur: ut Lucan. ostendit in Quinto. Aut quia uirgines instinctæ Apollinis spiritu, intendebantur ad danda responsa, id est, ἀπὸ τῆς κόρης τείνειν.*

Summissi.) *inclinati. Et est sciendũ, pro qualitate numinũ orantes interdũ ima, interdũ*

ſumma reſpicere. Nam poteſtates aliæ cæleſtes ſunt, aliæ terrenæ, aliæ permixtæ. unde nūc Apollinem deprecantes, Terram petunt. ipſe eſt enim & Sol, & Liber pater, qui inferos petijt: ut Horat. Te uidit inſons Cerberus. Bene ergo Terram petunt, unde ad eos reſpōſa perueniunt, & quia Apollo etiam inferis notus eſt. *Dardanidæ.*) Vt diximus, obſcura quidē, ſed uera ſunt omnia. nam dicendo Dardanidæ, oſtendit Italiam unde Dardanus fuit. quòd ſi Cretā ſignificaret, Teucriadæ diceret.

Dardanidæ duri, quæ uos à ſtirpe parentum
Prima tulit tellus, eadem uos ubere læto
Accipiet reduces: antiquam exquirite matrem.
Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris.
Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.
Hæc Phœbus, mixtoque ingens exorta tumultu
Lætitia, & cuncti quæ ſint ea mœnia quærunt,
Quò Phœbus uocet erranteis, iubeatque reuerti.
Tum genitor ueterū uoluens monumenta uirorū:
Audite ô proceres ait, & ſpes diſcite ueſtras.
Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto,

Duri.) Vel futurum oſtēdit laborē, uel eorū arguit inſipientiā. *Stirpe.*) Stirps genere fœminino genus ſignific. ut, Heu ſtirpem inuiſam: Maſculino, arborem: ut, Sed ſtirpē Teucri nullo diſcrimine ſacrū. Horatius contra regulam nititur: ut, Stirpesque raptas, & pecus & domos. *Prima tellus.*) Italia, unde Dardanus uenit. Teucer uero de Creta pòſt uenit. *Vbere læto.*) Quod Italiæ propriū eſt: ut alibi, Atque ubere glebæ. *Antiquā exquirite matrem.*) ſcilicet Terram. Tractū autem de hiſtoria eſt. nam Brutus & filij Tarquinij quū oraculum Delphici Apollinis peterent, reſponſum eſt, eius imperiū fore, qui primus matrē reuerſus oſcularetur: quod ſolus Brutus agnoſcens, de naui egreſſus ſimulans caſum, oſculatus eſt terram. unde & potitus imperio eſt.

Exquirite.) Bene oſtendit difficultatem. *Hic domus.*) Ad illud reſpicit, Da propriam Tymbræe domum. *Nati natorū.*) Propter illud, Et manſurā urbem. nam oraculum ſemper ad petita reſpondet. Sanè hic uerſus Homeri eſt, quem & ipſe Orpheo ſuſtulit. Item Orpheus de oraculo Apollinis Hyperborei. Mirè autē ſequenti uerſu hoc oſtendit, dicendo, Hæc Phœbus. Græcus uero uerſus hic eſt, Καὶ παίδων παῖδες, τοί κεν μετόπισθε γένωνται. *Tumultu.*) Quia dixit, Exquirite. *Lætitiā.*) Propter promiſſam imperij æternitatem. *Monumenta uirorum.*) hiſtorias. *Spes diſcite ueſtras.*) Aut quaſi ſenex loquitur, aut quia (ut ſuprà diximus) ſcit ſe eſſe moriturum. *Creta.*) Dardanus Iouis filius & Electræ, profectus de Corito ciuitate Thuſciæ, primus uenit ad Troiam, & illic parua ædificia collocauit. poſt cuius obitum Teucer uenit ex Creta, & inuenit Dardani ſocios habitanteis in uallibus, qui conſtituit arces & mœnia. Modò ergo errat Anchiſes, nec reſpiciens aduentum Dardani oraculum Cretam ſignificare credit. & argumentatur ex his quæ ſolent ab aduenis fieri. Idáque, inquit, illic eſt, quæ ad ſimilitudinem in Troia dicta: ut, Effigiē Xanthi, Troiamque uidetis, Quam ueſtræ fecere manus. Item ſacrorum ſimilitudo, quam apud maiores nefas erat perire. Vnde Aeneas in Duodecimo: Sacra deosque dabo, ſocer arma Latinus habeto. *Iouis magni.*) Quia illic dicitur eſſe nutritus, quod ut Salluſt. dicit: ideo fingitur, quia primò Cretenſes conſtat inueniſſe religionem. Sanè nati Iouis fabula hæc eſt: Saturnus

poſtquā

postquam à Themide oraculo comperit à filio se posse regno depelli, natos ex Rhea uxore deuorabat, quæ nati Iouis pulchritudine delectata nymphis cõmendauit in monte Cretæ Dictæo, ubi eum aluerunt apes. & adhibiti sunt Curetes & Corybantes, qui tinnitu æris prohiberent audiri pueri uagitum, unde ipsi sunt matris dei ministri. Quòd autem fingitur Saturnum filios suos comesse, ratio hæc est: quia dicitur deus esse æternitatis & seculorum. Secula autem annos ex se natos in se reuoluunt. unde Græcè κρόνος, quasi χρόνος, id est, tempus dicitur. *Medio ponto.) Potest quidem intelligi secundum Sallustiũ, longe à continenti. Sed altior est hoc loco poëta intuitus. nam apud Cosmographos legimus, quæ insula in quo sit mari, ut Sardinia in Africo, Delos in*

Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostræ.
Centum urbes habitãt magnas, uberrima regna.
Maximus unde pater (si rite audita recordor)
Teucros Rhœteas primum est aduectus in oras,
Optauitq; locum regno: nondum Ilium, & arces
Pergameæ steterant, habitabant uallibus imis.
Hinc mater cultrix Cybeli, Corybantiaq; æra,
Idæumq; nemus, hinc fida silentia sacris,
Et iuncti currum dominæ subiere leones.

Aegeo, & de alijs. De Creta dubitant omnes, in quo sit mari: nam parte Libycũ, parte Ioniũ respicit, parte Aegyptium, parte Achaicum. ergo in medio ponto, ac si dici posset, in medio pontorum, quod Latinitas non recipit. Mons Idæus.) *Deriuatiuum est, pro principali: & est ἴδη Idæus, ut αἴτνη Aetnæus.* Cunabula gentis.) *nutrimenta. nam ubi iacent infantes, Cunæ uocantur. Et latenter dat gloriam Troianis, dicens se à dijs originem ducere: unde est, A Ioue principium generis. Ibi enim & de Dardano, & de Teucro intelligimus, quasi Iouis ciues.* Vrbeis habitant.) *Non dicit qui, sed intelligimus Cretenses. aut certe Habitant pro habitantur, ut Insinuat pauor, pro insinuatur. Et primũ quidem centũ habuit Creta ciuitates, unde Hecatompolis dicta est: pòst uiginti quatuor, inde duas, scilicet Gnoson et Hierapidnam.* Vberrima regna.) *Hic decipitur: quia audiuit, Atque ubere glebæ.*

Maximus unde pater.) *Fallitur. nam antiquior est Dardanus.* Si ritè audita recordor.) *Bene dubitatione excusat errorem.* Rhœteas.) *Amat Vergilius declinationes Græcas salua regulæ reuerentia in Latinas conuertere, & αι Græcam diphthongon in e longum mutans, ut αἰνείας Aeneas, μήδεια Medea, ῥοιτέιον Rhœteum.* Optauitq; locum regno.) *elegit: ut, Pars optare locum.* Habitabant uallibus imis.) *Hi sunt qui cum Dardano uenerant.* Mater cultrix Cybeli.) *montis Phrygiæ, in quo colitur, & à quo Cybele dicta. Alij dicunt Cybelum sacerdotem eius primum fuisse, & ab eo Cybelen dictam. nonnulli Cultrix Cybele legunt, ut sit quasi Cybeleia. Alij Cybele, ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλὴν: id est, à capitis rotatione, quod proprium erat eius sacerdotum.* Corybantiaq; æra.) *Corybantes dæmones sunt, ministri matris deûm. Dæmones, quasi δαήμονες, qui totum sciunt.* Fida silentia sacris.) *Hinc, inquit, inuentum est seruare sacris fidele silentium.* Et iuncti currum dominæ subiere leones.) *Dominas deas dicunt: ut alibi, Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti. Fabula talis est: Schœnos ciuitas est, inde fuit uirgo Atalanta præpotens cursu, adeo ut sponsos prouocatos ac uictos occideret.*

Postea

Postea Hippomanes Venerem ut sibi adesset rogauit, à qua quũ accepisset de horto Hesperidum tria mala aurea, prouocauit puellam, & singula cœpit iacere. Tunc Atalanta cupiditate colligendorũ malorum retenta, superata est. Sed Hippomanes potitus uictoria, in luco Matris deûm amoris impatientia cum uicta concubuit. unde irata dea in leones eos conuertit, & suo currui subiugauit. & præcepit, ne secum unq̃ leones coirent. Nam & Plin. in Naturali historia dicit, leonem cum pardali, & pardũ cum leæna concumbere. Ideo autẽ mater deum curru uehi dicitur, quia ipsa est terra, quæ pendet in aëre. Ideo sustinetur rotis, quia mundus rotatur, & uolubilis est. Ideo ei subiugantur leones, ut ostendat maternã pietatem omnia posse superare. Inde Corybantes eius ministri cum suis gladijs esse finguntur, ut significetur omnes pro terra sua debere pugnare. Quod autem turritã gestat coronã, ostendit superpositas terræ esse ciuitates, quas insignitas turribus constat.

Ergo agite, & diuûm ducunt qua iussa sequamur.
Placemus uentos, & Gnosia regna petamus.
Nec longo distant cursu: modò Iuppiter adsit.
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris,
Sic fatus, meritos aris mactauit honores,
Taurum Neptunno, taurum tibi pulcher Apollo.
Nigrã hyemi pecudem, Zephyris felicibus albã.
Fama uolat pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem, desertaq; littora Cretæ:

Gnosia regna.) Cretam, à Gnoso ciuitate eius. Nec lõgo distãt cursu.) A Delo scilicet. Modo Iuppiter adsit.) Aut aër, ac si diceret, tãtũmodo sit serenũ: ut Horatius, Manet sub Ioue frigido Venator teneræ coniugis immemor, idest, ὑπὸ διὸς, hoc est, sub diuo: Aut reuera Iuppiter, qui præest insulæ quã petimus. Cretæis.) Quia κρήτη, ideo Cretæus: ut Aetnæus. Meritos.) unicuiq; aptos. Ratio autem uictimarũ fit pro qualitate numinum. nam aut hæ immolantur, quæ obsunt eorum muneribus: ut porcus Cereri, quia obest frugibus: hircus Libero, quia uitibus nocet. aut certè ad similitudinem, ut inferis nigras pecudes, superis albas immolent, tempestati atras, candidas serenitati: ut infra, Nigrã hyemi pecudem. Taurum Neptunno.) Propter futurã nauigationem. Pulcher Apollo.) Propter oraculum datum. Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.) Bono usus est ordine, ut prius auerteret mala, deinde conciliaret optanda. Frustra enim profutura poscuntur aduersis sequentibus. Pulsum regnis cessisse paternis.) Non dicit quare. sed talis historia est. Idomeneus Cretensium rex, quũ post euersam Troiam reuerteretur, in tempestate deuouit dijs sacrificaturũ se de re, quæ primũ ei occurrisset. Contigit autẽ, ut filius eius primus occurreret, quem quum (ut alij dicunt) immolasset, ut alij, immolare uoluisset, à ciuibus pulsus regno Salentinum Calabriæ promontorium tenuit, iuxta quod condidit ciuitatem: ut, Et Salentinos obsedit milite campos Lyctius Idomeneus. Ratio ergo historiæ ad inijciendum Troianis eundi desiderium pertinet. Et reuera aliter ad hostis prouinciam ire non poterant. Idomenea.) Quinque Græcæ sunt linguæ, Aeolica, Ionica, Dorica, Attica, & Communis. Hinc fit, ut in uno nomine uarietas inueniatur: ut ecce in hoc, Idomeneus, Communis lingua facit genitiuum ἰδομενέος, Dorica ἰδομενεῦς, Attica ἰδομενέως, Ionica ἰδομενῆος. Vnde est in hoc uersu accusatiuus, sicut & Ilionea.

Hoste.)

Hoste uacare domos, sedesq́; astare relictas.
Linquimus Ortygiæ portus, pelagoq́; uolamus.
Bacchatamq́; iugis Naxon, uiridemq́; Donysam,
Olearon, niueamq́; Paron, sparsasq́; per æquor
Cycladas, & crebris legimus freta concita terris.
Nauticus exoritur uario certamine clamor.
Hortantur socij, Cretam, proauosq́; petamus.
Prosequitur surgens à puppi uentus eunteis.
Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.
Ergo auidus muros optatæ molior urbis,
Pergameamq́; uoco lætam cognomine gentem:
Hortor amare focos, arcemq́; attollere tectis.
Iamq́; ferè sicco subductæ littore puppes:
Connubijs, aruisq́; nouis operata iuuentus.
Iura, domosq́; dabam: subito cum tabida mẽbris
Corrupto cœli tractu, miserandaq́; uenit
Arboribusq́; satisq́; lues, & letifer annus.

Hoste.) Hic multi distinguunt. Astare.) esse. quod tunc significat, quando de his loquimur, quæ cadere nõ possunt: ut si dicas, terras astare. Bacchatãq; iugis Naxon.) Aut uitibus consitam, aut celebratam Bacchis, aut ubi Bacchus ex Indis egit triumphũ. nam ut suprà diximus, ipsi cõsecrata est, quæ & Dia dicitur. Viridẽq; Donysam.) à colore marmoris Lacedæmonij. Olearon.) Non adiecit epitheton, causa uarietatis. Niueãq; Paron.) Vnde candidũ marmor: ut, Pariúsue lapis circũdatur auro. Sparsasq́; per æquor Cycladas.) Sed & hæ quas dixit ante, Cyclades sunt. Sparsas autẽ, quia nullo ordine cõtinentur: ut Stœchades, q̃ ἀπὸ τ̃ σοίχου dictæ sunt. rectæ enim sunt. Cyclades uero nõ ideo dicuntur quia in rotunditate sunt, sed quod longo ordine eas circũire necesse est: uel ꝓpter promontoria: uel quia naturale est, ut concitatiora sint maria uicinitate terrarum, quas constat anhelitum quendam ex se emittere: unde in Quinto nauigaturus Aeneas Eryci sacrificat. Legimus.) præterimus: ut, Littoraq; Epiri legimus. Tractus autem sermo à nauis, qui funem legendo, id est, colligendo aspera loca prætereũt. Cretam, proauosq́; petamus.) Celeusma dicũt. & bene metro celeusmatico usus est, id est, anapæstico trimetro hypercatalectico. Celeuma aũt quasi præceptũ. unde Salust. Impediebãt iussa nautarũ. Surgens.) flans: ut, Et fando surgẽtes demoror austros. ecõtra non flans, ponens & residens dicitur: ut, Cum uenti posuere, omnisq; repente resedit Flatus. Et tandem.) Ad desideriũ pertinet nauigãtium. nam sequitur, Ergo auidus muros. Curetum.) Curetes sunt primi cultores Cretæ. Pergameamq; uoco.) Zeugma à superioribus, hoc est, urbem. Gentem.) sociorũ multitudinẽ. Lætam aũt, propter Pergama restituta. Amare fo.) sacrificia celebrare. Arcẽq; attollere.) Poëtica periphrasis, id est, domos ædificare. nam arx est in ciuitate munitus locus.

Ferè.) Re longa est. Operata iuuentus.) Perfecit sacrificia proter cõnubia, & nouas sedes. quia apud ueteres neq; uxor duci, neq; ager arari nisi sacrificijs pactis poterat: ut alibi, Lætis operatus in herbis. Itẽ Iuuenal. Et matutinis operatur festa lucernis. Corrupto cœli tractu.) Hic est ordo pestilentiæ, ut Lucretius docet: primo aëris corruptio, pòst aquarum & terrarũ, mox omnium animaliũ. Notãdum sanè Apolline offenso pestilentiã semper

creari, quod & Homerus ostendit, quum eum armatũ inducit sagittis: sic dicẽs, ἐν τῷ α. Ἰλιάδος, τόξ' ὤμοισιν ἔχων, ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην, ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο, αὐτοῦ κινηθέντος. Unde & Apollo dicitur secundum aliquos, ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν, hinc contrà si citharam teneat, mitis est. Unde Horatius: Condito mitis placidusq; telo Supplices audi pueros Apollo. Linquebant dulces animas.) *Item & alibi: Et quum frigida mors anima seduxerit artus.*

Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant
Corpora, tum steriles exurere Sirius agros.
Arebant herbæ, & uictum seges ægra negabat.
Rursus ad oraclum Ortygiæ, Phœbumq; remẽso
Hortatur pater ire mari, ueniamq; precari,
Quem fessis finem rebus ferat, unde laborum
Tentare auxilium iubeat, quò uertere cursus.
Nox erat, & terris animalia somnus habebat.
Effigies sacræ diuûm, Phrygijq; Penates
Quos mecum à Troia, medijsq; ex ignibus urbis
Extuleram, uisi ante oculos astare iacentis,
Insomnis multo manifesto lumine, quà se
Plena per insertas fundebat Luna fenestras.
Tum sic affari, & curas his demere dictis.
Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,
Hic canit, & tua nos en ultro ad limina mittit.

quare anima dicitur relinqui, & non magis relinquere, secundũ eos scilicet, qui dicunt animam esse perpetuam, & ad diuersa corpora facere trãsitum. quod si est, bene dicimus animas linquere nos, quorũ nil pter corpus est: nam anima ppetuitas est. unde Palinurus in 6. Nũc me fluctus habet, hoc est, corpus, quod solum meum est. Exurere Sirius agros.) *Sirius stella est in ore canis posita, quæ annis omnibus oritur circa viij. Calend. Iulij, quæ orta plerunq; pestilentiam toto anno facit, plerunq; paucis diebus, interdũ innoxia nascitur. hinc est, Et in totum regnaret Sirius annum. Item suprà, Et letifer annus. tunc autem pestilentiã creat, si in hanc rem etiam cæterorum cõsentiat cursus astrorum. Sanè canicula in cuius ore est tantum fœminini generis est, quum canis sit communis generis, unde hoc nascitur: nam in diminutione mutauit genus.* Seges ægra.) *Seges interdum terram significat: ut Horatius, Hæc seges ingratos tulit & feret omnibus annis. Interdum frumẽta: ut, Quid faciat lætas segetes. hoc loco utrunq; potest intelligi.* Veniamq; precari.) *Aut beneficium: ut, Orantes ueniã, aut reuera ueniam erroris Anchisæ.* Laborum tentare auxilium.) *Propter pestilentiam.* Vertere cursus.) *Propter sedes.* Visi astare.) *non astabant, sed uidebãtur. Unde etiam uisa dicuntur: non enim sunt, sed uidentur.* In somnis.) *Multi hic distinguunt, & uolunt unam partem esse orationis, id est, uigilantis. Multi in somnijs dicunt, ut sit collisio: quomodo peculi pro peculij.* Multo lumine.) *cum nimbo suo.* Insertas.) *Aut clatratas, aut non seratas, ut sit quasi inseratas, id est, non clausas: & est dictum quomodo Asprosq; molares pro asperos, compostus pro compositus, uixet pro uixisset.* Ortygiam.) *Ad Ortygiã, more suo detraxit præpositionem, ut paulo pòst Creta, pro in Creta.* En.) *Quasi demonstrantis est, ut fidem faciat, ne somnium putetur, ut paulo pòst; Haud dubitanda refer.*

Dardania)

Dardania.) Deriuatiuum nomen à cõstitutore, & regionem pro ciuitate positam. Tuáq; arma secuti.) Ac si diceret, tuas partes. Sub te.) sub tuo iure agentes. Permensi.) euecti: ut econtra, Pelagóq; remenso Improuisi aderunt. Iidem.) nos scilicet, qui te sumus secuti. In astra nepotes.) significat C. Cæsarẽ, qui primus inter deos relatus est. & bene in astra, cuius sidus apparuit: ut, Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum. Vrbi.) Romæ κατ' ἐξοχὴν, ut suprà diximus. Magnis.) id est, nepotibus. & bonũ ornatũ sermonis fecit similitudine magnis magna para dicendo. Fugæ.) profectionis. Mutandæ se.) Argumentum à necessitate: simul arguitur error Anchisæ, Ordo autem est, Delius Apollo. Est locus.) Vt antè diximus, orbis cõparatione. Hesperiã.) deest Quã: ut suprà dictũ est. Cognomine.) ab Hespero

Nos te Dardania incensa, tuáq; arma secuti,
Nos tumidum sub te permensi classibus æquor,
Iidem uenturos tollemus in astra nepotes,
Imperiumq; urbi dabimus, tu mœnia magnis
Magna para, longumq; fugæ ne linque laborem.
Mutandæ sedes, non hæc tibi littora suasit
Delius, aut Cretæ iussit considere Apollo.
Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atq; ubere glebæ.
Oenotrij coluere uiri, nunc fama, minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem.
Hæ nobis propriæ sedes, hinc Dardanus ortus,
Iasiúsq; pater, genus à quo principe nostrum.
Surge age, & hęc lætus longęuo dicta parenti
Haud dubitanda refer. Coritum, terrasq; require
Ausonias, dictæa negat tibi Iuppiter arua.
Talibus attonitus uisis, ac uoce deorum.

rege, uel stella quam intuentur petẽtes Italiam. Oenotrij.) Vel à rege, uel à uino. Italis enim primus uitem ostendit Saturnus: ut in Septimo legimus, Viti sator curuam seruãs sub imagine falcem Saturnusq;. Propriæ sedes.) perpetuæ, quia infirmas sedes & in Creta, & in Thracia condidit. Hinc Dardanus ortus.) Dardanus & Iasius fratres fuerunt Electræ filij, sed Dardanus de Ioue, Iasius de Corito procreatus est, à cuius nomine & mons & oppidum nomẽ accepit: postea Iasiũ dicitur Dardanus occidisse. Quo principe nostrũ.) A Dardano nõ à Iasio: nam anteriori respõdit. Quod aũt dicit, A quo principe genus nostrũ est, potest generaliter intelligi: unde originẽ ducimus, ut deos penates, quasi Troianos intelligas, & ad ritum referri, de quo dicit Labeo in libris, qui appellãtur de dijs animalibus, quibus ait esse quædam sacra, quibus animæ humanæ uertãtur in deos, qui appellantur animales, quod de animab. fiant. hi aũt sunt dij penates & uitales. Haud dubitanda refer.) Aut quia dubitauerat de consilio Anchisæ, aut ne propter somnum non crederet. Coritum.) Designat partem prouinciæ, ne alter error procreetur ex magnitudine locorum. Dictæa.) Dictæus mons Cretæ est, dictus à Dicte nympha, quæ illic colitur, in quo dicitur alitus Iuppiter: ut, Dictæo cæli regem pauere sub antro. Negat tibi Iupiter arua.) Ex diffinito. & bene Iuppiter, quia ipse Cretẽsibus præest. Talibus attonitus uisis.) Hoc est talibus deorũ uultibus: unde sequitur: Et uoce deorũ. nam se uoce attonitũ dicit & uisis.

Nec sopor illud erat, sed coràm agnoscere uultus,
Velatasq́ꝫ comas, præsentiaq́ꝫ ora uidebar.
Tum gelidus toto manabat corpore sudor.
Corripio è stratis corpus, tendoq́ꝫ supinas
Ad cœlum cum uoce manus, & munera libo
Intemerata focis: perfecto lætus honore
Anchisen facio certum, remq́ꝫ ordine pando.
Agnouit prolem ambiguam, geminosq́ꝫ parẽtes:
Seq́ꝫ nouo ueterum deceptum errore locorum.
Tum memorat: Nate Iliacis exercite fatis,
Sola mihi tales casus Cassandra canebat.
Nunc repeto, hæc generi portẽdere debita nostro:
Et sæpe Hesperiam, sæpe Itala regna uocare.
Sed quis ad Hesperiæ uenturos littora Teucros
Crederet? aut quẽ tum uates Cassandra moueret?
Cedamus Phœbo, & moniti meliora sequamur.

Attonitus uero, est stupefactus. nam attonitus proprie dicitur, cui casus uicini fulminis, & sonitus tonitruum dant stuporem. Nec sopor illud erat.) Soluta elocutio. Velatas comas.) *uittatas: ut,* Victori uelatũ auro, uittisq́ꝫ iuuencum. Nam dij qui erant apud Laurolauinium, non habebant uelatum caput. Corripio è stratis corpus.) *ne satietate uideatur reliquisse somnum. & sciendum, quia quoties ex abrupto somnus aufugerit, significat omen infelix, ut ecce hoc loco tẽpestas sequitur. Item in 2.* Excutior somno, *statim seqtur ciuitatis excidium. nec sine ratiõe. nam si somnus munus deorum est, ut,* Dono diuũ gratissima serpit: *nõ sine infelicitate ex abrupto deorum munus abscedit.* Tendoq́ꝫ supinas cũ uoce manus.) Honesta *elocutio, cũ uno sermone respondemus duobus: ut,* Interea fessos uentus cũ sole reliquit. Intemerata.) *rite perfecta. ut si leuiter uinũ fundendum est, aut mola inijcienda, sic fiant ut ratio exigit sacrificij: aliter si fiãt, temerata ac turbata sunt sacra. unde* Helenus, Ne qua inter *sanctos ignes in honore deorum* Hostilis facies *occurrat, & omnia turbet.* Item in 8. Audax *quos rumpere* Palas Sacra uetat. Focis.) *Ideo focis, non aris, quia penatibus sacrificat.* Perfecto honore.) *peracto sacrificio, qui est honor deorũ.* Ambiguam.) *non incertam, sed duplicẽ: ut in sequentibus probat, dicens,* Geminosq́ꝫ parentes. *ergo hic* Geminos, *duos.* Nouo errore ueterũ locorũ.) *aut per contrarietatem sermonũ declamauit, aut* Nouo *pro magno posuit: ut,* Pollio & ipse facit noua carmina. Exercite.) *fatigate: nam exercitatus peritus significat. ut expertus rerum, id est, peritus: & expers, id est, ignarus.* Casus Cassandra canebat.) *Hæc cõpositio iam uitiosa est, quæ maiorib. placuit: ut,* Anchisen agnouit amicum: &, Sale saxa sonabãt. Portendere.) *Minus est deberi: ut in 7.* Portendi generos. Itala regna uocare.) *Satis proprie, ut in 8.* Expectate solo Laurẽti, aruisq́ꝫ Latinis. Teucros crederet.) *scilicet propter longitudinẽ spacij.* Tum uates Cassandra moueret.) *Bene* Tum, *quia iam probauit.* Cedamus Phœbo.) *Cuius instinctu dij penates profutura dixerũt: ut,* Hic canit, & tua nos en ultro ad limina mittit. Meliora sequamur.) *Potest bis subaudiri* Meliora, *ut* Meliora moniti meliora sequamur. Ouãtes.) *Hoc aũt tractũ est ab his, q de pugna uenientes cũ multitudine populi obuiam ad numina minora ibant, & ibi oues dijs*

immolabantur

immolabantur fugatis hostibus, unde dicuntur ouantes. Hanc quoq.) *quemadmodũ* Troiam *&* Thraciam. *& cum dolore dictũ accipe,* Hanc quoq deserimus. Postq̃ altum.) Homeri *est:* ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἐλείπομεν, οὐδέ τις ἄλλη φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα, δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε Κρονίων νηὸς ὕπερ γλαφυρῆς, ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ' αὐτῆς. Caua trabe.) *naue: periphrasis optima.* Supra caput.) *capitalis, perniciosus.*

Sic ait, & cuncti dictis paremus ouantes.
Hanc quoq; deserimus sedem, paucisq; relictis
Vela damus, uastũq; caua trabe currimus æquor.
Postq̃ altum tenuere rates, nec iam amplius ullæ
Apparent terræ, cœlum undiq; & undiq; pontus,
Tum mihi cæruleus supra caput astitit imber,
Noctẽ hyemẽq; ferẽs, & inhorruit unda tenebris.
Continuo uenti uoluunt mare, magnaq; surgunt
Aequora: dispersi iactamur gurgite uasto.
Inuoluere diem nimbi, & nox humida cœlum
Abstulit, ingeminant abruptis nubibus ignes.
Excutimur cursu, & cæcis erramus in undis.
Ipse diem noctemq; negat discernere cœlo,
Nec meminisse uiæ media Palinurus in unda.
Treis adeò incertos cæca caligine soles
Erramus pelago, totidem sine sidere noctes:
Quarto terra die primum se attollere tandem
Visa, aperire procul montes, ac uoluere fumum.
Vela cadũt, remis insurgimus. haud mora, nautæ
Adnixi torquent spumas, & cærula uerrunt.
Seruatũ ex undis Strophadum me litttora primũ

Noctẽ hyemẽq.) *pluuiam cum obscuritate.* Inhorruit unda.) *horridior ẽ facta propter tenebras.* Gurgite uasto.) *Epitheto auxit tapinosim.* Nox humida.) *nubes caliginosa.* Excutimur cursu.) *à proposito itinere auertimur.* Cæcis in undis.) *incertis, quia sidera non apparebant.* Ipse.) *nauigandi peritus. hoc enim significat emphasis pronominis.* Incertos soles.) *Bene* Incertos: *quia quamuis sit obscuritas, tamẽ noctis est manifesta discretio.* Vnde *supflua quæstio est eorum, qui dicũt tres dies quemadmodũ transisse scierint, si noctem à die discernere non poterãt.* Cæca caligine.) Cacephaton *in sermone.* Attollere uisa.) Naturaliter *dixit: quoties enim appropinquamus littoribus, exurgere terra uidetur, & fumũ emittere.* Aperire.) *ostendere.* Sallustius: Caput *aperire solitus.* Seruatũ ex undis.) Ac *si diceret, de periculis in grauiora superuenisse discrimina.* Strophadũ me littora.) Phineus *rex fuit* Arcadiæ. *hic suis liberis superinduxit nouercã, cuius instinctu eos cæcauit.* Ob *quam rem irati dij ei oculos sustulerũt, & adhibuerunt harpyias: quæ quum eidiu cibos abriperẽt, hic* Iasonem *cum* Argonautis *propter uellus aureũ* Colchos *petentem suscepit hospitio, cui etiã ductorem dedit. hoc ergo beneficio illecti* Argonautæ, Zethum *&* Calaim *filios* Boreæ *&* Orithyiæ, *alatos iuuenes ad pellendas harpyias miserunt. quas quũ strictis gladijs persequerentur, pulsæ de* Arcadia *peruenerunt ad insulas, quæ appellabantur* Plotæ. *& quum ulterius uellent tendere, ab* Iride *admoniti ut desisterent à* Iouis *canibus, suos conuerterunt uolatus,*

quorum conuersio, id est, strophe, nomē insulis dedit, quod Apollonius exequitur plenissime. Vt autem canes Iouis dicerentur, hæc ratio est, quia ipsæ furiæ esse dicuntur. unde etiā epulas dicuntur abripere, quod est furiarum: ut, Et manibus prohibet cōtingere mensas. Vnde & auari fingūtur furias pati, qui abstinent partis. Item ipsas furias esse paulo pòst idem testatur, dicens: Vobis furiarum ego maxima pando. Furias autem canes dici, & Lucanus testatur: ut, Stygiasq; canes in luce superna Destituunt. & in 6. Virgil. Visæq; canes ululare per umbrā Aduentāte dea. Sanè apud inferos Furiæ dicūtur & canes, apud superos diræ & aues. Ipse in 12. ostēdit. In medio uero Harpyiæ dicūtur: unde duplex in his effigies. has Vergil. treš dicit, Aellò, Ocypete, & Celæno. Apollonius duas, quem in 12. Verg. seqtur: ut, Sūt geminæ pestes.

Excipiunt, Strophades Graio stant nomine dictæ
Insulæ, Ionio in magno quas dira Celæno
Harpyiæq; colunt aliæ. Phineia postquam
Clausa domus, mensasq; metu liquere priores.
Tristius haud illis monstrum, nec sæuior ulla
Pestis, & ira deum stygijs sese extulit undis.
Virginei uolucrum uultus, fœdissima uentris
Proluuies, uncæq; manus, & pallida semper
Ora fame.
Huc ubi delati, portus intrauimus, Ecce
Læta boum passim campis armenta uidemus,
Caprigenumq; pecus nullo custode per herbā.
Irruimus ferro, & Diuos, ipsumq; uocamus
In prędam, partemq; Iouem, tunc littore curuo
Extruimusq; toros, dapibusq; epulamur opimis.

Ionio in magno.) in magno mari Ionio. Et sciēdum Ionium sinū esse immēsum ab Ionia usq; ad Siciliam, et huius partes esse Adriaticū, Achaicum, Epiroticū. Maria enim uel à prouincijs, uel ab insulis, uel à ciuitatibus nomen accipiunt: bene ergo in magno quasi in quo & alia maria sunt. Harpyiæq; colunt aliæ.) Ergo et Celæno Harpyia. Nec sæ. ul. Pestis, & ira deū stygijs sese extulit undis.) Vt pœna in stygijs, & non dicit has de inferis natas, sed peiores esse omnibus inde procreatis. Proluuies.) sordis effusio. Vncæq; manus.) Manus pro unguibus posuit: hoc est, καμψώνυχας. Fame.) Veluti fame: nam abundare dicit armenta, aut reuera fame, quā eis inferebat, nō inopia, sed auaritia. Delati.) Quod necessitatis est: nam uoluntate aliquò nō deferimur, sed uenimus. Læta.) pinguia: nam in animalibus in quibus cognosci non potest sensus, lætitiam pingue corpus ostendit, nō mens, ut in hominibus. Caprigenumq; pecus.) Satis noue, & affectate dixit. Per herbā.) Ordo est, non per herbam, sed per campos in herbis uidemus armenta. Ipsumq; uocamus.) Ipsum, id est, deorum regem: aut certe prædatorem, hoc est, cui de præda debetur aliquid: nam Romani moris fuit, ut bella gesturi de parte prædæ aliquid numinibus pollicerentur, adeò ut Romæ fuerit unum templum Iouis prædatoris: non quòd prædæ præest, sed quòd ei aliquid ex præda debeatur. In partē prædamq;.) in partem prædæ. Dapibusq; epulamur.) Dapes deorum sunt, epulæ hominum. Bene ergo utrunque posuit: nam & sacrificijs & conuiuijs operam tribuunt. Opimis.) pinguibus.

Lapsu.)

At ſubitæ horrifico lapſu de montibus adſunt
Harpyiæ,& magnis quatiunt clangoribus alas.
Diripiuntq́ dapes,contactuq́ omnia fœdant
Immundo,tum uox tetrum dira inter odorem.
Rurſum in receſſu longo ſub rupe cauata
Arboribus clauſi circùm,atq; horrentibus umbris
Inſtruimus menſas,arisq́ imponimus ignem.
Rurſum ex diuerſo cæli, cæcisq́ latebris
Turba ſonans prædā pedibus circũuolat uncis,
Polluit ore dapes.ſocijs tunc arma capeſſant
Edico,& dira bellum cum gente gerendum.
Haud ſecus,ac iuſſi faciunt,tectosq́ per herbam,
Diſponunt enſes,& ſcuta latentia condu..t.
Ergo ubi delapſæ ſonitum per curua dedere
Littora,dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta
Aere cauo,inuadunt ſocij, & noua prælia tentant,
Obſcenas pelagi ferro fœdare uolucres.

Lapſu.) celeritate ut ſuprà. *Harpyiæ.)* vi græca diphthongus eſt:nam latina eſſe non poteſt,quia nec v quidem habemus. *Clangoribus alas.)* Deeſt Cum:ut ſit,alas quatiebāt cum clangoribus:ut, Atq; Ixionij uento rota conſtitit orbis.id eſt,cum uento.aliter acyrologia eſt,ſi Clangorem dixit alarũ ſonitũ. *Tum.)* præterea:& deeſt Erat. *Rurſum.)* ad illud ſolũ pertinet. *Inſtruimus mēſas.)* nam antè in ſpelũcis nō fuerāt.Et ſciendũ hāc particulam interdũ ſic poni iteratũ aliqd ſignificet: ut ſi dicas, Veni ad te mane,rurſus uenio.Interdũ ſine iteratione eſt, ut fui rurſũ, ueniam etiam: non ideo dicis, rurſum: quia etiā primo uenisti, ſed quia illic fuiſti. *Arisq́ reponimus ignẽ.)* Ecce quod dixit, In partẽ prædamq́ Iouẽ. Sanè ſciendũ iterationem hāc fieri ſecundum ritũ ſacrorũ: nam diſplicuiſſe prima ex prodigijs indicatur. Sunt autẽ hæ animales hoſtiæ:quæ tantum immolantur.alibi ſanguinem tantum in aras fundi ſignificat:ut, Sanguinis & ſacri pateras.alibi partem corporis:ut, Extaq́ ſalſos Porriciam in fluctus. alibi integras uictimas:ut, Et ſolida impono taurorum uiſcera flammis. *Ex diuerſo cæli.)* ex ſecreto montium,ſubaudi loco. *Turba ſonans.)* Si tres ſunt quomodo turba? Soluitur.figura emphaſis eſt:nam tres ſunt, & ad ſæuitiam retulit earum,turbam impetum oſtendit:nam de tribus loquitur,& alludit ad furias,de quibus ait alibi: Vocat agmina ſæua ſororum. *Prædam pedibus circũuolat uncis.)* Aut circum prædam uolat uncis pedibus, aut intra uolam amplectitur prædā. Vnde & inuolare dicimus intra uolam tenere. Vnde & pira quædā uolema dicũtur. *Tectosq́ per her. diſpo.)* diſponunt & tectos faciunt. Sic & ſcuta condendo latere faciunt. *Miſenus.)* Bene Miſenum dicit tubicinem, ipſe enim eſt qui dicitur filius fuiſſe Aeoli: ut, Miſenum Aeolidem. quia conſtat ſonum omnem ex uento creari. *Noua.)* mira: ut, Pollio & ipſe facit noua carmina. nam nouum bellum non eſt,cuius extat exemplũ. Hercules enim in mōte Arcadiæ Stimphalo uicit Stimphalidas:ut Statius, Et æriſonũ Stimphalum. Aut noua ideo, quia uulnerari non poterāt. *Obſcenas.)* Obſcenæ ſunt aues, quæ canendo aduerſa ſignificant: ut paulo pòſt, Infelix uates. *Pelagi uolucres.)* Quia dicuntur Ponti & terræ filiæ: unde inſulas habitant partem terræ,

partem

partem maris tenentes. Alij dicunt Neptūni filias, quia ferè prodigiorum omnium pater est: nec immerito. nam secūdum Milesium Thaletem omnia ex humore procreantur: unde est, Oceanumq́ patrem rerum. Hinc fit, ut quotienscunq; desunt parentes, redeatur in generalitatem: sic & peregrinos Neptūni filios dicimus, quorum ignoramus parentes. Alij autem dicunt, Harpyias filias Thaumantis & Electræ. Vim plumis ullam.) Naturale enim est, ut eludat ictū plumarū leuitas. unde & addidit Plumis. Nā quod Donat. dicit, ideo eas fuisse inuulnerabiles, quia de Styge erant natæ, non probatur. Vestigia.) pedum signa. Infelix uates.) nuncia infelicitatis: ut Homer. μάντις κακῶν. Rupit uocē.) cum indignatione loquitur: ut, Quid me alta silētia cogis Rumpere? Et notandū, ut suprà diximus, Rūpit uocem. Laomedōtiadæ.) id est, psi di: à rege natum opprobrium, qui deos fefellit. Patrio regno.) Neptunnio. Accipite ergo.) quia nos bello appetitis: ac si diceret, ut futurā famē iam nūc timere possitis. Quæ Phœbo pater omnip.) Tribuit authoritatem, ne possint à se dicta cōtemni. Simul notandū, Apollinē quæ dicit à Ioue cognoscere.

Phœbus Apollo.) purus & impollutus: & est Apollinis fixū antonomasiū, quod alij dari nō potest. nam sunt alia cōmunia, ut Pater omnipotēs. Furiarū maxima.) Adeò ipsæ sunt furiæ, ut & unū epitheton habeant, & causis cōsentiant: nam ait de Tisiphone, Furiarū maxima iuxtà Accubat, & manibus prohibet contingere mēsas. quod etiā hæ faciunt, & inferentes Troianis famem & pronūciantes. Italiā cursu pet.) Ex his quæ norunt, fidē dicendis accōmodat. Quàm uos dira fa.) Vt Varro in 2. Diuinarū dicit, oraculū hoc à Dodonæo Ioue apud Epirū acceperūt, quod modo dixisse fingit Harpyas. & tamē colorate tāgit historiam dicēdo, Quæ Phœbo pater omnipotēs. Nostræq́ iniur. cæ.) Ista mentitur: nam imminens Troianis fatalis est fames. Ambesas.) undiq; esas: hoc est, rotundas. Maiores enim has habebant in honore deorum, paniceas scilicet. Refugit.) non metu: nec enim minantibus cōgruit, sed ne possit placari. Nec iam amplius armis.) Subaudi usi sunt: nec enim potest

Sed neq; uim plumis ullam, nec uulnera tergo
Accipiunt, celeriq́ fuga sub sidera lapsæ,
Semesam prædam, & uestigia fœda relinquunt.
Vna in præcelsa consedit rupe Celæno,
Infelix uates, rupitq́ hanc pectore uocem:
Bellum etiam pro cæde boum, stratisq́ iuuencis
Laomedontiadæ, bellum'ne inferre paratis?
Et patrio Harpyias insontes pellere regno?
Accipite ergo animis, atq; hæc mea figite dicta,
Quæ Phœbo pater omnipotēs, mihi Phœbus A-
Prędixit, uobis furiarū ego maxima pādo. (pollo
Italiam cursu petitis: uentisq́ uocatis
Ibitis Italiam, portusq́ intrare licebit.
Sed non ante datam cingetis mœnibus urbem
Quàm uos dira fames, nostræq́ iniuria cædis,
Ambesas subigat malis absumere mensas.
Dixit, & in syluas pennis ablata refugit.
At socijs subita gelidus formidine sanguis
Diriguit, cecidere animi, nec iam amplius armis

potest esse ab inferiori zeugma, quod plerunq; fit, ut per omnia unus sermo sufficiat: ut, Troiugena interpres diuûm, Qui numina Phœbi, Qui tripodas Clarij lauros, qui sidera sentis. *per omnia* Sentis *intelligis. plerunque aliud subauditur, ut hoc loco. item,* Disce puer uirtutem ex me uerumq; laborem, Fortunam ex alijs: *subaudi* Opta. *nam fortuna non discitur ex alijs.* Sed uotis, precibusq;.) *Duplici ratione placantur numina, aut uotis, aut precibus, unde est,* Iunonis magnæ primum prece numẽ adora. *itẽ,* Iunoni cane uota libens.

Sed uotis, precibusq; iubent exposcere pacem,
Siue deæ, seu sint diræ, obscenæq; uolucres.
At pater Anchises passis de littore palmis
Numina magna uocat, meritosq; indicit honores:
Dij prohibete minas: Dij talem auertite casum,
Et placidi seruate pios: tum littore funem
Diripere, excussosq; iubet laxare rudentes:
Tendunt uela Noti: fugimus spumantibus undis,
Quà cursum, uentusq;, gubernatorq; uocabant.
Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos,
Dulichiumq;, Sameq;, & Neritos ardua saxis.
Effugimus scopulos Ithacæ, Laërtia regna,
Et terram altricem sæui execramur Vlyssis.
Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis.
Et formidatus nautis aperitur Apollo.
Hunc petimus fessi, & paruæ succedimus urbi.
Anchora de prora iacitur: stant littore puppes.

Iubẽt.) *uolunt: ut,* Infandũ regina iubes renouare dolorem. Siue deæ.) *Quia diuinant.* Obscenæq; uolucres.) *Quia in his uentris cernebant proluuiem. Bene aũt etiam si aues sunt, dicit eas placandas propter pessima omina.* Passis.) *solutis.* Numina magna.) *Iouem, Mineruã, Mercurium, secundum Samothracas.* Meritos.) *congruos, id est, expiatorios: unde & sequitur,* Dij prohibete minas. Auertite casum.) *Bene etiam si contingat casum credit esse, non ultionem.*

Seruate pios.) *Propter facta ab eis sacrificia.* Ventusq;, gubernatorq; uocabant.) *Honestius hac elocutione per pluralem numerum utimur, licèt possit & singularis esse.*

Nemorosa Zacynthós.) *Insulas Græciæ commemorat.* Sameq;.) *Cephalenia est ista: nam Samos in Asia est.* Effugimus.) *transimus celeriter.* Laërtia regna.) *Irrisoriè, quum præmiserit scopulos: ut,* Immania saxa Vestras Eure domos. Leucatæ nimbosa cacumina montis.) *Leucas mons est altissimus in promontorio Epiri, iuxta Ambraciam ciuitatem, quam Augustus Nicopolin appellauit, uictis illic Antonio & Cleopatra. ibi & templũ Actiaco in promõtorio Apollini constituit, & ludos Actiacos. Vnde nunc Vergilius in honorem Augusti, quæ ipse facit, dat eius origini. Nam & Aeneam dicit illic ludos celebrasse, ut alibi inducit Aeneam promittentem templum Apollini, quod fecisse constat Augustum: ut,* Tum Phœbo, & Triuiæ solido de marmore templum Constituam. Et formidatus nautis aperitur Apollo.) *Aut propter asperitatem locorum, quia saxosa sunt: aut (ut quidam uolunt) quia moris erat aliquem ei de nautis immolari.* Hunc petimus fessi.) *Occurrebat, cur formidatum petistis? ideo intulit,* Fessi. Paruæ urbi.) *Ambraciæ.*

T Tellure

Ergo inſperata tandem tellure potiti
Luſtramurq́; Ioui, uotisq́; incendimus aras,
Actiaq́; Iliacis celebramus littora ludis.
Exercent patrias oleo labente palæſtras
Nudati ſocij: iuuat euaſiſſe tot urbeis
Argolicas, mediosq́; fugam tenuiſſe per hoſteis.
Interea magnum ſol circunuoluitur annum,
Et glacialis hyems Aquilonibus aſperat undas.
Aere cauo clypeum magni geſtamen Abantis
Poſtibus aduerſis figo, & rem carmine ſigno.

Tellure potiti.) Potior & illa re dicimus, & illius rei: ſed per ſeptimum in uſu eſt, per genitiuum figuratè ponitur. Salluſtius: Vt prius quàm legatos uideret Adherbalis potiretur. Legimus & accuſatiuum caſum, ſed uti non poſſumus. Terentius: Prima potitur cõmoda.

Luſtramurq́; Ioui.) Aut Luſtramur, id eſt, purgamur, ut Ioui ſacrificemus: aut certè Luſtramur Ioui, id eſt, expiamur. Piaculum enim commiſſum fuerat tauro in Thracia immolato, ut ſuprà diximus: & licèt multa fuiſſent ſecuta ſacrificia, intelligebatur adhuc tamen numẽ iratum non deſinentibus malis. Sciendum ſanè moris fuiſſe, ut piaculo commiſſo, ludi celebrarentur. Nam quum iracũdia matris deûm Romani laborarent, & eam nec ſacrificijs, nec ludis placare poſſent: quidam ſenex ſtatutis ludis Circenſibus ſaltauit, quæ ſola fuit cauſa placationis. unde & natum prouerbium eſt, Omnia ſecunda, ſaltat ſenex. Actia littora.) Vt ſuprà diximus, propter Auguſtum dicit, qui illic ludos ſtatuit agonaleis: Patrias palæſtras.) Palæſtræ uſus primum apud Athenienſeis repertus eſt: Troiani autem præter Dardanum & Teucrum etiam ab Athenienſibus originem ducunt: unde & Mineruã colunt. hinc eſt in Secundo, Neu populũ antiqua ſub religione tueri. Antiqua, id eſt, ab Athenienſibus tradita. Iliacis ergo Athenienſibus, unde Ilienſes didicerunt. Fugam tenuiſſe.) feliciter nauigaſſe. nam Tenere eſt implere: ut, Ni teneant curſus: id eſt, impleant. Et poteſt intelligi ſecundũ communẽ ſenſum ob hoc eos luſtratos, id eſt expiatos ſacrificaſſe, & ludos celebraſſe, quia hoſtileis terras proſpera nauigatione tranſierunt. Magnũ ſol circũuoluitur annum.) Antiqui tempora de ſideribus computabant, & dixerunt primũ lunarem annũ triginta dierum: unde inuenitur uita in aliquibus noningentorum annorum, ſcilicet lunarium. poſtea ſolſtitialis annus repertus eſt, qui duodecim continet menſeis. mox maiore cura annũ eſſe magnum uoluerunt omnibus planetis in eundem recurrentibus locũ. & hic fit, ut ſuprà diximus, ſecundũ Ciceronis Hortenſiũ, poſt annos xij. millia noningentos, quinquaginta quatuor, ſolſtitiales ſcilicet. Bene ergo nunc Magnũ addidit, ne lunarem intelligeres: bene ſolis nomen, ne quia diceret magnũ, illum planetarũ acciperes, de quo uaria dicuntur, & à Metone, & à Ptolemæo, & ab Eudoxo, & ab ipſo Tullio: nam in libris de deorum natura tria millia annorum dixit magnum tenere annum.

Aere cauo clypeum.) æris caui: ut, Pulchra prole. Abantis.) penultima habet accentum: & hunc Abantem intelligamus occiſum cum Androgeo. Rem carmine ſigno.) Rem, uotum, id eſt, uoluntatem. Et ſciendum, carmen dici quicquid pedibus continetur. Nam & hic unum uerſum carmen dixit, & in Bucolicis duos: ut, Superaddite carmen Daphnis ego in ſyluis hinc uſque ad ſidera notus Formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe.

De Danais uictorib.) Irrisio est: ut, Victoresq́ cadunt Danai. Arma.) Cõsecrauit, subaudi. Aërias ar.) id est, altas. Phæacũ.) Corcyrã insulam dicit, sitã inter Epirũ & Calabriam, ubi regnauit Alcinous. Abscondimus.) Nauticus sermo. Sanè mira usus est celeritate, ut antè absconditã quã uisam insulã diceret. Portuq́ subimus Chaonio.) ut, Subeũt muro. nam si Chaonios legeris, difficilis est scansio non excluso s. Butroti urbẽ.) id est, Butrotum: ut, Fontem Timaui. Hæc autem ciuitas est in Epiro, cuius pars est Chaonia, quæ antè Molossia dicta est. Incredibilis rerũ fama.) incredibiliũ rerũ fama. Et bene non credidit: unde postea interrogat, Pyrrhin connubia seruas? Patrio mar.) Atq́ Thebana fuit. sed aut prouinciam pro patria posuit: ut, Italiam quæro patriã. Item Sallust. Hispaniã sibi patriã esse.

Aeneas hæc de Danais uictoribus arma.
Linquere tum portus iubeo, & considere transtris.
Certatim socij feriunt mare, & æquora uerrunt.
Protinus aërias Phæacum abscondimus arces.
Littoraq́ Epiri legimus, portuq́ subimus
Chaonio. & celsam Butroti ascendimus urbem.
Hic incredibilis rerum fama occupat aureis,
Priamiden Helenum Graias regnare per urbeis
Coniugio Aeacidæ Pyrrhi, sceptrisq́ potitum:
Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
Obstupui, miroq́ incensum pectus amore
Compellare uirum, & casus cognoscere tantos.
Progredior portu, classes, & littora linquens.
Solenneis tum fortè dapes, & tristia dona
Ante urbem in luco falsi Simoentis ad undam
Libabat cineri Andromache, manesq́ uocabat

Aut certè secũdum ius locutus est, quia uxor uiri domiciliũ sequitur. Iuncta ergo Hectori facta Troiana est: nam & cessisse de iure uerbum est. Cedi enim hæreditas dicitur. Cessisse marito.) Consuetudinis regiæ fuit, ut legitimã uxorem non habẽtes, aliquã licèt captiuã, tamen pro legitima haberent, adeo ut liberi ex ipsa nati succederent. Pyrrhus hanc quasi legitimã habuit, & ex ea filiũ Molossum suscepit: postea cum uellet Hermionẽ Menelai et Helenæ filiam Oresti iam desponsatã, ducere uxorẽ, Orestis insidijs in templo Delphici Apollinis occisus est. Verũ moriens præcepit ut Andromache, quæ apud eum coniugis locum tenuerat, Heleno daretur, propter supradictũ beneficiũ, quo eum à nauigatione prohibuerat. inde factum est, ut teneret regnum priuigni, qui successerat patri: à quo Molossia dicta est pars Epiri, quam Helenus postea à fratre Chaone, quem in uenatu per ignorantiã dicitur occidisse, Chaoniã nominauit, quasi ad solatiũ fratris extincti. Progredior portu, classes & lit. linquens.) Hysteron proteron in sensu: antè enim linquitur littus, & sic à portu proceditur. Notandũ sanè, finitũ esse uersum participio, quod rarò apud Latinos est, & apud Græcos uitiosissimũ. Solenneis.) legitimas anniuersarias. Tristia dona.) Tale est illud, Quem semp acerbum, Semper honoratũ (sic dij uoluistis) habebo. In luco.) Lucum, ut suprà diximus, nunq̃ ponit sine religione: nam in ipsis habitant manes piorũ, qui lares uiales sunt: unde in Sexto, Nulli certa domus, lucis habitamus opacis. Falsi.) simulati. Manesq́ uocabat.) Sacrificijs inani sepulturæ conciliabat manes Hectoreos. & bene in luco, ut diximus suprà.

Ad tumulum.) id est, cœnotaphion. Viridi cespite.) herboso. Geminas.) unam marito, alteram filio. aut certè illud respicit, quia inferi pari gaudent numero: ut, Ecce duas tibi Daphni. Superi uero impari numero, Deus impari gaudet. Monstris.) rebus insperatis. Diriguit uisu in medio.) dum me cernit, obstupuit. Calor ossa reliquit.) id est, extimuit: ut, Soluuntur frigore membra. Vera ne te facies.) Ordo est, O nate dea affers ne te mihi uera facies, uerus nũcius. Viuis ne?) Et secundũ affectum muliebrẽ interrogat, & bene suspicatur. nam & inferis sacrificat, et in luco, in quo habitãt manes. Hector ubi est?) Hoc ad Aeneæ pertinet gloriã, ut ab Hectore nunq̃ discessisse uideatur. Sentit autem hoc, si umbræ uidentur in sacris, cur non eorũ magis quibus sacrificatur. Furenti.) inconsolabiliter, & impatienter dolẽti. Hisco.) Hiscere est hiare, nec loqui posse. nã qui nimiũ mœrent singultibus ore etiam aperto uerba reddere non possunt. Viuo equidem.) Ac si diceret, si tamen uita est infeliciter uiuere. Excipit.) Signatè locutus est: quia deiectam dixerat. excipiuntur enim quæ cadunt. Digna.) congrua, & priori cõueniens. Hectoris Andromache.) Si Andromache, sequentibus iunge: si Andromachen, superioribus. Connubia seruas.) tenes: ut in Septimo, Et nunc seruat honos sedem tuus ossaq; nomen. Demissa.) humili.

Hectoreum ad tumulũ, uiridi quem cespite inanẽ,
Et geminas causam lachrymis sacrauerat aras.
Vt me conspexit uenientem, & Troia circùm
Arma amens uidit, magnis exterrita monstris
Diriguit uisu in medio: calor ossa reliquit.
Labitur. & longo uix tandem tempore fatur.
Vera ne te facies, uerus mihi nuncius affers
Nate Dea? uiuis ne? aut si lux alma recessit,
Hector ubi est? dixit: lachrymasq; effudit, & omnẽ
Impleuit clamore locum: uix pauca furenti
Subijcio, & raris turbatus uocibus hisco.
Viuo equidem, & uitam extrema per omnia duco.
Ne dubita: nam uera uides.
Heu quis te casus deiectam coniuge tanto
Excipit? aut quæ digna satis fortuna reuisit?
Hectoris Andromache Pyrrhin connubia seruas?
Deiecit uultum, & demissa uoce locuta est.
O felix una ante alias Priameia uirgo
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori, quæ sortitus non pertulit ullos,

O felix.) Bene & uirginitatem laudat, & mortem, ut ostendat se inuitam Pyrrhi pertulisse connubium, & esse superstitem suis miserijs. Priameia uirgo.) Achilles dum circa muros Troiæ bellum gereret, Polyxenam uisam adamauit, & conditione pacis in matrimonium postulauit: quam quum Troiani fraude promisissent, Paris post Thymbræi Apollinis simulacrum latuit, & uenientem Achillem ad fœdus, missa uulnerauit sagitta. Tunc Achilles moriens petijt, ut euicta Troia ad eius sepulchrum Polyxena immolaretur, quod Pyrrhus impleuit. Ante alias.) Ideo felicior, quia uirgo extincta est. Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis.) Quia grande est mortis solatium præmissus hostis interitus.

Nec uictoris heri tetigit captiua cubile.) Singula habent emphasim suam: nam parū erat dominum dicere, nisi & uictoris adderet fastum. *Tetigit.*) Non ascendit, nec uoluptuosum genialem lectū, sed cubile quod est pecudum quadrupedum. *Fastus.*) superbiam. et est quartæ declinationis. nam liber qui dierū habet computationem, secundæ declinationis est: unde errauit Lucanus dicendo, Nec meus Eudoxi uincetur fastibus annus. *Seruitio enixæ tulimus.*) hoc est, pertulimus, donec in seruitio positæ, eniteremur. & bene plurali utitur numero, ad excusandum pudoré. *Ledæam Hermioné.*) Ledæ neptem. *Lacedæmoniosq; Hymenæos.*) Cum ingenti felle: ac si diceret, infelices maritis semper, ut Paridi & Deiphobo. *Trāsmisit habendam.*) Herili uoluntate, non lege coniugij. unde & habendam dixit.

Nec uictoris heri tetigit captiua cubile:
Nos patria incensa, diuersa per æquora uectæ
Stirpis Achilleæ fastus, iuuenemq; superbum
Seruitio enixæ tulimus: qui deinde secutus
Ledæā Hermionē, Lacedęmoniosq; Hymenęos,
Me famulo, famulāq; Heleno transmisit habendā.
Ast illum ereptæ magno inflammatus amore
Coniugis, & scelerum furijs agitatus Orestes
Excipit incautum, patriasq; obtruncat ad aras.
Morte Neoptolemi regnorum reddita cessit
Pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniamq; omnem Troiano à Chaone dixit.
Pergamaq;, Iliacamq; iugis hanc addidit arcem.
Sed tibi qui cursum uenti, quæ fata dedere?
Aut quis te ignarum nostris deus appulit oris?
Quid puer Ascanius superat'ne, & uescitur aura?

Scelerum furijs.) matricidio scilicet, quia Orestes matré occiderat Clytemnestram in patris Agamēnonis ultioné. *Agitatus.*) stimulatus. *Excipit.*) dolo intercipit.

Patrias aras.) Alij Achilleas intelligunt: nam Pyrrhus (ut in historia legimus) occiso patre in templo Apollinis Thymbræi, reuersus ad patriā, in numinis insultationem in templo eius Delphico aras patri constituit, & illic ei cœpit sacrificare. Alij patrias Apollineas uolunt, à Patris Achaiæ ciuitate, in qua Apollo colitur. Nec debemus quærere, cur non Delphicas dixerit, quia epitheta in alieno negocio plerunq; alia ponuntur: ut in Quarto, Italiā magnam Grineus Apollo, Italiam Liciæ iussere capessere sortes: quū à Delio tantū eum constet accepisse responsa. *Cessit pars Heleno.*) Quomodo reddita, quū constet Helenū fuisse Troianum, nec de Græcia ullā habuisse partem. Reddere aūt est datū recipere. Soluitur sic, Reddita, id est, data cessit: ergo Pars Heleno, per priuignū, ut diximus. *Pergamaq;.*) Pergama legendū, non ut pleriq;, Pergameā, qui per imperitiā contra metrū sentiūt. Decipiuntur aūt dum utrūq; deriuatiuū uolūt, quū sit Pergama principale. *Qui cursum uenti.*) Cū admiratione dictū est Qui uenti, id est, tam prosperi. *Quæ fata.*) tā nobis felicia. *Quis deus.*) qui præstitit nobis, ut te uidere possemus. Tale est et illud Aeneæ ad Didoné adulatoriū, Hinc me digressum uestris deus appulit oris. *Ignarū.*) aliud disponenté. *Superatne?*) uiuit. Benè nouè dictū, & caret exēplo, ut pauca in Vergilio. Alij dicūt Superat, superstes est: sed superstes præsenté significat: ut Cicero in Muremana, Suis utrisq; superstitibus. i. præsentibus.

Quem tibi iam Troia.) Hemystichium, nec in sensu plenum. Sunt autẽ duo talia, ut hoc: & ,Concessere deum: quem quidam ita compleuit, Concessere deum profugis noua mœnia Teucris. *Amissæ cura parentis.*) Si Parentis, Creusæ accipis: occurrit unde sciebat eam periysse. Et alij dicũt potuisse hoc uel ab Heleno diuinante cognosci, uel ab Aenea requirente per Troiam: ut, Impleui clamore uias. sed utrunq; uiribus caret. Parentem ergo patriã accipiamus: ut Tullius, Si tibi patria, quæ cõmunis omniũ parens est. Et est sensus, Doletne perditam patriam? *Animosq; uiril.*) Suprà dixerat puer, sed animos uirileis ait parentũ consideratione: unde etiã in Octauo de ipso, Ante annos animumq; gerens, curamq; uirilem. *Et multũ lachrymas*) Ordo est, Lachrymas multũ fundit inter uerba singula: nam si Lachrymans, quid fundit? *Agnosco.*) aut cognomine agnosco, aut certè q̃a reparatã audierat Troiam: ut, Hic incredibilis rerũ fama occupat aures. *Scæaq; amplector limina portæ.*) Scæa porta dicta est, non à pugnis scæuis, id est, malis ante se factis: nam & antea sic dicta est: nec ab itinere ingressis scæo, id est, sinistro, quòd ingressi non recto eunt itinere, sed sinistro: sed à cadauere Laomedontis, hoc est, scænomate, quod in eius fuerat superliminio.

Amplector.) teneo: ut, Amplexæq; tenent postes, atq; oscula figunt. *Teucri.*) pro Teucridæ. *In amplis.*) quod est regiæ magnitudinis. *Accipiebat.*) pascebat. Terent. Accipit nemo melius, neq; prolixius. *Aulai.*) pro aulæ. est aũt diæresis de Græca ratione ueniens, quorum diphthongus resoluta apud nos duas syllabas facit. *Carbasus.*) genus lini est, quod abusiuè plerunq; pro uelo ponitur. Sanè in singulari hæc carbasus dicimus, in numero plurali uerò hæc carbasa. *Troiugena.*) ac si diceret generose: ut alibi, Dardanidæ magni genus alto á sanguine diuûm. *Interpres.*) uaticinator, qui deorũ mentem mortalibus publicas. sed quia Interpres nomen generale est, currit per species: nam (ut ait Cicero) omnis diuinandi peritia in duas parteis diuiditur: nam aut furor est, ut in uaticinãtibus: aut ars, ut

Quem tibi iam Troia.
Ecquæ nam puero est amissæ cura parentis?
Ecquid in antiquam uirtutem, animosq; uirileis
Et pater Aeneas, & auunculus excitat Hector?
Talia fundebat lachrymans, longosq; ciebat
Incassum fletus: cum sese à mœnibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus affert,
Agnoscitq; suos, lætusq; ad limina ducit,
Et multum lachrymas uerba inter singula fundit.
Procedo, & paruam Troiam, simulataq; magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum
Agnosco, Scææq; amplector limina portæ.
Necnon & Teucri socia simul urbe fruuntur.
Illos porticibus rex accipiebat in amplis.
Aulai in medio libabant pocula Bacchi
Impositis auro dapibus, paterasq; tenebant.
Iamq; dies, alterq; dies processit, & auræ
Vela uocant, tumidoq; inflatur carbasus austro.
Hic uatem aggredior dictis, ac talia quæso:
Troiugena interpres diuûm, qui numina Phœbi,

es, ut in aruspicibus, fulguratoribus siue fulguritis, & auguribus: & omnia ista ex se pendent, licet proprijs finibus contineantur. unde Vergil. omnia ei dat, quem uult perfectũ intelligi, ut hoc loco Heleno. Item alibi in Decimo: Cui pecudũ fibræ, cœli cui sidera parẽt, Et linguæ uolucrum, & præsagi fulminis ignes. Diuûm qui nu.) *Potest & interpres Diuûm distingui. Sanè per omnia zeugma est ab inferioribus Sentis.* Qui nu. sentis.) *qui suspicis numen, & futura prædicis.* Qui tripodas.) *Tripodes mensæ fuerunt in tẽplo Apollinis Delphici, qbus superpositæ Phœbades uaticinabãtur.* Clarij lauros.) *Et hic quoq; Sẽtis subaudi. Clarium oppidũ est in finibus Colophoniorũ: unde Apollo*

Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis,
Et uolucrum linguas, & præpetis omina pennæ.
Fare age (nanq; omnẽ cursum mihi prospera dixit
Relligio, & cuncti suaserunt numine diui
Italiam petere, & terras tentare repostas,
Sola nouum, dictuq; nefas harpyia Celæno
Prodigium canit, & tristeis denunciat iras,
Obscœnamq; famem) quæ prima pericula uito.
Quidúe sequens tantos possim superare labores.
Hic Helenus cæsis primum de more iuuencis

Clarius. Sanè quæritur, utrũ Clarij geminandum sit i: & est sciendũ aliter non procedere, nam Cla breuis inuenitur: ut Statius, Nec Clarias hac luce fores Dydimæaq; quisquã. Per lauros aũt oraculum intelligimus. Qui sidera sentis.) *qui es peritus astrologiæ.* Et uolucrum linguas.) *qui es augur.* Et præpetis omina pennæ.) *Aues autem oscines sunt, aut præpetes. Oscines ore futura prædicunt, ab os & cano: Præpetes uolatu significant: sed præpetes aut superiora tenent, & præpetes uocantur: aut inferiora, & dicũtur inferæ. Præpetes autem ideo, quia omnes aues superiora petunt uolantes, uel à Græco πέτομαι, id est, uolo.* Fare age.) *Hortantis est Age, id est, dic celeriter. & est ordo, Troiugena fare age quæ prima pericula uito, Quidúe sequens tantos possim superare labores. cætera per parenthesim dicta sunt.* Nanq; omnem cursum.) *Hypallage est: nam non omnẽ cursum prospera dixit religio, sed omnis religio prosperũ dixit cursum.* Cuncti diui.) *Quia quicqd a diuis à diuersis, ad Iouem recurrit: ut diximus suprà, Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo Prædixit.* Numine.) *oraculũ significat.* Repostas.) *penitus passio per syncopam, id est, πάθος: pro repositas, id est, longè positas.* Nouum.) *magnum, more suo.* Prodigium canit.) *Prodigium, monstrum, portentum modico fine discernuntur, sed confusè plerunq; ponuntur.* Tristeis iras.) *Deorum scilicet, propter iniuriam suam.*

Obscœnamq; famem.) *Aut quæ homines etiam ad obscœna compellit: ut, Male suada fames: aut certè quæ obscœna auis prædixerat.* Quæ prima pericula uito, Quidúe sequens tantos possim superare labores.) *Duo petit, quemadmodũ aut periculis careat, aut quibus consilijs par esse laboribus possit.* Tantos.) *quantos harpyia prædixerat.* De more.) *scilicet sacrificantum. & aut de sacrificantum more requirit, utrum tempus consulendi esset: nam & hoc uehementer quæritur, ut in Sexto, Tum uirgo poscere fata Tempus ait. aut certè, quod & melius est, de sacrificantum more antè nefas expiat ab harpyia prædictum, & sic uenit ad uaticinationem. Vt autem hic expiatam famem intelligamus, sequens*

efficit locus: ut, Aderitq́ uocatus Apollo: quum constet, nisi in hoc intellexeris loco, famis causa nusquam inuocatum esse Apollinis numen. Dubitationem *autem in hoc loco* Exorat *facit: nam orare est petere,* Exorare *impetrare. ergo impetrat pacem, aut ad inquirendum tempus, aut ad mitigandum famis periculum.* Vittasq́ resoluit.) *In ratione sacrorum par est & animæ & corporis causa: nam plerunq; quæ non possunt circa animã fieri, fiunt circa corpus, ut soluere, uel ligare: quo possit anima, quod per se non potest ex cognatione sentire. inde est,* Unum exuta pedē uinclis in ueste recincta. Bene *ergo* Helenus *cũcta corporis soluit, ne qua parte animo religato ad numen accederet.*

Exorat pacem diuûm, uittasq́ resoluit
Sacrati capitis, meq́ ad tua limina Phœbe
Ipse manu multo suspensum numine ducit.
Atq; hæc deinde canit diuino ex ore sacerdos.
Nate Dea (nam te maioribus ire per altum
Auspicijs, manifesta fides, sic fata deûm rex
Sortitur, uoluitq́ uices, hic uertitur ordo)
Pauca tibi ex multis quo tutior hospita lustres
Aequora, & Ausonio possis considere portu,
Expediam dictis: prohibent nam cætera Parcæ

Suspensus.) Si Suspensus, *ipse numinis plenus: si* Suspensum, *me sollicitũ & attentum.* Deinde canit.) *post peracta solennia.* Nate dea.) Ordo *est,* Nate dea pauca tibi expediam dictis, prohibent nam cætera Parcæ Scire Helenũ, fariq́ uetat Saturnia Iuno. Omnia *inquit, uates nouit, sed nõ permittitur dicere fatis prohibentibus: & etiã ex his quæ nouit, multa illum uetat dicere* Saturnia Iuno. Maioribus.) *cælestibus, propter sideris cursum, cuius fuit explanatio per* Creusam. Per altum.) *per limitem fortunæ superioris.* Sortitur.) *disponit, ordinat. & bene allusit, quasi* Apollinis *sacerdos, cuius propriè sunt sortes, id est, responsa diuina.* Voluitq́ uices.) *Diffinitio fati, secundũ* Tullium *qui ait,* Fatũ *est connexio rerũ per æternitatem se inuicem tenens, quæ suo ordine & lege uariantur: ita tamẽ ut ipsa uarietas habeat æternitatẽ.* Pauca tibi è multis.) Duo *dicit se esse dicturũ, quemadmodũ tutè possit nauigare, & quibus signis* Italiæ *regna cognoscat.* Hospita æquora.) Nil *enim nobis hospitio uicinius constat.* Prohibent nam cætera Parcæ Scire.) Hic *distinguendum: & est sensus,* Cætera *te scire non sinũt fata.* Helenum *uero* Iuno *prohibet dicere, etiam ea quæ audire poteras: &* uacat Que, *ut solet frequenter.* Male *autẽ sentiunt, qui distinguunt scire* Helenũ, *quũ legerimus in* Lucano, Venit *ætas omnis in unã* Congeriem, *miserumq́ premunt tot secula pectus.* Item *alibi,* Nec *tantũ prodere nati, quantum scire licet. & adeo repletus numine omnia nouit sacerdos, ut refrenetur ad cætera dicenda. nam dicendo* Helenũ, fariq́ uetat Saturnia Iuno: *ostendit præmissum ad* Aeneã *pertinere, aliter suum non interponeret nomen.* Præterea *quomodo uetat* Iuno *dicere, si fata scire prohibent?* Nullus *enim uetatur loqui quod nescit. ergo cætera* Parcæ *scire te prohibent, non aũt* Helenum. Prohibet *aũt scire, mortem patris, ad augendũ inopinatum dolorem, tempestatem ab* Aeolo *immissam, amorem* Didonis, *in quo & gaudiũ quidem esset, sed quod antè prouisum est, uile creditur.* Et *si sciret* Aeneas *se de* Africa *exiturũ, non facile* Didonis *consentiret amoribus.* Nouimus *aũt hoc* Iunonem *facere, ut si posset fieri regnũ* Italiæ Libycas *auerteret oras.*

Inopinatum

inopinatum uero dolorem etiam Aeneas conqueritur:ut, Nec uates Helenus quũ multa horrenda moneret, Hos mihi prædixit. Ignare.) *pro ignarus, casus pro casu. dicit autẽ ignarum fati.* Longa procul.) *non situ, quam penè uidet, sed necessitate fatali, & cursu nauigationis tardiore.* Via inuia.) *Aeneæ scilicet.* Trinacria.) *quæ latinè triquetra dicitur, quam multi Trinacram dicunt, quod tria habet promontoria, quæ Græci ἄκρα dicunt.*

Scire Helenum, fariq; uetat Saturnia Iuno.
Principio Italiam, quam tu iam rere propinquã,
Vicinosq; ignare paras inuadere portus,
Longa procul longis uia diuidit inuia terris.
Ante & Trinacria lentandus remus in unda.
Et salis Ausonij lustrandum nauibus æquor,
Inferniq; lacus, Aeææq; insula Circes,
Quàm tua possis urbem componere terra.
Signa tibi dicam, tu condita mente teneto.
Cum tibi sollicito secreti ad fluminis undam
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus Sus,
Triginta capitum fœtus enixa iacebit
Alba solo recubans, albi circum ubera nati,
Is locus urbis erit, requies ea certa laborum.
Nec tu mensarum morsus horresce futuros.
Fata uiam inuenient, aderitq; uocatus Apollo.
Has autem terras, Italiq; hanc littoris oram

Lentandus.) *Aut lẽte tibi nauigandũ est: nam totam Siciliam circũiuit. aut lentãdus tibi est remus, id est, flectendus, ut lẽtum uimẽ dicimus, id est, flexibile.* Inferniq; lacus.) *Lucrinum, & Auernũ dicit, inter quos est spelunca, p quã ad inferos descendebatur. unde eos dixit Infernos, propter necromantiã, quæ ibi fiebat.* Aeææq; insula Circes.) *qui nunc Circeius mõs, à Circe dicitur, quondã (ut Varro dicit) insula fuit nondum siccatis paludibus, quæ eam diuidebãt à continenti. Aeææ autem dicta ab aspernantium uoce propter celebratas illic corporũ mutationes: unde est, Inaccessos ubi solis filia lucos. Aeææ autem tres sunt diphthongi: nam genitiuus est ab aeaa.* Quàm tuta possis urbẽ cõponere terra.) *Ante cuncta lustrabis quàm possis urbem tuta cõponere terra. Tuta autẽ propter Thraciæ & Cretæ discrimina.* Signa tibi dicam.) *Deest Ergo. Et notandũ, quia nõ eo ordine quo præmiserat dicit. ante enim dicit, de ciuitate condenda, secũdo de tuta nauigatione.* Secreti ad fluminis undam.) *id est, Thiberini.* Littoreis.) *Littus dicitur, quicquid iuxta aquam est: unde nunc ripam fluminis littus uocauit.* Sus.) *naturaliter longa est, licèt in genitiuo breuis sit, ut bos, pes, res, spes. De hac autem sue alij dicunt secũdum Vergil. quòd in Italia inuenta sit. Alij quòd secum eam more nauigantium Troiani portauerint, & oraculo cognouerint, ibi cõdendam esse ciuitatem, ubi sus illa post fugam fuisset inuenta. Dicitur ergo in Campaniam fugisse. Et inuenta in Laurolauinio, à qua Ascanius pòst Albæ nomẽ imposuit.* Triginta cap. fœ. enixa.) *Prodigiale est hoc quo significatur triginta annis regnaturus Ascanius.* Viam.) *rationem, & non dicit quam, quia etiam profutura est fames: ut, Hac erat illa fames, hæc nos suprema manebat Exitijs positura modũ.* Aderitq; uocatus Apollo.) *Nunc uocatus, quia ut suprà diximus, expiatorum fecit sacrificiũ.* Has autem terras.) *Quasi ostenderis*

est. nec enim Calabria ab Epiro longo distat spatio. *Nostri æquoris.*) Epirotici, quo Calabriæ littus alluitur. *Hic & Naritij posuerũt mœnia Locri.*) Locri socij Aiacis Oilei fuerunt, Epizephyrij, & Ozolei, sed post tempestatem montis Capharei Epizephyrij tenuerunt Brutios, & hos nũc dicit: Ozolei uero tenuerunt Pentapolin, uel Libyam: unde est, Libycóue habitantes littore Locros. Quinetiã de Ozoleis legitur, quòd delati Thinneiam ulterius accesserint, & ciuitatẽ condiderint, quæ nũc Ozalis dicitur.

Proxima, quæ nostris perfunditur æquoris æstu
Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graijs,
Hic & Naritij posuerunt mœnia Locri,
Et Salentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus. hic illa ducis Melibœi
Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro.
Quin ubi transmissę steterint trans ęquora classes,
Et positis aris iam uota in littore solues,
Purpureo uelare comas adopertus amictu,
Nequa inter sanctos ignes in honore deorum
Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.
Hunc socij morem sacrorum, hunc ipse teneto.

Naritij autem à loco dicti sunt prouinciæ suæ. Ozolei uero à putore paludis uicinæ: nam ὄζω est puteo. *Salentinos obsedit milite campos.*) Salẽtinũ promõtoriũ Italiæ est: nam, ut ait Sallust. Oĩs Italia coacta in angustias, scinditur in duo promontoria, Brutium & Salentinum. *Lyctius Idomeneus.*) à Lyctio Cretæ ciuitate, unde propter supradictã pulsus est causam. *Ducis Melibæi.*) Philoctetæ à Melibœa ciuitate Thessaliæ, de qua fuit. Melibœi ergo, pro Melibœnsis. *Subnixa Petilia muro.*) ciuitas cincta muro modico: ut, Crinemq́ madẽtem Subnixus rapto potitur. *Petilia.*) dicta, uel ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, id est, uolare: nam captato augurio condita est. uel quòd post relictũ Ilium, quo ducebatur à Græcis eam petiuit ciuitatem. Petilia sanè est numeri singularis. Philoctetes autem fuit Pæantis filius, Herculis comes, quem Hercules quũ hominẽ in Oeta monte deponeret, petijt ne alicui corporis sui reliquias indicaret. De qua re eum iurare compulit, eiq́ pro munere sagittas dedit hydræ felle tinctas. Postea Troiano bello responsum est sagittis Herculis opus esse ad Troiæ expugnationem. Inuentus itaque Philoctetes, quum ab eo Hercules quæreretur, & primo negaret se scire ubi esset: tandem mortuum esse cõfessus est. inde quum acriter ad indicandum eius sepulchrum cogeretur, pede locum percussit, quum nollet dicere. Postea quum ipse duceretur ad bellum, unius sagittæ casu uulneratus est pedem, quo percusserat tumulum, cuius insanabilis uulneris cum putorem Græci ferre non possent: diu quidem eum pro oraculi necessitate sustinuerunt. ductum tandem ad Lemnum sublatis sagittis reliquerunt. Hic postea quũ horrore uulneris sui ad patriam redire noluisset, paruam sibi Petiliam in Calabriæ partibus fecit. *Purpureo uelare comas adopertus amictu.*) Subaudi cura, aut memento, aut certe quod melius est, uelare imperatiuus sit, non infinitus. *Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.*) sacrificij ordinem rumpat, quod est piaculum: significat autem Diomedem, qui quũ multis casibus affligeretur, Palladiũ, quod apud ipsum erat, Troianis oraculo iussus est reddere, quod quum uellet implere, Aeneam sacrificantem inuenit, qui (ut suprà diximus) ne sacrificij ordinem rumperet, Palladiũ Nautes accepit:

tes accepit: unde Nautiorum familia sacra Mineruæ seruabat. Santè sciendum sacrificantes pijs omnibus caput uelare cõsuetos ob hoc, ne se inter religionem uagis aliquid offerret obtutibus, excepto tantum Saturno, ne numinis imitatio esse uideretur, quia Saturno uelato capite incenditur. Hac casti.) *pij: ut, Nulli fas casto sceleratũ insistere limen.* Digressum.) *à littore Calabriæ.* Angusti rarescent claustra Pelori.) *Quia à continenti, id est, à*

Hac casti maneant in relligione nepotes.
Ast ubi digressum Siculæ te admouerit oræ
Ventus, & angusti rarescent claustra Pelori,
Læua tibi tellus, longo læua petantur
Aequora circuitu, dextrum fuge littus, & undas.
Hæc loca, ui quondam, & uasta conuulsa ruina
(Tantum æui longinqua ualet mutare uetustas)
Dissiluisse ferunt, cum protinus utraq; tellus
Vna foret, uenit medio ui Pontus, & undis
Hesperium Siculo latus abscidit, aruaq; & urbes
Littore diductas angusto interluit æstu.
Dextrũ Scylla latus, lęuum implacata Charybdis

colũna usq; ad Pharon, tribus millibus distat. Rarescẽt aũt ideo, quia uenientibus de Ionio ad Calabriã propter curuaturã littorũ clausæ uidentur angustiæ, quæ paulatim ppinquantibus aperiri uidẽtur. Pelori.) *promontorium Siciliæ: secũdũ Salustium dictũ à gubernatore Hannibalis illic sepulto, qui fuerat occisus per ignorãtiam regis, quum se eius dolo crederet esse deceptum, ueniens de Petilia: quanquam legamus etiam antè Pelorum dictum.* Læua tibi tellus.) *uenientis personam respexit: nam de Ionio nauigantes, si fretum petant, dextrum teneãt littus necesse est, sin aliâs sinistrum.* Aequora circuitu.) *Totam enim penè circũiturus est Siciliam.* Hæc loca.) *Vt etiam Sallustius dicit, Italiæ coniunctam Siciliam constat fuisse, sed medium spacium aut per humilitatem obrutũ est, aut propter angustiã scissum. Vt autem tam curuum sit, facit natura mollioris Italiæ, in quam asperitas, & altitudo Siciliæ æstum relidit.* Quondã.) *Tria tenet tempora, sicut olim.* Dissiluisse ferũt.) *Hinc apparet bene dictum: Vnctos saluêre per utres. nam ut dissilui, sic salui facit. Cicero in Miloniana: Quum hic de rheda reiecta penula dissiluisset. est enim positio salio salis salui. item in compositione dissilio, dissilis, dissilui.* Cum protinus.) *continuè: & modo aduerbium loci est, alibi temporis: ut, Protinus aêreas Phæacum abscondimus arces.* Foret.) *ab infinitiuo est, sed modo præteritum significat tempus, quod rarum est: sæpius enim futurum significat.* Venit medio.) *in medium: ut, It clamor cœlo.* Hesperium Siculo latus abscidit.) *Hypallage est: nam minora à maioribus segregantur, sed contrà dixit.* Abscidit.) *Propter metrũ sci corripuit per poëticũ morem.* Interluit.) *interlabitur pontus scilicet.* Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charybdis.) *de Ionio uenientibus: Scylla enim in Italia est, Charybdis in Sicilia. Scylla Phorci & Cretheidos nymphæ filia fuit, hanc amabat Glaucus, quẽ Circe diligebat: & quoniã pronior in Scyllam fuerat, irata Circe fontẽ, in quo illa cõsueuerat corpus abluere, infecit uenenis, in quẽ quum illa descendisset, pubetenus in uarias mutata est formas. horrens itaq; suam deformitatem, se præcipitauit in maria. Homerus hanc dicit immortale monstrum fuisse. Sallustius saxum*

eſſe dicit, ſimilis formæ celebratæ procul uiſentibus. canes uerò & lupi ob hoc ex ea nati finguntur, quia ipſa loca plena ſunt monſtris marinis, & ſaxorũ aſperitas illic imitatur latratus canum. Legimus etiam, Nunc nemora ingenti uento, nunc littora plangunt. ſi ergo plangunt dicimus, & latrant non incongruè poſuit. Charybdis autem fœmina fuit uoraciſſima, quia boues Herculis rapuit, à Ioue dicitur fulminata, & in maria præcipitata. Vnde naturã priſtinam ſeruat: nam ſorbet uniuerſa. & ſecundum Salluſtium ea circa Taurominitanum egerit littus. De hac Cicero in Philippicis ait: Charybdis quæ ſi fuit, animal fuit unũ. Obſidet.) ad tranſeuntium inſidias. Barathri.) Barathrũ eſt immenſæ altitudinis nomẽ. unde ſequitur: Sorbet in abruptũ, quod græcè βάραθρον dicitur, quia ſit grauis aſpectus quaſi βαρὺ τὸ ἀθρεῖν. Cohibet ſpelunca.) Hypallage in ſenſu, nam ipſa ſe tenet intra ſpelũcam ſecũdum fabulam. Prima.) nominat. eſt pluralis à neutro. & eſt græca figura, τὰ πρῶτα ἄνθρωποι. Pube tenus.) Tenus præpoſitio ablatiua quidẽ eſt, ſed figuratè etiam genitiuo cohæret: ut, Crurum tenus à mento palearia pendent. Sanè gaudet poſtpoſitione. Piſtrix.) Si nauem intelligas. hæc priſtis huius priſtis: ſi de belua dicas, hic piſtrix, huius piſtricis facit. Cõmixta luporum.) cõiuncta & coagmentata: ipſa ſcilicet & figuratè locutus, eſt, ut Oculos ſuffuſa. eſt autem hæc elocutio poſtrema, id eſt, τὰ ἔσχατα, cõmiſſa erat utero luporũ caudas delphinũ, id eſt, cõmiſſas habebat. Ceſſantẽ.) immorantẽ, quod ſequẽtia indicãt: Longos & circũflectere curſus. Præterea.) Hic oſtenditur cũcta ſcire Helenũ & infenſam Iunonẽ, ſed prohiberi dicere, ut ſuprà diximus. Heleno p.) In homine enim prudẽtia eſt, in uatib. fides. Veris im.) oraculis: ut Lucan. Atq; hominẽ toto ſibi cedere iuſſit Pectore. Iunonis m. id eſt, ſupernæ: nã legimus in 6. Iunoni infernæ dictus ſacer. Prece n. a. Iunoni cane uota libẽs.) his enim Iuno pcipue delectatur. id eſt, hymnis & pce. Victor.) pp oſiti tui effector. Cumæã

Obſidet, atq; imo Barathri ter gurgite uaſtos
Sorbet in abruptum fluctus, rurſusq; ſub auras
Erigit alternos, & ſidera uerberat unda.
At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latębris
Ora exertantem, & naueis in ſaxa trahentem.
Prima hominis facies, & pulchro pectore uirgo
Pube tenus, poſtrema immani corpore piſtrix,
Delphinum caudas, utero commixta luporum.
Præſtat trinacrij metas luſtrare Pachynni
Ceſſantem, longos & circũflectere curſus,
Quàm ſemel informem uaſto uidiſſe ſub antro
Scyllam, & cæruleis canibus reſonantia ſaxa
Præterea ſi qua eſt Heleno prudentia uati,
Si qua fides, animum ſi ueris implet Apollo,
Vnum illud tibi Nate dea, præq; omnibus unum
Prædicã, & repetens iterumq; iterumq; monebo.
Iunonis magnæ primum prece numen adora:
Iunoni cane uota libens, dominamq; potentem
Supplicibus ſupera donis, ſic deniq; uictor
Trinacria fines Italos mittere relicta.
Hucubi delatus, Cumæam acceſſeris urbem,

acceſſeris

accesseris urbē.) Eubœa insula est, de cuius ciuitate Chalcide profecti sunt ad nouas sedes quærēdas: & haud longè à Baijs, qui locus à socio Vlyssis Baio illic sepulto nomen accepit, inuenerunt uacuum littus, ubi uisa muliere grauida, ciuitatem condiderūt, quæ res fœcundam ostendebat fore Rempub. & eam Cumas uocarūt, siue ab ἐγκύον, id est, prægnante: siue ἀπὸ τῶν κυμάτων, id est, ab undis, κύματα enim dicuntur. υ autem Latini in u sæpius uertūt, ut Byrrhia Burrhia. Cumæam autem urbē, sicut Buthroti arcē, & fontem Timaui. Diuinosq́ lacus.) consecratos, Auernū & Lucrinū. Auernus autē, in plur. numero, hæc auerna facit, ut tartarus tartara: unde ait, Auerna sonantia syluis. Sanè hic lacus antea syluarū densitate sic ambiebatur, ut exhalans inde per angustias aquæ sulphureæ odor grauissimus superuolātes aues necaret. Vnde & auernus dictus, quasi ἄορνος, quam rem Augustus Cæsar intelligens deiectis syluis ex pestilentibus amœna reddidit loca. Insanam uatem.) Alij magnam dicunt, sed melius est deo plenam, & uaticinatricē intelligamus, è Græcorum tractum etymologia, qui μάντεις ἀπὸ τῆς μανίας appellauerūt. nam supra sensus humanos intelligentia, furor & insania dicitur, teste Cicerone libro de diuinatione, huic præstantissimæ rei nomen nostri à diuis, Græci ut Plato interpretatur à furore dixerunt, rursus furoris diuinationem Sibyllinis maxime uersibus contineri arbitrati. Sub ima.) in ima: ut, Nanq; sub ingenti lustrat dum singula templo. &, Exercet sub sole labor. Fata canit, folijsq́; notas, & nomina mandat.) Tribus modis futura prædicit, aut uoce, aut scriptura, aut signis, id est, quibusdam notis, ut in obelisco Romæ uidemus: uel, ut alij dicūt, notis literarū, ut per unam literā significet aliquid. In folijs aūt palmarū Sibyllā scribere solere, Varro testatur. Carmina uirgo.) Quia eius responsa uersibus scribebātur. uirgo uerò Phemonoë dicta est: nam Sibylla appellatiuū nomē, adeò ut Varro, quot Sibyllæ fuerit scripserit. Sibylla aūt dicitur omnis puella, cuius pectus numen recipit: nam æoli σιοὺς dicūt deos, βουλὴ aūt est sentētia, ergo σιβύλλας quasi σιοῦ βουλὰς dixerūt. Inde est: Magnā cui mentē animūq; Delius inspirat uates. Sanè sciendū omnia responsa Sibyllæ plus minúsue centū non cōtineri sermonibus, unde Vergil. ait: Quò lati ducūt aditus centū, hostia centū, Vnde ruūt totidē uoces responsa Sibyllæ. Digerit.) ordinat, disponit. Seclusa.) pro inclusa: præpositio pro præpositione. Cardine uerso.) aperta ianua per periphrasin. Turbauit ian. fron.) nō ianua, sed uentus, qui per ianuam ingreditur. Inconsulti.) inscij, rerum ignari, sine consilio. & cōsultus est, qui consulitur:

Diuinosq́ lacus, & auerna sonantia syluis,
Insanam uatem aspicies, quæ rupe sub ima
Fata canit, folijsq́ notas, & nomina mandat.
Quæcunq; in folijs descripsit carmina uirgo,
Digerit in numerum, atq; antro seclusa relinquit.
Illa manent immota locis, neq; ab ordine cedunt.
Verum eadem uerso tenuis cum cardine uentus
Impulit, & teneras turbauit ianua frondes,
Nunq̄ deinde cauo uolitantia prendere saxo,
Nec reuocare situs, aut iungere carmina curat.
Inconsulti abeunt, sedemq́ odere Sibyllæ.
Hic tibi, nequa moræ fuerint dispendia tanti,
Quamuis increpitent socij, & ui cursus in altum

incõsultus, qui non accipit consilium. Vela uocent.) quãuis sit profusa nauigatio. Volens.) quæ uelle habet: nam uolitura propter asperitatẽ noluit dicere. Illa tibi.) quæritur quare de Sibylla dicit cum Helenus dixisset. uenturaq́ bella, intulit spem, & quoq modo fugiasq́ ferasq́ laborẽ. Hæc sunt, quæ nostra liceat te uoce moneri.) Bene cum præscriptione ne falsidicus, uel minus peritus postea putaretur sacerdos. Grauia.) a finalitatis ratione pducitur, sed satis aspere: nã in nullam desinit cõsonantem: ut, Omnia uincit amor, & nos cedamus amori. At tibi Thymbre caput, Euandrius abstulit ensis. Elephãto.) pro ebore posuit. Stipat.) Densat: unde stipatores dicuntur, qui nauibus aliquid cõponunt á stipa. Dodonæos.) Epiroticos, à ciuitate Epiri Dodona, laudauit à regione ut uasa Corinthia. Lebetes.) ollas æreas græcè dixit. zeumas enim uulgare est, non latinum. lebes pro uase capitur, in quod aqua, dum manus abluũtur, decidit: quod decentius Aeneæ cõuenire donum uidetur, quam qđ culinæ dona præstentur, ut Homer. in Odyssea: χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα. καλῇ χρυσείῃ ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος. Hamis auroq́.) Hamis aureis p endiadin. Hamis autem catænis significat. Conum insignis galeæ, cristasq́ comãtes.) à parte totum: nam conus est curuatura quæ in galea prominet, super quam cristæ sunt. Sua dona parenti.) id est, Anchisæ. sua autem congrua, apta ætati. Remigium supplet.) Bene uerbo militiæ usus est, ut supplementum diceret: nam multos in Creta perdiderat: remigiũ autem pro multitudine nauigantiũ posuit. Velis aptare iubebat.) Subaudi socios à superioribus. Ferenti.) flanti. Anchisa.) Vocatiuus hic non est latinus: nam breuis esset a ut o Catilina: græcus est ergo, de quo apud eos ualde quæritur, quemadmodũ exeat ab his nominibus, quæ in es mittunt nominatiuum: nam Tydides Tydide facit: ut, Danaum fortissime gentis Tydide. Atrides quũ sit simile, Atrida facit: ut Horat. Ne quis humasse uelit Aiacẽ Atrida uetas.

Vela uocent, possisq́ sinus implere secundos.
Quin adeas uatem, precibusq́ oracula poscas,
Ipsa canat, uocemq́ uolens, atq́ ora resoluat.
Illa tibi Italiæ populos, uenturaq́ bella,
Et quo quenq modo fugiasq́, ferasq́ laborem
Expediet, cursus dabit uenerata sacerdos.
Hæc sunt, quæ nostra liceat te uoce moneri.
Vade age, & ingentẽ factis fer ad æthera Troiam.
Quæ postquam uates sic ore effatus amico est,
Dona dehinc auro grauia, sectoq́ elephanto
Imperat ad naues ferri, stipatq́ carinis
Ingens argentum, dodonæosq́ lebetes,
Loricam consertam hamis, auroq́ trilicem,
Et conum insignis galeæ, cristasq́ comanteis.
Arma Neoptolemi, sunt & sua dona parenti.
Addit equos, additq́ duces.
Remigium supplet, socios simul instruit armis
Interea classem uelis aptare iubebat
Anchises, fieret uento mora ne qua ferenti,
Quem Phœbi interpres multo compellat honore,
Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo,

Cur?

Cur?tale est ergo & Anchisa. Sanè apud Latinos horum nominũ causa manifesta est: nam nominatiuum ipsum in a mittũt, & recipiunt latinam declinationem, ut Atrides Atrida facit, Scythes Scytha facit. Dignate.) digne habite, digne iudicate: nam modo nõ agentis habet, sed patientis imaginẽ: unde est in primo, Haud equidẽ tali me dignor honore. Cura deũ.) amor: ut, Veneris iustissima cura. Bis pergameis erepte ruinis.) Probauit curam deûm. Et sciendum rhetorica esse argumẽta, quæ à cõtrarijs laudant. quod enim supra Anchises infelicitatis putauit: ut, Satis una supq; uidimus excidia, Et captæ superauimus urbi. hoc hic argumentũ conuertit in laudẽ. bis autem propter Herculem, qui quondã, & Græcos, q modo expugnauere Troianos. Ecce tibi.) Aut uacat tibi: ut in Tullio, Qui mihi accubantes in conuiuijs. Aut certe altius dictum est tibi: ac si diceret, qui Italiæ hanc tantum uisurus es partem, non etiam eam quam fata Aeneæ promittunt. Ausoniæ.) Italiæ à rege Ausono. Arripe.) inuade: illic enim est sacrificaturus. Et tamen.) ἀπαγγελτικόν est: non enim præmisit, quanquam uicina sit. Quam pandit Apollo.) Laurolauinij autem agrum significat, ad quem uenturus est. Vade ait.) Bis hæc in Vergilio iteratio, ut hoc loco: nam quum supra compellat dixerit, modo intulit ait. Item in quinto quum præmiserit: Fidam sic fatur ad aurem, subiecit rursus: Et sese ostendat in armis dic ait. O felix nati pietate.) Latenter ostendit mortem futuram: non enim ait felicem uitæ longinquitate, uel aduentu ad Italiam, sed tantum nati pietate, quasi qui poterit exequiarum munus implere. Prouehor.) sermone progredior: ut sequẽtia ostendũt. Digressu mœsta supremo.) ultimo: postquam eorum desperabat aspectum. Picturatas.) Participium sine uerbi origine. Auri subtegmine.) id est, filo, quod intra stamẽ currit: quod Persius tramam dixit, Mihi trama figuræ sit reliqua: Ast illi tremat omento popa uenter. nam male quidam subtegmen stamen accipiũt, quũ stamen de auro esse nõ possit. Et Phrygiã Ascanio chlamy.) aut acu pictã, huius enim artis peritos Phrygiones dicimus secundũ Plaut. aut ob hoc addidit Phrygiã, quasi per quam patriæ memoria retinetur. Nec cedit hon.) id est, dat tanta munera, quãta merebatur Ascanius. hoc enim est honori non cedere, scilicet parẽ esse meritis accipiẽtis. Scaurus uero honore legit, & intelligit honore: non cedit Heleno, q patri eius uel auo donauerat multa. Textilibus.) sibi congruis: quid enim magis conueniebat donare mulierẽ? Accipe & hæc.) Aut intelligamus antè aliqua fuisse data, aut certe secũdum ius locutus est. Oĩa enim quæ uel auus, uel pater acceperat, ad Ascaniũ hæreditatis nomine deueniunt. Monumenta.) memoriæ: monumenta uero à mentis admonitione sunt dicta.

Cura deûm, bis pergameis erepte ruinis,
Ecce tibi Ausoniæ tellus, hanc arripe uelis.
Et tamen hanc pelago præterlabare necesse est:
Ausoniæ pars illa procul quam pandit Apollo.
Vade ait ô felix Nati pietate, quid ultra
Prouehor? & fando surgenteis demoror Austros?
Nec minus Andromache digressu mœsta supremo
Fert picturatas auri subtegmine uesteis.
Et Phrygiã Ascanio chlamydẽ, nec cedit honori,
Textilibusq; onerat donis, ac talia fatur.
Accipe & hæc manuũ tibi quæ monumẽta mearũ

Longum

Longum amorem.) & de præterito & de futuro, ut cognoscas quantum te uel amauerim, uel amatura sim. *Coniugis Hectoreæ.)* Dictum est hoc habita ratione personæ, cum qua loquebatur: ac si diceret uxoris auunculi tui. *O mihi sola mei super Astyanactis imago.)* Super, id est, ualde, uehementer expresse, hoc est, ualde mihi es imago Astyanactis. quo sermone etiam Homerus in simili utitur significatione. *Pubesceret æuo.)* Vt etiã in Secundo

Sint puer, & longũ Andromaches testẽtur amorẽ.
Coniugis Hectoreæ cape dona extrema tuorum.
O mihi sola mei super Astyanactis imago.
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.
Et nunc æquali tecum pubesceret æuo.
Hos ego digrediens lachrymis affabar obortis.
Viuite felices, quibus est fortuna peracta
Iam sua, nos alia ex aliis in fata uocamur.
Vobis parta quies, nullũ maris æquor arandũ est,
Arua neque Ausoniæ semper cedentia retro
Quærenda, effigiem Xanthi, Troiamque uidetis,
Quam uestræ fecere manus, melioribus opto
Auspiciis, & quæ fuerint minus obuia Graiis.
Siquando Thybrim, uicinaque Thybridis arua
Intraro, gentique meæ data mœnia cernam,

diximus. pro œconomia est, ut uerisimile sit Ascaniũ in 8. potuisse iam bella tractare. *Viuite felices.)* Viuite bene optãtis est modo; non ut in Bucolicis male dicẽtis: ut, Viuite syluæ. id est, perite. simile est & ualete: ut Terentius, Valeãt qui inter nos dissidiũ uolunt. Sunt aũt hæc per contrarium inuenta maledicta, ut sit quasi salua ueneratio. Illud quæritur, utrũ uiue an uiuas, id est, utrum per imperatiuum, an per optatiuũ dicere debeamus, & cõstat dici melius per optatiuum. optari enim possunt non imperari, uel aduersa, uel prospera: quod autẽ inuenimus per imperatiuũ usurpatũ est. *Fortuna peracta iam sua,* id est, dura propria Troianorum: ut, Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta.

Parta.) pro parata. *Semper cedentia retro.)* ut, Iam tandẽ Italiæ fugientis prendimus oras. *Quã uestræ fecere manus.)* quod est dulcius. *Et quæ fuerint minus obuia Graiis.)* id est, quæ nullum patiãtur excidium. Alii legũt Fuerint, & uolunt esse male dictum in Græcos, ut ad auspicia referas, quod nõ procedit, nec enim de hoc agebatur. *Siquando Thybrim.)* fluuium, pro quo regem ipsum posuit Thybrim, qui in hunc cecidit fluuium, & ei nomen dedit. nam antè Albula dicebatur, ut ostendit in 7. Verg. Alii uolunt non Thybrim occidisse, sed Thyberinũ regẽ Albanorũ, à quo Thyberis dictus est. Vt autẽ Thybris dicatur, ratio hæc est, Quodã tempore Syracusani uictores cœperũt Atheniensiũ hostiũ ingentem multitudinem, & eam cæsis montibus fecerunt addere munimenta ciuitati. Tunc auctis muris etiam fossa intrinsecus facta est, quæ flumine admisso repleta munitiorem redderet ciuitatem. hanc igitur fossam per hostiũ pœnam, & iniuriam factam Thybrim uocauerũt, ἀπὸ τῆς ὕβρεως. Postea profecti Siculi ad Italiam eam tenuerunt partem, ubi nunc Roma est usque ad Rutulos & Ardeam. unde est, Fines super usque Sicanos. & Albulam fluuiũ ad imaginẽ fossæ Syracusanæ Thybrim uocauerunt, quasi ὕβριν: ut, Effigiem Xanthi Troiamque uidetis. Circa Syracusas aũt esse fossam Thybrim nomine Theocritus meminit. *Gentique meæ.)* Bene gẽti

sua

uæ dicit, non sibi. scit enim Ascanio regna deberi. Data mœnia cernam, Cognatasq́; urbeis olim.) *quandoq. & per omnia Cernam subaudis.* Sensus *autem talis est,* Si *potero ad* Italiā *peruenire, & regna constituere, & uidere & urbeis & populos tibi cognatos.* Nam Aeneas & Helenus *à* Dardano *originem ducunt. ergo hoc dicit: quoniam & ab uno originem ducimus, & ijsdē casibus subiacuimus.* Troiam utranq.) *id est, & quā tu fecisti, & ego facturus sum, iungamus & faciamus unā: sed* Animis, *hoc est, fœdere & affectione, quoniā reuera eas natura iungi non sinit. Sanè quoniā occurrebat humanæ breuitas uitæ, bene subiunxit,* Maneat nostros ea cura nepotes. *Distinguendum autē,* Populosq́; propinquos Epiro: *& ex sequentibus ostēdit quomodo.* Hesperia.) *id est, quibus populis autor est* Dardanus,

Cognatasq́; urbeis olim, populosq́; propinquos,
Epiro, Hesperia, quibus idem Dardanus autor,
Atq; idem casus, unam faciemus utranq;
Troiam animis, maneat nostros ea cura nepotes.
Prouehimur pelago uicina Ceraunia iuxta.
Vnde iter Italiam cursusq́; breuissimus undis.
Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci.
Sternimur optatæ gremio telluris ad undam.
Sortiti remos, passimq́; in littore sicco
Corpora curamus, fessos sopor irrigat artus.
Necdum orbem medium nox horis acta subibat:
Haud segnis strato surgit Palinurus, & omneis
Explorat uentos, atq; auribus aëra captat.
Sidera cuncta notat tacito labentia cælo,
Arcturū, pluuiasq́; Hyadas, geminosq́; triones,
Armatumq́; auro circunspicit Oriona.

Hesperia, *hoc est,* ἑσπέριον: *nam Græcè dixit. & est de loco aduerbiū.* Dardanus ἑσπέριον. *figura enim nonnunquā pulchra est, si elocutio imperfecta sit: ut* Cicero *in* Verrinis, Qui Verrem Romulea: *& non addidit tribu.* Prouehimur pelago.) Butroto *derelicto.* Vicina Cerau. iuxta.) Ceraunia *sunt montes* Epiri, *à crebris fulminibus propter altitudinem nominati.* Vnde *expressius* Horatius *dixit* Acroceraunia, *propter altitudinem, & fulminū iactus, id est,* τῶν κεραυνῶν. *funis est in extremo ueli.* Cursusq́; breuissimus.) *Adeo ut medio noctis spatio transfretauerit.* Optatæ telluris.) *quæ à nauigātibus semper optatur.* Sortiti remos.) *per sortem diuisi ad officiū remigandi, quis esset proreta, quis pedem teneret.*

Corpora cu.) *reficimus.* Passim.) *prout quisq; uoluit.* Littore sicco.) *Ad discretionem illius quod aqua alluitur.* Horis acta.) *per horas decurrēs.* Auribus aëra captat.) Naturale *enim est, ut à qua parte flaturus est uentus, ad eam auris admota, frigidior fiat.*

Sidera cuncta notat.) *Ideo* Cuncta, *quia in* Prognosticis *legitur, non sufficere unū signū ad explorandam futurā serenitatem.* Notat *autē, ut* Tullius *notat, & designat oculis, id est, diligenter intuetur.* Tacito cælo.) *Aut nocturno, per quod tacetur, aut ipse tacitus, aut certè ad homines retulit. nam licet æternus sit axium sonus, non tamen auditur à nobis.*

Arcturum.) *stella est post* Vrsam *in* Boote *signo,* ἀπὸ τῆς οὐρᾶς, *id est, cauda:* καὶ ἄρκτον.

Armatumq́; auro circunspicit Oriona.) Sic Lucan. *Ensiferi nimium fulget latus* Orionis.

Et sciendum, non hæc eum intueri, ut cernat signa, quæ omnibus patent, sed explorare stellarum

larum uigorem, quo futura serenitas indicatur: ut in Georgicis, Nam neq; tum stellis acies *obtusa uidetur.* Si *autem quærebat quasi non orta, nequaq̄ procedit, quum etiam septentriones dixerit, qui semper uidentur.* Cœlo constare sereno.) *suppetere: ut* Iuuenalis, Quis *feret uxorem cui constent omnia?* Clarum signum.) *faculā eleuauit: ut,* Flammas quum *regia puppis* Extulerat. Castra mouemus.) *Castra sunt ubi miles steterit. dicta autē* Castra *quasi casta, uel quòd illic castraretur libido, nam nunquam his intererat mulier.* Tētamus uiam.) *id est, naueis producimus.* Pandimus alas.) *contos intendimus, uel antennas cum uelo extendimus, quæ sunt uelut alæ in malo nauis.* Humileq; uidemus Italiā.) *Aut naturam prouinciæ ostendit: ut* Sallust. *Italia plana ac mollis. aut rem physicā exprimit, quia omne quod continetur, altius est eo quod continet. aut quia procul uisentibus terra humilis semper uidetur: ut* Lucan. Et dubios cernit uanescere monteis. Italiam.) *Tautologia usus est ad exprimendum affectū nauigantiū.* Corona induit.) *Aut usq; ad summū impleuit: aut reuera coronauit.* Dij maris.) *per quod nauigo.* Terræ.) *ad quā iturus sum.* Tempestatum.) *uentorum, aurarum, temporum, serenitatis: ut,* Vnde hæc tam *clara repente* Tempestas? *nam multa significat.* Spirate.) *Et ad uentum pertinet, & ad fauorem: ut, Aspirat primo fortuna labori.* Crebrescunt optatæ auræ.) Magnum Anchisæ *ostenditur meritum, quum mox precatur, Dijs acceptus sit.* Portusq; patescit.) *propinquantibus: ut,* Et angusti rarescent claustra Pelori. Curuatur in arcum.) *in arcus similitudinem: ut,* Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum: *id est, in antri similitudinem: sic de ponto* Sallustius, *unde hic sumpsit colorem,* Speciem efficit Scythici arcus. Ipse latet.) *Reuera procul intuentibus: undè est,* Portusq; patescit. *nam secundum* Donatum Latè patet, *non stat uersus.* Refugitq; à littore templum.) *ædificia uicina littoribus longè intuenti uidentur in mari, quæ accedentibus quasi recedere, & retro se agere putantur: uel quia situm est in colle, qui sensim crescit à littore; ideo dixit;* Refugit.

Postquam cuncta uidet cœlo constare sereno,
Dat clarum è puppi signū: nos castra mouemus,
Tentamusq; uiam, & uelorum pandimus alas.
Iamq; rubescebat stellis aurora fugatis,
Cum procul obscuros colleis, humileq; uidemus
Italiam. Italiam primus conclamat Achates,
Italiam læto socij clamore salutant.
Tum pater Anchises magnum cratera, corona
Induit, impleuitq; mero, Diuosq; uocauit
Stans celsa in puppi.
Dij maris & terræ, tempestatumq; potentes
Ferte uiam uento facilem, & spirate secundi.
Crebrescunt optatæ auræ, portusq; patescit
Iam propior, templūq; apparet in arce Mineruæ.
Vela legunt socij, & proras ad littora torquent.
Portus ab Eoo fluctu curuatus in arcum,
Obiectæ salsa spumant aspergine cautes.
Ipse latet: gemino dimittunt brachia muro
Turriti scopuli, refugitq; à littore templum.

Primum.)

Primum.) Aut quale nunquã uiderat antè, aut certè quia sequitur Porcæ albæ omen. Alij uerò Tondenteis primum campum uolunt, id est, prima parte campi. Candore niuali.) Hoc ad uictoriæ omen pertinet. simul notandum, Anchisen omnem habere diuinãdi peritiã: hinc est illud, Diuiniq́ ossa parẽtis. Terra hospita.) Vsurpatiuè Hospita dixit: quæ enim in es exeunt, communia esse possunt, nam fœmininum in a non mittunt. Lucanus: Hospes in externis audiuit curia tectis. Nec mirũ abusum esse Vergilium, quum & Plautus Paupera dixerit, ab eo qđ est hic & hæc pauper: ut, Pauperq́ senatus. item, Pauperq́ domus, nec nota parẽtum Munera. Bello armantur equi.) Ratiocinatio uaticinationis est. Armenta.) Armẽta dicta sunt quasi armis apta: nam equi intersunt prælijs, boues armãt ex corijs.

Quattuor hic primũ omen equos in gramine uidi
Tondenteis campum latè candore niuali.
Et pater Anchises: bellum ò, terra hospita portas.
Bello armantur equi: bellũ hæc armenta minant.
Sed tamen ijdem olim curru succedere sueti
Quadrupedes, & frena iugo concordia ferre.
Spes est pacis ait: tum numina sancta precamur
Palladis armisonæ, quæ prima accepit ouantes.
Et capita ante aras Phrygio uelamus amictu.
Præceptisq́ Heleni, dederat quæ maxima ritè,
Iunoni Argiuæ iussos adolemus honores.
Haud mora: continuo perfectis ordine uotis
Cornua uelatarum obuertimus antennarum,
Graiugenũq́ domos, suspectaq́ linquimus arua.
Hinc sinus Herculei (si uera est fama) Tarenti

Armenta quoque dicta sunt maiora animalia, quæ arationi congrua sunt. Sed tamen.) Anacoluthon est, nam quanquã non præmisit. Spes est pacis ait.) Latenter uincere posse Troianos ostendit, dicendo suprà, Curru succedere sueti. Palladis armisonæ.) Bene post belli omen armorum deum precatur: quanquam hoc quoq́ templum uisum ad omen pertineat. Dederat quæ maxima.) ut, Præq́ omnibus unum Prædico. Ritè.) Rectè secundũ ritum. unde sequitur, Perfectis ordine uotis. Iunoni Argiuæ.) id est, magnæ: ut, Iunonis magnæ. Haud mora continuo.) Vnum de his uacat. figura est ἐκ παραλλήλου, dicta est mutua & inuicem declaratione. Graiugenumq́ domos, suspectaq́ linquimus arua.) sic est dictum, quemadmodum Troiugena. Et sciendum, sacrificij tantum causa hos tetigisse Calabriam, ubi dicitur accepisse Palladium à Diomede, uel ab Vlysse. nec immeritò dubitatur: ut enim in Secundo lectum est, ambo rapuerunt. Herculei (si uera est fama) Tarenti.) Lacones & Athenienses diu inter se bella tractarunt: & quum utraque pars affligeretur, Lacones quibus iuuentus deerat, præceperunt ut uirgines cum quibuscunque concumberent, factúmque est, ut post sedata bella iuuentus incertis parentibus nata, & patriæ & sibi esset opprobrio, nam Partheniatæ dicebantur, accepto duce Phalanto octauo ab Hercule profecti sunt, delatiq́ ad breue oppidum Calabriæ, quod Taras Neptuni filius fabricauerat: id auxerunt, & prisco nomine appellauerunt Tarentum. Bene ergo nunc Herculei Tarenti, si uera est fama, quod Taras condiderat, & auxerat Phalantus.

Cernitur, attollit se diua Lacinia contrà,
Caulonisq; arces, & nauifragum Scyllaceum.
Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Aetna:
Et gemitum ingentem pelagi, pulsataq; saxa
Audimus longè, fractasq; ad littora uoces.
Exultantq; uada, atq; æstu miscentur arenæ:
Et pater Anchises: nimirum hæc illa Charybdis,
Hos Helenus scopulos, hęc saxa horrēda canebat:
Eripite ò socij, pariterq; insurgite remis.
Haud minus, ac iussi faciunt, primusq; rudentem
Contorsit lęuas proram Palinurus ad undas,
Lęuam cuncta cohors remis, uentisq; petiuit.
Tollimur in cælum curuato gurgite, & ijdem
Subducta ad manes imos descendimus unda.
Ter scopuli clamorem inter caua saxa dedere.
Ter spumam elisam, & rorantia uidimus astra.
Interea fessos uentus cum sole reliquit.
Ignariq; uiæ Cyclopum allabimur oris.
Portus ab accessu uentorum immotus, & ingens
Ipse, sed horrificis iuxtà sonat Aetna ruinis.

Attollit se.) Quia propinquantibus aut recedere montes uidentur, aut surgere. Diua Lacinia contrà.) Iunonis Laciniæ templum secundũ quosdam à rege conditore dictum, secundum quosdam à latrone Lacinio, quem illic Hercules occidit, & hoc loco expiato Iunoni templum constituit. Caulonisq; arces.) Caulon mons est Calabriæ: ut Horatius, Et amicus Caulon fertilis Baccho. in quo oppidum fuit, quod secundum Higinũ, qui scripsit de situ urbium Italicarum olim, nõ est. Nauifragũ Scyllacæũ.) periculosum nauib. Dictum Scyllaceũ, uel à tractu, uel à periculi similitudine: nam inde Scylla longe est. Et gemitum ingentem pelagi.) Videtur delatus primò ad fretũ, pòst ad Aetnã reuersus. Fractasq;.) nimias: ut, Fractos sonitus imitata tubarum. siue cũ fragore uenientes. Aestu miscentur arenæ.) Describit loca Charybdi uicina, quã esse credit ex periculi magnitudine. Saxa horrenda canebat.) Rettulit se ad historiã: nam pro Scylla dicit Horrenda saxa. Eripite.) de periculis, deest Vos. Læuas undas.) de Ionio uenientibus: aliter nõ procedit. Cuncta cohors.) Quia superius dixit, Nos castra mouemus. Ad manes imos.) Poëtica hyperbole. Scopuli clamorẽ.) De historia, ut suprà diximus, hoc traxit. Vndæ enim illisæ cõcauis saxis canũ imitantur latratus. Elisam.) exclusam: ut, Elisos oculos & siccũ sanguine guttur. Rorantia astra.) pro irrorata, id est, quæ irrorabantur: à qua significatione non est apud Latinos participiũ. sanè hyperbole est. Ventus cum sole.) Ventorũ enim mutationẽ necesse est fieri uel oriente die, uel occidente. Ignariq; uiæ Cyclo. allab. oris.) ut, Seruatũ ex undis Strophadũ me littora primũ Accipiunt. similis enim est sonus. Cyclopũ.) Clo habet accentum, quia Latina declinatio est in accusatiuo, quia Græcè posuit Cyclopas, Cy habet accentum: sic Cyclôpes, clo habebit. Tonat Aetna ruinis.) Causa huius incendij secundum Vergil. Aetnæ, est hæc: Sunt terræ desudantes sulphur, ut penè totus tractus Campaniæ, ubi est Veseuus & Gaurus montes, quod indicat aquarũ odor calentiũ. Item nouimus

ex aquæ motu uentũ creari: esse etiã concauas terras Aetnã constat: & ab ea parte qua Eurus uel Africus flant, habere speluncas & plenas sulphuris, & usque ad mare deductas. Hæ speluncæ recipientes in se fluctus, uentũ creant, qui agitatus ignem gignit ex sulphure. Vnde est quòd uidetur incendiũ. Hoc autem uerũ esse illa cõprobat ratio: quia & alijs flãtibus uentis nihil ex se emittit, & pro modo flantũ Euri uel Africi, interdum fumũ, interdum fauillas, nonnunquam uomit incendia, quod & hoc loco ostendit: nam effectũ indicans, supprimit causas. Prorũpit ad æthera nubem.) *euomit. & est noua elocutio. nec enĩ possumus dicere,* Prorũpo illam rem. *posuit enim rectè dici nubes. et est poëtica descriptio.* Candẽte fauilla.) *id est, scintillis. et est bona periphrasis: nam fauilla est deserta igne scintilla.* Viscera mõtis.) *id est, partes. Sic autem dixit uiscera, quemadmodum terræ ossa dicuntur.*

Interdumq́ atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo, & candente fauilla.
Attollitq́ globos flammarum, & sidera lambit:
Interdum scopulos, auulsaq́ uiscera montis
Erigit eructans, liquefactaq́ saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoq́ exæstuat imo.
Fama est Enceladi semustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac, ingentemq́ insuper Aetnam
Impositam ruptis flammam expirare caminis.
Et fessum quoties motat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam, & cælum subtexere fumo.
Noctem illam tecti in syluis immania monstra
Perferimus, nec quæ sonitum det causa uidemus.
Nam neq́ erant astrorum ignes, nec lucidus æthra

Eructans.) *Ructo ructas tantũ facit. sic etiã Cicero, Eructat sermonibus suis cædem bonorũ. Vergil. Atq́ omnẽ cocyto eructat arenã. Horatius usurpauit, Hic dum sublimis uersus ructatur.* Liquefactaq́ saxa.) *putrida, decocta in modũ calcis.*

Fundo imo.) *ab imo. & reddit causam latenter: inde enim uentus ex aqua natus erũpit.*

Fama est.) *Bene se, fabulosam rem dicturus, excusat: nam reuera nisi quæ de gigãtibus legimus, fabulosa acceperimus, ratio non procedit. nam quũ in Phlegra loco Thessaliæ dicantur pugnasse, quemadmodũ in Sicilia est Enceladus, Othus in Creta secundũ Sallust. unde Othij campi: Typhoëus in Campania: ut, Inarime Iouis imperijs imposta Typhoëo. Sed Varro dixit in diluuio aliquos confugisse in mõteis cum utensilibus, qui bello postea lacessiti ab his, qui de alijs ueniebant montibus, facilè ex locis superioribus uicerunt: unde fictũ est, ut Dij superiores dicerentur, inferiores uerò terrigenæ. & quia de humillimis ad summa reptabant, dicti sunt pro pedibus habuisse serpentes.* Semustũ.) *pro semiustũ. Et sciendum, sic poni quasi semianimis sit Enceladus: unde est, Motat latus. Sed simul ponitur secundũ fabulam causa, quasi ex fulmine natũ sit illic incendium.* Caminis.) *fornacibus: Græcè dixit, ἀπὸ τ καμίν.* Motat.) *frequenter mouet: nam si mutat legeris, das refectionem labori.*

Noctem illã.) *Melius per accusatiuũ dixit.* Videmus.) *Vel mente uel oculis.* Aethra Siderea polus.) *Per Aethram sidereã, id est, per splendorẽ ætheris. Sanè Homerus & ætherem & aërem cõmunis generis uult esse, quod de aëre nos non possumus dicere: de æthere æthra factum est. Et secundum rationem istam potest & æther æthra unum esse, ut nunc sit*

Syderea polus, obſcuro ſed nubila cœlo,
Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.
Poſtera iamq́ dies primo ſurgebat Eoo,
Humentemq́ aurora polo dimouerat umbram,
Cum ſubito e ſyluis macie confecta ſuprema
Ignoti noua forma uiri, miſerandaq́ cultu
Procedit, ſupplexq́ manus ad littora tendit:
Reſpicimus: dira illuuies, immiſſaq́ barba:
Conſertum tegmen ſpinis, ac cætera Graius,
Et quondam patrijs ad Troiam miſſus in armis.
Isq́ ubi Dardanios habitus, & Troia uidit
Arma procul, paulum aſpectu conterritus hæſit,
Continuitq́ gradum: mox ſeſe ad littora præceps
Cum fletu, precibusq́ tulit: per ſidera teſtor,
Per ſuperos, atq́ hoc cœli ſpirabile lumen,
Tollite me Teucri: quaſcunq́ abducite terras.
Hoc ſat erit: ſcio me Danais e claſſibus unum,
Et bello Iliacos fateor petijſſe Penates.
Pro quo, ſi ſceleris tanta eſt iniuria noſtri,
Spargite me in fluctus, uaſtoq́ immergite ponto.
Si pereo manibus hominum, perijſſe iuuabit:
Dixerat: & genua amplexus, genibusq́ uolutans

pro æthere ſidereo, quũ cæli ſplendor Aethra dictus ſit. Nox intempeſta.) *media, hoc eſt, nimium obſcura.* Intempeſta *eſt dicta nox media, inactuoſa, carens actibus, per quos tempora dignoſcimus. Ait enim* Lucretius, *quia per ſe tempus non intelligitur, niſi per actus humanos. medium autẽ noctis tempus actu caret: ergo intempeſta, inactuoſa, quaſi ſine tempore, hoc eſt ſine actu, per quẽ dignoſcitur tempus. unde eſt,* Intempeſtiuè *ueniſti, id eſt,* ἀκαίρως. *ergo intempeſta dicitur, quia caret tẽpore.* Aurora polo dimoue. umbrã.) Hyſteron proterõ *in ſenſu: antè enim aurora eſt, q̃ ſit dies.* Noua forma uiri.) *Bene formã dixit, non hominem.* Dira illuuies.) *ſordes tetra.* Conſertũ tegmẽ ſpinis.) *illigatũ ſpinis. hinc eſt in* Terent. *Video quendã ſentũ.* Ac cætera Graius.) *Habet enim unaquæq; gẽs inceſſum, et uocem propriã.* Ad Troiã miſſus.) *Aut ex ſequenti eius confeſſione hoc didicit, aut Græcũ eſſe colligit ex trepidatione: ut* Terẽtius, *Neſcio quid peccati portat hæc purgatio.* Præceps.) *Sine reſpectu ſalutis ſcilicet, poſtquã* Cyclopum *grauiora cogitauit pericula.* Teſtor.) *quæſo obteſtor.* Spirabile.) *uitale, quo ſpiramus. & eſt ſermo* Ciceronis, *quanq̃ ille* Spiritale *dixerit in libris de* Deorum *natura.*

Quaſcunq;.) *quo eat non cogitat eorũ comparatione, quæ fugit.* Hoc ſat erit.) Vitaſſe Cyclopas. E claſſibus.) *ex equitibus modò: ut eſt,* Et Ortinæ claſſes. Petijſſe.) *Cauſa metri addidit ſyllabam: ut,* Mox abijſſe rati, & uento petijſſe Mycenas. Tanta eſt.) *Vt nõ poſſit uel fortunæ præſentis qualitate molliri.* Spargite.) *hoc eſt, dilacerate. & noua breuitate uſus eſt, ut intelligatur prius laniandum, mox inſpargendũ pelago quod dixit.* Hominum manibus perijſſe iuuabit.) *Obliquè loquitur: nam uult oſtendere hominũ hanc non eſſe crudelitatem.* Genua amplexus.) Phyſici *dicunt eſſe conſecratas numinibus ſingulas corporis parteis, ut aurem* Memoriæ; *hinc eſt,* Cynthius *aurem uellit & admonuit.* Frontem Ge-

tem Genio: unde Deum uenerantes tangimus Frontem. dextram Fidei. unde paulo pòſt, Atq; animum præſenti pignore firmat. Genua Miſericordiæ, unde hæc tangunt rogãtes. *Quis ſit fari.*) Per omnia ſubaudi Hortamur, hoc eſt, cuius filius. ſic etiam reſpondet: nam iam ſe dixerat Græcũ. *Agitet fortuna.*) Hortamur fateri, quæ eum fortuna uexet: ut. Agitatáq; numina Troiæ. *Haud multa moratus.*) Nimiæ benignitatis eſt non expectare plurimas

Hærebat: qui ſit fari, quò ſanguine cretus
Hortamur, quæ deinde agitet fortuna fateri.
Ipſe pater dextrã Anchiſes haud multa moratus
Dat iuueni, atq; animũ præſenti pignore firmat.
Ille hæc depoſita tandem formidine fatur.
Sum patria ex Ithaca comes infelicis Vlyſſi.
Nomine Achæmenides. Troiã genitore Adamas
Paupere (manſiſſetq; utinã fortuna) pfectus. (ſto
Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt
Immemores ſocij, uaſto Cyclopis in antro
Deſeruere: domus ſanie, dapibusq; cruentis
Intus opaca, ingens, ipſe arduus, altaq; pulſat
Sidera, Dij talem terris auertite peſtem.
Nec uiſu facilis, nec dictu effabilis ulli.
Viſceribus miſerorum, & ſanguine ueſcitur atro.
Vidi egomet duo de numero cum corpora noſtro
Prenſa manu magno medio reſupinus in antro,
Frangeret ad ſaxum, ſanieq; experſa natarent
Limina: uidi atro cum membra fluentia tabo
Manderet, & tepidi tremerent ſub dentibus artus.
Haud impune quidem: nec talia paſſus Vlyſſes,

preces. *Præſenti pignore.*) manuum cõiunctione, qua firmãtur amicitiæ: ut, Cur dextræ iungere dextram nõ datur. Et, Iungimus hoſpitio dextras, ac tecta ſubimus. *Sum patria ex Ithaca.*) Circunſtantias omneis exequitur, loci, perſonæ, temporum.

Infelicis.) Quærit fauorem uituperatione eius, quẽ ſcit odio eſſe Troianis.

Paupere.) Nam, ut etiam de Sinone diximus, apud maiores hæc fuerat cauſa militiæ. & bene ueniali utitur ſtatu per excuſationẽ paupertatis fortunæ, ſcilicet priſtinæ paupertatis. *Immemores ſocij dum trepidi.*) feſtini, ut per timorem, non per contemptum relictus fuiſſe uideatur. & bene cauſas etiam ſubiungit timoris Cyclopis deſcriptione. *Crudelia limina linquunt.*) Ad ſpeluncam Cyclopis Polyphemi. *Nec uiſu facilis.*) Cuius poſſet etiam aſpectus inferre formidinem. *Nec dictu effabilis ulli.*) ſermone non explicabilis. & mirè exaggerauit poſt deſcriptionem. *Viſceribus.*) Viſcera propriè carnes ſunt. *Sanguine atro.*) hoc eſt, ſanie. *Vidi egomet duo.*) Homerus quatuor dicit: ergo aut diſſentit ab eo, ut etiam in temporibus: nam antè ad Siciliã Aeneas, quàm Vlyſſes ueniſſe dicitur. Aut certè hoc dicit: duo uidi, ſed quot occiderit, neſcio.

Reſupinus in antro.) Magnitudo oſtenditur uirtutis. *Experſa.*) Hæc fuit uera lectio, id eſt, madefacta. nam ſi Aſperſam dixeris, id eſt, irroratam: tapinoſis & hyperbole iunguntur. *Tepidi tremerent ſub den. ar.*) Melius Tepidi, quaſi adhuc uiui, q̃ trepidi, id eſt, trementes, ne ſit iteratio. *Vlyſſes.*) A ſolo nomine emphaſim f[illegible] unde eſt quod ſequitur.

Oblitus

Oblitus'ue ſui eſt. Ithacus.) *Ithacenſis.* Sepultus.) *ſtratus iacuit.* Immenſum.) *Etiã ad Polyphemi magnitudinẽ pertinet, quaſi in toto antro iacuerit.* Circumfundimur.) *Secundum* Homerum, *qui dicit alios eum tenuiſſe, alios cæcaſſe oculum acuto fuſte & obuſto. nam ſecundum iſtũ ſenſum multi* Terebramus *accipiunt, alij* Tenebramus *legunt. Illud primum ſequitur uerba* Homeri. Telo *autẽ acuto poteſt & ſimpliciter accipi.* Terebrum *inſtrumentum eſt fabrile, carpenterium ſcilicet, quo ligna perforantur.* Solum ſub fronte latebat.) *Multi* Polyphemum *dicunt unũ habuiſſe oculũ, alij duos, alij tres: ſed totũ fabuloſum eſt. nã hic uir prudentiſſimus fuit, & ob hoc oculum in capite habuiſſe dicitur, id eſt, iuxta cerebrum, qui prudentia plus uidebat. Verum* Vlyſſes *eum prudentia ſuperauit, et ob hoc eum fingitur obcæcaſſe.* Latebat.) *Dormientis ſcilicet: nam malè ſentit* Donatus *dicens,* Latè patebat: *cõtra metrũ.*

Oblitus'ue ſui eſt Ithacus diſcrimine tanto.
Nam ſimul expletus dapibus, uinoq́; ſepultus
Ceruicem inflexam poſuit, iacuitq́; per antrum
Immenſum, ſaniem eructans, & fruſta cruento
Per ſonitum commixta mero: nos magna precati
Numina, ſortitiq́; uices unà undiq; circum
Fundimur, & telo lumen terebramus acuto,
Ingens, quod torua ſolum ſub fronte latebat
Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis inſtar.
Et tandem læti ſociorum ulciſcimur umbras.
Sed fugite ò miſeri, fugite, atq; ab littore funem
Rumpite.
Nam qualis, quãtusq́; cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atq; ubera preſſat.
Centum alij curua hæc habitant ad littora uulgo
Infandi Cyclopes, & altis montibus errant.
Tertia iam lunæ ſe cornua lumine complent,
Cum uitam in ſyluis, inter deſerta ferarum
Luſtra, domosq́; traho, uaſtosq́; ab rupe Cyclopas
Proſpicio, ſonitumq́; pedum, uocemq́; tremiſco.
Victum infelicem baccas, lapidoſaq́; corna

Item dicit, Capillis *tegebatur, aut latebat corporis comparatione. Abſolutus tamen eſt ſuperior ſenſus.* Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis inſtar.) *Vnum magnitudinis eſt, aliud ſplendoris.* Phœbeæ *autem deriuatio eſt uel à* Luna, *uel à* Sole. Sed fugite.) *Occurrebat, ſi cæcus eſt, cur timetur? ſubiungit non unum eſſe, ſed plures.* O miſeri.) *Aut blandientis particula eſt: ut in* Terentio, O miſera: *aut reuera miſeri, qui ad* Cyclopes *ſunt delati.* Qualis, quantusq́;.) *Vnum morum eſt, aliud corporis.* Curua hæc habitant ad littora uulgo.) *Ne tantum in montibus eſſe putarentur.* Vulgo.) *paſſim.* Tertia iam lunæ.) *Bene in deſertis locis ex* Lunæ *ratione colligit tempora.* Se complent.) *Ideo, quia ſuum non habet lumen, ſed à* Sole *accipit.* Luſtra.) *cubilia. unde etiam* Lupanaria Luſtra *dicimus, ubi habitant lupæ, id eſt, meretrices. dictæ ab obſcænitatis & odoris ſimilitudine.* Baccas.) *Generale eſt, id eſt, fructus arborum agreſtium.* Lapidoſaq́; corna.) *Ipſa arbor* Cornus *dicitur, pomum uerò cornum corna, ut templum templa.*

Addixi.)

Addixi.) signato uerbo exprimit desperationem. Vos animam hanc potius.) Obliquè loquitur, ut suprà. Littora nota petentē.) Nota ante oculi amissionem. sic Statius in nono: Sequitur tamen improbus hostem Qua meminit. Solamenq́; mali.) Hinc Quintilianus: Quia cæcitatis miseræ solatium est habere rem uidentiū. Postq̃ altos tetigit fluctus, & ad æquora uenit.) Hyperbaton in sensu: ut, Progressi subeunt luco, fluuiumq́; relinquunt. aut hysteron proteron. Fluidū.) Propter ὁμοιοτέλευτον fluentem noluit dicere: quod autem dicūt Physici de effosso oculo sanguinem nūquam fluere, uerum quidem est, sed suprà non effossum eius oculum, sed terebratum legimus. Inde.) aut de fluctibus, aut de spacio oculi. Gemitu.) cum gemitu. Iam medium.) sic altum, ut mediū putares: nam & in 5. sic dixit: Interea mediū Aeneas iā classe tenebat. quū adhuc mœnia respiceret Carthaginis. Fluctu.) legitur & fluctus. Trepidi.) festini: ut, Ne trepidate meas Teucri defendere naues. itē: Accepit trepidos, ac Nisum dicere iussit. Sic merito.) quia omnia eius probauerat dicta: ac si diceret nō fallacē, ut Sinonem. Ad sonitum uocis.) remorū sonitum uocem dixit: uox enim est omne quod sonat. sic alibi: Fractasq́; ad littora uoces. nam de hominibus non dixit, quia suprà est: Tacitiq́; incidere funē. Vestigia torsit.) Bene uno sermone ostēdit eum reuertētem iam audisse sonū remigij. Dextrā affectare.) dextrā intendere: scilicet ut posset nauem tenere. Terentius: Ad dominam qui affectant uiam, id est, intendunt: nam si dextra legeris, ut sit dextra contingere affectare, contingere caret exemplo. Nec potis.) id est, nec potis est. potis autem nomen est, & declinatur potis potis poti potem potis à pote. & nomen esse docet ratio comparationis: nam in superlatiuo potissimus facit. cui si detraxeris simus, inueneris nominis positionē, ut acerrimus acer, fortissimus fortis: sic autem, ut diximus declinari cōpositio ostēdit.

Dant rami, & uulsis pascunt radicibus herbæ.
Omnia collustrans hanc primū ad littora classem
Conspexi uenientem. huic me, quæcunq; fuisset
Addixi, satis est gentem effugisse nefandam.
Vos animā hanc potius quocunq; absumite lęto.
Vix ea fatus erat, summo cùm monte uidemus
Ipsum inter pecudes uasta se mole mouentem
Pastorem Polyphemū, & littora nota petentem.
Mōstrū horrēdū, informe, ingēs, cui lumē adēptū,
Trunca manum pinus regit, & uestigia firmat.
Lanigeræ comitantur oues, ea sola uoluptas,
Solamenq́; mali, de collo fistula pendet.
Postq̃ altos tetigit fluctus, & ad æquora uenit,
Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem.
Dētibus infrendēs gemitu, graditurq́; per æquor
Iam medium, necdum fluctus latera ardua tinxit.
Nos procul inde fugam trepidi celerare recepto
Supplice sic merito, tacitiq́; incidere funem.
Verrimus & proni certantibus æquora remis.
Sensit, & ad sonitum uocis uestigia torsit.
Verū ubi nulla datur dextram affectare potestas,
Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo,

nam huius impotis compotis, impotem cōpotem facit, quod in simplici difficile inuenies, per compositionem agnoscis facilius. Exterrita tellus.) Poëtica hyperbole. Curuis cauernis.) Echò enim in cōcauis est locis. Ruit.) festinanter uenit. Nequicq̄ lumine toruo.) quia nocere non poterant. Aetnæos fratres.) Aut fratres, aut similes, aut feritate germanos: nani non sunt fratres Polyphemi, quem Neptuni filium Homerus dicit. Vnde eo cæcato Vlysses ꝑtulit tempestatē, qui ad eum uenit derelicta Calypso: cū qua decē annis fuerat. unde, ut suprà diximus, Vergilij dictus dissentit temporum ratio. Coniferæ.) Conus dicitur fructus cupressi. & ipsa κῶνοειδὴς est: nam à rotūditate in acumen leuatur. Cyparissus autē Telephi filius fuit amatus ab Apolline, uel ut alij dicunt à Siluano, q quū ceruū, quem in delitijs habebat per ignorantiā occidisset, flēdo nimiū numinum misericordiā meruit: itaq; in arborē cupressum cōuersus est, aptam & cōsecratam lachrymis & luctib. Sylua al. Io. lu. Di.) Iouis propter quercū, ꝑpter cupressum Dianæ. Ipsa enim est etiā Proserpina, cui dicatur cupressus ꝑpter luctus morientiū. Alta aūt quòd manet in celso uertice, & luctus propter religionē diu permanet. Ni ten. cur.) Antiqui ni pro ne ponebāt, qua particula plenus est Plaut. Ni mala, ni stulta sis. sensus ergo talis est, Timor cogebat, ut quocūq; nauigaremus & uentū sequeremur nō iudiciū, sed occurrebat præceptū Heleni uitare Scyllam & Charybdim. quare placuit, ne cursus teneāt, hoc est, agātur & impleantur inter utranq; uiā modico mortis interstitio, id est, Scyllæ & Charybdis, retro dare lintea, qđ dum cogitamus, prosperior nobis flare cœpit Boreas. Missus adest.) Fauore scilicet numinū, quē suprà à dijs Anchises optauerat dicēs: Ferte uiā uento facilē. Adesse aūt est ad fauorem uel patrociniū uenire. Pantagiæ.) Hic fluuius facile quum plenus incederet, implebat sonitu penè totam Siciliam. unde & Pantagias dictus est, quasi ubique sonans, hic postea quum Cereri quærenti filiam obstreperet, tacere iussus est numinis uoluntate. πάταγος enim strepitus græcè dicitur. Megarosq; sinus.) Megara oppidum est nō longè à Syracusis. Tanpsumq; iacentem.) Insula iuxta Syracusas penè fluctibus par.

Clamorē immensum tollit, quo pontus, & omnes
Intremuere undæ, penitusq; exterrita tellus
Italiæ, curuisq; immugijt Aetna cauernis.
At genus è syluis Cyclopum, & montibus altis
Excitum ruit ad portus, & littora con plent.
Cernimus astantes nequicquam lumine toruo
Aetnæos fratres cælo capita alta ferentes.
Concilium horrendum, quales cum uertice celso
Aëriæ quercus, aut coniferæ cyparissi
Constiterant sylua alta Iouis, lucúsue Dianæ.
Præcipites metus acer agit quocunq; rudentes
Excutere, & uentis intendere uela secundis.
Cōtra iussa monēt Heleni, Scyllamq; Charybdim
Inter utranq; uiam læti discrimine paruo,
Ni teneant cursus, certum est dare lintea retro.
Ecce autem boreas angusta à sede Pelori
Missus adest, uiuo præteruehor hostia saxo
Pantagiæ, Megarosq; sinus, Tapsumq; iacētem.

Talia

Talia monstrabat.) quia inde nostris occurrebat. *Relegens.)* renauigãs. *Et errata.)* Participium sine uerbi origine: non enim facit error. *Infelicis Vlyssi.)* Epitheton ad implendum uersum positum more græco sine respectu negocij. *Contra Plemmyriũ undosum.)* uerbum de uerbo expressit: hoc est enim undosum quod Plemmyriũ. πλημμυρία enim inundatio græcè dicitur. *Ortygiam.)* Hæc tãtum Ortygia dicitur, Apollinis uero Delos.

Talia monstrabat relegens errata retrorsum
Littora Achæmenides comes infelicis Vlyssi.
Sicanio prætenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium undosum, nomen dixere priores
Ortygiam, Alpheũ fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse uias subter mare, qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis.
Numina magna loci iussi ueneramur, & inde
Exupero præpingue solum stagnantis Helori.
Hinc altas cautes, proiectaq; saxa Pachynni
Radimus, & fatis nunquam concessa moueri
Apparet Camerina procul, campiq; Geloi
Immanisq; Gela fluuij cognomine dicta.
Arduus inde Agragas ostentat maxima longe
Mœnia, magnanimũ quondã generator equorũ.

Fama est huc Elidis amnem.) Elis & Pisa ciuitates sunt Arcadiæ, in quibus est fons ingens, q ex se duos alueos creat Alpheum & Arethusam. unde fit, ut fingatur cõiungi in exitu, quos origo nõ coniunxit. Arethusam autem in Elide esse testatur Vergilius dicens: Sic tibi quũ fluctus subterlabere Sicanos. hæc secundũ fabulas uenatrix fuit, q̃ quum se in Alpheo post laborẽ ablueret, ab eo adamata est, & diu fugiens miseratione deorum in fontem mutata ad Siciliam per secretos uenit meatus, quod etiam Virgilius ostendit: Et tandem positis uelox Arethusa sagittis. *Alpheum.)* Quia græcè ἀλφῆος facit, ut αἰνέας Aeneas, μήδεια Medea. *Iussi numina magna loci.)* Vel ab Achæmenide, uel ab Heleno, uel Anchise. *Stagnantis Helori.)* fluuij, qui ad imitationem Nili superfunditur campis. *Pachynni.)* promontorium Austrum spectans. unde & Pachynum dictum ab aëris crassitudine: nam παχὺς est pinguis & crassus. *Camerina procul.)* Palus est iuxta oppidum, cui quodam tẽpore quũ siccata pestilentiam creasset, cõsultus Apollo an eam penitus exhaurire deberẽt, respondit: μὴ κίνη καμάριναν, ἀκίνητος παραμενάτω. Quo contẽpto exiccauerunt paludẽ, & sedata pestilentia per eam partem ingressis hostibus pœnas dederunt.

Immanisq; Gela.) ciuitas á fluuio nominata, sicut & campi Geloi. *Agragas.)* mons est muro cinctus, in cuius summa parte oppidum est. unde & Cicero ait: Ad mare intra mœnia ante oppidum expectabat, de Verre. Notandum sanè hæc Vergilium quantum ad sua tempora spectabat dicere, non quantum ad operis. Aenea enim nauigante nec fuerat Camerina siccata, nec Gela uel Agrigentum conditæ, quod frequenter facit, sed nunc ideo uitiosum est, quia ex persona narrãtur Aeneæ. *Magnanimûm quondã generator equorũ.)* Secundũ Pindarũ quondam Agrigentini equos ad agones Græciæ mittebãt, qui inde uictores reuertebãtur. Legimus etiam illud, quum in Capadocia greges equorum perissent, Delphici Apollinis responso adduxerunt greges de Agrigento, & reparauerunt meliores.

Palmosa Selinis.) ciuitas iuxta Lilybeum abundans palmis & apio: σέλινον enim apiũ dicitur. Drepanon.) ciuitas est non longè à monte Erycino trans Lilybeum: dicta uel propter curuaturam littoris, in quo sita est, uel quòd Saturnus post amputata uirilia Cælo patri illuc falcem proiecit, quæ græcè Drepanos dicitur, quod uerisimile putatur propter uicinitatem Erycis consecrati Veneri, quæ dicitur nata ex Cæli cruore, & spuma maris. Illætabilis.) ꝑpter patris amissioně. Fessum deseris.) ut suprà diximus, secundum Vergilium: nam Cato ad Italiã eum uenisse docet. unde & in sexto illud amphibolon est: Quo magis Italia mecũ lætere reperta. Nec uates Helen.) Quia dixerat: Prohibent nam cætera parcæ Scire Helenum, fariq; uetat Saturnia Iuno. Nec dira Celæno.) Quæ uel iterata debuit aduersa prædicere, & bona pietate mortẽ patris grauiorem dicit esse quàm famem. Hic labor extremus.) apud Drepanum. Deus appulit oris.) Bene se commendat Didoni, dicens se ad eam deorum uoluntate uenisse. Fata diuûm.) quæ dij hominibus tribuunt. Renarrabat.) Re uacat: ut confieri possit. Sanè in secundi principio duo sunt uersus ex persona poëtæ sicut hic tres, & similis est finis initio: Conticuit tandem. &, Conticuere omnes. Tandem.) diuturnitatem narrantis expressit. Notandum sanè, quia controuersiarum more epilogos dedit sex istis prioribus libris, quos etiam bioticos uoluit: nam singulis res singulas dedit, ut primo omina, secundo pathos, tertio errores, quarto ethos, id est, mores: quinto festiuitatem, sexto scientiam. Epilogos autem sic uariauit, ut in primo esset miseratio Didonis, in secundo mors Creüsæ, in tertio Anchisæ, in quarto Didonis, in quinto Palinuri, in sexto Marcelli citum deflet interitum.

Teq; datis linquo uentis palmosa Selinis.
Et uada dura lego saxis Lilibeia cæcis.
Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora
Accipit, hinc pelagi tot tempestatibus actis,
Heu, genitorem omnis curæ, casusq; leuamen
Amitto Anchisen: hic me pater optime fessum
Deseris, heu, tantis nequicquam erepte periclis.
Nec uates Helenus, cũ multa horrenda moneret,
Hos mihi prædixit luctus, non dira Celæno.
Hic labor extremus, longarũ hæc meta uiarum.
Hinc me digressum uestris deus appulit oris.
Sic pater Aeneas intentis omnibus unus
Fata renarrabat diuûm, cursusq; docebat,
Conticuit tandem, factoq; hic fine quieuit.

At regina

AT regina, graui iamdudum.) Apollonius Argonautica scripsit, ubi inducit amantem Medeam: inde totus hic liber trãslatus est de tertio Apollonij. est autẽ penè totus in affectione, licet in fine Pathos habeat, ubi abscessus Aeneæ gignit dolorem. Sanè totus in consilijs & subtilitatibus: nam penè comicus stilus est, nec mirum ubi de amore tractatur. Iunctus quoq; superioribus est, quod artis esse uidetur, ut frequẽter diximus: nã ex abrupto uitiosus est transitus: licet stultè quidam dicãt hunc tertio nõ esse coniunctum. In illo enim nauigatiõem, pericula, in hoc amores exeqtur, non uidẽtes optimã coniũctionẽ: quũ enim tertiũ sic clauserit: Factoq; hic fine quieuit, subsecutus est: At regina graui iãdudũ saucia cura. Itẽ paulo pòst: Nec placidã mẽbris dat cura quietem. Nam quũ Aeneã quieuisse dixerit, satis congruè subiũxit, ut somno amãs careret.

ADILON.

Vritur in quarto Dido, flammasq; fatetur.

MODESTINI IVRISCONSVLTI, ARGVMENTVM IIII.

AT regina, graui Veneris iam carpitur igne.
Consulitur soror Anna, placet succumbere amori.
Fiunt sacra deis, onerantur numina donis.
Itur uenatum, Veneris clam fœdera iungunt.
Facti fama uolat: monitus tunc numine diuûm
Aeneas, classemq; fugæ sociosq; parabat.
Sensit amans Dido precibus conata morari.
Postq̃ fata iubent, nec iam datur ulla facultas,
Conscenditq; pyram, dixitq; nouissima uerba,
Et uitam infelix multo cum sanguine fudit,

P. VERGILII M. AENEIDOS LIBER QVARTVS.

AT regina, graui iamdudum saucia cura
Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni.
Multa uiri uirtus animo, multusq; recursat

Iamdudum.) aut nimium: ut Terentius, Iamdudum te amat. Iamdudũ illi facile fit quod doleat, aut iamdudum à quo tempore uidit Aeneam. legimus enim: Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido. Saucia.) Hinc subiũgit, Vulnus alit. & bene alludit ad Cupidinis tela: ut paulo pòst ad faculam, & Cæco carpitur igni. nam sagittarum uulnus est facis incendiũ. Cura.) amore, ab eo quod cor urat, ut Veneris iustissima cura. itẽ: Mea maxima cura. Venis.) quia per uenas amor currit, sicut uenenum. inde dictum, Fallasq; ueneno. Item: Longumq; bibebat amorẽ. Cæco carpitur igni.) agit Vergil. ut inuentas frangas declamationes, ut hoc loco. rem dixit sine declamatione: unde Ouid. Quoq; magis tegitur, tanto magis æstuat ignis. Cæco igitur igni, ualidiore, cuius hæc natura est, ut compressus magis conualescat. Multa uiri uirtus animo.) Bene mediã se facit præbere Didonem

inter regalem pudorem & amoris impulsum. simulat enim se uirtutem mirari, cuius pulchritudine mouebatur. Multa autē uirtus figuratè dixit: nam ad numerum transtulit, quod est quantitatis. Recursat.) Bene frequentatiuo usus est uerbo in frequenti amantis cogitatione Gentis.) non Aeneæ: ut sit uelut excusatio, sed Dardani à numinibus, aut Veneris. Infixi pectore uultus, Verba.) Tale & illud est, Illum absens absentem, auditq; uideteq.

Gentis honos, hærent infixi pectore uultus,
Verbaq;, nec placidam membris dat cura quietē.
Postera Phœbea lustrabat lampade terras,
Humentemq; aurora Polo dimouerat umbram,
Cum sic unanimem alloquitur malesana sororē,
Anna soror, quę me suspensam insomnia terrent?
Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?,
Quē sese ore ferens? quam forti pectore & amnis?

duo tangit, quibus potissimum gignuntur amores, formā uidelicet & eloquentiam. Nec placidam membris dat cura quietem.) Aut penitus quiete caruit, ut placida, epitheton getis sit, aut habuit quidem quietem, sed non placidam, id est, turbatam somnijs: unde ipsa paulo pòst: Quæ me suspensām insomnia terrent? Postera Phœbea lustrabat lampade terras.) Circūlocutio orientis diei: secundum enim & tertium librum Aeneas per noctem in conuiuijs Didonis narrauerat, licet ut suprà diximus Verg. ista quæ per naturam necesse est fieri plerunque contemnat. Lustrabat.) Aut illustrabat, aut reuera lustrabat, id est, purgabat: nam nox quodammodo polluit mundum. aut lustrabat, circuibat cursu suo ab oriente in occidentem.

Humentem umbram.) quia nox omnis humida est: ut, Noctis lentus non deficit humor. Et nihil interest utrum umbram an noctem dicat. nox enim umbra terræ est: ut suprà, Inuoluēs umbra magna, terramq; polumq;. Est etiam hysteron proteron in sensu. Aurora enim præcedit solem. Cum sic unanimem.) De re pudenda locuturam parum fuerat sororem eligere, nisi etiam unanimem. dicimus autē unanimus & unanimis, sicut inermus & inermis.

Malesana.) non plenè sana, amore uitiata. Male enim plerunq; non, plerunq; minus significat, sicut ue, ut uecors, uesanus: quanquam male & perniciose significat, ut Lucanus: Sic male deseruit. Insomnia terrent.) Et terret & terrēt legitur: sed si terret legerimus, insomnia erit uigilia. hoc enim maiores inter uigilias, & ea quæ in somnis uidemus, interesse uoluerunt: ut insomnia generis fœminini & numeri singularis uigiliam significaret. Insomnia uero generis neutri, numeri pluralis, ea quæ per somnium uidemus: ut, Sed falsa ad cælum mittunt insomnia manes. Sciēdum igitur, quia si terret dixerimus, antiqua erit elocutio. Insomnia enim licet Pacuuius & Ennius frequenter dixerint, Plinius tamen exclusit, & de usu remouit. sed ambiguitatem lectionis hæc res facit, quòd non ex aperto uigilasse se dixit, sed habuisse quietem implacidam, id est, somnijs interruptā, ut intelligamus eam & insomnijs territā, & propter terrorē somniorū uigilias quoq; perpessam. Nouus.) magnus: ut, Pollio & ipse facit noua carmina. Successit sedibus.) Vt: Succedoq; oneri. &, Succedunt tecto. Quē sese ore ferēs.) ut, Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido. item, Nanq; ipsa decoram cæsariem nato genitrix lumenq; iuuentæ. Forti pectore & armis?) Vt etiam alibi

Ilionea

Ilionea audierat, dicente: Quo iustior alter nec pietate fuit, nec bello maior & armis. Sanè subaudi est, & bene uirtutis cõmemoratione excusat supradictam pulchritudinis laudẽ.

Credo equidem genus esse deorum. Nec enim uana fides est.) id est, falsa. nam, Degeneres animos arguit timor.) id est, probat, impugnat. Heu.) Per hoc amoris impulsus ostenditur. Iactatus fatis.) Vt, Quis te nate dea per tanta pericula casus. Bella exhausta canebat.) finita, terminata, quod nimiæ uirtutis est. nam inchoare bella quorumlibet est, uincere uel finire paucorum. Fixum immotumque sederet.) Cogi sese optat, quæ sic negat. Sederet.) placeret: ut, Et sedet hoc animo. Vinclo uellẽ sociare iugali..) Synæresis est, pro uinculo. Iugali autem propter iugũ, quod imponebatur matrimonio coniungendis: unde etiam Iuno iugalis dicitur. Primus amor.) id est, maritus. Deceptam morte fefellit.) Figurate dixit, Morte sua decepit me, & fefellit.

Credo equidem, (nec uana fides) genus esse deorum.
Degeneres animos timor arguit, heu quibus ille
Iactatus fatis, quæ bella exhausta canebat?
Si mihi non animo fixum, immotumque sederet,
Ne cui me uinclo uellem sociare iugali,
Postquam primus amor deceptã morte fefellit,
Si non pertæsum thalami, tædæque fuisset,
Huic uni forsan potui succumbere culpæ.
Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichei
Coniugis, & sparsos fraterna cæde penates
Solus hic inflexit sensus, animumque labantem
Impulit, agnosco ueteris uestigia flammæ.
Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat,

Pertæsum thalami tædæque fuisset.) Pertesus participium est sine uerbi origine, & regit genitiuum ut hoc loco: nam genitiuus singularis est, & accusatiuum, ut pertæsus ignauiam suam. Huic uni forsan potui succumbere culpæ.) Singula pronuncianda sunt. ingenti enim dicta sunt libra & moderatione, quibus confessioni desiderij sui quandam inijcit refrenationem.

Culpæ.) Propter antiquum ritum, quo repellebantur à sacerdotiobis nuptæ. Fatebor enim.) Bene uno sermone & culpam expressit & necessitatem. Fateri enim & coactorum est & culpabilium. Miseri post fata Sichei.) Aut muliebriter dixit miseri: aut mortui secundum Ciceronem, qui in Thusculanis miseros mortuos uocat: aut certe ob hoc miseri, cuius iam obliuiscitur, aut sic occisi. Sparsos fraterna cæde penates.) Si Didonis, dispersos per fugam intelligimus, si fratris, pollutos cruore. Inflexit.) Quia supra ait, Fixum immotumque sederet. Inflexit à rigido proposito deuiauit. Labantem impulit.) impulit & labare fecit: non enim lababat, quia antè immobilis fuerat. Cauendum sanè ne labentem contra metrũ legamus: nam La longa est: ut Labere nympha polo. Veteris uestigia flammæ.) Bene inhonestam rem sub honesta specie cõfitetur, dicens se agnoscere maritalis coniugij ardorẽ. Sed mihi uel tellus optem prius ima de.) Callidè: ac si diceret,

diceret posse se coniungi Aeneæ: si mors secuta non fuerit. Pallenteis umbras erebo.) in erebo, alij erebi legunt. Aut tua iura resoluam.) Propter uinculum iugale. Abstulit amores.) Cum illo consumpta sunt desideria & uoluptates. Sinus lachrymis impleuit obortis.) Sinus dicimus orbes oculorum, id est, palpebras, quæ à palpitatione dictæ sunt, nam semper mouentur. Impleuit autem ideo, quia lachrymæ plerunq; se intra oculos tenēt, et plenè præmisit excusationē ijs lachrymis, prioris commemoratione mariti. Anna refert.) Suasoria est omni parte plena: nam & purgat obiecta, et ostēdit utilitatē, & à timore persuadet. O luce magis dilecta.) id est, dilectior: nam antiqui frequenter pro comparatiuo iūgebāt particulam magis. tale et illud est, Nate mihi uita quōdam dū uita manebat Chare magis. Sola ne?) Sola ne mœrēs in omni carperis iuuenta? Nec dulceis natos.) propter liberos, quæ fuit causa secūdi matrimonij: ut Iuuen. Sed placet Vrsidio lex Iulia, tollere dulcem Cogitat hæredem. alij male iungunt natos Veneris, Cupidinem & Aeneam. Veneris nec præmia.) uoluptates. Homer. τάτι δῶρα ἀφροδίτης. Id cinerem, aut manes credis curare sepultos?) Propter illud, quia marito iurauerat, ut, non seruata fides cineri promissa Sicheo. Bene extenuat dicendo non animam, sed cinerem, & manes sepultos. Dicit autem secundū Epicureos, qui animam cum corpore dicunt perire. Esto.) Aduerbiū concedentis, & est græcū. Flexere mariti.) Non qui erant, sed qui esse cupiebant. Alij intelligunt ægram mariti, ut sit genitiuus singularis, id est, tristem propter maritum. Nō ante Tyro.) Aut in Tyro: ac si diceret Tyri, aut certe τυρόθεν, id est, de Tyro, ut Dardanus Hesperia. Despectus Hiarbas.) rex Libyæ, qui Didonem reuera uoluit ducere: & ut habet historia, quum hoc negaret, Carthagini intulit bellum, cuius timore cùm cogeretur à ciuibus, petijt ut ante placaret manes mariti, & exædificata pyra se in ignē præcipitauit. ob quam rem Dido, id est, uirago appellata est: nam Elissa proprie dicta est. Ductoresq; alij.) ergo Hiarbas ductor. Quos Aphrica terra.) Deriuationes frequenter sunt maiores principalitate, interdum pares inueniuntur, raro minores: unde suprà Lacæna notandum diximus. Triumphis diues.) id est, bellicosa. Placitò ne etiam pugnabis amori?) Ac si diceret, contempsisti eos, qui displicebant, nunquid etiam placito amori repugnabis? & est græcum pugno tibi: nam nos pugno tecum dicimus.

Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallēteis umbras Erebi, noctēq; ꝓfundā,
Ante pudor quàm te uiolem, aut tua iura resoluā.
Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores
Abstulit, ille habeat secum, seruetq; sepulchro.
Sic effata, sinus lachrymis impleuit obortis.
Anna refert: O luce magis dilecta sorori,
Sola ne perpetua mœrens carpere iuuenta?
Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris.
Id cinerem, aut manes credis curare sepultos?
Esto, ægram nulli quondam flexere mariti,
Non Libyæ, non antè Tyro despectus Hiarbas,
Ductoresq; alij, quos Aphrica terra triumphis
Diues alit: placito ne etiam pugnabis amori?
Non uenit in mentem quorum consederis aruis?

Hinc

Hinc Getulæ urbes.) Ad terrorem Vrbes dixit: nam mapalibus habitant. Infreni.) aut sæui, aut qui equo sine freno utũtur. Inhospita.) barbara, aspera. Deserta siti regio.) inhabitabilis. Dicit autem Xerolibyen, id est, partem Africæ aridam, quæ est inter Tripolin & Pentapolin. Et bene terret dicens iuxtà esse aut bellicosas gentes, aut deserta loca, unde non speratur auxilium. Lateq́ furentes Barcæi?) Hi longe sunt à Carthagine, unde addidit, Latè furentes.

Hinc Getulæ urbes genus insuperabile bello,
Et Numidæ infreni cingunt, & inhospita Syrtis,
Hinc deserta siti regio, lateq́ furentes
Barcæi? quid bello Tyro surgentia dicam,
Germaniq́ minas?
Dijs equidem auspicibus reor, & Iunone secunda
Huc cursum Iliacas uento tenuisse carinas:
Quã tu urbẽ soror hanc cernes? quæ surgere regna
Coniugio tali Teucrûm comitantibus armis?
Punica se quantis attollet gloria rebus?
Tu modò posce deos ueniam, sacrisq́ litatis
Indulge hospitio, causasq́ innecte morandi,
Dum pelago desæuit hyems, & aquosus Orion,
Quassatæq́ rates, dum non tractabile cælum.
His dictis incensum animũ inflammauit amore,
Spemq́ dedit dubiæ menti, soluitq́ pudorem.
Principio delubra adeunt, pacemq́ per aras

Hi secundum Titianum in Chorographia Phœnicẽ naualiquõdam certamine superauere. Barce autem ciuitas est Pẽtapoleos, quæ hodie Ptolemais dicitur. nam Cyrene & Barce reginæ fuerunt, quæ singulis ciuitatibus dederunt nomina. Germaniq́ minas) Propter aurum, quod ei (ut in Primo diximus) tulerat. Dijs equidẽ auspicibus.) Hoc dicit, Dij q auspices sunt matrimonij, Aeneam huc uenire fecerunt. nuptiæ enim captatis fiebant augurijs: ut Lucanus, Contemptiq́ auspice Bruto. Iunone secũda.) quæ præest coniugijs: unde Iuno Gamilia dicitur. Tenuisse.) perfecisse, implesse. Coniugio tali.) id est, uiri fortis: quod ideo dicit, quia scit à Didone dictum. Veniam.) aut beneficiũ, aut reuera ueniam, periurij scilicet: ut, Non cineri seruata fides promissa Sicheo. Sacrisq́ litatis.) Dijs litatis debuit dicere. non enim sacra, sed deos sacris litamus, id est, placamus. ergo nouè dixit. sed distinguendũ est, ut dicamus Sacris, id est, per sacra, Litatis, scilicet dijs. Indulge.) da operã: ut, Indulgẽt uino & uertũt crateras ahenos. Aquosus Orion.) Corripuit ratione supradicta. Dũ pelago.) prætende naufragis fluctus, aduersa nauigatione iactatis procellarũ nomẽ oppone: hoc est, & flammare aurũ, & artem docere precandi. Non tractabile.) asperum, intractabile, propter tempestatem. Incensum inflãmauit.) ut Horat. Oleum adde camino. Soluitq́ pudorem.) Propter uincula castitatis. Delubra.) Delubrum dictum, ut suprà, propter lacum, in quo manus abluuntur: uel propter tectũ coniunctum: aut certè ligneum simulacrũ delubrũ dicimus, à libro, hoc est, raso ligno factũ, quod Græcè ξόανον dicitur. Pacemq́.) beneuolentiã. Per aras exquirũt.) id est, sacrificando explorant, an dij uelint huic rei consentire. Dicendo aũt Per aras, auspicalẽ artem ostendit: unde est, Et spirantia consulit exta.

Mactant.) Verbum sacrorum per euphemismũ dictum, ut adolere: nam Mactare est propriè magis augere. Lectas bidenteis.) Non uacat lectas. Moris enim fuerat, ut ad sacrificia eligerentur oues, quibus nil deesset: ut in Sexto, Nunc grege de intacto septẽ mactare iuuencos. Bidentes autem dictæ sunt quasi biennes, quia neq; minores aut maiores licebat hostias dare. Sunt enim in ouibus duo eminentiores dentes inter octo, qui non nisi circa bimatum apparent: nec in omnib. sed in his quæ aptæ sacrificiis inueniuntur. Legiferæ Cereri.) Leges enĩ ipsa dicitur inuenisse. nam & sacra ipsius Thesmophoria uocãtur. sed hoc ideo fingitur, quia ante inuentum frumentum à Cerere, passim homines sine lege uagabantur, quæ feritas interrupta est inuento usu frumentorũ, postquã ex agrorum diuisione nata sunt iura. Phœboq;.) qui præest auspiciis, quibus urbes reguntur.

Exquirunt: mactant lectas de more bidentes
Legiferæ Cereri, Phœboq;, patriq; Lyæo,
Iunoni ante omneis, cui uincla iugalia curæ.
Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido
Candentis uaccæ media inter cornua fundit.
Aut ante ora deûm pingues spaciatur ad aras,
Instauratq; diem donis, pecudumq; reclusis
Pectoribus, inhians spirantia consulit exta.
Heu uatum ignaræ mentes, quid uota furentem,
Quid delubra iuuant? est mollis flamma medullas

Patriq; Lyæo.) Quia, ut suprà diximus, aptæ urbibus libertatis est deus: unde etiam Marsyas eius minister, est in ciuitatibus libertatis indiciũ. Et cõmunis hoc habet sensus, Sacrificabat inquit, primò numinibus, quæ urbi præsunt, quasi nuptura pro utilitate reipub. deinde Iunoni, cui curæ sunt nuptiæ. est etiã sensus altior: nam facturi aliquid antè aduersos placamus, & sic propitios inuocamus: ut, Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam. Ergo modò nuptura placat antè Cererem, quæ propter raptũ filiæ nuptias execratur, Apollinem, qui expers uxoris est: Liberũ, qui nisi raptam coniugem habere non potuit, et sic Iunonem conciliat. Cui uincla iug. curæ.) Quia est & Curetis, & matrona, et regina. Candentis.) candidæ: participiũ est pro nomine. Media inter cor. fun.) Non est sacrificium, sed hostiæ exploratio utrum apta sit. Ante ora deûm.) ante simulachra. Spaciatur ad aras. matronæ enim sacrificaturæ circa aras faculas tenentes ferebantur, quasi cum quodã gestu: unde Sallust. Saltare elegantius quàm necesse est probæ. Instauratq; diem donis.) muneribus, quæ aut diis offerebat, aut donabat Tyriis uel Troianis. Instaurat autem ideo, quia iam suprà sacrificauerat: ut, Simul Aeneã in regia ducit tectà, Simul diuûm tẽplis indicit honores. Inhians.) intenta per sollicitudinẽ. Spirantia.) palpitãtia, quasi adhuc uiua. Heu uatũ ignaræ mẽtes.) Non sacerdotes uituperat quasi nescios futurorũ, sed uim amantis exprimit, & inde uituperat sacerdotes qui admonuerũt non crediturã: nam omnia futura à sacerdotibus prædicta esse sequens indicat locus: ut, Multaq; præterea uatum prædicta priorũ. Est.) uerbum indeclinabile est: nam frequenter deficit. est aũt huius positio Edo es est. Inuenimus, sed quod abolitũ est, Edo edis edit: unde est Edere & Comedere, quod hodie non dicimus. nam ab eo quod est est, esse et comesse facit: quo tempore etiam pro præsenti utimur, ut Volo esse. nam in defectiuis, tempora pro tẽporibus ponimus, ut odi, noui, memini.

ui, memini: odisse, nosse, meminisse: etiã pro præsenti ponuntur: nam odire, nouire, meminire non possumus dicere. Vrbe furens.) *Furor enim est amor, in quo nil stabile: unde & Cupido puer inducitur, quasi instabilis & infans, qui non potest fari: unde est paulo pòst,* Incipit effari, mediáq; in uoce resistit. Qualis coniecta cerua sagitta.) *Satis congrua cõparatio.* Cressia.) *Cretensia. nam Græcè* Cres *facit, unde est* Cres & Cressa, *facit Latinè*

Interea, & tacitum uiuit sub pectore uulnus.
Vritur infelix Dido, totáq; uagatur
Vrbe furens, qualis coniecta cerua sagitta,
Quam procul incautã nemora inter Cressia fixit
Pastor agens telis, liquitq; uolatile ferrum
Nescius: illa fuga syluas, saltusq; peragrat
Dictæos, hæret lateri letalis arundo.
Nunc media Aeneam secum per mœnia ducit,
Sidoniasq; ostentat opes, urbemq; paratam.
Incipit effari, mediáq; in uoce resistit.
Nunc eadem labente die conuiuia quærit,
Iliacosq; iterum demens audire labores
Exposcit, pendetq; iterum narrantis ab ore.
Pòst ubi digressi, lumenq; obscura uicissim
Luna premit, suadentq; cadentia sidera somnos,

Cretensis. Agens telis.) *urgens, persequens.* Nescius.) *ignoratus, latẽs: nõ qui ceruã nesciret. & rara sunt uerba, quæ contrariũ significant: nam* Vector, *quũ sit propriè qui uehit, inuenimus etiam eum uectorem dici qui uehitur: ut* Lucan. Vectoris patiens tumidũ supernatat amnem. Et uenia est hæc sola pauoris uectorem non nosse tuum. Tale est et formidolosus, *quũ sit timidus, & timendum significat. tale est &* Alumnus, *qui alit, & qui alitur:* Hospes, *qui accipit & qui accipitur.* Quum enim exigat ratio, *ut nomina uerbalia agentis habeant significationem, pro passiua significatione plerunque ponuntur.* Fuga.) *cursu: ut,* Simul arua fuga, simul æquora uertit. Nam intelligere *non possumus fuga, quum dicat* Peragrat. Peragrare *enim est circumire inquirendo.* Dictæos.) Cretenses. *ceruæ uulneratæ dictamum quærunt: ut in* Duodecimo *legimus,* Non illa feris incognita capris Gramina. Letalis arundo.) Propter *futurum omen* Didonis. Sidonias.) Pygmalionis, *uel* Sichei.

Vrbem paratam.) *Paratam ad illud pertinet, quòd* Aeneas *propter ciuitatem nauigat: sed alij mouent quæstionem, quomodo paratam, quum paulo pòst inferat,* Pendent opera interrupta, minæq; murorũ. Sed Paratum *potest dici cui paululum etiam superest: unde est,* Minæq; murorum ingentes. Incipit effari, mediáq; in uoce resistit.) *sic* Horatius, Cur facunda parum decoro inter uerba cadit lingua silentio? Nunc eadem labente die conuiuia quærit.) Quia *in usu non erant prandia: ut* Iuuenalis, Exul ab octaua Marius bibit.

Demens.) Quia *ea quæ nouerat cupiebat audire.* Narrantis ab ore.) Vt *eum intueretur. & hoc loco per omnia amantis affectus exprimitur.* Obscura luna.) *id est, nox: nam nil tam contrarium est lunæ, quàm obscuritas: uel altius intelligit, nam quum per se luna corpus opacum sit: unde luna lux aliena dicitur, à sole enim lumen accipit: unde &* Græcè σελήνη, *quòd* σέλας, *id est, lucem habeat,* ἄνω, *id est, supernè, hoc est à sole.*

Sola.) *sine eo quem amabat: nam regina sola esse non poterat. Est autem Plauti, qui inducit amatorem inter multos positum dicentem quòd solus sit.* Mœret.) *Per diphthongũ est tristis est: aliter significat militat, ut Aere merent paruo. sanè Mereor aliud est.* Absens absentem.) *Terentius, Præsens præsentem eripi abduci ab oculis.* Imagine capta.) *Ob amantis similitudinem.* Minæ.) *eminentiæ murorum, quas pinnas dicũt.* Peste.) *amore, incendio: ut, Et toto descendit corpore pestis.* Nec famam.) *honestam scilicet, sanè τῶν μέσων est, quod & in bono potest accipi, & in malo.* Furori.) *iam non amori.* Aggreditur.) *cũ calliditate loqtur.* Egregiã uerò laudem.) *Ironia est, inter quam & confessionem sola interest pronũciatio. & Ironia est, quum aliud uerba, aliud cõtinet sensus.* Puer.) *filius. παῖς Græcè dixit.* Duorum est.) *Bene cessit masculino fœmininum.* Adeò.) *multum: ut Terentius, Adolescentem adeò nobilem.* Veritam te mœnia nostra.) *nam legimus, Quò se Iunonia uertant hospitia: propter illud, Haud tanto cessabit cardine rerũ.* Mœnia nostra.) *Iunonis hospitiũ.* Modus.) *finis. Iuuenal. Nullo quippe modo millesima pagina surgit.* Quo nunc certamine tanto?) *quid opus est certamine?* Pacem æternam.) *Non inducias temporaleis.* Habes quod tota mente petisti.) *Propter illud, Nostram nunc accipe mentem.* Paribusq́ regamus Auspicijs.) *æquali potestate. & ab eo quod præcedit, id quod sequitur. & ductũ est à comitijs, in quibus ijsdẽ auspicijs creati, licet simul non crearentur, parẽ tamen habebant honorem propter eadem auspicia: unde & consules pares sunt, quum necesse esset ut unus prior crearetur.* Phrygio seruire marito.) *Emphaticôs, ac si diceret exuli.* Dotaleis Tyrios.) *Regalẽ spectauit personam.* Permittere dextræ.) *quasi per manus coniunctionẽ, & secundũ ius locutus est.*

Sola domo mœret uacua, stratisq́ relictis
Incubat: illum absens absentem auditq́, uidetq́,
Aut gremio Ascanium genitoris imagine capta
Detinet, infandum si fallere possit amorem.
Non cœptæ assurgunt turres: non arma iuuentus
Exercent, portúsue, aut propugnacula bello
Tuta parant: pendent opera interrupta, minæq́
Murorum ingentes, æquataq́ machina cælo.
Quam simulac tali persensit peste teneri
Chara Iouis coniux, nec famam obstare furori,
Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis:
Egregiam uerò laudem, & spolia ampla refertis,
Tuq́, puerq́ tuus, magnũ & memorabile numen:
Vna, dolo Diuûm, si fœmina uicta, duorum est.
Nec me adeò fallit, ueritam te mœnia nostra
Suspectas habuisse domos Carthaginis altæ.
Sed qs erit modus? aut quo nunc certamine tãto?
Quin potius pacem æternã, pactosq́ Hymenæos
Exercemus: habes quod tota mente petisti.
Ardet amans Dido, traxitq́ per ossa furorem.
Communẽ hũc ergo populũ, paribusq́ regamus
Auspicijs, liceat Phrygio seruire marito,
Dotaleisq́ tuæ Tyrios permittere dextræ.

Olli.)

Olli (sensit enim simulata mente locutam
Quò regnum Italiæ Libycas auerteret oras)
Sic contrà est ingressa Venus: quis talia demens
Abnuat? aut tecum malit contendere bello?
Si modo quod memoras factũ fortuna sequatur.
Sed fatis incerta feror, si Iuppiter unam
Esse uelit Tyrijs urbem, Troiaq; profectis,
Misceriue probet populos, aut fœdera iungi:
Tu coniux: tibi fas animum tentare precando.
Perge, sequar. tum sic excepit regia Iuno:
Mecũ erit iste labor: nunc qua ratione, quod instat
Confieri possit paucis (aduerte) docebo.
Venatum Aeneas unaq; miserrima Dido
In nemus ire parant, ubi primos crastinus ortus
Extulerit titan, radijsq; retexerit orbem.
His ego nigrantem commixta grandine nimbum
Dum trepidant alæ, saltusq; indagine cingunt,
Desuper infundam, & tonitru cælũ omne ciebo.
Diffugient comites, & nocte tegentur opaca.
Speluncam Dido, dux & Troianus, eandem
Deuenient: adero, & tua si mihi certa uoluntas,
Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo.
Hic Hymenæus erit: non aduersata petenti

Olli.) aut illi, aut tunc. cætera per parenthesim dicta sunt. Simulata mente.) *hoc est talibus aggreditur.* Libycas auerteret oras.) *Absolutior est quidem hæc elocutio, sed uetior & magis figurata est illa, Libycas auerteret oras. nam plerunq; trahitur schema, ut aliquò ituri non ad locum, sed de loco significationem ponamus: ut si dicas* De Campania abeo in Thusciam, *honestius est, quàm si dixeris* Eo de Campania in Thusciam. *Nec hoc tantum hoc loco fecit, sed pluribus. hinc enim est,* Ripamúe iniussus abibis? Ingressa Venus.) *Calliditatis est, ut suprà.* Fortuna sequatur.) *Hoc ad casum pertinet.* Fatis incerta feror.) *Bene omnia tetigit, quib. res humanæ reguntur, casum, fata, uoluntatem deorum.* Aut fœdera iungi.) *Si* Fœdera, *per se plenum est: si* Fœdere, *ad populos pertinet.* Tibi fas animum tẽtare precando.) *sic Aeolus,* Tuus ò regina qd optes Explorare labor. Perge: sequar.) *Bene aliud agẽs, aliud ostẽdit. antè est enĩ Iunonis officiũ ex matrimonio, sic usus Venereus: unde paulo pòst,* Adero, et tua si mihi certa uolũtas. Excepit.) *subsecuta est.* Iste labor.) *scilicet explorationis est à Ioue.* Confieri.) *Con abundat: ut,* Fata renarrabat. Retexerit orbem.) *quem nox tegebat.* Nigrantem.) *nigrum. participiũ pro nomine.* Alæ.) *equites: ob hoc* Alæ *dicti, quia pedites tegunt alarũ uice.* Trepidant.) *festinant: ut,* Hic me dum trepidi crudelia limina linquunt. Indagine.) *ferarum inquisitione.* Desuper infundam.) *Quia aêr est Iuno. Bene hic se facturam dicit, quod habet in potestate.* Nocte opaca.) *nubiũ caligine.* Omne ciebo.) *pro totũ.* Omne *enim numeri est,* totum *quantitatis.* Tua si mihi certa uoluntas.) *hoc est, si tuum etiam subsequatur officiũ.* Cõnubio.) Nu *naturaliter longa est, ab eo quod est nubere: ut,* Connubia nostra reppulit, *sed modò metri causa corripuit.* Nõ aduersata.) *legitur &* Auersata.

Iubare exorto.) nato lucifero. nam propriè iubar lucifer dicitur, quòd iubar lucis effundat: unde iam quicquid splendet, Iubar dicitur, ut iubar argenti, gemmarũ. est autem Lucifer interdũ Iouis, plerunq; Veneris stella: unde Veneris dicta est: ut, Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes. Sanè modò hysteron proteron est in sensu. Iubar enim praecedit auroram. & facit hoc iubar, huius iubaris. Retia rara plagæ.) Multi diuidũt, ut sit retia rara maiora, plagas minora intelligamus. alij plagas per diffinitionẽ accipiũt, ut intelligamus, Quæ sunt rara retia plagæ. Sciendum tamẽ propriè plagas funes dici illos quibus retia tenduntur circa imam & summã partem. Lato uenabula ferro.) Lati ferri uenabula ob hoc dicta, quòd sint tela apta uenatui.

Annuit, atq; dolis risit Cytherea repertis.
Oceanum interea surgens aurora reliquit:
It portis iubare exorto delecta iuuentus,
Retia rara plagæ, lato uenabula ferro,
Massyliq; ruunt equites, & odora canum uis.
Reginam thalamo cunctantem, ad limina primi
Pœnorum expectant, ostroq; insignis, & auro
Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit.
Tandem progreditur magna stipante caterua
Sidonia picto chlamydem circundata limbo,
Cui pharetra ex humero, crines nodantur in aurũ,
Aurea purpuream subnectit fibula uestem.
Necnon & Phrygij comites, & lætus Iulus
Incedunt, ipse ante alios pulcherrimus omnes
Infert se socium Aeneas, atq; agmina iungit.

Massyli.) Massylorum gens est non lõge à Mauritania. & Massyli legendũ est per unũ i, ne non stet uersus: si enim longa est, ut Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos. Ciuitatis aũt nomen in prouincia Gallica. Corripitur, ut Lucret. Massyliã delere uacat. Et odora canũ uis.) Plus est quàm si diceret multitudo: unde Sallustius, Qua tempestate ex ponto uis piscium erupit. Odora autẽ impropriè dixit: nam Odorum est, quod ex se odorem emittit, non quod odorem sequitur: ut Statius, Et odoro uulnere pinus. sic est, Et inter odoratum lauri nemus: pro odorum. nam Odoratum est quod odorem aliunde accipit, ut odoratum templum. Tria ergo sunt: Odorum, quod per se olet: Odoratum, quod aliunde odorem accipit: Odorator, qui odorem sequitur: sicut modò de canibus dicere debuit. Cunctantem.) morantem. atqui amatrix debuit festinare, sed pathos natura superauit: ut Terentius, Dum moliuntur, dum comuntur annus est: deinde hæc morabatur studio placendi. Ad limina.) ante, uel apud. Stat sonipes.) adest, præsens est. nam si Stat simpliciter acceperis, uituperatio est. nam legimus, Stare loco nescit. denique sequentia dictum hoc explanant: Ac frena ferox spumantia mandit.) Spumantia, spumas uomentia, ut Naufragum mare, quod naufragos facit. Tandem progreditur.) id est, mulier. Limbo.) Limbus, sicut suprà diximus, fascia quæ ambit extremitatem uestiũ, secundum antiquũ ritum: ut, Victori chlamydem auratã quam plurima circum Purpura. Crines nodantur in aurũ.) ueluti reticulũ quod colligit comas, κεκρύφαλος.

Ipse ante alios.) Quia amatur, ideo dat ei pulchritudinẽ: licet Ascanio magis congruat.

Hybernam

Hybernam Lyciam.) non asperam, sed aptam hyemare cupientibus. sic enim se habet natura regionis. & bene aliud agens, aliud ostendit. nam constat Apollinem sex mensibus hyemalibus apud Patarã Lyciæ ciuitatem dare responsa: unde Pataræus Apollo dicitur: & sex æstiuis apud Delũ. Inuisit Apollo.) Apollini Aeneã uel propter sagittas, quibus in uenatu utebatur cõparat; uel certè propter futurũ infelix matrimoniũ, ut suprà diximus, etenim nuptijs hoc est numen infensum. Cretes.) ut suprà diximus, ab eo quod est cres. Dryopesq;) populi iuxta Parnassum: ut, Dryopumq; trahẽs Erasmus aristas. Pictiq; Agathyrsi.) populi sunt Scythiæ, colẽtes Apollinẽ Hyperboreũ cuius oracula eulogia feruntur. Picti autem, non stigmata habentes, sed pulchri, hoc est, cyanea coma placẽtes: licet de illis lectum sit, Agathyrsi ora, artusq; pingunt: ut quiq; maioribus præstant, ita magis uel minus: cæterũ ijsdem omnes notis, & sic ut ablui nequeant. Cynthi.) mons Deli Cynthus. Fluentem.) unguentatũ. Fingens.) componens: ut, Corpora fingere lingua. Tela sonant.) ut in Octauo, Pharetramq; fuga sensere sonantem. Haud illo segnior.) id est, non illo deformior. nam plerunq; uirtus & pulchritudo pro seinuicẽ ponuntur: hinc est, Satus Hercule pulchro, Pulcher Auentinus. Nam Herculi satis est incõgrua pulchritudo. Sic Plautus in Pyrgo de muliere Polynice, Quidnam fortis est, id est, pulchra. Feræ capræ.) hoc est, capreæ. & bene aptat descriptionem ad species, ut ceruis campos, capreis saxa permittat. Decurrere.) Bene præterito usus est tempore, ad exprimendam nimiã celeritatem. Transmittunt.) celeriter transeunt. Iamq; hos cursu.) id est, modò: ut, Iam digitis iam pectine pulsat eburno. Et bene puerilem ostendit animũ, qui per mobilitatem frequenter optat timenda. Monte leonem.) Per transitũ tangit historiam. nam & Ascanius præter Iulum & Ilum quæ habuit nomina, etiam Dardanus & Leodamas dictus est ad extinctorum fratrum solatium: ideo nunc eum dicit optare aduentum leonis. paulo pòst, Dardaniusq; nepos Veneris. Constat etiam Aeneam Dardanum dictum, ut ostendit in Quarto, Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. Item Ilioneus: hinc, Dardanus ortus huc repetit. nam latenter quasi illud nomen ostendit.

Qualis ubi hybernam Lyciam, Xanthiq; fluenta
Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo,
Instauratq; choros: mixtiq; altaria circum
Cretesq;, Dryopesq; fremunt, pictiq; Agathyrsi.
Ipse iugis Cynthi graditur, molliq; fluentem
Fronde premit crinẽ fingens, atq; implicat auro:
Tela sonant humeris: haud illo segnior ibat
Aeneas: tantum egregio decus enitet ore.
Postquam altos uentũ in mõteis, atq; inuia lustra.
Ecce feræ saxi deiectæ uertice capræ
Decurrere iugis: alia de parte, patentes
Transmittunt cursu campos, atq; agmina cerui
Puluerulẽta fuga glomerãt, monteisq; relinquũt.
At puer Ascanius medijs in uallibus, acri
Gaudet equo: iamq; hos cursu, iam præterit illos,
Spumantemq; dari pecora inter inertia, uotis
Optat aprum, aut fuluũ descendere monte leonẽ.

Commixta grandine nimbus.) Secundũ Iunonis promissa, His ego nigrantem commixta grandine nimbum. Et bene etiam grando adijcitur, quia poterat nimbus contemni. *De montibus amnes.*) Ne uel inuestigare possent Tyrij reginam. *Deueniunt.*) Bene suppressit rem pudendam. sic Terent. Quid tum fatue? fateor. *Prima & tellus.*) Satis peritè loquitur. nam secundũ Hetruscam disciplinam, nil tam incongruũ nubentibus, quàm motus terrae uel caeli.

Interea magno misceri murmure cœlum
Incipit: insequitur commixta grandine nimbus.
Et Tyrij comites passim, & Troiana iuuentus,
Dardaniusq; nepos Veneris, diuersa per agros
Tecta metu petiere: ruunt de montibus amnes.
Speluncam Dido, dux & Troianus eandem
Deueniunt: prima & Tellus, & pronuba Iuno
Dat signum: fulsere ignes, & conscius æther
Connubij, summoq; ulularunt uertice Nymphæ.
Ille dies primus leti, primusq; malorum
Causa fuit: neq; enim specie, famaúe mouetur,
Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem:
Coniugium uocat, hoc prætexit nomine culpam.
Extemplo Libyæ magnas it fama per urbeis,
Fama malum, quo non aliud uelocius ullum
Mobilitate uiget, uireisq; acquirit eundo:
Parua metu primo, mox sese attollit in auras,
Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit:
Illam Terra parens, ira irritata Deorum

Et pronuba Iuno.) quae nubentibus praeest: γαμηλίαν uocăt. Iunonem autẽ dedisse signa per tempestatem constat, & pluuias, quae de aëre fuerint. *Fulsere ignes.*) Varro dicit aqua & igni mariti uxores accipiebant: unde & hodie faces praelucent, & aqua petita de puro fonte per puerum felicissimũ, uel puellã, quae interest nuptijs, de qua nubẽtibus solebant pedes lauari. *Vlularunt.*) Bene medium elegit sermonem: nam ait Lucan. Nam laetis ululare triumphis. In luctu autem ululari non dubium est. *Specie, famáue mouetur.*) Species rerum praesentiũ est, quòd quasi aspicitur. Fama autem rerum absentium. Hoc ergo dicit, non eam mouit, nec praesens deformitas, quòd non in thalamo, sed in specu concubuerat, nec futura mox fama. *Meditatur.*) exercet: sic Horatius, Et horridã cultis diluuiem meditatur agris. Nec incongruè dictum: actus est enim in ipsa meditatione. nam exercitium est meditatio. Sciendum tamen, hodie hoc in usu non esse. *Culpam.*) ut suprà, Succumbere culpae. *Fama malum.*) Diffinitio est, ut quo ex praecedenti pendeat nomine: quanquam alij Qua legant. Sanè Quo, nisi diffinitio sit, legi non potest: nec enim procedit: ut ordo sit: fama quo non aliud malum uelocius. *Mobilitate uiget.*) Dat ei onomatopoeiam, & laudat à contrario: quum enim omnia labore minuantur, haec crescit.

Attollit in auras.) Sumpta licentia quae minuebatur timore. *Ingrediturq; solo, & caput inter nubila cõdit.*) Hic uult ostendere, nec humili eam fortunae parcere, nec superiori.

Terra parens.) Generaliter parens est omniũ rerum. *Ira irritata deorum.*) Amphibolon est: utrũ sua ira propter extinctos gigãteis: an ira deorũ irritata, qua extinxerãt gigãtes.

Extremã.)

Extremã(ut perhibent)Cœo,Enceladoq́ sororem
Progenuit,pedibus celerem,& pernicibus alis.
Mõstrũ horrẽdũ,ingẽs, cui quot sunt corpore plumæ.
Tot uigiles oculi subter(mirabile dictu)
Tot linguę,totidem ora sonant, tot surrigit aures,
Nocte uolat cæli medio,terræq́ per umbram
Stridens,nec dulci declinat lumina somno.
Luce sedet custos,aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis,& magnas territat urbes.
Tam ficti,prauiq́ tenax,quàm nuncia ueri.
Hęc tum multiplici populos sermone replebat
Gaudens,& pariter facta atq́ infecta canebat.
Venisse Aeneam Troiano à sanguine cretum,
Cui se pulchra uiro dignetur iungere Dido,
Nunc hyemem inter se luxu,quàm longa,fouere
Regnorũ immemores,turpiq́ cupidine captos.
Hæc passim dea fœda uirûm diffundit in ora.
Protinus ad regem cursus detorquet Hiarbam,
Incenditq́ animum dictis,atq́ aggerat iras.

Extremam.) Aut post omnes gigantes,quippe ad deorum ultionem nata:aut certe extremam pessimã. Omnes enim qui de medicina tractant,dicũt naturale esse,ut inutiliores sint, qui nascuntur ultimi. Vt perhibent.) Quotiescunq; fabulosum aliquid dicit,solet inferre fama est.mire ergo modo quum de ipsa fama loqueretur,ait:Vt perhibent. Pedibus celerem & pernicibus alis.) Conuertit rerum epitheta.nam pernix pedum est:ut,Pernicibus ignea plantis. celeritas pẽnarũ:ut, Celeriq; fuga sub sidera lapsæ. Quot sũt corpore plumæ.) Non ipsius,sed in omniũ corporib. nã exaggeratio est: ac si diceret, quot sunt arenæ. Oculi subter.) Aduerbiũ est: ac si diceret, nõ sub plũis, sed sub ipsa. Tot linguæ.) Infinitus est numerus: nã reuera quot sũt homines, in quibus fama est,tot ora habet,quæ sunt hominũ. Nocte uolat.) Bene naturalẽ rem dicit: nam quanto cælatum est aliquid tanto magis requiritur. & sine dubio incipiẽs fama semper obscura est, quæ diuulgata conquiescit:unde ait,Luce sedet. Terraq́ per umbrã.) Noctẽ umbrã terræ esse nusquã apertius significauit Custos.)speculatrix. Sũmi culmine tecti.) per domos nobiliũ. Turribus aut altis.) per domos regum. Magnas urbes.) magnos populos:& dicit plebeios.

Tenax.) in omnibus perseuerans. Gaudens.)Propter inuentam materiã. Facta atq; infecta.) Sicut sequẽtia indicant. Dignetur.)librauit sermonẽ,quasi personæ superioris.

Luxu, quàm longa.) id est,nunc hyemem inter se luxu fouere ,id est,quantum longa est. Hyems.) Id est,quantum longa est ipsa hyems. Fecit talem & alibi figuram:ut,Tybris ea fluuium qua longa est nocte tumẽtem Leniit. Regnorũ immemores.) Hoc fugit:nam & illi curæ est Carthago,& Aeneæ Italia. Turpiq; cupidine captos.) Turpi cupidine dixit inhonestos amores. Dea fœda.) crudelis. Hiarbam.) filius Iouis Ammonis. Liber quũ Indos peteret,& per Libyam exercitum duceret fatigatus siti,Iouis sui patris implorauit auxilium, & statim uiso ariete fons secutus est ab arenis : unde factum est Ioui Ammoni ab arenis dicto simulachrum cum capite arietino. ἄμμος enim gracè arena dicitur,quòd ideo fin-

gitur, quia fatis eius sunt inuoluta responsa. Rapta.) stuprata: ut, Et rapti Ganymedis honores. Garamantide.) Et propriũ esse potest, & gentile: nam Garamantes sunt iuxta Libyam. Centũ.) Finitus numerus pro infinito. Excubias diuûm æternas.) Diffinitio est æterni ignis: Quid est ignis peruigil? excubiæ deorum. Et sciẽdum, non uacare ratione, ut in aliquibus tẽplis sit ignis peruigil. nam potestates aut terrenæ sunt, aut aëriæ, aut æthereæ: sed quia æther ignis ẽ, ideo in ætherearũ potestatũ templis ignis est, ut reddatur eis imago sui elemẽti. Est aũt in templo Iouis, qui æther est: et Mineruæ, quæ supra ætherem est. unde de patris capite procreata esse dicitur. Isq; amẽs an.) & amator, et barbarus. Sanè nomẽ esse ostẽdit, ponẽdo genitiuũ. Amaro.) aspero: ut, Hostis amare quid increpitas? Media inter nu. di.) Ac si diceret, dijs testibus: ut Salust. Quam medius fidius ueram licet meeũ recognoscas. Idem sic dictum medius fidus, id est, Διὸς υἱός. Supplex orasse supinis.) Hæc allocutio partim precationem habet, unde ait Supplex: partim cõquestionem, unde ait Orasse. Orasse autẽ, dixisse: unde oratores dicti. nam rogare non procedit, quia conqueritur magis. Maurusia.) Mauritania: nam protensio est. Nunc epulata.) dum in epulis est: nam eum deseruit participium præteritum, epulata pro præsenti epulans posuit: unde præmisit quod est præsentis. & bene Nunc dixit: officia enim in deos licet æternam habeãt gratiam, & spectent tam præteritum quàm futurũ, tamen in præsenti plus ualent. semper autem Ioui propter hospitalitatem libatur, quẽ Xenion dicimus. Et bene conqueritur quod humanas res ne tum quidem curat, quum ei tribuitur honos sacrificij. Lenæum.) Bacchicũ: nam Liber Lenæus dicitur, quod lacubus præest, id est, ἀπὸ ληνοῦ. Nam cum sit græcũ, à mentis delinimento non potest accipi. Nequicquam horremus.) quia non iudicio hoc facis. Cæciq; ignes.) non quia non uidentur, sed quorum origo non apparet: alij enim de uentis dicũt fieri, alij de nubibus, alij de aëre. In nubibus.) Ac si diceret, non ex te fiunt: nam si errant, tuo non reguntur imperio. Iuuenalis: Non quasi fortuitus, nec uentorum rabie, sed Iratus cadat in terras & uindicet ignis. Fœmina.) Inuidia à sexu: & iam incipit specialis cõquestio. Est autem ordo: fœmina errãns, quæ in nostris finibus urbẽ posuit. Precio.) Vt ostẽdat eam nec meruisse

Hic Ammone satus, rapta Garamãtide nympha
Templa Ioui centum latis immania regnis
Centum aras posuit, uigilemq; sacrauerat ignem,
Excubias diuûm æternas, pecudumq; cruore
Pingue solum, & uarijs florentia limina sertis.
Isq; amens animi, & rumore accensus amaro
Dicitur ante aras, media inter numina diuûm,
Multa Iouem manibus supplex orasse supinis.
Iuppiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis
Gens epulata toris Lenæum libat honorem,
Aspicis hæc? an te genitor, cum fulmina torques,
Nequicquam horremus? cæciq; in nubibus ignes
Terrificant animos, & inania murmura miscent?
Fœmina quæ nostris errans in finibus, urbem
Exiguam precio posuit, cui littus arandum,
Cuiq; loci leges dedimus, connubia nostra

per gratiam

per gratiā, nec inuasisse uirtute. Si uēdidit, quid conqueritur? quia defraudatus per coriū, uel ex nuptiarū promissione. Littus.) Vt suprà diximus, terram mari uicinā: modo etiam infertile uult ostēdere. Loci leges dedimus.) aut quā tributariā fecimus, aut cui ideo concessimus ciuitatem, ut in nostrū deueniret matrimoniū. Nostra.) pro mea. est autem nobilium hic sermo. Sic Numanus, En qui nostra sibi bello cōnubia poscūt: Nos, pro Ego: Sallustius, Nos in tāta doctissimorum copia. Dominum.) Vt superius, Phrygio seruire marito. Est autem de iure, quasi p coēmptionē. coēmptio uero certis solēnitatib. apud priscos pagebatur in contrahendo matrimonio, & sese coēmendo inuicē uir et uxor interrogabāt. uir ita, an mulier sibi materfamilias esse uellet: illa respondebat, uelle. itē mulier interrogabat, utrū uir sibi paterfamiliâs esse uellet: ille respondebat, uelle. Itaq; mulier in uiri manū conueniebat, & uocabantur hæ nuptiæ per coēmptionē, & erat mulier materfamilias uiro loco filiæ. Paris.) similis Paridi: iniuria à persona. & bene Paris, quasi qui sustulit pactū. sic Iuuen. Et caluo seruiret Roma Neroni: cui similis per iniuriā Domitianus erat. Semiuiro comitatu.) Vt: O ueræ Phrygiæ, neque enim Phryges. Mæonia mitra.) Lydiana, qua utebantur & Phryges & Lydij. Mitra.) hoc est, incuruo pileo, de quo pendebat & buccarum tegmen. Crinemq; madentem subnixus.) hoc est, crinem unguentatum subnixum habens. Rapto potitur.) stupro fruitur: namq; proprie raptus est, illicitus coitus. nec enim hic rapuerat. Templis quippe tuis.) ac si diceret, non mirum si hæc patimur te colētes. sic suprà ad irrisionē dictū, Iupiter omnipotens: ac si diceret, tu es qui omnia potes. Fouemus inanem.) aut quia frustra mundi credimus te esse rectorem, aut quia me tuū filiū esse cōfido. Fouemus autem, quasi rem per se infirmam. Oculosq; ad mœnia torsit.) ut inde pellat Aeneā: ne uideatur esse contrariū, quod perturbantur omnia Ioue Aphricam respiciēte. nam utrunq; ab turpi liberat fama. Voca Zephyros.) aut quibus Aeneas nauiget: unde est, Nec Zephyros audis spirare secūdos. aut qui uehant Mercurium: ut, Ventosq; secabat. item, Rapido pariter cum flamine portāt. Tyria Carthagine.) pro Carthagini. & pro aduerbio in loco, de loco posuit: sic Horat. Romæ Tybur amem, uentosus Tybure Romam: pro Tyburi. Expectat.) moratur, terit tēpus. Nō illum nobis.) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus. Pulcherrima.) Epitheton perpetuū, nec ad præsens negociū ptinēt.

Reppulit, ac dominum Aeneam in regna recepit.
Et nunc ille Paris, cum semiuiro comitatu
Mæonia mentum mitra, crinemq; madentem
Subnixus, rapto potitur: nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famamq; fouemus inanem.
Talibus orantem dictis, arasq; tenentem
Audijt omnipotens, oculosq; ad mœnia torsit
Regia, & oblitos famæ melioris amantes.
Tum sic Mercurium alloquitur, ac talia mandat:
Vade age, nate, uoca Zephyros, & labere pennis,
Dardaniumq; ducē, Tyria Carthagine qui nunc
Expectat, fatisq; datas non respicit urbes,
Alloquere, & celeres defer mea dicta per auras.
Non illum nobis genitrix pulcherrima, talem

Graiumq́ ideo bis uindicat armis.) Alij dicunt bis semel à Diomede singulari certamine, in quo à Diomede saxo percussus est. Iuuen. Vel quo Tydides percussit pondere coxam Aeneæ. Item in excidio, sicut legimus: Descendo ac ducente deo. alij dicũt propter Diomedis et Achillis singularia certamina, sed quãdo cũ Achille dimicauit, à Neptuno liberatus est: potest tamen quod pro Venere fit ab ea factum uideri: sic Iuno imputat Veneri, quod pro ea factum est: ut, Tu potes in totidem classes conuertere nymphas. potest etiã aliter sensus esse: nam Troia antè ab Hercule, qui et ipse græcus fuit, capta est, ut intelligamus iã tunc Aeneam natũ fuisse: nec enĩ multũ tẽpus interfuit, quum constet Priamo tunc ab Hercule imperium traditum.

Promisit, Graiumq́ ideo bis uindicat armis.
Sed fore, qui grauidã imperijs, belloq́ frementem
Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri
Proderet, ac totum sub leges mitteret orbem.
Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
Nec super ipse sua molitur laude laborem,
Ascanio ne pater Romanas inuidet arces?
Quid struit? aut qua spe inimica in gẽte moratur?
Nec prolem Ausoniam, & Lauinia respicit arua?
Nauiget, hæc summa est, hic nostri nuncius esto.
Dixerat, ille patris magni parere parabat

Grauidam imperijs.) Vnde multi Imperatores possent creari: ut, Hinc populum late regem. ideo autem grauidam ablatiuo iũgitur, quia etiam grauis illa re dicimus: unde est huius origo sermonis. sic Plautus in Amphitryone: Vxor tua nõ puero, sed peste grauida est. Belloq́ frementem.) Exceptis temporibus, quibus à Latino regebatur: ut, Longa populos in pace regebat. nam aliâs bellicosa fuit Italia. Proderet.) modo protenderet, hoc est, propagaret. Propago autem si genus significat, pro breuis est: ut, Sit Romana potens Itala uirtute propago: si de arbore dicas. producitur: ut, Flexos propaginis arcus. Alias deciperet: ut, Vnius ob irã prodimur. & est infinitum. hæc lexis polysemos est. Super sua laude.) id est, pro sua laude: & græcum est schema. sic enim Demosthenes: ὑπὲρ τοῦ στεφάνου, id est, pro corona. ὑπὲρ ἐκείνου pro illo. Molitur.) præparat, aut exercet.

Ascanio ne.) Propter illud quod frequenter diximus ipsi imperium deberi: ideo autem hoc asserit Poëta, ut laudando Iulium Cæsarem laudet, qui ab eo originem ducit: ut, Iulius à magno demissum nomen Iulo. Romanas inuidet arces.) Honestior elocutio est: si addamus quam rem inuidemus: ut, Liber Pampineas inuidit collibus umbras. Inimica in gente.) præoccupat quasi præscius. Nec prolem Ausoniam.) Vt in sexto: Nunc age Dardaniã prolem, quæ deinde sequetur Gloria. Hæc summa est.) id est, mei præcepti collectio. Iuuen. Ad summã nõ Maurus erat neq́ Sarmata nec Thrax. Parêre parabat.) Nõ respondet quasi numen inferius, sed dictis obtemperat. Sanè hic locus Homeri est: Ἰλιά. ω. ὀδυσσέας ὣς ἔφατ' οὐκ ἀπίθησε διάκτορος ἀργειφόντης αὐτίκα ἔπειθ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα ἀμβρόσια χρύσεια τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν ἠδ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει, τὴν μετὰ χερσὶν ἔχων πέτετο. Et paulo pòst: σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ κῦμα λάρῳ ὄρνιθι ἐοικὼς ὅς τε κατὰ δεινοὺς κόλπους ἁλὸς ἀτρυγέτοιο ἰχθῦς ἀγρώσσων πυκινὰ πτερὰ δεύεται ἅλμῃ.

Talaria

Talaria nectit.) Mercurius ideo dicitur habere pennas, quia citius omnibus planetis in ortum suũ recurrit, unde & uelox & errans inducitur: ut, Quos ignis cæli Cyllenius erret in orbes. *Tum uirgã c.)* id est, caduceũ: quod primo Apollo habuit, & donauit Mercurio lyra sibi tradita: ut Horat. Fraternaq; humerũ lyra. huius autẽ uirgæ hæc est ratio, Mercurius & rationis dicitur deus, & interpres deorũ. Vnde uirga bellãtes diuidit, id est, bellũ: nã bellantes & interpretum oratione sedantur. unde secũdũ Liuiũ legati pacis caduceatores dicuntur: sicut enim p feciales bella indicebãtur, ita pax p caduceatores fiebat. ἑρμῆς autem græcè dicitur, ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, id est, latinè interpres. *Animas.)* pro umbras: secũdum poëticum morẽ. Animæ enim in cælo sunt: ut, Visa dehinc cælo facies delapsa parẽtis. huius autẽ rei ratio alterius est sciẽtiæ.

Imperio, & primum pedibus talaria nectit
Aurea, quæ sublimem alis, siue æquora supra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.
Tum uirgam capit: hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit.
Dat somnos, adimitq;, & lumina morte resignat.
Illa fretus agit uentos, & turbida tranat
Nubila, iamq; uolans apicẽ, & latera ardua cernit
Atlantis duri, cælum qui uertice fulcit,
Atlantis, cinctum assidue cui nubibus atris
Pinniferum caput, & uento pulsatur, & imbri.
Nix humeros infusa tegit, tum flumina mento
Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.
Hic primum paribus nitens Cyllenius alis
Constitit, hinc toto præceps se corpore ad undas
Misit, aui similis, quæ circum littora, circum
Piscosos scopulos, humilis uolat æquora iuxta,
Haud aliter terras inter, cælumq; uolabat,

Lumina mor. re.) claudit, perturbat: & est aliud quod Physici dicũt, pupillas quas in oculis uidemus, morituros ante triduũ nõ habere, quibus non uisis est summa desperatio. Hoc ergo dicit resignat, hoc est, aufert signa luminibus. *Tranat.)* trãsuolat: ut, Nate per æstatẽ liquidã suspexeris agmen. *Apicẽ & latera.)* Bene ei quæ sunt hominis dat: nam rex fuit, q quũ Perseũ nõ susciperet hospitio, propter oraculũ quo respõsum fuerat, ut à filio Iouis caueret, & præ timore nullũ susciperet, à Perseo in montẽ cõuersus est uiso Gorgonis capite. Vt autem in primo diximus, peritus astrologiæ fuit: nam Herculem docuit: Sanè latinè Telamon dicitur, sicut Nilus Melo. *Fulcit.)* sustinet: nam altus est nimis. *Nix.)* niuis facit: sed uerbũ ninguit nõ hinc uenit, sed ab eo quod est ninguis: sic Lucret. Albas effundere ningues. ninguit aũt prima persona caret, & secũda, quia nõ est in nostro arbitrio, sed ad deum pertinet. *Præcipitãt.)* pro præcipitãtur: ut, Nox humida cælo præcipitat. *Senis.)* aut propter ætatem, aut allusit ad niues: ut, Gelidus canis cũ montibus humor Liquitur. *Paribus alis.)* leni uolatu: ut dixit, & in cælũ paribus se sustulit alis. *Cyllenius.)* ab auia: unde paulo post, Cyllenia proles. aut à Cylleno Arcadiæ mõte, ubi dicitur esse nutritus. *Toto cor.)* uno impetu excussus: sic Lucan. Nec se tellure cadauer Paulatim p mẽbra leuat, terraq; repulsum est, erectũq; semel. *Aui similis.)* Incongruũ heroo credidit carmini, si mer

gum diceret. ut alibi ciconiam per periphrasim posuit, Cādida uenit auis longis inuisa colubris. sic est, Et testa cum ardente uideret Scintillare oleum: ne diceret Lucernā, nimis tenuiter. Littus arenosum Libyæ.) *Bene arenosum: nam in Libya erat, sed nō in arenosa. Mauritania enim est aspera & syluestris.* Materno ab auo.) *per Maiam Atlantis filiā.* Magalia.) *Aphrorū casas: et mapalia idem significant. sed magalia ma producit, mapalia uero corripit: ut, Et raris habitata mapalia tectis.*

Littus arenosum Libyæ, uentosq; secabat
Materno ueniens ab auo Cyllenia proles.
Vt primum alatis tetigit magalia plantis,
Aeneam fundantem arces, & tecta nouantem
Conspicit: atq; illi stellatus iaspide fulua
Ensis erat, Tyrioq; ardebat murice læna,
Demissa ex humeris: diues quæ munera Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.
Continuo inuadit: tu nunc Cartaginis altæ
Fundamenta locas, pulchramq; uxorius urbem
Extruis? heu regni, rerumq; oblite tuarum.
Ipse deûm tibi me claro demittit Olympo
Regnator, cælum & terras qui numine torquet,
Ipse hæc ferre iubet celeres mandata per auras.
Quid struis? aut qua spe Libycis teris ocia terris?
Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,
Nec super ipse tua moliris laude laborem,
Ascanium surgentem, & spes hæredis Iuli
Respice, cui regnum Italiæ, Romanaq; tellus
Debentur. tali Cyllenius ore locutus
Mortales uisus medio sermone reliquit,

Iaspide fulua.) *pro uiridi: ut, Fuluáque caput nectentur oliua. dicit etiam Plin. in naturali histor. multa esse iaspidum genera, in quibus etiam fuluū cōmemorat.* Ensis erat.) *p uagina posuit: & multi iaspidē uolunt ad gratiam pertinere.* Lena.) *est genus uestis. Est autē proprie toga duplex, amictus auguralis.* Inuadit.) *Habitū futuræ orationis ostēdit. & notandū, non tantū eum nuncij, sed etiam caduceatoris, id est, oratoris officio fungi: nam & persuadet & nūciat.* Vxorius.) *uxori seruiens. Horatius, Vxorius amnis.* Ipse.) *Dat dictis authoritatē: ut, Quæ Phœbo pater omnipotēs.* Claro demittit Olympo.) *Olympus quasi olopādus dictus est, siue mons sit Macedoniæ, qui dicitur etiam diuersorium deorū: siue cœlum. unde addidit Claro: ut, Plemmyriū undosum. accētus sanè græcus tūc potest esse, si sit græca declinatio, ut ὄλυμπος ὀλύμπου: nam latina Olympi facit.*

Torquet.) *regit, sustinet: ut, Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques. Numine aūt est, aut nutu, aut potestate.* Hæc.) *quæ dicturus est: nam supradicta ex se dixerat.* Teris.) *per negligentiā tēpus cōsumis. Salust. Ibi triennio frustra trito.* Debetur.) *honestius plurali num. respōdit.* Surgentē.) *crescentē: ut, Surgentē in cornua taurū. Item: Surgentemq; nouæ Carthaginis arcē.* Cyllenius.) *Antonomasiuū est pro pprio.* Ore.) *oratione.*

Mortales ui.) *Aut oculis Aeneæ se sustulit, aut humanā reliquit effigiē, quā sumpserat ut ab Aenea posset uideri: quod est melius.* Medio sermone.) *Atqui executus est omnia quæ*

Iuppiter

Iupiter dixerat. Sed sermo est, cōsertio orationis, & cōfabulatio duorum uel plurium: medius ergo sermo est, quū persona cum qua quis loquitur nō respondet, ut nunc fecit Aeneas. Arrectæq; horrore comæ.) *subaudi* Sūt. Dulceisq; relinquere terras.) *Minus est: quanquam & ne uideatur ingratus, deorum excusatur imperio. sic ipse in* Sexto, Sed me iussa deûm.

Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.
At uero Aeneas aspectu obmutuit amens,
Arrectæq; horrore comæ, & uox faucibus hæsit.
Ardet abire fuga, dulceisq; relinquere terras,
Attonitus tanto monitu, imperioq; deorum.
Heu quid agat? quo nūc reginā ambire furentem
Audeat affatu? & quæ prima exordia sumat?
Atq; animum nūc huc celerem, nunc diuidit illuc,
In partesq; rapit uarias, perq; omnia uersat.
Hęc alternanti, potior sententia uisa est:
Mnesthea, Sergestūq; uocat, fortemq; Cloanthū.
Classem aptent taciti, sociosq; ad littora cogant,
Arma parent, & quæ sit rebus causa nouandis,
Dissimulent: sese interea, quando optima Dido
Nesciat, & tantos rumpi non speret amores,
Tentaturum aditus, & quæ mollissima fandi
Tēpora, quis rebus dexter modus. ocyus omnes
Imperio læti parent, ac iussa facessunt.
At regina dolos (quis fallere possit amantem?)
Præsensit, motusq; excepit prima futuros
Omnia tuta timens, eadem impia fama furenti
Detulit, armari classem, cursumq; parari.
Sæuit inops animi, totamq; incensa per urbem
Bacchatur: qualis commotis excita sacris
Thyas, ubi audito stimulant trieterica Baccho

Ambire.) *blanditijs circumuenire. Ambio illā rem dicimus: ut, Neu connubijs ambire Latinū.* Exordia.) *orationem, sicut in rhetoricis legimus. Sed exordiū in duo diuiditur, in prīcipium & orationem.* Alternāti.) *uaria mēte tractanti. & per hoc ostēditur, cogitasse eum etiā amorem, sed prætulisse uoluntatem deorū.* Taciti.) *sine strepitu, celantes cōsilia.* Arma par.) *cōtra impetū iratæ forte reginæ.* Quādo.) *Nō est hoc loco temporis, sed significat* Siquidē, *& est coniūctio ratiocinātis.* Sanè quādo do breuis est naturaliter: *sic* Serenus, Quando flagella ligas. Vergilius *usurpat,* Si quando Tybrim uicinaq; Tybridis arua. Quis rebus dexter modus.) *qui sit rebus optimus euentus.* Læti.) *alacres, festiui.* Facessunt.) *frequentatiuum est: ut in* Georgicis, Matris præcepta facessit. *aliâs* Discedit *significat: ut* Terentius, *Hæc hinc facessat, tu molestus ne fias.* Præsensit.) *ac si diceret, antequā ille moliretur: & nimia in hoc uis amantis exprimitur.* Omnia tuta timens.) Deest Etiā: *& est exaggeratio.* Badē fama.) *quæ* Iarbæ *nunciauerat.* Cursumq; parari.) *nauigationē: ut,* Ni teneāt cursum. Inops animi.) *sine animo, sine consilio.* Bacchatur.) *furit more bacchantū. Et bene uno sermone præoccupauit futurā cōparationē.* Thyas.) Baccha: *nam sicut à* Baccho baccha, *sic à* Thyeo Thyades *dicūtur.* Cōmotis aūt sacris

ideo

ideo dixit, quia in sacrorum renouatione cõmouebantur simulachra: unde Horatius, Nõ ego te candide Bassareu inuitum quatiam. Trieterica.) triennalia. Liberi enim sacra tertio quoq; anno innouabãtur. Sanè sciendum orgia apud græcos dici sacra omnia, sicut apud Latinos cerimoniæ dicũtur: sed iam abusiuè sacra Liberi orgia uocãt, uel ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id est, à furore, uel ἀπὸ τῶν ὀρῶν, à montibus. Nocturnusq; uocat.) nocte celebratus: unde ipsa sacra nyctelia dicebãtur, quæ populus Rom. exclusit causa turpitudinis. Citharon autem mõs est, ex quo clamor numinis ueluti bacchas uocabat. Dissimulare etiã.) Satis artificiosa allocutio: nã & sibi consulit sub facie utilitatis Aeneæ. Dissimulare aũt ideo: ac si diceret, ita rem pudendam cogitas, ut eam fateri nolis. Suprà enĩ dixerat, Quæ sit rebus causa nouãdis Dissimulent. Data dextera.) fœdus amicitiarum. Hyberno sidere.) nõ hyeme, sed hyemali sidere, aut ꝓprie quod ait suprà: Dum pelago desæuit hyems & aquosus Orion. ergo aut tẽpore: ut, Quo sidere terrã Vertere Mæcenas. aut reuera sidere propter Orionẽ. Crudelis.) etiã in te odio mei. sic Iuuen. de Cæsare: Sæuitia est uoluisse mori. Domosq; ignotas.) Ac si diceret, Carthago iam tibi nota est, licet & hic aliena sint arua. Et Troia antiqua maneret?) Si deest & quasi per interrogationẽ intelligendum. Me ne fugis.) Adhuc aperte non uult imputare beneficia: sicut paulo pòst irata. Nihil ipsa rel.) Non pudorẽ, non regnũ. Inceptos hymenæos.) Qui ipsa nouitate sunt dulces. Dulce meum.) tetigit rem inhonestam. sic Terent. Seu tibi morigera fuit in omnibus rebus. Tyranni.) Nil intererat apud maiores inter regem & tyrannũ: ut, Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Fama prior.) quæ melior fuit sine dubio. Hospes.) Aeneas & hospes fuerat & maritus, sed modo maritũ se negat & hospitem cõfitetur, ut nunc

Orgia, nocturnusq; uocat clamore Cithæron
Tandem his Aeneam compellat uocibus ultro,
Dissimulare etiam sperasti perfide tantum
Posse nefas? tacitusq; mea decedere terra?
Nec te noster amor, nec te data dextera quondã,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
Quinetiam hyberno moliris sidere classem,
Et medijs properas Aquilonibus ire per altum
Crudelis, quid si non arua aliena, domosq;
Ignotas peteres? & Troia antiqua maneret?
Troia per undosum peteretur classib. æquor? (te
Me ne fugis? per ego has lachrymas, dextrãq; tuã,
Quando aliud mihi iam miserę nihil ipsa reliqui,
Per connubia nostra, per inceptos Hymenæos,
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
Dulce meum, miserere domus labentis, & istam
Oro, si quis adhuc precibus locus, exue mentem.
Te propter Libycæ gentes, Numadumq; tyranni
Odere, infensi Tyrij, te propter eundem
Extinctus pudor, & qua sola, sidera adibam
Fama prior, cui me moribundam deseris hospes?
Hoc solum nomen quoniã de cõiuge restat. (ter
Quid moror? an mea Pygmalion dum mœnia fra

ut nunc Dido dicit, Cui me deseris hospes? quoniam hoc solum nomen de coniuge restat, hoc est, superest. Alij Restat intelligunt Resistit, id est, contrarium tibi est. Nonnulli dicũt hoc solum nomen quoniam superest, ut te coniugem dicam. Dicitur autem ingenti affectu hos uersus Vergilius pronunciasse, quũ priuatim paucis præsentibus recitaret Augusto: nam recitauit uoce optima primũ, tertium, & quartum. Saltem.) *uel hoc. Est autem tractum à captiuis, qui quũ tenerentur ab hostib. dicebãt, sublatis omnibus, Salutẽ concede. hinc per synæresim hic natus est sermo, ut in contemptu rerum multarũ petituri aliquid, Saltẽ dicamus.* Ante fugam soboles.) *Et amatoriè, et amarè. nam hanc fugam dicit, quam ille nominat profectionem. amor aũt ex filij desiderio cõprobatur.*

Destruat? aut captam ducat Getulus Hiarbas?
Saltem, si quà mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles, si quis mihi paruulus aula
Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret,
Non equidem omnino capta, aut deserta uiderer.
Dixerat. ille Iouis monitis immota tenebat
Lumina, & obnixus curam sub corde premebat.
Tandem pauca refert: ego te, quæ plurima fando
Enumerare uales, nunquam regina negabo
Promeritam, nec me meminisse pigebit Elisæ,
Dum memor ipse mei, dũ spiritus hos reget artus.
Pro re pauca loquar: nec ego hãc abscõdere furto
Speraui (ne finge) fugam, nec coniugis unquam
Prætendi tædas, aut hæc in fœdera ueni.

Si quis mihi.) *Bene iterat Mihi, & secundũ ius loquitur: nam ubi non est iustũ matrimonium, liberi matrem sequũtur.* Qui te tantũ ore referret.) *Aut sic dixit quasi amatrix, ut suprà de Ascanio, Infandũ si fallere posset amorẽ: aut illud dicit, Optarem filiũ similem uultui, nõ moribus tuis.* Iouis monitis.) *Bene præscribit, ne ei det impietatẽ. Sanè & hæc monita dicimus: ut, Carmẽtis nymphæ monita. &, Deus autor Apollo. &, Hos monitus: ut Persius, Hos pueris monitus patres infundere lippos.* Immota tenebat lumina.) *Physicũ enim est, ut qualitatẽ animi ex oculorũ, aut corporis mobilitate ostendamus. ergo modò uult ostendere Aeneã à proposito non esse deuiaturũ.* Ego te quæ plurima fando.) *Controuersia est plena, in qua & purgat obiecta, remouens à se crimen ingrati: & ueniali utitur statu, profectionem suã retorquens in uoluntatem Deorũ. Habet etiã finem: nam purgat obiectã fugã nomine profectionis.* Promeritã.) *Præstitisse, bene gessisse. & est sermo de his qui per cõtrarium magis lucent. Terent. Ita me uelim ames promerentẽ pater: id est, bene agentem. Et congruit, ut præstet qui bene agit. cõtrà alibi, Quid cõmerui aut peccaui pater? id est, qd male egi.* Meminisse pigebit Elisæ.) *Memini & illius rei dicimus, ut hoc loco: & Memini illam rem, ut Numeros memini si uerba tenerẽ.* Dum memor ipse mei.) *De futuro dixit, & congruè: nam Piget ad futurũ spectat, Pudet ad præteritũ. & licet penè una sit significatio, tamẽ dicimus Piget me illud facere, Pudet me fecisse: unde interdũ, præcipuè à Sallust. simul ponuntur.* Pro re pauca loquar.) *Remoto ingrati crimine, descendit ad causam.*
Neq; ego hanc.) *Profectionẽ subaudi: nam posteriori non potest iungi, ne sit confessio.*
Prætendi tædas.) *Probat non esse matrimoniũ.* Aut hæc in fœdera ueni.) *aut matrimonij.*

monij.

monij, & iungēdum est superiori. aut certè ad posteriora pertinet, & hoc dicit, Non ad hoc ueni ut hic morarer: sicut & nunc probat, Me si fata meis paterentur ducere uitam Auspicijs: & dixit in Primo, Quo me cunque uocant terræ. ubi significauit, nolle apud Carthaginem perpetuo manere, sed uelle quærere sedes fatis concessas. ergo Veni, consensi: hoc est, non ad hæc consensi fœdera, ut quum uellem discedere, non liceret. Meis auspicijs.) Argumētatur á necessitate. & auspicijs ideo, quia maiores omnia auspicato gerebant. ergo Auspicijs, dispositionibus. Sponte mea.) Modò nomē est: nam et genus & casum habet. sic & Mane, cū ei casus et genus adijcitur, nomē est: ut, Dum mane nouum, dū gramina canēt. sic est et Fortè: aliàs aduerbia sunt. Verū autem dixit non sua spōte: nam supra legimus, Hos cape fatorū comites. item, Diuersas quærere terras Augurijs agimur diuûm.

Me si fata meis paterentur ducere uitam
Auspicijs, & sponte mea componere curas:
Vrbem Troianam primum, dulcesq; meorum
Relliquias colerem, & Priami tecta alta manerent,
Et recidiua manu posuissem Pergama uictis.
Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo,
Italiam Lyciæ iussere capessere sortes:
Hic amor, hæc patria est. si te Carthaginis arces
Phœnissam, Libycæq; aspectus detinet urbis:
Quæ tandem Ausonia Teucros considere terra
Inuidia est? & nos fas extera quærere regna.
Me patris Anchisæ, quoties humentibus umbris
Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt,
Admonet in somnis, & turbida terret imago.
Me puer Ascanius, capitisq; iniuria chari,
Quem regno Hesperiæ fraudo, & fatalibus aruis.
Nunc etiam interpres diuûm Ioue missus ab ipso
(Testor utrūq; caput) celeres mandata per auras

Recidiua.) post casum restituta. Grynæus Apollo.) Clazomene ciuitas Asiæ, unde Horat. Diues agebat Clazomenis: iuxta hanc nemus est Grynæū, ubi Apollo colitur. inde ergo nunc epitheton dedit, licet in Delo acceperit oraculū. Lyciæ sortes.) Nec hinc accepit responsum: sed sic dicit Lyciæ, hoc est, Apollineæ. Hic amor, hæc patria est.) Eo, inquit, desyderio per uoluntatem deorū circa Italiā teneor, quo (si possem) circa Troiā. Et ad illud spectat quod dixit, Troia per undosum peteretur classibus æquor. Et nos fas.) et Nobis fas dicimus: sed hoc loco non est iungenda elocutio, ne sit uitium: nam legimus, Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura. sed hoc dicit, fas est etiā nos extera regna requirere.

Nox operit terras.) A uerisimili. ideo tempus posuit, Quoties astra: hoc aūt est, per unamquanq; noctē. Insomnis.) More suo, pro insomnijs. Turbida.) terribilis. quod et umbræ cōuenit, & parentis autoritati. Me puer Ascanius.) Non ipse, sed eius amor scilicet admonet: quē longè repetijt, & ad Ascaniū rettulit. & licet excusetur, tamē solœcophones est.

Interpres diuûm.) Hermes: expressit uerbum de uerbo. Ab ipso.) id est, magno: ut suprà, Ipse deum tibi me claro demittit Olympo. Vtrunq; caput.) Meum & tuū: aut Iouis & Mercurij: aut meū & Ascanij. Celeres mandata per auras.) Sic suprà, Celeris defer mea dicta per

dicta per auras. Manifesto in lumine.) *aut claro: aut in nimbo, cuius maius est lumen. ut Lucan. Postquã se lumine uero.* His auribus hausi.) *Pleonasmos est. Hausi autem, accepi.* Sequor.) *ut, Italiam sequimur fugientẽ.* Iandudum.) *ab initio orationis.* Auersa.) *irata: ut, Diua solo fixos oculos auersa tenebat.* Luminibus tacitis.) *ipsa tacita: ut, Tacitumq́ obsedit limen amatæ, pro ipsa tacita. Sequitur autem inuectio, quæ semper statu caret. Carere autẽ statu dicitur, quia res quibus utitur, carẽt ueritate.* Nec tibi diua parens.) *Nõ est sola in Aeneã uituperatio, sed etiã in se obiurgatio: q͂a dixerat, Credo equidẽ (nec uana fides) genus esse deorum: unde nunc dicit, Generis nec Dardanus autor.* Perfide.) *sic suprà, Dissimulare etiã sperasti perfide tantum Posse nefas: more amantum cũ increpat.* Caucasus.) *mons Scythiæ inhospitalis.* Hyrcanæ tigres.) *Arabicæ: nam Hyrcania sylua est Arabiæ. Et notandum, relictis medijs comparationibus, in eum augmẽta fecisse: nam post Deos, non homines, sed saxa intulit.* Nam quid dissimulo?) *Tacitæ quæstioni occurrit, ne quis nimiã eius iracundiã reprehenderet, dicens Aeneã posse mitigari forsitan precibus.* Miseratus amantẽ.) *Miseratus accusatiuũ regit, ut hoc loco: Misereor, genitiuum, ut Miserere animi non digna ferentis.* Quæ quibus anteferã?) *Amphibologia est: quid prius, quid posterius dicam?* Nec maxima Iuno.) *Aut in Iunonẽ maledictum est, ut eam non esse maximã dicat: sicut etiã in Iouem. nam conuiciũ est, quòd eum Saturniũ dicat, hoc est, nocentẽ. aut certè iungitur: ut, Nec Iuno aspicit nec Iuppiter.* Nusquã tuta fides.) *hoc est, nec apud deũ, nec apud hominẽ. Terent. Quid credas, aut cui credas. Aut declamauit per contrariũ: nã omnis fides tuta est, hic ait Tuta nusquã.* Eiectũ.) *naufragũ. legimus enim, Huc pauci uestris adnauimus oris. & est separandũ.* Littore egentẽ.) *id est, egentẽ littoris: ut, Hospitio prohibemur arenæ.* Et regni demẽs in par. lo.) *ut, Ac dominũ Aeneã in regna recepit: quod Hiarbas queritur.* Amissam classem.) *subaudi Renouaui.* Heu furijs incen. feror.) *Quia multa erat in Deos locuta. Et bona præmittitur excusatio.*

Detulit: ipse Deum manifesto in lumine uidi
Intrantem muros, uocemq́ his auribus hausi.
Desine meq́ tuis incendere, teq́ querelis:
Italiam non sponte sequor,
Talia dicentem iandudum auersa tuetur,
Huc illuc uoluens oculos, totumq́ pererrat
Luminibus tacitis, & sic accensa profatur.
Nec tibi diua parẽs, generis nec Dardanus autor,
Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanæq́ admorunt ubera tigres.
Nã quid dissimulo, aut quę me ad maiora reseruo?
Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Nũ lacrymas uictus dedit? aut miseratus amantẽ?
Quæ q͂bus anteferã? iamiã nec maxima Iuno, (est?
Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.
Nusquam tuta fides: eiectum, littore egentem,
Excepi, & regni demens in parte locaui.
Amissam classem, sociosq́ à morte reduxi.
Heu furijs incensa feror: nunc augur Apollo,

Nam numina non credere curare mortalia, & ab his non ſperare auxilium, furoris eſt. ſubiungit enim, Si quid pia numina poſſunt. Nunc Lyciæ ſortes, nũc et Ioue miſſus ab ipſo.) *Irriſio honeſta ſatis, cum his uerbis fit, quibus laus præceſſit: ut, Et nobis idẽ Alcimedon duo pocula fecit, Necdum illis labra admoui, ſed condita ſeruo. Scimus autẽ Aeneam ſuperius hæc uerba dixiſſe.*

Nunc Lyciæ ſortes, nunc & Ioue miſſus ab ipſo
Interpres diuûm fert horrida iuſſa per auras.
Scilicet his ſuperis labor eſt, ea cura quietos
Sollicitat: neq; te teneo, neq; dicta refello.
I ſequere Italiam uentis, pete regna per undas.
Spero equidẽ medijs, ſi quid pia numina poſſunt,
Supplicia hauſurum ſcopulis, & nomine Didò
Sæpe uocaturum: ſequar atris ignibus abſens.
Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus,
Omnibꝰ umbra locis adero: dabis improbe pœnas.
Audiã, & hæc manes ueniet mihi fama ſub imos.
His medium dictis ſermonem abrumpit, & auras
Aegra fugit, ſeq; ex oculis auertit, & aufert,
Linquẽs multa metu cunctantẽ, & multa parantẽ
Dicere: ſuſcipiunt famulæ, collapſaq; membra
Marmoreo referunt thalamo, ſtratiſq; reponunt.

Quietos ſollicitat.) *Cicero in libris de Deorũ natura, triplicẽ de dijs dicit eſſe opinionẽ: Deos non eſſe, cuius rei autor apud Athenas exuſtus eſt: Eſſe et nihil curare, ut Epicurei: Eſſe, et curare, ut Stoici, ſecundum quos paulo pòſt, Si quid pia numina poſſunt. nam modo ſecundũ Epicureos ait, Ea cura quietos.* I ſequere Italiam uentis.) *Satis artificioſa prohibitio, quæ fit per conceſſionem: quæ tamen ne non intellecta ſit perſuaſio, permiſcenda ſunt aliqua quæ uetent latenter: ut, Ventis per undas. ſic Terent. Profundat, perdat, pereat, nil ad me attinet.* Refello.) *redarguo.* Medijs ſcopulis.) *aut manifeſtis: ut, Medioq; ex hoſte recepi. aut illa ſaxa dicit, quæ ſunt inter Africam & Sardiniam, Siciliamq;.* Hauſurum.) *luiturum, daturum.* Dido.) *Poteſt & uocatiuus eſſe & accuſatiuus.* Sequar atris ignibus.) *Alij furiarum facibus dicunt, hoc eſt, inuocatas tibi immittam diras. alij ſociorum: ut paulo pòſt, Ferte citi flammas. Melius tamen eſt, ut ſecundum Vrbanum accipiamus Atris ignibus, rogalibus, qui uiſi tempeſtatem ſignificant: ut Aeneæ, ſicut in Quinto legimus, contigit. ergo nunc quod factura eſt, dicit: id eſt, occidã me, & rogalibus te perſequar flammis.* Abſens.) *quaſi mortua. Rogalibus aũt, mali ominis. Quod atris dixit, legimus & in Horat. Nigrorũq; memor dum licet igniũ.* Anima ſedu. artus.) *Hypallage, pro animã artubus ſubduxerit.* Omnibus umbra locis adero, da. imp. pœnas.) *Dicũt Phyſici Biothanatorũ animas non recipi in originẽ ſuam, niſi uagantes legitimũ tempus fati cõpleuerint. quod poëtæ ad ſepulturã transferũt: ut, Centum errant annos. Hæc ergo nunc dicit Dido, Occiſura me ante diem ſum, uaganti mihi dabis pœnas, nam te perſequar ſemper. ſi aũt fuero recepta in originẽ, pœnas tuas audiam, quas uidere nõ potero. Hic ergo eſt totus ſenſus: Si uiſis rogalibus flãmis euaſeris tempeſtatẽ, umbra mea te perſequetur: ſi & hanc euaſeris, uel recepta audiã famã ſuppliciorũ tuorum.* Mediũ ſermonem.) *Propter hoc quod ſequitur, Multa metu cunctantẽ & multa parãtem Dicere.* Suſcipiunt famulæ.)

famulæ.) Eam subaudi. Tum uero Teucri.) regis præsentia: sicut in Nono, Tũ uero incumbunt, urget præsentia Turni. Frondentesq́ ferunt.) Non qui erant, sed qui esse poterant: ut, Quos ego sum toties iam dedignata maritos. Fugæ studio.) celeris profectionis: ut, Ille uolans simul arua fuga, simul æquora uerrit. Cernas.) Honesta figura, si rem tertiæ personæ in secundam referas, ut si quis cernat. Formicæ.) Ad studium respicit cōpa-

At pius Aeneas, (quanquam lenire dolentem
Solando cupit, & dictis auertere curas,
Multa gemens, magnoq́ animũ labefactus amo:
Iussa tamẽ diuûm exeqtur, classemq́ reuisit. (re:)
Tum uero Teucri incumbunt, & littore celsas
Deducunt toto naues: natat uncta carina.
Frondentesq́ ferunt remos, & robora syluis
Infabricata, fugæ studio.
Migrantes cernas, totaq́ ex urbe ruentes:
Ac ueluti ingentem formicæ farris aceruum
Cum populãt, hyemis memores, tectoq́ reponũt.
It nigrum campis agmen, prædamq́ per herbas
Conuectant, calle angusto: pars grandia trudunt
Obnixę frumenta humeris, pars agmina cogunt
Castigantq́ moras: opere omnis semita feruet.
Quis tibi tunc Dido cernenti talia sensus?
Quos'ue dabas gemitus? cum littora feruere late
Prospiceres arce ex summa, totumq́ uideres

ratio hoc loco. et notandum, cautelã exprimi per hanc comparationem. Horat. Paruula, nam exemplum est magni formica laboris. Iuuenalis: Formica tandem quidã expauere magistra. Sanè formica dicta est ab eo qđ ferat micas: uel aliquo modo à Græcis deriuatum est, quam uocãt μύρμηκα. Farris.) nomen est solum, quod r geminat in genitiuo. Monodicon ergo est, sicut sol: itẽ Cor cordis, solum in dis mittit genitiuũ. itẽ s geminat As assis: & hæc carent exemplis. Cum populant.) Antiquè dixit. nam hoc uerbum apud ueteres actiuũ fuit, nunc est deponens. Hyemis memores.) Horat. Quæ simul inuersum contristat aquarius annũ Non usquã prorepit. It nigrũ campis agmen.) Hemistichium Ennij de elephantis, quod ante dictũ Accius est usus de Indis. Calle angusto.) Callis est semita tenuior, callo pedum pecorũ prædurata. Semita est semis uia, unde & Semita dicta est. Via est actus dimidius, qua potest ire uehiculũ. nam actus duo capit, propter euntium & uenientiũ uehiculorũ occursum. Grandia trudũt.) quæ portare nõ possunt.

Moras.) tardas, moranteis. Feruere late.) Infinitus hic est à tertia cõiugatione, id est, feruo feruis: nam secundæ coniugationis uerba perdito e, quod habent ante o, in tertiã migrant, ut ferueo feruo, fulgeo fulgo. hinc est: Feruere Leucaten, auroq́ effulgere fluctus. sic Horat. Vadè uale, caue ne titubes, mandataq́ frangas. nam Caue ue longa est, nec uocalis sequitur; ut in Bucolico Vergil. Vale uale inquit Iola. Sed dicimus à tertia coniugatione esse imperatiui, ut Cauo cauis. hinc etiã Catul. Cauere dixit. Arce ex summa.) Regum enim fuit habitare in arcibus propter tutelã. Deniq; Romæ Valerius Publicola quum in Aesquilijs domũ haberet altissimã, inuidiæ causa eam diruit, & in plano ædificauit. Item Augu

Miſceri ante oculos tantis clamoribus æquor?
Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?
Ire iterum in lacrymas, iterum tentare precando
Cogitur, & ſupplex animos ſummittere amori,
Ne quid inexpertum fruſtra moritura relinquat.
Anna uides toto properari littore circum,
Vndiq; conuenere: uocat iam carbaſus auras,
Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.
Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem,
Et perferre ſoror potero. miſeræ hoc tamen unũ
Exequere Anna mihi: ſolam nam perfidus ille
Te colere, arcanos etiam tibi credere ſenſus.
Sola uiri molleis aditus, & tempora noras.
I ſoror, atq; hoſtem ſupplex affare ſuperbum.
Non ego cum Danais Troianã excindere gentem
Aulide iuraui, claſſem'ue ad Pergama miſi:
Nec patris Anchiſæ cineres, manes'ue reuelli.

ſtus post Actiacum bellum Palatiũ ex ſuo præcepto ædificatum, quum eſſet domus priuata, donauit reipub. Tantis clamoribus.) *nautarum ſcilicet.* Improbe amor.) *Exclamatio poëtæ contra amorem. & hoc eſt quod* Horat. *dicit,* Hoc amet, hoc *ſpernat promiſſi carminis autor. quanquã de ordine artificiali & naturali ab* Horatio *in* Arte *poëtica dictũ ſit. tale eſt & illud in* Tertio, Auri *ſacra fames: id eſt, cupiditas. nam illic amoris eſt increpatio, qui ſecundũ philoſophos omniũ generalis eſt rerum.* Hinc *eſt, quod apud inferos* Eriphyla *inter amanteis cõmemoratur, quæ monile cõcupierat.* Ire iterũ in lacrymas.) Hinc *eſt amoris improbitas, quæ lacrymis cogit rogare dudum ſuperbam. eſt autem ſpecioſa elocutio,* Pergit *in lacrymas.* Precando.) Precãdo, *cãtando, in hoc modo* Do *naturaliter breuis eſt: ſic* Terẽtianus, Vt *uitæ dubius uarios renouãdo dolores.* Plerunq; *tamen à* Vergil. *producitur: ut,* Cantãdo *tu illum? item,* Cantando *rumpitur anguis.* Summittere amori.) *ac ſi diceret,* Non Aeneæ, *aut certè* Aneã Amorem *uocauit.* Ne quid inexpertũ fruſtra.) *Rogabat non ſpe impetrãdi, ſed ne eſſet quod ſibi poſſet imputari, ſi non rogaſſet: quanq̃ fruſtra rogaret. &* Fruſtra *ex iudicio poëtæ dictũ eſt. ſic* Sallust. Falſò *queritur de natura ſua genus humanũ: ut ſuprà,* Hoc *amet, hoc ſpernat promiſſi carminis autor.* Properari littore circum.) *circũ littus: nam poſtpoſita præpoſitio & accentũ mutauit, & ſuas perdidit uires.* Properari *aũt, impersonale eſt.* Et læti nautæ.) *id eſt, minimè timentes.* Sperare dolorem.) *pro timere. & eſt acyrologia: nam ſperamus bona, timemus aduerſa.* Hoc *aũt dicit,* Si *ſciſſem abiturum* Aeneam, *non tantũ diligerem: ſi non dilexiſſem, minus dolerem.* Si *potui autem, ſi potuiſſem. & ſic eſt dictum, ut* Omnia *præcepi, atq; animo mihi ante peregi. ac ſi diceret, nihil mihi nouũ contingeret.* Mihi.) *pro me exequere.* Te colere.) *colebat: infinitus pro indicatiuo.* Molles aditus.) *faciles: ut,* Et *quæ molliſſima fandi* Tẽpora. Hoſtem ſuperbũ.) Poſtq̃ *apertè denegauit ſe* Carthagini *eſſe manſurũ.* Aulide iuraui.) Aulis *inſula eſt, uel portus, in qua coniurauerũt* Græci *ſe non antè reuerſuros, quàm* Troia *caperetur. & eſt ſenſus illud ſpectãs,* Scio *me* Danais *è claſſibus unũ.* Aulide *aũt, aut in* Aulide, *aut pro* Aulidi.

Ad Pergama.) *in* Pergama, *id eſt, cõtra* Pergama. Anchiſæ cineres manéſue reuelli.)

Quod

Quod dicitur ex oraculo fecisse Diomedes, & secum eius ossa portasse, quæ postea reddidit, quũ multa aduersa perferret. hinc est, Saluete recepti Nequicquã cineres. Sciendum sanè, Varronem dicere Diomedem eruta Anchisæ ossa filio reddidisse. Catonẽ autem affirmare, quòd Anchises ad Italiam uenit: tanta est & inter ipsos uarietas, & historiarum confusio.

Reuelli.) non Reuulsi: nam Velli & Reuelli dicimus. Vulsus uerò & Reuulsus usurpatum est tantum in participijs cõtra naturã.

Cur mea dicta negat duras dimittere in aures?
Quò ruit? extremũ hoc miseræ det munus amãti,
Expectet facilemq́ fugam, uentosq́ ferentes.
Non iam coniugium antiquũ, quod prodidit, oro:
Nec pulchro ut Latio careat, regnumq́ relinquat.
Tempus inane peto, requiem, spatiumq́ furori:
Dum mea me uictam doceat fortuna dolere.
Extremam hanc oro ueniam, miserere sororis,
Quã mihi cum dederis, cumulatã morte relinquã.
Talibus orabat, talesq́ miserrima fletus
Fertq́ refertq́ soror: sed nullis ille mouetur
Fletibus, aut uoces ullas tractabilis audit.
Fata obstant, placidasq́ uiri Deus obstruit aures.
Ac ueluti annosam ualido cum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc,

Quò ruit.) inconsultè properat, sine respectu salutis. nã hoc dicit: quod peto, & ipsi prodest: amoris scilicet impatientia. Ferẽtes.) bene flantes, propitios. Quod prodidit.) decepit. & bene: nam ad diruptionem cõiugij immutata uoluntas sufficit. Pulchro ut Latio careat.) Quod illi pulchrũ uidetur. & sic est etiam illud, O tantùm libeat mecum tibi sordida rura: id est, quæ tibi sic uidentur.

Tempus inane peto.) Sine officio coẽundi: nam sine beneficio non procedit, quum spatium petat & requiem. Dum mea me uictã doceat fortuna dolere.) Mea fortuna, id est, aduersa: ut, Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta: ex eo statu in quo est fortuna dixit. Doceat autem dolere, illud est, quia non habet in aduersis patientiã, nisi qui dolere consueuit. Hoc ergo petit, ut ei præstetur tempus, per quod discat aduersa perferre. Oro ueniam.) beneficium: ut, Orantes ueniam. Miserere sororis.) Genitiuum tantum regit. Quam mihi quum dederis cumulatam, morte relinquam.) Sensus est, quod beneficium quum mihi cumulatũ dederis, sola morte derelinquam. & hic intellectus est melior, Quam mihi quũ dederis cumulatam: quam lectionem Tucca & Varus probant. nam malè quidam legunt, Quam mihi quũ dederit, id est Aeneas, cumulata morte relinquã: & uolunt intelligi, acceptum ab eo beneficiũ morte cumulabo, & sic relinquam, ut amantes dicere consueuerunt: ut, Aërij specula de montis in undas Deferar, extremũ hoc munus morientis habeto. nam si eãm odio habet Aeneas, restat ut eius morte lætetur. sed non procedit: nemo enim dicit Veniam cumulata, sed cumulatã. Fertq́ refertq́.) non ab Aenea, qui nil dicit, sed à Didone fert & refert, id est, iterũ portat. Voces ullas tractabilis audit.) Cur mitis nõ audit? quasi mirũ est: sed curat, dicendo, Fata obstant, placidasq́ uiri Deus obstruit aures. Deus.) Iuppiter scil. unde & suprà Dido ait, Saturnius. Alpini Boreæ.) flantes de apibus, quæ Gallorũ linguà Alti mõtes uocãtur. Nunc hinc nũc illinc.) sicut Aeneas ab Anna et Didone.

It stridor.)

Eruere inter ſe certant: it ſtridor, & alte
Conſternunt terras concuſſo ſtipite frondes.
Ipſa hæret ſcopulis, & quantum uertice ad auras
Aethereas, tantum radice in tartara tendit.
Haud ſecus aſſiduis hinc atq; hinc uocibus heros
Tunditur, & magno præſentit pectore curas.
Mens immota manet, lachrymæ uoluũtur inanes.
Tum uero infelix fatis exterrita Dido,
Mortem orat: tædet cæli conuexa tueri.
Quo magis inceptũ peragat, lucemq́ relinquat,
Vidit turicremis cum dona imponeret aris
(Horrendum dictu) latices nigreſcere ſacros,
Fuſaq́ in obſcœnum ſe uertere uina cruorem.
Hoc uiſum nulli, non ipſi effata ſorori.
Præterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
Velleribus niuẽis, & feſta fronde reuinctum.
Hinc exaudiri uoces, & uerba uocantis
Viſa uiri, nox cum terras obſcura teneret:
Solaq́ culminibus ferali carmine bubo

It ſtridor.) Ad dolorem Aeneæ pertinet: de quo ait, Magno perſentit pectore curas. Altè.) iugiter, diu. Conſternunt.) implent: ut, Strata iacent paſſim ſua quæq; ſub arbore poma. Frondes.) ſicut lachrymæ Aeneæ. Hæret ſcopulis.) ut, ille in conſilio perſeuerat. Tantũ radice in tartara.) Secundum Phyſicos, qui dicunt parem eſſe altitudinem radicum & arborum. Lachrymæ inanes.) quia immota mens manet. Tum uero.) id eſt, poſt deſperationem. Exterrita.) præcipitata, turbata. Mortẽ orat.) pro deſyderat: ut, Mortẽq; miſerrimus opto. Aut certè ideo orat, quia conſecrata fuit, nec mori poterat, niſi ſoluta cõſecratione. Cæli cõuexa) incurua cæli. Turicremis.) cremantibus tura. Hoc uiſum.) hoc quod uiderat, nulli dixit. qd eſt Nulli? ne ſorori quidẽ, cui fuerat de amore cõfeſſa. Cõiugis antiqui.) aut prioris, aut chari. Miro quod honore colebat.) Mirè exhibẽdo ea, quæ circa uiuos ſolent fieri. Moris enim fuerat, ut nubentes puellæ ſimul ueniſſent ad limen mariti, poſtes antequam ingrederentur ornarent laneis uittis (unde ait, Velleribus niuẽis) & oleo ungerent: & inde uxores dictæ ſunt, quaſi unxores. Feſta fronde.) diuina: tanquam numen coleret. Sanè hoc loco latenter, quam ſupra diximus, tangit hiſtoriam: nam ſi amabat Aeneam, utique non coleret extinctum maritum. nam quod de Didone & Aenea dicitur, falſum eſt. Conſtat enim Aeneã tercentũ quadraginta annis ante ædificationem Romæ ueniſſe ad Italiã, quũ Carthago non niſi quadraginta annis ante ædificationẽ Romæ constructa ſit. Sed altius conſyderandũ eſt, cur Vergil. Aeneæ Didonẽ coniunctã dixerit. Viſa uiri.) Non enim erat uiſa, ut ſuprà. Nox cũ terras.) Veri ſimilitudo. Sola bubo.) Sola cõtra genus poſuit. Lucan. Et lætæ iurãtur aues bubone ſiniſtro. Item Ouid. Infandus bubo. Et hoc eſt in uſu: ſed Vergil. mutauit, referens ad auẽ. plerũq; enim genus relicta ſpecialitate à generalitate ſummus: ut ſi dicas Bona turdus, referẽdo ad auẽ. itẽ ſi dicamus, prima eſt A. i. litera, quũ a ſit neutri gen. ſimiliter B I O V, neut. eſt ge. Ferali carm.)

Bene

Bene hoc addidit: nõ enim omni modo malum est bubonis omen, sed quum canit tantummodo. Cantus enim eius fletũ imitatur, aut gemitum: tacens ostendit felicitatem. omnes enim aues oscines malæ, præpetes bonæ sunt. Priorũ.) *Et Piorũ legitur: sed illud spectat, Heu uatum ignaræ mentes quid uota furentẽ?* Horrificant.) *horrorẽ incutiũt.* Insomnis.) *pro insomnijs, id est, uigilijs: & declinatur insomnia insomniæ.* Semperq́ relinqui.) *per omnes noctes nauigare uidebatur Aeneas, quasi eã semper desereret.* Incomitata.) *Quod ferale, id est, mortiferũ omen est, et præcipue regi.* Agmina Pentheus.) *Aut impetus: aut secundum Vrbanũ, agmina serpentium, quibus crinitæ sunt Eumenides. Pentheus autem secundũ tragœdiã Pacuuij, furuit etiã ipse.* Scænis agit.) *famosus, celebratus tragœdijs. & Agitatus, quia furuit, & multæ de eo scriptæ sũt tragœdiæ: quasi frequẽter actus.* Armatã matrẽ.) *causam ipsam furoris ostẽdit.*

Sæpe quæri, & longas in fletum ducere uoces.
Multaq́ præterea uatum prędicta priorum
Terribili monitu horrificant: agit ipse furentem
Insomnis ferus Aeneas, semperq́ relinqui
Sola sibi, semper longam incomitata uidetur
Ire uiam, & Tyrios deserta quęrere terra.
Eumenidũ ueluti demens uidet agmina Pẽtheus,
Et solẽ geminũ, & dupliceis se ostendere Thebas.
Aut Agamemnonius scænis agitatus Orestes,
Armatam facibus matrem & serpentibus atris,
Cum fugit, ultricesq́ sedent in limine diræ.
Ergo ubi concepit furias, euicta dolore,
Decreuitq́ mori, tempus secum ipsa, modumq́
Exigit, & mœstam dictis aggressa sororem,
Consilium uultu tegit, ac spem fronte serenat.
Inueni Germana uiam (gratare sorori)
Quæ mihi reddat eum, uel eo me soluat amãtem.
Oceani finem iuxta, solemq́ cadentem
Vltimus Aethiopũ locus est, ubi maximus Atlas
Axem humero torquet, stellis ardentibus aptum.
Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos

Sedent in limine diræ.) *A Pacuuio Orestes inducitur Pyladis admonitu, propter uitandas furias ingressus Apollinis templum, & quum inde uellet exire, inuadebatur à furijs. hinc ergo est, Sedẽt in limine diræ.* Viã.) *rationẽ.* Gratare sorori.) *id est, gratulare, suscipe gaudiũ pro sorore. sic enim dicimus, grator tibi honorẽ.* Eũ.) *Aeneam: quẽ ut notũ noluit dicere, quasi eius fastidio nomẽ abhorreat.* Oceani finem iuxta.) *Finem Oceani nullus nouit, sed initium, quod ipsum potest finis uideri aliunde sumpto principio.* Aethiopũ.) *Aethiopiæ duo sunt, una circa ortũ solis, altera circa occasum in Mauritania, quã nũc dicit. & dicta est Aethiopia à colore populorũ, quos solis uicinitas torret: nam græcè αἴθω ardeo, & ὤψ ὠπὸς aspectus dicitur.* Atlas.) *Nullũ nomen græcũ in ns terminatur.* Torquet.) *sustinet.* Stellis aptũ.) *Satis perite loquitur: nam aptũ coniunctum dicit, ἀπὸ τ ἅπτεσθ, nõ insignitũ stellis. Axis enim nõ habet stellas, qui est medius inter septẽtriones: unde eos nõ occidere axis uicinitas facit, nõ quia in axe sunt.* Hic mihi Massylæ

 sylæ

ſylæ gentis monſtrata ſacerdos.) Monſtrata, prædicta: quæ eſt oriũda Maſſyla, à quà non lõge ſunt horti Heſperidũ. Sacerdos nunc uenit de locis, quæ ſunt circa Atlantẽ: nam aliter nõ procedit. Maſſyla enim mediterranea eſt ciuitas, Beronice Libyæ: unde haud longe horti Heſperidum ſunt. Atlas uero mons in Mauritania eſt. *Heſperidũ templi cuſtos.)* Heſperides Atlantis filiæ nymphæ, ſecundũ fabulam hortũ habuerunt, in quo erant mala aurea Veneri cõſecrata: quæ Hercules miſſus ab Euryſtheo rege Argiuorũ, occiſo puigili dracone ſuſtulit. Re uera autem nobiles fuerunt puellæ, quarum greges abegit Hercules, occiſo eorum cuſtode: unde mala fingitur ſuſtuliſſe, hoc ẽ, oues: mala autem; id eſt μῆλα, & poma et oues ſignificãt. unde μηλονόμος ouium paſtor dicitur: etenim νέμω eſt paſco.

Heſperidum templi cuſtos, epulasq́ꝫ draconi
Quæ dabat, & ſacros ſeruabat in arbore ramos,
Spargens humida mella, ſoporiferũq́ꝫ papauer.
Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes,
Quas uelit, aſt aliȷs duras immittere curas:
Siſtere aquam fluuiȷs, & uertere ſidera retro.
Nocturnosq́ꝫ ciet manes: mugire uidebis
Sub pedibus terrã, & deſcẽdere montibus ornos.
Teſtor chara deos, & te germana, tuumq́ꝫ
Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.
Tu ſecreta pyram tecto interiore ſub auras
Erige, & arma uiri, thalamo quæ fixa reliquit
Impius, exuuiasq́ꝫ omneis, lectumq́ꝫ iugalem,

Soporiferũq́ꝫ papauer.) Incongrue uidetur poſitum, ut ſoporifera ſpecies peruigili detur draconi. ſed dicimus uariam uim præbere uictũ diuerſis animalibus: nã ſalices hominibus amaræ ſunt, dulces capellis: ut, Et ſalices carpetis amaras, ſcilicet hominibus. item cicutæ ſecundũ Lucretium hominibus ſunt uenenoſæ, quũ pingues reddant capellas. Ergo & papauer licet hominibus det ſomnũ, draconi adimit forſan: & eſt excuſatio. Poteſt tamen melior eſſe ſenſus, Si ſeruabat in arbore ramos, plenum ſit: ſequentia uero ſic accipiamus, Hæc ſe promittit carminibus curas ſoluere, ſpargens humida mella ſoporiferumq́ꝫ papauer, id eſt, miſcens: ut Cicero, Et ſpargere uenena didicerũt. Nec incongrue ad amaritudinẽ amoris mel adhibet, & ad obliuionẽ papauer. *Siſtere aquam fluuiȷs, & uertere ſidera retro.)* Quãto magis poterit Aeneã ab incepto retorquere. *Mugire uidebis.)* uidebit quis: ut, Migrantes cernas. *Teſtor chara deos.)* Quia quum multa ſacra Romani ſuſciperẽt, magica ſemper damnarũt. *Accingier.)* præparari, accingi. Er aũt ut ad infinitum addatur, & ratio efficit metri: nam quum in eo ultima longa ſit, addita Er ſyllaba breuis fit, ut audiri audirier. *Tu ſecreta.)* ſine arbitris. & eſt bona elocutio, rem loci uel temporis ad perſonã transferre, ut nocturnus uenit, ſecretus fecit. *Pyram.)* ſub ſpecie ſacrificȷ præparat mortis exequias. *Et arma.)* Gladium dicit, abuſiuè: nam & paulo pòſt, Enſemq́ꝫ relictũ. Proprie enim arma ſunt, quæ armos tegunt. *Impius.)* qui gladium reliquit furenti. hoc aũt tractũ eſt de Homero, qui dicit gladiũ Aiaci datũ ab Hectore, & Hectori ab Aiace balteũ, quæ eis exitio fuerũt: nam alter tractus eſt balteo, alter ſe donato telo interemit. unde prouerbiũ natũ eſt apud Sophoclẽ. *Exuuias.)* ueſtes Aeneæ, quem hoſtem dixerat ſuprà: ut, I ſoror, atq; hoſtem ſupplex affare ſuperbum. item, Dulces exuuiæ.

Quo

Quo perij.) Propter extinctum pudorem. Prætexere.) abscondere, præuertere. Tantos furores.) quãtos cogitabat Dido. Grauiora timet quàm morte Sichei.) aut Quàm detrahimus, & fiat elocutio: aut subaudimus, Grauiora timet posse contingere, q̃ morte Sichei. At regina pyra.) Notatus est hic uersus. uitiosa est enim elocutio, quæ habet exitus similes: sit licet casuũ dissimilitudo. Intẽditq; locũ sertis.) ligat: ut, Stuppea uincula collo Intendunt. & est hypallage, Intendit serta per locũ. Funera.) cupressũ. nã & supradicta ligna ad funus pertinent: ut, Procumbunt piceæ, sonat icta securibus ilex. Effigiem toro locat.) Exprimitur amãtis affectus, quòd etiã in morte amici imagini uolebat esse cõiũcta: ut paulo pòst, Natũq; patrẽq; Cũ genere extinxem, et memet sup ipsa dedissem. Haud ignara futuri.) memor suæ dispositionis.

Quo perij, super imponas: abolere nefandi
Cũcta uiri monumẽta iubet, mõstratq; sacerdos.
Hęc effata, silet: pallor simul occupat ora.
Non tamen Anna nouis prætexere funera sacris
Germanam credit, nec tantos mente furores
Concipit, aut grauiora timet quàm morte Sichei.
Ergo iussa parat.
At regina, pyra penetrali in sede sub auras
Erecta ingenti, tædis atq; ilice secta,
Intenditq; locum sertis, & fronde coronat
Funerea, super exuuias ensemq; relictum,
Effigiemq; toro locat, haud ignara futuri.
Stant aræ circum, & crines effusa sacerdos
Tercentum tonat ore deos, Erebumq;, Chaosq;,
Tergeminãq; Hecaten, tria uirginis ora Dianæ.
Sparserat & latices simulatos fontis Auerni,
Falcibus & messę ad lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ, nigri cum lacte ueneni.
Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus,
Et matri præreptus amor,

Ter cẽtũ t. o. de.) Non tercentũ deos, sed tonat tercentũ numina Hecates: unde Hecate dicta est, hecaton, id est, centũ habẽs potestates. Tonat aũt peritè dixit: in aliquibus enim sacris imitabãtur tonitrua. Erebũ.) inferorũ profunditatẽ. Tria uirginis ora Dianæ.) Iteratio est, Lunæ, Dianæ, Proserpinæ. Simulatos fontes Auerni.) In sacris (ut suprà diximus) quæ exhiberi non poterant, simulabãtur, & erant pro ueris. bene autem de Auerno, per quem descensus ad inferos dicitur. Falcibus & messæ ad lunam quærũtur ahenis.) Herbæ enim pro lunæ ratione tolluntur. nec omnes eodem modo. unde & peritè ahenis falcibus dixit: quia aliæ uelluntur, aliæ incidũtur. & Ad lunã, non ad noctem, sed ad lunæ obseruationem. Pubentes.) quia aliæ siccæ, aliæ uiridiores leguntur. Et sciendũ inter homines & herbas esse reciprocas trãslationes. sic enim pubentẽ herbã dicimus, quemadmodũ florẽ ætatis. Nigri cum lacte ueneni.) Nigri, aut noxij, quia nigri sunt homines post uenenũ: aut certe illud est, quia sunt herbæ nigri lactis, id est, succi. dicũt aũt per periphrasim agreste papauer significari. Et matri prærep. amor.) Secundũ Plin. qui dicit in Naturali historia pullos equinos habere in fronte quandã carnẽ, quã eis statim

natis adimit mater, quã si quis forte præripuerit, pullũ odit, & lac ei denegat. Iuuen. Cui totam tremuli frontẽ Cæsonia pulli Infudit. et merito suspicati sunt, amorẽ creari ex carne, sine qua mater nõ alit ex se creatũ. Ipsa mo.) *farre, & sale. Ordo aũt est, Ipsa Dido mola & pijs manib. id est, puris, deos testatur.* Vnũ ex. p.) *Quia id agitur ut ista soluatur, & implicetur Aeneas.*

Ipsa mola, manibusq́ pijs altaria iuxta,
Vnum exuta pedem uinclis, in ueste recincta
Testatur moritura deos, & conscia fati
Sidera: tum si quod non æquo fœdere amantes
Curæ numen habet, iustumq́ memorq́ precatur.
Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras, syluæq́ & sæua quierant
Aequora, cum medio uoluuntur sidera lapsu,
Cũ tacet omnis ager, pecudes, pictæq́ uolucres,
Quæq́ lacus late liquidos, quæq́ aspera dumis
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti,
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
At non infelix animi Phœnissa, nec unquam
Soluitur in somnos, oculis ue aut pectore noctem
Accipit, ingeminant curæ, rursusq́ resurgens
Sæuit amor, magnoq́ irarum fluctuat æstu.
Sic adeò insistit, secumq́ ita corde uolutat.
En quid ago? rursus ne procos irrisa priores
Experiar? Numadumq́ petam cõnubia supplex,
Quos ego sum totiens iam dedignata maritos?

In ueste recĩcta.) *Quia, ut suprà diximus, in sacris nil solet esse præligatũ, præcipue eius, quæ amore uult solui.* Cõscia fati sidera.) *id est, planetas, quibus fatorũ ratio cõtinetur.* Si qđ non æquo fœdere amantes.) *Ordo est, tum numen precatur, si quod curæ habet amantes nõ æquo fœdere. Si quod autẽ, bene dubitat, utrũ super res male positas habeat potestates. sensus autẽ hic est, aut ἀντέρωτα inuocabat cõtrarium Cupidini, q amores resoluit: aut certe cui curæ est iniquus amor, scilicet ut implicet nõ amantẽ.* Iustũq́ memorq́.) *Vt expugnetur, qui est causa discordiæ.* Nox erat.) *Protenditur ista descriptio ad exaggerationẽ uigiliarũ Didonis.* Syluæq́.) *Secũdum eos qui dicũt omnia quæ crescunt animalia esse.* Aequora.) *Elemẽta etiã animalia esse uoluerũt: unde est in 7. Aequora mulcebant cãtu.* Tacet omnis ager.) *ea quæ in agris sunt.* Oculis ue, aut pect. noct.) *Quia potest aliud esse sine alio: ut si quis dormiẽs mente turbetur.* Resurgens sæuit a.) *Grauior est enim quũ resurgit. sentẽtia quasi generalis: sicut in Secũdo de Aenea, Furor iraq́ mentẽ Præcipitant.* Adeò.) *scilicet furit: ut in hoc proposito permaneret, uitandæ sine dubio lucis.* En quid ago?) *En, ecce: & quasi demõstrantis est particula, per quã intelligimus eam multa cogitasse, & sic prorupisse: ecce quid actura sum? est aũt comicũ principiũ, nec incongruè amatrici datũ. sic Terent. Quid igitur faciã, nam hæc coniunctio multa eam cogitasse significat.* Rursus.) *Duo significat frequẽter: iterũ, raro uicissim, id est mutuo, id est denuo: ut hoc loco.* Numadũq́ petam.) *Inuidia à personis: petã mulier & regina Numidas, id est, uagos.* Maritos.) *futuros scilicet. est autem elocutio, dignor illam rem, & illa re.*

Vltima iussa.) Aut intelligimus Aeneã ei obtulisse nauigãdi facultatẽ: aut Teucrûm iussa, nõ quæ ipsi iusserãt, sed ea quæ à Ioue iussa sunt, ut nauiget. hæc summa est. *Quia ne.)* reuera: & est una pars orationis. *Stat.)* permanet. *Nautas.)* non Troianos: nam iniuriose dixit, assuetos laboribus. *Ouantes.)* lætantes, abusiuè: nam proprie ouatio est minor triumphus. qui enim ouationem meretur, & uno equo utitur, & à plebeijs uel ab equitibus Romanis deducitur ad Capitoliũ, & de ouib. sacrificat, unde & ouatio. qui autem triũphat, albis equis utitur quatuor, & senatu pręeunte, in Capitolio de tauris sacrificat.

Iliacas igitur classes, atq; ultima Teucrûm
Iussa sequar? quia ne auxilio iuuat ante leuatos,
Et bene apud memores ueteris stat gratia facti?
Quis me autem, fac uelle, sinet? ratibusq; superbis
Irrisam accipiet? nescis heu perdita, nec dum
Laomedonteæ sentis periuria gentis.
Quid tum? sola fuga nautas comitabor ouanteis
An Tyrijs, omniq; manu stipata meorum
Inferar? & quos Sidonia uix urbe reuelli,
Rursus agam pelago? & uentis dare uela iubebo?
Quin morere, ut merita es, ferroq; auerte dolorẽ.
Tu lacrymis euicta meis, tu prima furentem
His Germana malis oneras, atq; obijcis hosti.
Non licuit thalami expertem sine crimine uitam
Degere, more feræ, tales nec tangere curas,
Non seruata fides cineri promissa Sichæo.
Tantos illa suo rumpebat pectore questus.
Aeneas celsa in puppi iam certus eundi

Vix urbe r.) Quomodo uix, cũ dicat in Primo, Cõueniũt q̃bus aut odiũ crudeli tyrãni: aut si ultro cõuenerũt, quomodo Vix dicit urbe reuelli? sed soluitur, quod Vix nõ ad difficultatẽ retulit, sed ad tẽpus: ut Vix dicatur, modo, id ẽ, nuper, ut diximus suprà. nam nulla ratione dimitterent patriã, nisi eos aut odiũ crudele Pygmalionis coẽgisset, aut timor: ut, Cõueniunt q. a. o. c. t. a. m. a. e. *Quin morere.)* quinimmo. & bene omnis eius intentio tendit ad mortem. nam si procos rogare turpe est, solam sequi impossibile & inhonestum, Tyrios trahere difficile, sola mors superest. *Tu lacrymis euicta meis.)* Bene totum ei imputat, sed cum excusatione, quæ Aneæ nuptias suasit, sed uicta lacrymis: ut, Sinum lacrymis impleuit obortis Anna refert. *Tu prima furentem.)* Vrbanus hoc diuidit, licet alij iungant. & uult hunc esse sensum: Tu persuasisti, ut nuberem uicta lacrymis meis. tu etiam nunc me his oneras malis: nam me olim occidissem, nisi te deserere formidarem. *Obijcis hosti.)* Ob naturaliter breuis est, sicut & re & ad: sed plerunq; producuntur hac ratione obijcio, adijcio, reijcio: id est, cũ habent uocalem sequentem, quæ per declinationem potest in consonantis formam transire: ut obiecit, reiecit. ergo etiam antequam transeat, interdum fungitur officio consonantis, & præcedentem longam facit. *More feræ.)* Plinius in naturali historia dicit, lyncas post amissos coniuges alijs non coniungi. multi Ferè aduerbium uolunt, ut sit sensus: More, scilicet quo iam ad uiduitatem ferè consueuerat. *Sine crimine.)* Crimen autem bene: ut supra, Potui succumbere culpæ. *Sichæo.)* pro Sicheio. *Certus eundi.)* indubitabiliter profecturus.

Carpebat somnos.) Hoc est quod & paulo pòst culpat Mercurius. sed excusatur his rebus: nam & certus eundi fuerat, & rite cũcta præparauerat. aut certe proœconomia est, ut possit uidere Mercuriũ. *Forma dei.*) Bene non deus, sed forma: raro enim ueniũt numina, sic ut possint uideri. unde & sequitur, Vultu redeuntis eodem. nam licet Redeũtis dicat, id est, eius qui possit agnosci: non tamen faciem dicit, sed uultũ, qui potest sanè mutari. *Eodē.*) O semp longum est, quia eodem ablatiuus est semper. eadem autē & producit & corripit. nam et nominatiuus est, ut eadem mulier fecit: & ablatiuus, ut eadem muliere faciente. *Visa monere.*) Bene uisa: non enim reuera est. *Omnia Mercurio similis.*) Aliud est idē esse, aliud simile esse: ergo nũc certus est Aeneas. *Vocemq́.*) quia orationis est deus. Horatius: Mercuri facũde. *Coloremq́, Et crines flauos.*) Ideo & perustus & flauus Mercurius inducitur, quia satis uicinus est soli præter cæteras stellas.

Carpebat somnos, rebus iam rite paratis.
Huic se forma dei uultu redeuntis eodem
Obtulit in somnis, rursusq́ ita uisa monere est,
Omnia Mercurio similis, uocemq́, coloremq́,
Et crines flauos, & membra decora iuuentæ:
Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos?
Nec quæ circunstent te deinde pericula cernis
Demens? nec Zephyros audis spirare secundos?
Illa dolos, dirumq́ nefas in pectore uersat,
Certa mori, uarioq́ irarum fluctuat æstu.
Nõ fugis hinc præceps, dũ præcipitare potestas?
Iam mare turbari trabibus, sæuasq́ uidebis
Collucere faces, iam feruere littora flammis,
Si te his attigerit terris aurora morantem.
Eia age, rumpe moras: uariũ & mutabile semper
Fœmina. sic fatus, nocti se immiscuit atræ.
Tum uero Aeneas subitis exterritus umbris,
Corripit è somno corpus, sociosq́ fatigat:
Præcipites uigilate uiri, & considite transtris.
Soluite uela citi, deus æthere missus ab alto
Festinare fugam, tortosq́ incidere funes
Ecce iterum stimulat: sequimur te sancte deorum
Quisquis es, imperioq́ iterum paremus ouantes.

Et membra decora iuuentæ.) quia deus palæstræ est. Horat. Catus & decoræ More palæstræ. Iuuentæ autem, ætatis, quum iuuentus sit personarum: ut, Et rebus spectata iuuentus. sanè figura est Similis membra, uocem, colorẽ. *Zephyros.*) uentos: de Aphrica enim Zephyris nauigare non poterat. *Nefas in pectore uersat.*) Ne non timeret amatricem, bene addit Certa mori: item, Variũ & mutabile semper Fœmina. *Præceps.*) festinus. *Collucere faces.*) propter, Ferte citi flãmas. *Vmbris.*) sicut suprà, Forma dei. *Corripit.*) Omen futuræ tempestatis, cum rumpit somnũ, deorũ donũ. *Præcipites.*) Vt suprà Mercurius, Non fugis hinc præceps. *Ecce iterum stimulat.*) Phantasia est ad sociorum terrorem. sic in Sexto, Deus ecce deus. *Sancte deorum.*) Aut distingue Sancte: aut secundum Ennium dixit, Respondit Iuno Saturnia sancta deorum. *Quisquis es.*) Atqui suprà dixit,

dixit, Omnia Mercurio ſimilis. Sed ſciendum eſt, ſecundum Tullium in libro de deorum natura, tres eſſe Mercurios, ſuperū. terrenū, & inferum. ergo Quiſquis, aut quicūq; de tribus. aut certe ad Iouem ſpectat, id eſt, quiſquis es qui præcipis: ut in 9. Quiſquis in arma uocas, cum Irim uidiſſet: id eſt, quicūq; Irim miſiſti. plane illud occurrit quod ait, Deus æthere miſſus ab alto, ubi & Iouem cōplectitur, & supernū Mercuriū. ſed poteſt & hoc loco quaſi phantaſiam facere propter ſocios: & Quiſquis es ideo dicere, quia licet uiderit, nō tamen reuera

Adſis ô, placidusq́; iuues, & ſidera cœlo
Dextra feras. dixit, uaginaq́; eripit enſem
Fulmineum, ſtrictoq́; ferit retinacula ferro.
Idem omnes ſimul ardor habet, rapiūtq́;, ruuntq́;.
Littora deſeruere, latet ſub claſſibus æquor.
Annixi torquent ſpumas, & cærula uerrunt.
Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile.
Regina è ſpeculis ut primum albeſcere lucem
Vidit, & æquatis claſſem procedere uelis,
Littoraq́;, & uacuos ſenſit ſine remige portus:
Terq́; quaterq́; manu pectus percuſſa decorum,
Flauenteſq́; abſciſa comas: prò Iuppiter ibit
Hic ait, & noſtris illuſerit aduena regnis?
Non arma expedient? totaq́; ex urbe ſequentur?
Diripientq́; rates alij naualibus? ite,
Ferte citi flāmas, date uela, impellite remos.
Quid loquor? aut ubi ſum? quæ mentē inſania mutat?
Infelix Dido? nunc te fata impia tangunt.

nouis eſſe Mercurium: unde ait ſuprà, Et formā et uultum uiſa mouere. Iterū par.) Quia iam paruerat p̄paratione nauigiorū. Et ſidera cœ. Dext. fe.) hoc eſt, uentos: qui ex ortu ſiderum aut ꝓſperi, aut aduerſi ſunt. ſicut in Geor. Præterea tā ſunt arcturi ſidera nobis. nec enim ſidera dicit reuera, quū arcturus una ſit ſtella. ergo Dextra dixit ſidera, uētos, uel tēpora. Prima auro.) Deſignatio temporis eſt, nō diei deſcriptio. unde infert: ut, Primo albeſcere lucē Vidit. & ſic in 12. Quū primū craſtina cœlo Puniceis inuecta rotis aurora rubebit. Et bene hāc primū inducit uidiſſe crepuſculū, quæ quaſi amatrix tota uigilauerat nocte. ſic in Buccol. de amatore: Naſcere, præq́; diē ueniēs age lucifer almū. Nouo lu.) Secūdū Epicureos, q ſtulte ſolē de atomis dicūt cōſtare, & cū die naſci, & cū die perire. Tithoni cu.) Eſt uerſus Homeri in Iliade. Tithonus frater Laomedontis fuit. hūc Aurora amatū in cœlū leuauit, quē lōginqtas uitæ in cicadā cōuertit. Hor. Longa Tithonū minuat ſenectus. qđ ideo fingitur, quia ut eſt apud Cicer. ſola uox remanet, & eſt natura loquacior. Albeſcere lu.) Hypallage eſt: luce enim albeſcūt oīa, nō lux albeſcit.

Aequatis ue.) feliciter plenis, ſine motu aliquo. Prò Iup.) Aut iraſcētis exclamatio eſt: ut in Teren. Prò ſup̄me Iuppiter. aut certe teſtatur Iouē, quē in Aeneæ inuocauit aduētu: ut, Iuppiter hoſpitibus nā te dare iura loquūtur. Ibit & il.) ibit & illudet, tēpus p tēpore. & ſic dixit: ut, Certātq́; illudere capto. Nō ar. e.) Furentis hæc uerba ſunt: ut ipſa paulo pòſt, Quæ mentē inſania mutat? nā hæc à ſana nō procedūt: ut imperet abſentibus ferre tela, quū ſola ſit. Naualibus.) De naualib. ubi ſtant naues. Aut ubi ſum.) nūquid in cœtu ſum?

Cum

Tum decuit cũ ſceptra dabas:en dextra, fidesq́,
Quem ſecum patrios aiunt portare penates,
Quem ſubijſſe humeris confectum ætate parentẽ.
Non potui abreptum diuellere corpus? & undis
Spargere? non ſocios? non ipſum abſumere ferro
Aſcanium? patrijsq́ epulandũ apponere menſis?
Verum anceps pugnæ fuerat fortuna. fuiſſet:
Quem metui moritura? faces in caſtra tuliſſem,
Impleſſemq́ foros flammis, natumq́ patremq́
Cũ genere extinxem, memet ſuper ipſa dediſſem.
Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtras,
Tuq́ harum interpres curarum, & conſcia Iuno,
Nocturnisq́ Hecate triuijs ululata per urbes,
Et diræ ultrices, & dij morientis Eliſæ,
Accipite hæc, meritumq́ malis auertite numen.

Cum ſceptra dabas.) Vt, Ac dominũ Aeneã in ſceptra recepit. Fidesq.) Subaudi En etiã in ſequẽtibus: aut certe hic eſt quẽ dicũt, portare deos. Sanè En nominatiuo melius iungitur: ut, En Priamus. Ipſum Aſcaniũ.) Aut quia eſt cauſa nauigationis: ut, Quem regno Heſperiæ fraudo. aut ad patris dolorẽ: ut, Qui nati corã me cernere letũ Feciſti. Epulandũ apponere.) Quod fecit Progne occiſo Itye filio propter ſororis ſtuprũ. In caſtra.) claſſes: ut, Nos caſtra mouemus. Foros.) tabulata nauiũ, ab eo quod inceſſus ferant. & eſt generis maſculini, numeri tãtum pluralis, ut hi fori fororum. Cum genere extinxẽ.) pro extinxiſſem, morte Aeneæ & Aſcanij. & eſt syncope. Super ipſa dediſſem.) Satis amatoriè. Sol.) Iam utitur imprecationib. hoc eſt, deuotionibus: unde et deuotor & deuotrix, quæ imprecari dicitur: nõ aũt terrarũ flammis, ſed opera terrarũ. bene autẽ inuocat ſolem, ut ſuprà per numen Liberi ſacrificauit. Tuq harũ interpres curarũ.) Aut quas patior: aut generaliter curarum coniugaliũ interpres, hoc eſt, media & conciliatrix. Cicero, Quiq interpretes corrupendi iudicij ſolent eſſe. Cõſcia Iuno.) Siluit rem turpem: ſic ſuprà, Et pronuba Iuno. Nocturnis.) non triuijs, ſed per nocturnũ tempus. Vlulata per urbes.) Proſerpinam raptam à Dite patre Ceres cum incenſis faculis per orbem terrarũ requireret, per triuia eam uel quadriuia uocabat clamoribus: unde permanſit in eius ſacris, ut certis diebus per cõpita à matronis exerceatur ululatus. ſicut in Iſidis ſacris, ubi eſt imitatio inuenti Oſyridis, quẽ dilaniatũ à Tiphone eius fratre uxor Iſis per totum orbem requiſiſſe narratur. Iuuenalis, Plangentis populi currit deriſor Anubis. Hecaten autem inuocat, cauſa ultionis: unde & furias uocat. ſed uſurpatiuè modo Diras dixit. Nam diræ in cœlo, furiæ in terris, eumenides apud inferos: unde & tres eſſe dicũtur, ſed hæc nomina cõfundunt poëtæ. Vltrix uero, hoc eſt, Tiſiphone: nam græcè τίσις ultio dicitur, φόνος funus & mors. Dij morientis Eliſæ.) Aut manes dicit: unde eſt, Vos ò mihi manes eſte boni, quoniam ſuperis auerſa uoluntas. Aut certe anæroticos dicit, id eſt, Martem & Saturnum, qui intercidunt uitæ rationem, ſi radijs ſuis ortum genituræ pulſauerint. Horatius, Te Iouis impio tutela Saturno refulgẽs Eripuit, uolucresq fati tardauit alas. & bene Tardauit, quia neceſſitas fati impediri poteſt, non penitus eludi. ſic Vergil. Nec fata uetabant Stare decemq alios Priamũ ſupereſſe per annos. Meritũq malis auertite numen.) quod mali merẽtur.

Audite preces.) Imprecationes dicit. nam non ſunt preces: ut paulo pòſt, Imprecor arma armis pugnent. Adnare.) Vt in Primo, Huc pauci ueſtris adnauimus oris: id eſt, per tempeſtatem uenimus. & bono colore futura prædicit. Fata Iouis.) Participium eſt, nõ nomen, à fando. Terminus hæret.) ſi hoc eſt immutabile. Audacis populi.) Rutulorum, quos ſemper inducit ut audaces. Finibus extorris.) extra ſuas terras remotus. & ſignificat, quãdo Euandri & Tarchontis petiuit auxiliũ. Indigna ſuorũ funera.) Pallantis dicit & cæterorum. Pacis iniquæ.) ut ſuprà diximus, propter perditã linguã, habitũ, nomen: quæ ſolet uictor imponere, ſicut poſtulat Iuno. Sed cadat ante diem.) Cato dicit iuxta Laurolauiniũ quum Aeneæ ſocij prædas agerent, bellum commiſſum, in quo Latinus occiſus eſt, fugit Turnus, et Mezentij auxilio cõparato uictus quidẽ eſt ab Aenea, qui tamen in ipſo prælio non comparuit. Aſcanius poſtea Mezentium interemit. alij dicunt, quòd uictor Aeneas quum ſacrificaret ſuper Numicum fluuium, lapſus, & eius nec cadauer inuentum eſt: unde dicit, Mediaꝙ inhumatus arena. Poſtea dictus eſt inter diuos receptus, quem Iouem indigetem dixere. Ante diem.) ante fati neceſſitatem. & bene, quod paſſura eſt, optat Aeneæ: ut, Sed miſera ante diem. Cum ſanguine fundo.) Quaſi imprecationes ipſas ſuo conſecraret cruore. Tum uos ò Tyrij.) Non ſunt mandata, ſed imprecationes: ut diſſentiant omnibus rebus, ſicut & factum eſt. nam ſi mandata ſunt, quomodo genus futurum? Exercete odijs.) id eſt, fatigate.

Et noſtras audite preces: ſi tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare neceſſe eſt,
Et ſi fata Iouis poſcunt, hic terminus hæret.
At bello audacis populi uexatus & armis,
Finibus extorris, complexu auulſus Iuli,
Auxilium imploret, uideatꝙ indigna ſuorum
Funera: nec cum ſe ſub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno aut optata luce fruatur.
Sed cadat ante diem, mediaꝙ inhumatus arena.
Hæc precor, hãc uocẽ extremã cũ ſanguine fundo.
Tum uos ò Tyrij ſtirpem, & genus omne futurũ
Exercete odijs, cineriꝙ hæc mittite noſtro
Munera: nullus amor populis, nec fœdera ſunto.
Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor,
Qui face Dardanios, ferroꝙ ſequare colonos:
Nunc, olim, quocunꝙ dabunt ſe tempore uires,
Littora littoribus contraria, fluctibus undas

Nec fœdera ſunto.) * Quia ſupra ſunt Tertio. Sunto autẽ, ſint: & fit propter metrum, addita o tertiæ perſonæ numeri pluralis modi indicatiui: ut amanto, docento, legunto, audiunto, nutriunto. Vrbanus dicit uerbo eam iuris uſam, propter odia hæreditaria. Exoriare.) exoriatur: & oſtendit Hannibalem. Ex oſſibus.) Secundum Anaxagoram, qui homœomeriam dicit, id eſt, omnium membrorũ ſimilitudinem eſſe in rebus creandis. ergo ſicut ex oſſibus, ſic ex ſanguine & medullis: nam omnia pro parte ſui trãſeunt in procreationem. Lucret. Nunc ad Anaxagoræ ueniamus homœomeriã. Fluctibus undas Im pre.) Propter illud qđ in fœderib. ſancitũ eſt, ut Corſica media eſſet inter Romanos et Carthagineſes.

Pugnent, ipsiq; nepotes.) Potest & ad ciuile bellũ referri. Tum breuiter.) festinatione mortis. simul nectit causam morarum, & ipsi & sorori. Huc siste.) Huc, adhuc: ut, Et gregem sistit ad aram. Hinc & Sistatur dicimus, id est, adducatur. nam Stare aliud est. nec aliter possumus dicere quàm Sta hic, & Siste huc. fallit enim plerunq; uerbi similitudo, quia dicimus Sto & Sisto, quum diuersa significent pro eodem. Spargere lympha.) Sacrificantes dijs inferis aspergebantur, ut Spargens rore leui & ramo felicis oliuæ: Superis, abluebantur: ut, Donec me flumine uiuo Abluero. Modò autem inferis sacrificabat, ut Sacra Ioui Stygio. Piacula.) purgationes: aliàs sunt sacrilegia. Sic ueniat.) Ne præmitteret, aut præcederet. Tege corona.) ut & ipsa tardaret. Ioui Stygio.) hoc est, Plutoni. Et sciendum, Stoicos dicere unum esse deum, cui nomina uariantur pro actibus & officijs. unde etiam duplicis sexus numina esse dicũtur: ut quũ in actu sunt, mares sint: fœminæ, quũ patiendi habent naturã. unde est in Georg. 2. Coniugis in gremiũ lætè descendit. Ab actibus aũt uocantur, ut Iuppiter, iuuãs pater: Mercurius, quòd præest mercibus: Liber, à libertate. sic ergo modò Iouẽ Stygiũ dicit inferis sacrificatura, ut Iunoni infernæ dictus sacer. hinc est Iouis oratio: Cælicolæ mea mẽbra dei, quos nostra potestas Officijs diuisa facit. Quæ ritè ince. para.) Ordo est, Incepta quæ paraui, animus est ritè pficere. Curis.) amoribus. Dardanijq; rogũ capi.) in quo eius imago fuerat. Studio anili.) aut pro ætatis possibilitate, aut pro industria, qua utuntur aniculæ. At trepida.) festina: nam moritura nil timebat. Cœptis effera.) furiata sæuis cogitationibus. Pallida morte fu.) aut pallidior quàm solent esse homines post mortem, aut pallida omine mortis futuræ. Furibunda.) furenti similis. Non hos quæsitũ mu. in u.) quẽ Aeneas nõ ad hũc usum reliquerat, ut suprà diximus. secundũ Hom. uertitur munus in perniciẽ. tale est in Bucol. Hos illi, qđ nõ bene uertat, mittimus hædos. Mente.) consilio.

Imprecor: arma armis pugnent, ipsiq; nepotes.
Hæc ait, & parteis animum uersabat in omneis,
Inuisam quærens quamprimũ abrumpere lucem.
Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichei:
Nanq; suam patria antiqua cinis ater habebat.
Annam chara mihi nutrix huc siste sororem,
Dic corpus properet fluuiali spargere lympha,
Et pecudes secum, & monstrata piacula ducat.
Sic ueniat: tuq; ipsa pia tege tempora uitta.
Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incepta paraui,
Perficere est animus, finemq; imponere curis,
Dardanijq; rogum capitis permittere flammæ.
Sic ait: illa gradum studio celerabat anili.
At trepida, & cœptis immanibus effera Dido,
Sanguineam uoluens aciem, maculisq; tremẽteis
Interfusa genas, & pallida morte futura
Interiora domus irrumpit limina, & altos
Conscendit furibunda rogos, ensemq; recludit
Dardanium, non hos quæsitum munus in usus.
Hic postquam Iliacas uesteis, notumq; cubile
Conspexit, paulum lacrymis & mente morata,

consilio. Deusq; sinebant.) aut Iuppiter, qui Aeneam abscedere compulit: aut amor, aut necessitas fati. Vixi.) Excusat uitæ abruptionẽ: quia dicit Plato, magna pœna affici animas eorum, qui uitam ante tempus relinquunt. Et quem dederat cursum fortuna, peregi.) Non natura, nec fatum. Tribus enim humana uita continetur: Natura, cui ultra centũ & uiginti solstitialeis annos cõcessum non est: Fato, cui nonaginta anni, hoc est, tres Saturni cursus exitiũ creant. nisi fortè aliarũ stellarum benignitas etiã tertiũ eius superet cursum: Fortuna, id est, casu, q ad oia pertinet, quæ extrinsecus sunt, ut ad ruinã, incendia, naufragia, uenena.

Incubuitq; toro, dixitq; nouissima uerba:
Dulces exuuiæ, dum fata deusq; sinebant,
Accipite hanc animam, meq; his exoluite curis:
Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi.
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.
Vrbem præclaram statui, mea mœnia uidi:
Vlta uirum, pœnas inimico à fratre recepi:

Bene ergo dixit Fortuna. sic Cicero in Philippicis, Multa mihi imminere uidebantur præter naturã, prætérq; fatum: id est, gladij Antonij ex casu. Sub terras ibit imago.) Bene Imaginem dixit: ualde enim queritur apud philosophos, quid illud sit, quod inferos petat. Nam tribus constamus: anima, quæ superna est, & originem suam petit: corpore, quod in terrã deficit: umbra, quam Lucretius sic diffinijt, Supra spoliatus luminis aër. Ergo umbra si ex corpore creatur, sine dubio perit cum eo: nec est quicquam reliquum ex homine quod inferos petat. Sed deprehenderũt esse quoddam simulachrũ, quod ad nostri corporis effigiem fictum, inferos petat. & est species corporea, quæ non potest tangi, sicut uẽtus. hinc in Sexto, Corpora uiua nefas stygia uectare carina. Hanc aũt rem etiã Homerus requirit, simulachro Herculis apud inferos uiso. Et sciendũ, simulachra esse hæc etiam eorum qui per apotheosin dij facti sunt. unde aut uisi esse apud inferos, aut illuc descendisse dicuntur. Horat. de Libero, Te uidit insons Cerberus aureo Curru decorũ. Sciendum tamẽ, abuti poëtas, & confusè uel simulachrum, uel umbram dicere. Vrbem præclaram.) Non est contrarium illi loco, Pendent opera interrupta. nam licet paululũ aliquid superesset, quantũ ad ipsam pertinet, fecerat: ut, Vrbémq; paratã. item paulo pòst, Vrbémq; tuã. Et reuera ciuitati quid superest, factis muris, templo, portu, theatro? Mea mœnia uidi.) à me facta: & pertinet ad effectum, ut Quam uestræ fecere manus. Vlta uirũ.) puniendo eius interfectorẽ: nam ideo addidit, Pœnas inimico à fratre recepi. & reuera nulla auaro maior est pœna, quàm amittere pecuniam, propter quã cõmiserat scelus. Bene aũt Recepi, quasi debitas. ergo hoc dicit: feci istud & illud, felix nimirũ fuissem, si tantũ Aeneas Carthaginem non uenisset. Alij hæc quasi per interrogationem accipi uolunt, ut nil dicat esse perfectum. nunquid urbem statui? nunquid ulta sum uirum? nunquid à fratre pœnas recepi? felix tamen fuissem, si uel hoc tantum contingeret, ut Carthaginem non ueniret Aeneas. Et hanc uarietatem gignit hic sermo tantum: nam utrunq; admittit. tamen melior est sensus superior, quem nonnulli sic exponũt, propter Pendent opera interrupta. ut sit ordo: Vrbem præclarã, & mea mœnia uidi statui: hoc est, cũ statuerẽtur. statui enim infinitiuus, à passiuo statuor. Felix, heu nimiũ felix, si littora tantũ Nunq̃ Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.) A Catullo accepit, q dicit,

Iuppiter omnipotens utinã nec tempore primo Gnossia Cecropiæ *tetigissent littora puppes: hoc est, quum statueretur.* Os impressa toro.) *applicito ore ad lectulum : aut quasi amatrix, ut* Stratisq́ *relictis* Incubat. *Aut quasi peritura insensibili rei dat sensum : & sic ad lectulum loquitur, ut ad hastam* Turnus, Te Turni *nunc dextra gerit: &* Mezentius *ad equũ,* Rhœbe *diu (res si qua diu mortalibus ulla est)* Viximus. Sic? sic.) *Quasi interrogatio et responsio. et placet sic inultã mori? & hoc loco intelligimus eã se percussisse, unde alij dicunt esse uerba furentis.* Hauriat hunc oc. ignẽ.) *Aut uideat omina tempestatis futuræ, aut certè satisfaciat suæ crudelitati.* Inter talia.) *per talia: ut,* Hunc inter *fluuio* Tyberinus *amœno.* Sparsasq́ manus.) *aut ꝑfusas sanguine, aut morte resolutas.* Fœmineo ululatu.) *proprio fœminarũ.* Horatius, Et *illa non uirilis eiulatio.* Aut antiqua Tyros.) *uel nobilem dicit: uel illud ostendit, qđ* Carthago *antè* Byrsa, *pòst* Tyros *dicta est, pòst* Carthago, *à* Cartha *oppido, unde fuit* Dido, *inter* Tyron & Berithũ. Audijt exanimis.) *territa: nam, ut supra diximus,* Exanimus *mortuus significat.* Ora soror fœdans.) *cruentans sanguine.* Nomine clamat.) *Aut* Didonem *uocat, ut supra diximus,* Pœnorũ *lingua uiraginẽ: nam* Elisa *dicta est, sed uirago est appellata, quũ se in ignem præcipitauit. aut* Nomine clamat, *nominat eam: sicut* Home. *dixit,* ἐκ τ᾽ ὀνόμαζεν. *aut certè uero nomine, ut solent dolentes: ut,* Hunc ego te Euryale aspicio. *& mater* Cyrene, Mater *hic tibi ait, & te crudelem nomine dicit.* Et *multi quærunt, quomodo procedit hoc, quũ eius nomen nusquã sequatur: sed tractum est à iure, ubi dicitur nil interesse utrũ quis unum filium habens dicat, fili hæres esto, an* Titi *hæres esto. ergo dicendo,* Hoc *illud germana fuit: quasi nomen dixit. Sanè sciendum, bene eum perturbatæ integrum non dedisse sermonẽ.* Hoc rogus iste mihi.) Alludit *ad historiam.* Quid primũ deserta querar?) Conquestio *est, cur relicta sit, nec ad par exitiũ cõuocata.* Comitemne sororem Spreuisti?)

Felix, heu nimium felix, si littora tantum
Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.
Dixit: & os impressa toro, moriemur inultæ?
Sed moriamur, ait: sic? sic, iuuat ire sub umbras.
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, & nostræ secum ferat omina mortis.
Dixerat, atq; illam media inter talia ferro
Collapsam aspiciunt comites, ensemq́; cruore
Spumantem, sparsasq́; manus: it clamor ad alta
Atria: concussam bacchatur fama per urbem.
Lamentis, gemituq́;, & fœmineo ululatu
Tecta fremũt, resonat magnis plãgoribus æther.
Non aliter quàm si immissis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros, flammæq́; furẽtes
Culmina perq́; hominum uoluantur, perq́; deorũ.
Audijt exanimis, trepidoq́; exterrita cursu
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis,
Per medios ruit, ac morientẽ nomine clamat.
Hoc illud Germana fuit? me fraude petebas:
Hoc rogus iste mihi, hoc ignes aræq́; parabant.
Quid primũ deserta querar? comitem'ne sororem

Spreuisti?) Deest illud, ne quod spreuisti comitem sororem: & semiplenè loquitur, quod afflictis conuenit. Struxi manibus.) subaudi Rogos. Patrios Deos.) Saturnum & Iunonem. Posita.) exanimata. Statius, Positusq; beata Morte pater. Date.) aut aquā: aut Date, id est, permittite. Lauare autem cadauera proximis concedebatur: unde queritur mater Euryali, Nec uulnera laui Veste tegens. Ore legam.) Sic Cicero in Verrinis, Vt extremum filiorū spiritū ore excipere liceret. Gradus euaserat altos.) ascēderat, rogi scilicet, qui rogi pro qualitate fortunarum fiebāt: unde in Sexto, Cœloq; educere certant. Cruores.) Vsurpatum contra artem. nam nec sanguines dicimus numero plurali, nec cruores. Siccabat aūt, exprimebat. Sub pectore.) Nunc per transitum dicit uulneris locum. Ter reuoluta toro.) aut sæpius: aut promanteusis est, pp̄ter bella Carthaginis. nā tria cum Romanis fuere bella Punica.

Spreuisti moriens? eadem me ad fata uocasses:
Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tulisset.
His etiam struxi manibus, patriosq; uocaui
Voce deos, sic te ut posita crudelis abessem.
Extinxti te, meq; soror, populumq;, patresq;
Sidonios, urbemq; tuam: date uulnera lymphis
Abluam, & extremus si quis super halitus errat
Ore legam. sic fata gradus euaserat altos,
Semianimemq; sinu germanā amplexa fouebat
Cum gemitu, atq; atros siccabat ueste cruores.
Illa graueis oculos conata attollere, rursus
Deficit, infixum stridet sub pectore uulnus.
Ter sese attollens, cubitoq; innixa leuauit:
Ter reuoluta toro est, oculisq; errantibus alto
Quæsiuit cælo lucem, ingemuitq; reperta.
Tum Iuno omnipotens longū miserata dolorem,
Difficileisq; obitus, Irim demisit olympo,
Quę luctantem animam, nexosq; resolueret artus.
Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,
Sed misera ante diem, subitoq; accensa furore

Ingemuitq; reperta.) Atqui suprà ait, Inuisam quærens quamprimū abrūpere lucem. Sed ostendit morientes sua improbare desyderia: ut in Sexto, Quā uellent æthere in alto Nunc & pauperiem, & duros perferre labores. Tum Iuno omnipotens.) aut pronuba, aut inferna. Difficileisq; obitus.) Quia supererat uita ei, quæ casu, non aūt fato aut fortuna moriebatur: ut, Nam quia nec fato merita, nec morte peribat: id est, naturali. Irim demittit Olympo.) Vt & suprà diximus, traxit hoc de Alceste Euripidis, qui inducit Mercurium ei comā secantem, quia fato peribat mariti. Sanè sciendū, hoc ideo nunc fieri, quia certis consecrationibus solebant homines facere, ut muniti essent aduersus fortunæ impetus: nec poterāt mori, nisi exautorati & absoluti illa consecratione. unde circa Didonem ista seruantur. Sed misera ante diem.) Non est contrarium quod dicit in Decimo, Stat sua cuique dies. nam, ut suprà diximus, secundum sectas loquitur: & hoc secundum alios dictum est, Epicureos scilicet, ut inferius in Decimo dictum est. quanquam grammaticæ responsioni possit sufficere, Omnia uincit amor, & nos cedamus amori.

Flauum crinem.) Matronis nunq̃ flaua coma dabatur, sed nigra: unde Iuuenal. *Et nigro flauum crinẽ abscondente galero.* Huic ergo dat, quasi turpi. *Caput damnauerat.)* Nec etiã mori destinauerat. *Iris rosida.)* Quia cum nubibus est, quæ non carent rore. *Aduerso sole.)* Bene rem naturalem expressit. Iris enim nisi è regione solis non fit, cui uarios colores illa dat res: quia aqua tenuis, aër lucidus, & nubes caligantes irradiatæ, uarios creant colores. *Corpore soluto.)* Quia ait suprà, *Nexosq́ resoluerat artus.* *Omnis & unà.)* uno impetu effusa est uita, hoc est, anima. *Dilapsus calor.)* Secundũ eos, qui dicunt animam calorem esse, qua recedente corpus friget: ut, *Corpusq́ lauant frigentis & ungunt.* *In uentos uita recessit.)* anima: ut in Sexto, *Quemq́ sibi tenuis nascentem accersere uitas.* Et dicendo In uentos, aut eos sequitur, qui animam aërem dicunt: hoc est, in materiam suam redit. aut certè eos, qui dicunt animam perire cum corpore: ut intelligamus euanuit, in uentos recessit. ut in Nono, *Sed auræ Omnia discerpunt:* id est, euanescunt.

Nondum illi flauum Proserpina uertice crinem
Abstulerat, Stygioq́ caput damnauerat Orco.
Ergo Iris croceis per cælum rosida pennis,
Mille trahens uarios aduerso sole colores,
Deuolat, & supra caput astitit: hunc ego Diti
Sacrum iussa fero, teq́ isto corpore soluo.
Sic ait, & dextra crinem secat: omnis & unà
Dilapsus calor, atq; in uentos uita recessit.

FINIS QVARTI AENEIDOS.

ADILON.

Quintus habet ludos, & classem corripit ignis.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN
Quintum Aeneidos librum, Argumentum.

NAuigat Aeneas, Siculas defertur ad oras.
Hic manes celebrat patrios, unà hospes Acestes:
Ludos ad tumulum faciunt, certamina ponunt.
Prodigium est cunctis ardens delapsa sagitta:
Iris tum Beroën habitu mentita senili,
Incendit naueis, subitus quas uindicat imber:
In somnis pater Anchises quæ bella gerenda,
Quoq; duce ad manes possit descendere, narrat.
Transcribit matres urbi, populumq́ uolentem.
Et placidum Aeneas Palinurum quærit in undis.

INterea medium Aeneas iam.) dum fletur, aut sepelitur Dido. & hoc sermone librum, ut solet, superioribus iungit: cuius pars maior ex Homero sumpta est. nam omnia quæ hic cõmemorat, exhibẽtur circa tumulum Patrocli, nisi quòd illic curule exercetur, hic nauale certamen. Sanè intelligendum, non potuisse fieri, ut una nec plena die Aeneas ad Siciliã perueniret. Vnde accipiendũ est,

P. VERGILII M. AENEIDOS

LIBER QVINTVS.

INterea mediũ Aeneas iam classe tenebat
Certus iter, fluctusq; atros Aquilone secabat
Mœnia respiciens, quæ iam infelicis Elisæ
Collucent flammis. quæ tantum accenderit ignẽ
Causa latet: duri magno sed amore dolores

sicut suprà legimus, quòd circa primum ortum lucis nauigauit: ut, Regina è speculis ut primũ albescere lucẽ Vidit, & æquatis classem procedere uelis. Ergo tota die dum se Dido interimit, dũ fletur, paululũ prouectus est leniter spirantibus uentis, & flammas rogi circa uesperam uidit, quo tempore & per naturã ignem uidere potuit: & per pristinũ morem, quo per diem cadauera non incendebãtur. Deinde tota nauigans nocte & alterius diei parte, ad Siciliã peruenit. Medium.) Aut Mediũ est quicquid à principio recedit, & necdũ finem sortitur: aut Medium, sic altũ ut medium putares, ut Graditurq; per æquor Iam medium. nam uere medium sequenti indicat loco: ut, Pelagus tenuere rates, nec iam amplius ulla Occurrit tellus. Certus.) aut indubitabiliter pergẽs: aut Certus Aeneas, id est, solers, strenuus: ut, Equidem per littora certos Dimittã. Atros Aquilone.) quos nuper flans Aquilo atros effecerat: ut, Et medijs properãs Aquilonibus ire per altum. Nam nouimus tempestatis hanc esse naturã, ut reliquias uenti teneat tempestas etiam in alterius flatu. Atros autem, secundũ Pliniũ qui dicit in Naturali historia, non esse maris certum colorem, sed pro uentorum qualitate mutari, & aut flauũ esse, aut lutulentum, aut atrum. Collucent.) lucent undiq;. In honorem enim regũ cum faculis procedebatur à populis. unde ait de Pallante, Lucet uia longo Ordine flammarũ, et latè discriminat agros. postea enim funebres lectulos proferre cœperunt: unde est in Sexto, Vel quæ Tyberine uidebis Funera: quũ de Marcello ædili diceret, filio sororis Augusti, in cuius honorem hoc factum est. Quæ tantum.) In quantitate est admiratio. Sanè sciendum Varronem dicere, Aeneam ab Anna amatum: & licet, ut diximus, plurimum tempus intersit, lectum tamen est. Causa latet, duri magno sed amore dolores.) Ignorabat causam, coniecturis tamen propius accedebat. nam duri dolores magno amore polluto, id est, læso: & notus fœminarum furor, ducebat Troianos per triste augurium. scilicet ut crederent se interemisse Didonem. Multi dicunt Ducunt, dilacerant: ut ad supradictas duas causas tertia accedat. Percellebat, inquit, animos Troianorum, quo nascebantur duri dolores amore polluto: quòd notus erat fœminæ furor, quòd ignẽ rogi uidebant, id est, omen nauigantibus triste. ut Pertriste, ualde triste sit. Sed si sic intellexerimus, tertio dicto congruit tantũ, non etiã superiorib. nec enim Troiani nauigãtes poterãt aut de amore, aut de furore Didonis esse soliciti.

Rates.)

Polluto, notumq́; furens quid fœmina pôſſit
Triſte per augurium Teucrorum pectora ducũt.
Vt pelagus tenuere rates, nec iam amplius ulla
Occurrit tellus, cælum undiq; & undiq; pontus,
Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber,
Noctem hyememq́; ferens, & inhorruit unda tene
Ipſe gubernator puppi Palinurus ab alta, (bris.
Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi,
Quid'ue pater Neptũne paras? ſic deinde locutus,
Colligere arma iubet, ualidisq; incumbere remis,
Obliquatq; ſinus in uentum, ac talia fatur:
Magnanime Aenea, non ſi mihi Iuppiter autor
Spondeat, hoc ſperem Italiam contingere cælo.
Mutati tranſuerſa fremunt, & ueſpere ab atro
Conſurgunt uenti, atq; in nubem cogitur aẽr.
Nec nos obniti contra, nec tendere tantum
Sufficimus: ſuperat quoniam fortuna, ſequamur,
Quoq; uocat uertamus iter. nec littora longe

Rates.) pro nauibus abuſiuè poſuit. Olli.) aut tunc, aut illi. Supra caput.) ineuitabilis, mortifer. Nec enim ſimpliciter dictum eſt, quũ omnis imber ſupra caput ſit. Inhorruit unda tenebris.) & noctis & nubium. Ipſe gubernator.) qui debuit eſſe ſolatio.

Puppi ab alta.) ſubaudi, Hæc ait. Quianam?) cur. & eſt interrogantis aduerbiũ, quo uſus eſt bis: hic & in Decimo, Cælicolæ magni quianam ſententia uobis Verſa retro? Colligere arma iubet.) uela contrahere, nõ penitus deponere: nã dicit, Obliquatq; ſinus in uentum.

Iuppiter autor.) aut noſtræ nauigationis: aut ſecundum uſum loquutus eſt, nec ſi huius rei autorem ſe Iuppiter faciat. & multi quærunt, quomodo Iuppiter autor, quum Apollini dicat, Tot maria intraui duce te. Sed legimus, Quæ Phœbo pater omnipotens. & ſpecialiter nauigatiõis ex Africa autor eſt Iuppiter. Hoc cælo.) aẽre. Lucretius, In hoc cælo qui dicitur aẽr. Mutati tranſuerſa fremunt.) hinc atq; hinc. eſt autem aduerbium factum de nomine: ut, Cunctatur & amnis Rauca ſonans. item, Et pede terram Crebra ferit. Nam nomen & aduerbiũ plerunq; trãſeunt in ſe, ut Toruumq́; repente clamat: id eſt, toruè. Item aduerbiũ in nomen, ut Dum mane nouũ: accepta declinatione factum eſt nomen. ſic Perſius, Iam cras heſternum conſumpſimus, ecce aliud cras. Sed nomen quũ aduerbium cœperit eſſe, fit indeclinabile: aduerbium quum nomen eſſe cœperit, declinatur: unde ait Plautus, A mani ad ueſperum. A mane autem propter tetraptoton non dixit. quum enim in alienum ius tranſeunt hæ partes, non ſuis, ſed earum ad quas tranſeunt utuntur poteſtatibus, duntaxat in declinatione. nam tempora rationem ſuam reſeruãt, ut hoc loco Tranſuerſa quum aduerbium ſit, A tamen breuis eſt, quia uenit ex nomine, licet duæ conſonãtes ſequantur: quũ ſciamus in a terminata aduerbia longa eſſe, ut paulo pòſt, Et fruſtra cerno te tendere cõtra. Et ueſpere ab atro.) id eſt, quò tẽdimus. nec enĩ ſine ratione poſt generalitatem ſuã addidit ſpeciẽ. In nubem cog. aẽr.) Nubes enim aẽris denſitas facit: ut, Denſet, erãt quæ rara modo, & quæ denſa, rèlaxat. Tendere.) pro cõtendere: aphæreſis eſt. Sequamur.) fortunã ſcilicet. Nec littora longe.) Suadet à facili.

Fida.)

Fida reor fraterna Erycis, portusq́ Sicanos,
Si modo rite memor ſeruata remetior aſtra.
Tum pius Aeneas: equidem ſic poſcere uentos
Iamdudum, & fruſtra cerno te tendere contrà.
Flecte uiam uelis. an ſit mihi gratior ulla,
Quoue magis feſſas optem dimittere naues,
Quàm quæ Dardaniũ tellus mihi ſeruat Aceſtẽ?
Et patris Anchiſæ gremio complectitur oſſa?
Hæc ubi dicta, petunt portus, & uela ſecundi
Intendunt Zephyri: fertur cita gurgite claſſis,
Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.
At procul excelſo miratus uertice montis
Aduentum, ſociasq́ rates, occurrit Aceſtes
Horridus in iaculis, & pelle Libyſtidis urſæ:
Troia Crimniſo conceptum flumine mater
Quem genuit. ueterũ non immemor ille parentũ,
Gratatur reduces, & gaza lætus agreſti
Excipit, ac feſſos opibus ſolatur amicis.
Poſtera cum primo ſtellas oriente fugarat
Clara dies, ſocios in cœtum littore ab omni
Aduocat Aeneas, tumuliq́ ex aggere fatur:
Dardanidæ magni, genus alto à ſanguine diuûm

Fida.) Propter Aceſtis affinitatem. Fraterna.) Propter Erycen, Veneris & Butæ filiũ: ſecundum alios, Neptũni & Veneris. Sicanos.) Corripuit Si: alibi producit, ut Sicanio prætenta ſinu. Rite memor ſeruata remetior aſtra.) Si rite remetior aſtra cœlo ante ſeruata, ſcilicet ante tempeſtatem. Colligit autẽ uicinitatem ex ratione curſus, qui à peritis horis colligitur, quas indicãt ſidera. Iamdudũ.) Nõ tantũ heroicũ eſt, quod dat Aeneæ gubernãdi ſcientiam: ſed etiã ad proœconomiã pertinet. dicturus enim eſt, Et ipſe ratem nocturnis rexit in undis. Flecte uiam.) Ex re mira nata declamatio. In terra enĩ à uia deflectimus nos, in mari ipſam flectimus uiã. Feſſas naueis.) pro nos feſſos. Dardaniũ Aceſtem.) Vt ſuprà diximus, Hippotes filiam ſuã Egeſtã, ne ad cetos religatur, nauiculæ ſupposuit, & miſit quò ſors tuliſſet. Cum qua delata ad Siciliam Crimniſus fluuius cõcubuit, conuerſus in canẽ, unde Aceſtes eſt natus. Seruat.) tenet: ut, Tãtas ſeruabat filia ſedes. Secundi Zephyri.) Iam ſecũdi, poſt conuerſionem. Et tandem.) Vacat particula Tandẽ: ut, Et quo ſub cœlo tandem, quibus orbis in oris Iactemur doceas. nam cur Tandẽ? quũ dicat, Fertur cita gurgite claſſis. Miratus.) is qui mirabatur, aut certe, Miratus occurrit. Horridus.) terribilis. Libyſtidis urſæ.) Aut reuera urſæ, aut feræ Africanæ. Gaza agreſti.) opibus ruſticanis: nam gaza omnis fructus eſt. Stellas fugarat.) Poëticè dixit: nam ſi ſtellæ à ſtando dictæ ſunt, nõ fugantur. ſemper enim fixæ ſunt, præter Planetas, qui propterea ἀπὸ τῆς πλάνης, id eſt, errore dicti ſunt. Dardanidæ magni.) Frequenter, ut diximus, ad opus ſuum Vergilius aliqua ex hiſtoria deriuat. nam ſic omnia inducit, quaſi diuini honores ſoluãtur Anchiſæ, quos conſtat Iulio Cæſari feciſſe Auguſtum. Et bene dicit, Genus alto à ſanguine diuûm. nam per tacitam œconomiam oſtendit, debere Anchiſem generis ſui honorem mereri: unde eſt, Dijs

genite & geniture deos. A sanguine diuûm.) Diuûm & deorũ plerunq; indifferenter ponit Poëta. quãquã sit discretio, ut deos perpetuos dicamus: diuos, ex hominibus factos, quasi qui diem obierint. unde diuos & Imperatores uocamus. Iuuenalis, Respice riuales diuorũ. Sed Varro & Atteius contrà sentiunt, dicentes diuos perpetuos, deos qui propter sui consecrationem timentur: ut sunt dij manes. quod tangit in Duodecimo, dicẽs, Turni sic est affata sororẽ: Diua deã stagnis quæ fluminibusq; sororis Præsidet.

Annuus exactis completur mensibus orbis,
Ex quo relliquias, diuiniq; ossa parentis
Condidimus terræ, mœstasq; sacrauimus aras.
Iamq; dies (ni fallor) adest, quẽ semper acerbum,
Semper honoratum (sic dij uoluistis) habebo.
Hunc ergo Getulis agerem si Syrtibus exul,
Argolicoue mari deprensus, & urbe Mycenæ,
Annua uota tamen, solenneisq; ordine pompas
Exequerer, strueremq; suis altaria donis.
Nunc ultro ad cineres ipsius, & ossa parentis
Haud equidẽ sine mente reor, sine numine diuûm
Adsumus, & portus delati intramus amicos.

Annuus orbis.) quia menses in se currunt, & annum faciunt: unde annulus quasi & annuus. sic alibi, Atque in se sua per uestigia uoluitur annus: ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι, id est, à renouando dicitur. Diuini.) Aut laus est, ut Diuini opus Alcimedõtis: aut reuera diuini, id est, uaticinãtis. nam ait, Nũc repeto Anchisen fatorum arcana reliquit. Mœstas aras.) medium se præbet. nam & hominem fuisse nouit, & uult eum ex consecratione numen effectum. nam Mœstas aras ad hominẽ pertinet, id est, dijs manibus consecratas. quod paulo pòst dicit, Altaria liquit, uult esse diuinitatis post apotheosin: unde est & Adytis, quæ templorũ sunt: & Successit tumulo, quod est hominis. Ni si fallor.) Non quasi nescius dixit, sed propter anni confusionẽ, quæ erat apud maiores. nam ante Cæsarem, cuius rationẽ hodie de anno sequimur, intercalabantur dies. ut etiam in Verrinis legimus, scilicet lunæ non cõgruente ratione. Annum autem primo Eudoxus, pòst Hipparchus, deinde Ptolemæus, ad ultimum Cæsar deprehendit. Acerbum.) propter perditum patrem. Honoratum.) quia deus effectus est. Sic dij uoluistis.) Sicut in tertio, Sic uisum superis. semper enim de dijs salua ueneratione conqueritur. Getulis agerem si Syrtibus.) si in Getulis Syrtibus agerem, id est, essem: & bene aut desertos, aut hostiles cõmemorat locos. Argolicoue mari.) Ionico & Adriatico. Deprensus.) occupatus. & proprie nauigantium est: ut, Deprensis olim statio tutissima nautis. Vrbe Mycene.) Græcè dixit, unde singularem numerũ posuit. Mycene autem, sicut & Thebe. Iuuenalis, Atq; uetus Thebe centum iacet obruta portis. ut sit Mycene Mycenes, ut Agaue Agaues. Potest & exinde latinã fecisse declinationem, ut sit hæc Mycena huius Mycenæ: & est periphrasis urbe Mycene, id est, Mycenis, ut Vrbẽ Pataui. Annua uota & pompas.) hæc quasi numini. Suis donis.) cõgruis. sunt enim tantum superorum, munera sunt inferorũ: ut in Buccol. Phœbo sua semper apud me Munera sunt lauri, & suaue rubẽs hyacinthus. Nũc ultro.) Argumentũ à minore ad maius. ultro autẽ aut ultra, id est, insuper numina præstiterũt. aut ultro, id est, spõte sua, nõ uolentibus nobis. uult enim ad hoc tempestatẽ ortã, nõ ut ab Italia depellerentur,

depellerentur, ſed quo ſacra renouarentur Anchiſæ. Celebremus honorē.) Non dicit exequias: nam & uētos quaſi à numine uult petere. Poſita.) cōſtituta: ut, Et poſuere in montibus urbē Pallantis proaui de nomine Pallanteũ. Dicit autē: petamus etiã hoc, ut uelit nos in urbe cōſtituta ſingulis quibusꝙ annis ſibi ſacra perſoluere. In naues.) per naues: multa enim In ſignificat, ut ſuprà diximus. Si nona diem mor. al.) Non de die qui certus eſt

Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorē.
Poſcamus uentos, atꝙ hæc mea ſacra quotannis
Vrbe uelit poſita templis ſibi ferre dicatis.
Bina boum uobis Troia generatus Aceſtes
Dat numero capita in naueis, adhibete penates
Et patrios epulis, & quos colit hoſpes Aceſtes.
Præterea, ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radijsꝙ retexerit orbem,
Prima citæ Teucris ponam certamina claſſis,
Quiꝙ pedum curſu ualet, & qui uiribus audax,
Aut iaculo incedit melior, leuibúſ ue ſagittis,
Seu crudo fidit pugnam committere cæſtu:
Cũcti adſint, meritæꝙ expectent præmia palmæ,
Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.
Sic fatus, uelat materna tempora myrto,
Hoc Helymus facit, hoc æui maturus Aceſtes,
Hoc puer Aſcanius, ſequitur quos cætera pubes.
Ille è concilio multis cum milibus ibat
Ad tumulum, magna medius comitante caterua.
Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho

dubitat, ſed de ſereniitate: unde paulo pòſt, Serena iam luce. Et ſciendũ, quia apud maiores, ubiqs ubicũꝙ fuiſſet extinctus, ad domum ſuã referebatur, & illic qui erant octauo die incendebãt, nono ſepeliebatur. unde & Horat. Nouendiales diſſipare pulueres. nam etiã ludi, qui in mortuorũ honorē celebrantur, nouendiales dicũtur. ſciēdũ, quia etiam domi ſuæ ſepeliebãtur: unde eſt orta conſuetudo, ut dij penates in domibus colantur. Prima.) reuera prima: nam cætera non eo quo dicit editurus eſt ordine. Et qui uirib. au.) hoc ad omnia pertinet. Aut iaculo incedit m.) id eſt, iactu uelociũ ſagittarũ: ut uacet Ve. ſic iſta iunxit in Nono, Inſidijs iaculo & longe fallente ſagitta: hoc eſt, in iactu longe fallētis ſagittæ: nam nõ exhibuit iaculatores. Crudo cæſtu.) aut crudeli, aut duro. Cæſtus aũt per diphthongũ pugilũ arma ſignificat. habet etiã pluralē numerũ, & eſt quartæ formæ. nam ceſtus ceſti tantũ numeri ſingularis, ſine diphthongo, balteũ Veneris ſignificat. Præmia pal.) id eſt, uirtutis, à præcedenti ad id quod ſequitur. Ore fauete.) Aperto ſermone uſus eſt, & ſacrificio & ludis: nam in ſacris taciturnitas, in ludis neceſſarius fauor eſt. Fauet aũt ore quis etiã per taciturnitatē. Horat. Fauete linguis carmina, nõ prius Audita muſarũ ſacerdos. Cingite tempora.) Ex Romano more: nã feſtis ludis omnis ætas coronata ſpectabat. qđ oſtēdit per Aneã, Aceſtē, Aſcaniũ, ꝑ quos omnē demonſtrat ætatē. Materna myr.) Vel quaſi filius, uel quaſi Veneris ſacrificaturus marito. Hoc Hely. fa.) princeps Troianorũ, ꝗ dicitur tres in Sicilia cõdidiſſe ciuitates. Aeui ma.) Honeſtius, ꝗ ſi æuo maturus diceret. Rite.) ſecundũ ritũ

ſacrificij, quod exigebat ut libaret de mero Baccho, id eſt, puro. Carcheſia.) *genus poculorũ.* Humi.) *terræ.* Lacte nouo.) *Aut ſtatim mulcto, aut poſt fœtũ, quod coloſtrũ dicitur neutro genere.* Sãguine ſacro.) *uictimarũ, ut diximus. Et notandũ, quia partim quaſi mortuo pari numero ſacrificat: partim impari quaſi deo, ut* Cedit quinas de morte bidentes. *par nanque numerus diuiſibilis, per quẽ mortalitas ſignificatur. impar nãque diuidi nõ poteſt, per quem immortalitas oſtenditur: nam legimus,* Numero deus impare gaudet. Purpureoſque iacit flores.) *ad ſanguinis imitationem, in quo ẽ ſedes animæ. ſic in* Sexto, Purpureos ſpargã flores: *itẽ,* Purpureaſque ſuper ueſtes uelamina nota. *ſcilicet, ut ſuprà diximus, ut ſedis ſuæ cognoſcat imitationem.*

Fundit humi, duo lacte nouo, duo ſanguine ſacro,
Purpureoſque iacit flores, ac talia fatur:
Salue ſancte parens iterum, ſaluete recepti
Nequicquã cineres, animæque umbræque paternæ.
Non licuit fines Italos, fataliaque arua,
Nec tecũ Auſoniũ, quicũque eſt, quærere Tybrim.
Dixerat hæc, adytis cum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena uolumina traxit,

Salue.) *Salue & uale, ſecundum* Varronem in Logiſtoricis, *ſynonyma ſunt. unde his & in ſalutatione utimur, & in execrationibus: ut* Terent. Valeant qui inter nos diſſidium uolunt. *Vnde etiam hæc mortuis dicimus, nõ quod eis optemus ſalutem, in quibus nulla eſſe poteſt: ſed ut ſignificemus ſic nos digredi, ut oſtendamus eos nunquam in noſtram communionem eſſe uenturos.* Iterum.) *Hic diſtinguendum: nam quo tempore eum ſepelijt, dixit ſine dubio* Salue & uale. Recepti nequicquã cineres.) *Cineres pro ipſo patre poſuit: ac ſi diceret,* Salue pater de Troia liberate, ſine cauſa. *propter quod ſequitur:* Nõ licuit fines Italos, fataliaque arua. Recepti iterum.) *Alij ad hiſtoriam referunt ſupradicta diſtinctione mutata, ut dicãt,* Recepti iterũ cineres: *ſemel ex Troia, ſemel à Diomede, qui dicitur oſſa eius eruta cum Palladio reddidiſſe.* Nequicquã *aũt ſecundum Epicureos, qui dicunt omnia perire cum corpore.* Animæque umbræque paternæ.) *Vocatiuus pluralis eſt. nã Plato & Ariſtoteles & omnes periti, dicunt in homine quatuor eſſe animas: unam uitalem, ut in uermibus, qui tantum mouentur: aliam ſenſualem, ut in mutis animalibus, in quibus eſt ſenſus & timoris & gaudij: tertiam intellectualem, ut in hominibus, qui & cogitare & iudicare poſſunt. Eſt etiã quarta infra omnes, quæ phyſice dicitur, ut eſt in herbis & arboribus: quæ etiam motu carentes, uitam tamen habent. nam & naſcuntur, & creſcunt, & pereunt. his rebus colligitur, hominem harum omnium animarum eſſe participem. unde* Salluſtius: Alterum nobis cum dijs, alterum cum belluis cõmune eſt. *De umbris autem facilis eſt probatio. nam ſi quatuor ſunt animæ, ſequitur ut tot ſint umbræ: ut ſiquis inter duas ſtet lucernas, geminam umbrã creat. hoc autem de animis etiam* Lucretius *aſſerit: ſed nõ tantum ueritati ſtudet, quantum ſectæ Epicureæ. Alij iſta fugientes, dicũt umbræ genitiuum eſſe ſingularem, ut ſit* Cineres animæ & umbræ paternæ: *quod non ualde probandũ eſt. nec enim umbra & anima cineres habent.* Quicunque eſt.) *Tædio longæ nauigationis hoc dicit.* Lubricus anguis.) *labilis. aliâs locum dicit: ut,* Per lubrica ſurgens. Septem ingens gyros.) *Loci genium per magnitudinem uult probare. nullus enim locus ſine genio eſt, qui per anguem plerunque oſtenditur.*

Perſius:

Persius: Pinge duos angues, pueri, sacer est locus, extra Meite. Sanè hunc locum de Homero sumpsit, qui inducit græcos apud Aulidē omen futuri decēnalis belli ex serpente collegisse, qui etiam matrem cōsumpsit nouem pullis comesis, ἔνθ' ἐφάνη μέγα σῆμα, δράκων, ἐπὶ νῶτα δαφοινός. Ita ergo nunc etiā Aeneæ omen sui erroris ostenditur, septem gyris. nam septimus annus est ei finis erroris. Et est optimū figmentū. annus enim secundum Aegyptios indicabatur ante inuētas literas, picto dracone caudā suam mordēte, q̄a in se recurrit. ἱερόγλυφα γράμματα uocātur. Gyros.) nomen legimus, uerbū exinde nō inuenimus. Placide repēs.) quiete. Cærulea cui terga notæ.) Cæruleæ notæ & fulgor auro uariatus incēdebat, id est, illustrabat. Agmine longo Tandem.) Post illos gyros tandem longo repere cœpit agmine: id est, impetu. Serpens.) Participium est, non nomē: ac si diceret, repēs.

Amplexus placide tumulum, lapsusq́ per aras.
Ceruleæ cui terga notæ, maculosus & auro
Squamam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus
Mille trahit uarios aduerso sole colores.
Obstupuit uisu Aeneas: ille agmine longo
Tandem inter pateras, & leuia pocula serpens
Libauitq́ dapes, rursusq́ innoxius imo
Successit tumulo, & depasta altaria liquit.
Hoc magis inceptos genitori instaurat honores,
Incertus genium ne loci, famulúm ne parentis
Esse putet: cędit quinas de more bidentes,
Totq́ sues, totidem nigrantes terga iuuencos,
Vinaq́ fundebat pateris, animamq́ uocabat
Anchisæ magni, manesq́ Acheronte remissos.
Nec non & socij, quæ cuiq́ est copia, lęti
Dona ferunt, onerantq́ aras, mactātq́ iuuencos.
Ordine ahena locant alij, fusiq́ per herbam
Subijciunt ueribus prunas, & uiscera torrent.
Expectata dies aderat, nonamq́ serena

Libauitq́ dapes.) leuiter gustauit epulas superpositas: quæ silicernium dicuntur, quasi silicœniū, suprà silicē positæ, quæ peractis sacrificijs senibus dabātur, ut se cito morituros cognoscerent. Depasta altaria.) non à se: nam suprà ait, Libauitq́ dapes. Sed hoc dicit: tamdiu māsit, donec cuncta aris superposita flāma cōsumeret. Geniū ne loci.) Quia, ut suprà diximus, nullus locus est sine genio. Famulum ne parētis.) Fuit enim hæc maiorum consuetudo, sicut hodie apud Indos est, ut quotiens reges moriebantur, cum his dilecti e qui uel serui & una de uxoribus charior incenderētur: inter quas de hoc ipso erat magna contentio. Possumus ergo famulum, seruū sepultū cum Anchise accipere. Aut per apotheosin deum ostendit effectū: unde ei dat famulū, quasi ministrū. singula enim numina habent inferiores potestates ministras, ut Venus Adonim, Diana Virbiū. Aut certe secundū Pythagorā dicit, qui primus deprehendit, de medulla hominis quæ est in spina, anguē creari: quod etiam Ouidius in quintodecimo Metamorphoseos dicit, loquente Pythagora. Nigrantes.) nigra terga habētes. Manesq́ Acheronta remissos.) Aut uenientes de Acheronte: aut Acheronte demissos, qui iam in Acheronte non essent, post apothesim factam.

Hebe, id est, ἥβη, est iuuentus, uxor Herculis. Nunc ergo aut propter hoc iuuentus utitur populeis coronis, aut ad imitationem uirtutis. populus enim Herculi cõsecrata est: ut, Populus Alcidæ gratissima. Nudatosq́.) Bene Nudatos, qui tecti esse consueuerunt. nam nudum est, nunquam tectum, ut facies. Transtris.) Et transtra dicũtur, & iuga: ut in 6. Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant. Intenti.) Eodẽ sermone in diuersis usus est rebus: aliter enim brachia, aliter tẽdimus mentẽ. Exultantiáq; haurit Corda pa. pul.) Hypallage ẽ: Omni parte pulsãs pauor corda haurit, id ẽ, ferit (ut, Latus haurit apertũ:) & exultare facit. Laudũq́.) Ne esset turpe quod ait Pauor. Sanè hæ sunt bellorũ prolusiones: unde etiam ad tubam geruntur. Sed sciendũ, maioris ætatis funera ad tubam solere proferri: Persius, Hinc tuba candelæ. minoris uero, ad tibias: ut Statius de Archemoro, Tibia enim teneros solitum deducere manes. Finibus omnes.) Secundũ naturã ante generali usus est descriptione, uenturus ad spècialitatẽ. Præcipites.) festinãtes: ut, Præcipites uigilate uiri. aliàs præcipites, temerarij et incõsulti. * Bijugo.) Et hoc celeritatis est. plures enim se impediũt. Carcere uero usurpauit. nam carcer est numero tantũ singul. custodia noxiorũ: carceres uero tantũ plurali, hostia, q̃bus equi arcẽtur. unde carceres, quasi arceres, secũdum Varronẽ. Iugis.) iugalibus. Vndantia aũt, longe effusa. Cõsonat.) bene Cõsonat propter echò ait: nã ἠχῶ græcè, resono. Echò uero, nostræ uocis est æmula, unde & Resultat ait. Elabitur.) præcurrit celeriter: ut, Labere nympha polo. Turbã in. fre.) In ipso principio. Discrimine.) interstitio. Et sanè uariat nunc naues, nũc ductores cõmemorãs. Priorẽ.) inter se, hoc

Nudatosq́ humeros oleo perfusa nitescit.
Considunt transtris, intentaq́ brachiaq́ remis
Intenti expectant signum, exultantiaq́ haurit
Corda pauor pulsans, laudumq́ arrecta cupido.
Inde ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes
(Haud mora) prosiluere suis: ferit æthera clamor
Nauticus, adductis spumant freta uersa lacertis.
Infindunt pariter sulcos, totumq́ dehiscit
Conuulsum remis, rostris stridentibus, æquor.
Non tam præcipites bijugo certamine campum
Corripuere, ruuntq́ effusi carcere currus:
Non sic immissis aurigæ undantia lora
Concussere iugis, proniq́ in uerbera pendent.
Tum plausu, fremituq́ uirûm, studijsq́ fauẽtum
Cõsonat omne nemus, uocemq́ inclusa uolutant
Littora, pulsati colles clamore resultant.
Effugit ante alios, primisq́ elabitur undis
Turbã inter fremitũq́ Gyas, quẽ deinde Cloãthus
Consequitur, melior remis, sed pondere pinus
Tarda tenet. post hos æquo discrimine pistris,
Centaurusq́, locum tendunt superare priorem.
Et nunc pistris abit, nunc uictam præterit ingens
Centaurus, nunc unà ambæ, iunctisq́ feruntur
Frontibus, & longè sulcant uada salsa carinę.

ſt, hoc eſt, tertium. Metamq́ tenebant.) Nauticũ uerbum. Princeps.) Modò ordinis. Quò tantum mihi.) Vacat Mihi, ut ſolet frequẽter. Littus ama.) Littus eſt omne quod aqua alluitur: unde & ſaxum littus uocauit. Stringat.) radat: ac ſi diceret, hoc uolo qđ times. Palmula.) extrema pars remi, in modum palmæ protentæ. Iterum.) Hoc uerbũ & à poëta poteſt dici, ut Iterum reuocabat: & à Gya, ut Quò abis iterum? non iterũ pete.

Iamq́ propinquabant ſcopulo, metãq́ tenebant,
Cum princeps, medioq́ Gyas in gurgite uictor
Rectorem nauis compellat uoce Menetem:
Quò tantum mihi dexter abis? huc dirige curſum:
Littus ama, & leuas ſtringat ſine palmula cautes.
Altum alij teneant. dixit: ſed cæca Menetes
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad undas.
Quo diuerſus abis? iterum pete ſaxa Menete,
Cum clamore Gyas reuocabat: ecce Cloanthum
Reſpicit inſtantem tergo, & propiora tenentem.
Ille inter nauemq́ Gyæ, ſcopulosq́ ſonanteis
Radit iter læuum interior, ſubitusq́ priorem
Præterit, & metis tenet æquora tuta relictis.
Tum uero exarſit iuueni dolor oſſibus ingens:
Nec lacrymis caruere genæ, ſegnemq́ Menetem
Oblitus decorisq́ ſui, ſociumq́ ſalutis,
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta.
Ipſe gubernaclo rector ſubit: ipſe magiſter
Hortaturq́ uiros, clauumq́ ad littora torquet.
At grauis, ut fundo uix tandem redditus imo eſt
Iam ſenior, madidaq́ fluens in ueſte Menetes,
Summa petit ſcopuli, ſiccaq́ in rupe reſedit.
Illum & labentem Teucri, & riſere natantem,
Et ſalſos rident reuomentem pectore fluctus.
Hic læta extremis ſpes eſt accenſa duobus,
Sergeſto, Mneſtheiq́, Gyan ſuperare morantem.
Sergeſtus capit ante locũ, ſcopuloq́ propinquat.
Nec tota tamen ille prior præeunte carina

Inter nauemq́.) Que uacat. Exarſit iuue.) Cauſa pendet ex cauſa. Horat. Non ego ferrem calidus iuuẽta Conſule Planco. Nec lacrymis caruere genæ.) Nimis iraſcentum eſt. Cicero de Verre, Cum iraſceretur lacrymas interdum uix tenere. Oblitus decorisq́ ſui.) Inhoneſtũ eſt enĩ iraſci, duci præſertim. Sociumq́ ſalutis.) Poſſumus & sociũ ſalutis ſuæ oblitus, & ſociũ ſalutis pro ſociorum: præcipitato ſcilicet gubernatòre. Ipſe gubernaclo.) Vt oſtenderet nihil eſſe, quod ipſe non poſſet efficere. Hortaturq́ uiros.) Aut ipſe dicit celeuma, nã hortatores dicũtur: aut quia conſternati fuerãt, perdito gubernatore. Clauum.) fuſtem gubernaculi. Iam ſenior madidaq́.) Contra illud, quia occurrebat gubernatorem natandi peritum fuiſſe debere, addidit Seniorem. Fluens in ueſte.) cui ueſtes fluebant. honeſtè locutus eſt: ſic Iuuenalis, Et multo ſtillaret penula nimbo. Et riſere natantem.) Vnde in ludis uoluptas quæritur. Reuomentem.) id eſt, ſæpius uomentem.

Ff Aemula

Pugnent, ipsiꝙ nepotes.) Potest & ad ciuile bellū referri. Tum breuiter.) festinatione mortis. simul nectit causam morarum, & ipsi & sorori. Huc siste.) Huc, adhuc: ut, Et gregem sistit ad aram. Hinc & Sistatur dicimus, id est, adducatur. nam Stare aliud est. nec aliter possumus dicere quàm Sta hic, & Siste huc. fallit enim plerunq; uerbi similitudo, quia dicimus Sto & Sisto, quum diuersa significent pro eodem. Spargere lympha.) Sacrificantes dijs inferis aspergebantur, ut Spargens rore leui & ramo felicis oliuæ: Superis, abluebantur: ut, Donec me flumine uiuo Abluero. Modò autem inferis sacrificabat, ut Sacra Ioui Stygio. Piacula.) purgationes: aliàs sunt sacrilegia. Sic ueniat.) Ne præmitteret, aut præcederet. Tege corona.) ut & ipsa tardaret. Ioui Stygio.) hoc est, Plutoni. Et sciendum, Stoicos dicere unum esse deum, cui nomina uariantur pro actibus & officijs. unde etiam duplicis sexus numina esse dicūtur: ut quū in actu sunt, mares sint: fœminæ, quū patiendi habent naturā. unde est in Georg. 2. Coniugis in gremiū lætè descendit. Ab actibus aūt uocantur, ut Iuppiter, iuuās pater: Mercurius, quòd præest mercibus: Liber, à libertate. sic ergo modò Iouē Stygiū dicit inferis sacrificatura, ut Iunoni infernæ dictus sacer. hinc est Iouis oratio: Cælicolæ mea mēbra dei, quos nostra potestas Officijs diuisa facit. Quæ ritè ince. para.) Ordo est, Incepta quæ paraui, animus est ritè pficere. Curis.) amoribus. Dardanijꝙ rogū capi.) in quo eius imago fuerat. Studio anili.) aut pro ætatis possibilitate, aut pro industria, qua utuntur aniculæ. At trepida.) festina: nam moritura nil timebat. Cœptis effera.) furiata sæuis cogitationibus. Pallida morte fu.) aut pallidior quàm solent esse homines post mortem, aut pallida omine mortis futuræ. Furibunda.) furenti similis. Non hos quæsitū mu. in u.) quē Aeneas nō ad hūc usum reliquerat, ut suprà diximus. secundū Hom. uertitur munus in perniciē. tale est in Bucol. Hos illi, qđ nō bene uertat, mittimus hædos. Mente.) consilio.

Imprecor: arma armis pugnent, ipsiꝙ nepotes.
Hæc ait, & parteis animum uersabat in omneis,
Inuisam quærens quamprimū abrumpere lucem.
Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichei:
Nanꝙ suam patria antiqua cinis ater habebat.
Annam chara mihi nutrix huc siste sororem,
Dic corpus properet fluuiali spargere lympha,
Et pecudes secum, & monstrata piacula ducat.
Sic ueniat: tuꝙ ipsa pia tege tempora uitta.
Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incepta paraui,
Perficere est animus, finemꝙ imponere curis,
Dardanijꝙ rogum capitis permittere flammæ.
Sic ait: illa gradum studio celerabat anili.
At trepida, & cœptis immanibus effera Dido,
Sanguineam uoluens aciem, maculisꝙ tremēteis
Interfusa genas, & pallida morte futura
Interiora domus irrumpit limina, & altos
Conscendit furibunda rogos, ensemꝙ recludit
Dardanium, non hos quæsitum munus in usus.
Hic postquam Iliacas uesteis, notumꝙ cubile
Conspexit, paulum lacrymis & mente morata,

consilio. Deusq́ sinebant.) *aut Iuppiter, qui Aeneam abscedere compulit: aut amor, aut necessitas fati.* Vixi.) *Excusat uitæ abruptionē: quia dicit Plato, magna pœna affici animas eorum, qui uitam ante tempus relinquunt.* Et quem dederat cursum fortuna, peregi.) *Non natura, nec fatum. Tribus enim humana uita continetur: Natura, cui ultra centū & uiginti solstitialeis annos cōcessum non est: Fato, cui nonaginta anni, hoc est, tres Saturni cursus exitiū creant. nisi fortè aliarū stellarum benignitas etiā tertiū eius superet cursum: Fortuna, id est, casu, q ad oīa pertinet, quæ extrinsecus sunt, ut ad ruinā, incendia, naufragia, uenena.*

Incubuitq́ toro, dixitq́ nouissima uerba:
Dulces exuuiæ, dum fata deusq́ sinebant,
Accipite hanc animam, meq́ his exoluite curis:
Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi.
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.
Vrbem præclaram statui, mea mœnia uidi:
Vlta uirum, pœnas inimico à fratre recepi:

Bene ergo dixit Fortuna. *sic Cicero in Philippicis, Multa mihi imminere uidebantur præter naturā, præterq́ fatum: id est, gladij Antonij ex casu.* Sub terras ibit imago.) *Bene Imaginem dixit: ualde enim queritur apud philosophos, quid illud sit, quod inferos petat. Nam tribus constamus: anima, quæ superna est, & originem suam petit: corpore, quod in terrā deficit: umbra, quam Lucretius sic diffinijt, Supra spoliatus luminis aër. Ergo umbra si ex corpore creatur, sine dubio perit cum eo: nec est quicquam reliquum ex homine quod inferos petat. Sed deprehenderūt esse quoddam simulachrū, quod ad nostri corporis effigiem fictum, inferos petat. & est species corporea, quæ non potest tangi, sicut uētus. hinc in Sexto, Corpora uiua nefas stygia uectare carina. Hanc aūt rem etiā Homerus requirit, simulachro Herculis apud inferos uiso. Et sciendū, simulachra esse hæc etiam eorum qui per apotheosin dij facti sunt. unde aut uisi esse apud inferos, aut illuc descendisse dicuntur. Horat. de Libero, Te uidit insons Cerberus aureo Curru decorū. Sciendum tamē, abuti poëtas, & confuse uel simulachrum, uel umbram dicere.* Vrbem præclaram.) *Non est contrarium illi loco, Pendent opera interrupta. nam licet paululū aliquid superesset, quantū ad ipsam pertinet, fecerat: ut, Vrbemq́ paratā. item paulo pòst, Vrbemq́ tuā. Et reuera ciuitati quid superest, factis muris, templo, portu, theatro?* Mea mœnia uidi.) *à me facta: & pertinet ad effectum, ut Quam uestræ fecere manus.* Vlta uirū.) *puniendo eius interfectorē: nam ideo addidit, Pœnas inimico à fratre recepi. & reuera nulla auaro maior est pœna, quàm amittere pecuniam, propter quā cōmiserat scelus. Bene aūt Recepi, quasi debitas. ergo hoc dicit: feci istud & illud, felix nimirū fuissem, si tantū Aeneas Carthaginem non uenisset. Alij hæc quasi per interrogationem accipi uolunt, ut nil dicat esse perfectum. nunquid urbem statui? nunquid ulta sum uirum? nunquid à fratre pœnas recepi? felix tamen fuissem, si uel hoc tantum contingeret, ut Carthaginem non ueniret Aeneas. Et hanc uarietatem gignit hic sermo tantum: nam utrunq; admittit. tamen melior est sensus superior, quem nonnulli sic exponūt, propter Pendent opera interrupta. ut sit ordo: Vrbem præclarā, & mea mœnia uidi statui: hoc est, cū statuerētur. statui enim infinitiuus, à passiuo statuor.* Felix, heu nimiū felix, si littora tantū Nunq̄ Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.) *A Catullo accepit, q dicit,*

Felix, heu nimium felix, si littora tantum
Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.
Dixit: & os impressa toro, moriemur inultæ?
Sed moriamur, ait: sic? sic, iuuat ire sub umbras.
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, & nostræ secum ferat omina mortis.
Dixerat, atque illam media inter talia ferro
Collapsam aspiciunt comites, ensemque cruore
Spumantem, sparsasque manus: it clamor ad alta
Atria: concussam bacchatur fama per urbem.
Lamentis, gemituque, & fœmineo ululatu
Tecta fremūt, resonat magnis plāgoribus æther.
Non aliter quàm si immissis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros, flammæque furētes
Culmina perque hominum uoluantur, perque deorū.
Audijt exanimis, trepidoque exterrita cursu
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis,
Per medios ruit, ac morientē nomine clamat.
Hoc illud Germana fuit? me fraude petebas:
Hoc rogus iste mihi, hoc ignes aræque parabant.
Quid primū deserta querar? comitem'ne sororem

Iuppiter omnipotens utinā nec tempore primo Gnossia Cecropiæ tetigissent littora puppes: hoc est, quum statueretur. Os impressa toro.) *applicito ore ad lectulum: aut quasi amatrix, ut* Stratisque relictis Incubat. *Aut quasi peritura insensibili rei dat sensum: & sic ad lectulum loquitur, ut ad hastam* Turnus, Te Turni *nunc dextra gerit: &* Mezentius *ad equū,* Rhœbe *diu (res si qua diu mortalibus ulla est)* Viximus. Sic? sic.) *Quasi interrogatio et responsio. et placet sic inultā mori? & hoc loco intelligimus eā se percussisse, unde alij dicunt esse uerba furentis.* Hauriat hunc oc. ignē.) *Aut uideat omina tempestatis futuræ, aut certè satisfaciat suæ crudelitati.* Inter talia.) *per talia: ut,* Hunc inter *fluuio* Tyberinus *amœno.* Sparsasque manus.) *aut pfusas sanguine, aut morte resolutas.* Fœmineo ululatu.) *proprio fœminarū.* Horatius, Et illa non uirilis eiulatio. Aut antiqua Tyros.) *uel nobilem dicit: uel illud ostendit, qa Carthago antè* Byrsa, *pòst* Tyros *dicta est, pòst* Carthago, *à* Cartha *oppido, unde fuit* Dido, *inter* Tyron *&* Berithū. Audijt exanimis.) *territa: nam, ut supra diximus,* Exanimus *mortuus significat.* Ora soror fœdans.) *cruentans sanguine.* Nomine clamat.) *Aut* Didonem *uocat, ut supra diximus,* Pœnorū *lingua uiraginē: nam* Elisa *dicta est, sed uirago est appellata, quū se in ignem præcipitauit. aut* Nomine clamat, *nominat eam: sicut* Home. *dixit,* ἐκ τ' ὀνόμαζεν. *aut certè uero nomine, ut solent dolentes: ut,* Hunc ego te Euryale aspicio. *&* mater Cyrene, Mater hic tibi ait, *& te crudelem nomine dicit.* Et *multi quærunt, quomodo procedit hoc, quū eius nomen nusquā sequatur: sed tractum est à iure, ubi dicitur nil interesse utrū quis unum filium habens dicat, fili hæres esto, an* Titi *hæres esto. ergo dicendo,* Hoc illud germana fuit: *quasi nomen dixit. Sanè sciendum, bene eum perturbatæ integrum non dedisse sermonē.* Hoc rogus iste mihi.) Alludit *ad historiam.* Quid primū deserta querar?) Conquestio *est, cur relicta sit, nec ad par exitiū cōuocata.* Comitemne sororem Spreuisti?)

Spreuisti?) Deest illud, ne quod spreuisti comitem sororem: & semiplenè loquitur, quod affectus conuenit. Struxi manibus.) *subaudi* Rogos. Patrios Deos.) *Saturnum & Iunonem.* Posita.) *exanimata.* Statius, *Positusq́; beata Morte pater.* Date.) *aut aquā: aut* Date, *id est, permittite. Lauare autem cadauera proximis concedebatur: unde queritur mater* Euryali, *Nec uulnera laui Veste tegens.* Ore legam.) *Sic Cicero in Verrinis, Vt extremum filiorū spiritū ore excipere liceret.* Gradus euaserat altos.) *ascēderat, rogi scilicet, qui rogi pro qualitate fortunarum fiebāt: unde in* Sexto, *Cæloq́; educere certant.* Cruores.) *Vsurpatum contra artem. nam nec sanguines dicimus numero plurali, nec cruores.* Siccabat *aūt, exprimebat.* Sub pectore.) *Nunc per transitum dicit uulneris locum.* Ter reuoluta toro.) *aut sæpius: aut pro manteusis est, ppter bella Carthaginis. nā tria cum Romanis fuere bella Punica.* Ingemuitq́; reperta.) *Atqui suprà ait,* Inuisam *quærens quamprimū abrūpere lucem. Sed ostendit morientes sua improbare desyderia: ut in* Sexto, *Quā uellent æthere in alto* Nunc *& pauperiem, & duros perferre labores.* Tum Iuno omnipotens.) *aut pronuba, aut inferna.* Difficileisq́; obitus.) *Quia supererat uita ei, quæ casu, non aūt fato aut fortuna moriebatur: ut,* Nam *quia nec fato merita, nec morte peribat: id est, naturali.* Irim demittit Olympo.) *Vt & suprà diximus, traxit hoc de* Alceste Euripidis, *qui inducit* Mercurium *ei comā secantem, quia fato peribat mariti.* Sanè *sciendū, hoc ideo nunc fieri, quia certis consecrationibus solebant homines facere, ut muniti essent aduersus fortunæ impetus: nec poterāt mori, nisi exautorati & absoluti illa consecratione. unde circa* Didonem *ista seruantur.* Sed misera ante diem.) Non *est contrarium quod dicit in* Decimo, *Stat sua cuique dies. nam, ut suprà diximus, secundum sectas loquitur: & hoc secundum alios dictum est,* Epicureos *scilicet, ut inferius in* Decimo *dictum est. quanquam grammaticæ responsioni possit sufficere,* Omnia *uincit amor, & nos cedamus amori.*

Spreuisti moriens? eadem me ad fata uocasses:
Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tulisset.
His etiam struxi manibus, patriosq́; uocaui
Voce deos, sic te ut posita crudelis abessem.
Extinxti te, meq; soror, populumq́; patresq́;
Sidonios, urbemq́; tuam: date uulnera lymphis
Abluam, & extremus si quis super halitus errat
Ore legam. sic fata gradus euaserat altos,
Semianimemq́; sinu germanā amplexa fouebat
Cum gemitu, atq; atros siccabat ueste cruores.
Illa graueis oculos conata attollere, rursus
Deficit, infixum stridet sub pectore uulnus.
Ter sese attollens, cubitoq́; innixa leuauit:
Ter reuoluta toro est, oculisq́; errantibus alto
Quæsiuit cælo lucem, ingemuitq́; reperta.
Tum Iuno omnipotens longū miserata dolorem,
Difficileisq́; obitus, Irim demisit olympo,
Quę luctantem animam, nexosq́; resolueret artus.
Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,
Sed misera ante diem, subitoq́; accensa furore

Flauum crinem.) Matronis nunq̃ flaua coma dabatur, sed nigra: unde Iuuenal. Et nigro flauum crinẽ abscondente galero. Huic ergo dat, quasi turpi. *Caput damnauerat.*) Nec etiã mori destinauerat. *Iris rosida.*) Quia cum nubibus est, quæ non carent rore. *Aduerso sole.*) Bene rem naturalem expressit. Iris enim nisi è regione solis non fit, cũ uarios colores illa dat res: quia aqua tenuis, aër lucidus, & nubes caligantes irradiatæ, uarios creant colores. *Corpore soluto.*) Quia ait suprà, Nexosq́ resoluerat artus. *Omnis & unà.*) uno impetu effusa est uita, hoc est, anima. *Dilapsus calor.*) Secundũ eos, qui dicunt animam calorem esse, qua recedente corpus friget: ut, Corpusq́ lauant frigentis & ungunt. *In uentos uita recessit.*) anima: ut in Sexto, Quemq́ sibi tenuis nascentem accersere uitas. Et dicendo In uentos, aut eos sequitur, qui animam aërem dicunt: hoc est, in materiam suam redit. aut certè eos, qui dicunt animam perire cum corpore: ut intelligamus euanuit, in uentos recessit. ut in Nono, Sed auræ Omnia discerpunt: id est, euanescunt.

Nondum illi flauum Proserpina uertice crinem
Abstulerat, Stygioq́ caput damnauerat Orco.
Ergo Iris crocéis per cælum rosida pennis,
Mille trahens uarios aduerso sole colores,
Deuolat, & supra caput astitit: hunc ego Diti
Sacrum iussa fero, teq́ isto corpore soluo.
Sic ait, & dextra crinem secat: omnis & unà
Dilapsus calor, atq; in uentos uita recessit.

FINIS QVARTI AENEIDOS.

ADILON.

Quintus habet ludos, & classem corripit ignis.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN
Quintum Aeneidos librum, Argumentum.

NAuigat Aeneas, Siculas defertur ad oras.
Hic manes celebrat patrios, unà hospes Acestes:
Ludos ad tumulum faciunt, certamina ponunt.
Prodigium est cunctis ardens delapsa sagitta:
Iris tum Beroën habitu mentita senili,
Incendit naueis, subitus quas uindicat imber:
In somnis pater Anchises quæ bella gerenda,
Quoq́ duce ad manes possit descendere, narrat.
Transcribit matres urbi, populumq́ uolentem.
Et placidum Aeneas Palinurum quærit in undis.

Interea medium

INterea medium Aeneas iam.) dum fletur, aut sepelitur Dido. & hoc sermone librum, ut solet, superioribus iungit: cuius pars maior ex Homero sumpta est. nam omnia quæ hic cõmemorat, exhibẽtur circa tumulum Patrocli, nisi quòd illic curule exercetur, hic nauale certamen. Sanè intelligendum, non potuisse fieri, ut una nec plena die Aeneas ad Siciliã perueniret. Vnde accipiendũ est,

P. VERGILII M. AENEIDOS
LIBER QVINTVS.

INterea mediũ Aeneas iam classe tenebat
Certus iter, fluctusq́ atros Aquilone secabat
Mœnia respiciens, quæ iam infelicis Elisæ
Collucent flammis. quæ tantum accenderit ignẽ
Causa latet: duri magno sed amore dolores

sicut suprà legimus, quòd circa primum ortum lucis nauigauit: ut, Regina è speculis ut primũ albescere lucẽ Vidit, & æquatis classem procedere uelis. Ergo tota die dum se Dido interimit, dũ fletur, paululũ prouectus est leniter spirantibus uentis, & flammas rogi circa uesperam uidit, quo tempore & per naturã ignem uidere potuit: & per pristinũ morem, quò per diem cadauera non incendebãtur. Deinde tota nauigans nocte & alterius diei parte, ad Siciliã peruenit. Medium.) Aut Mediũ est quicquid à principio recedit, & needũ finem sortitur: aut Medium, sic altũ ut medium putares, ut Graditurq́ per æquor Iam medium nam uere medium sequenti indicat loco: ut, Pelagus tenuere rates, nec iam amplius ulla Occurrit tellus. Certus.) aut indubitabiliter pergẽs: aut Certus Aeneas, id est, solers, strenuus: ut, Equidem per littora certos Dimittã. Atros Aquilone.) quos nuper flans Aquilo atros effecerat: ut, Et medijs properãs Aquilonibus ire per altum. Nam nouimus tempestatis hanc esse naturã, ut reliquias uenti teneat tempestas etiam in alterius flatu. Atros autem, secundũ Pliniũ qui dicit in Naturali historia, non esse maris certum colorem, sed pro uentorum qualitate mutari, & aut flauũ esse, aut lutulentum, aut atrum. Collucent.) lucent undiq́. In honorem enim regũ cum faculis procedebatur à populis. unde ait de Pallante, Lucet uia longo Ordine flammarũ, et latè discriminat agros. postea enim funebres lectulos proferre cœperunt: unde est in Sexto, Vel quæ Tyberine uidebis Funera: quũ de Marcello ædili diceret, filio sororis Augusti, in cuius honorem hoc factum est. Quæ tantum.) In quantitate est admiratio. Sanè sciendum Varronem dicere, Aeneam ab Anna amatum: & licet, ut diximus, plurimum tempus intersit, lectum tamen est. Causa latet, duri magno sed amore dolores.) Ignorabat causam, coniecturis tamen propius accedebat. nam duri dolores magno amore polluto, id est, læso: & notus fœminarum furor, ducebat Troianos per triste augurium. scilicet ut crederent se interemisse Didonem. Multi dicunt Ducunt, dilacerant: ut ad supradictas duas causas tertia accedat. Percellebat, inquit, animos Troianorum, quo nascebantur duri dolores amore polluto: quòd notus erat fœminæ furor, quòd ignẽ rogi uidebant, id est, omen nauigantibus triste. ut Pertriste, ualde triste sit. Sed si sic intellexerimus, tertio dicto congruit tantũ, non etiã superiorib. nec enim Troiani nauigãtes poterãt aut de amore, aut de furore Didonis esse soliciti.

Rates.)

Rates.) pro nauibus abusiuè posuit. Olli.) aut tunc, aut illi. Supra caput.) ineuitabilis, mortifer. Nec enim simpliciter dictum est, quũ omnis imber supra caput sit. Inhorruit unda tenebris.) & noctis & nubium. Ipse gubernator.) qui debuit esse solatio. Puppi ab alta.) subaudi, Hæc ait. Quianam?) cur. & est interrogantis aduerbiũ, quo usus est bis: hic & in Decimo, Cælicolæ magni quianam sententia uobis Versa retro?

Polluto, notumq́ furens quid fœmina possit
Triste per augurium Teucrorum pectora ducũt.
Vt pelagus tenuere rates, nec iam amplius ulla
Occurrit tellus, cælum undiq; & undiq; pontus,
Olli cæruleus supra caput astitit imber,
Noctem hyememq́ ferens, & inhorruit unda tenebris.
Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta,
Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi,
Quid'ue pater Neptũne paras? sic deinde locutus,
Colligere arma iubet, ualidisq́ incumbere remis,
Obliquatq́ sinus in uentum, ac talia fatur:
Magnanime Aenea, non si mihi Iuppiter autor
Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cælo.
Mutati transuersa fremunt, & uespere ab atro
Consurgunt uenti, atq; in nubem cogitur aër.
Nec nos obniti contra, nec tendere tantum
Sufficimus: superat quoniam fortuna, sequamur,
Quoq́ uocat uertamus iter, nec littora longe

Colligere arma iubet.) uela contrahere, nõ penitus deponere: nã dicit, Obliquatq́ sinus in uentum. Iuppiter autor.) aut nostræ nauigationis: aut secundum usum loquutus est, nec si huius rei autorem se Iuppiter faciat. & multi quærunt, quomodo Iuppiter autor, quum Apollini dicat, Tot maria intraui duce te. Sed legimus, Quæ Phœbo pater omnipotens. & specialiter nauigatiõis ex Africa autor est Iuppiter. Hoc cælo.) aëre. Lucretius, In hoc cælo qui dicitur aër. Mutati transuersa fremunt.) hinc atq; hinc. est autem aduerbium factum de nomine: ut, Cunctatur & amnis Rauca sonans. item, Et pede terram Crebra ferit. Nam nomen & aduerbiũ plerunq; trãseunt in se, ut Toruumq́ repente clamat: id est, toruè. Item aduerbiũ in nomen, ut Dum mane nouũ: accepta declinatione factum est nomen. sic Persius, Iam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras. Sed nomen quũ aduerbium cœperit esse, fit indeclinabile: aduerbium quum nomen esse cœperit, declinatur: unde ait Plautus, A mani ad uesperum. A mane autem propter tetraptoton non dixit. quum enim in alienum ius transeunt hæ partes, non suis, sed earum ad quas transeunt utuntur potestatibus, duntaxat in declinatione. nam tempora rationem suam reseruãt, ut hoc loco Transuersa quum aduerbium sit, A tamen breuis est, quia uenit ex nomine, licet duæ consonãtes sequantur: quũ sciamus in a terminata aduerbia longa esse, ut paulo pòst, Et frustra cerno te tendere cõtra. Et uespere ab atro.) id est, quò tẽdimus. nec enĩ sine ratione post generalitatem suã addidit speciẽ. In nubem cog. aër.) Nubes enim aëris densitas facit: ut, Denset, erãt quæ rara modo, & quæ densa, relaxat. Tendere.) pro cõtendere: aphæresis est. Sequamur.) fortunã scilicet. Nec littora longe.) Suadet à facili.

Fida.)

Fida reor fraterna Erycis, portusq́ Sicanos,
Si modo rite memor seruata remetior astra.
Tum pius Aeneas: equidem sic poscere uentos
Iamdudum, & frustra cerno te tendere contrà.
Flecte uiam uelis. an sit mihi gratior ulla,
Quoúe magis fessas optem dimittere naues,
Quàm quæ Dardaniũ tellus mihi seruat Acestē?
Et patris Anchisæ gremio complectitur ossa?
Hæc ubi dicta, petunt portus, & uela secundi
Intendunt Zephyri: fertur cita gurgite classis,
Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.
At procul excelso miratus uertice montis
Aduentum, sociasq́ rates, occurrit Acestes
Horridus in iaculis, & pelle Libystidis ursæ:
Troia Crimniso conceptum flumine mater
Quem genuit. ueterũ non immemor ille parentũ,
Gratatur reduces, & gaza lætus agresti
Excipit, ac fessos opibus solatur amicis.
Postera cum primo stellas oriente fugarat
Clara dies, socios in cœtum littore ab omni
Aduocat Aeneas, tumuliq́ ex aggere fatur:
Dardanidæ magni, genus alto à sanguine diuûm

Fida.) Propter Acestis affinitatem. Fraterna.) Propter Erycen, Veneris & Butæ filiũ: secundum alios, Neptũni & Veneris. Sicanos.) Corripuit Si: alibi producit, ut Sicanio prætenta sinu. Rite memor seruata remetior astra.) Si rite remetior astra cœlo ante seruata, scilicet ante tempestatem. Colligit autē uicinitatem ex ratione cursus, qui à peritis horis colligitur, quas indicāt sidera. Iamdudũ.) Nõ tantũ heroicũ est, quod dat Aeneæ gubernādi scientiam: sed etiã ad prorœconomiã pertinet. dicturus enim est, Et ipse ratem nocturnis rexit in undis. Flecte uiam.) Ex re mira nata declamatio. In terra enī à uia deflectimus nos, in mari ipsam flectimus uiã. Fessas naueis.) pro nos fessos. Dardaniũ Acestem.) Vt suprà diximus, Hippotes filiam suã Egestã, ne ad cetos religatur, nauiculæ suposuit, & misit quò sors tulisset. Cum qua delata ad Siciliam Crimnisus fluuius cõcubuit, conuersus in canē, unde Acestes est natus. Seruat.) tenet: ut, Tãtas seruabat filia sedes. Secundi Zephyri.) Iam secũdi, post conuersionem. Et tandem.) Vacat particula Tandē: ut, Et quo sub cœlo tandem, quibus orbis in oris Iactemur doceas. nam cur Tandē? quũ dicat, Fertur cita gurgite classis. Miratus.) is qui mirabatur, aut certe Miratus occurrit. Horridus.) terribilis. Libystidis ursæ.) Aut reuera ursæ, aut feræ Africanæ. Gaza agresti.) opibus rusticanis: nam gaza omnis fructus est. Stellas fugarat.) Poëticè dixit: nam si stellæ à stando dictæ sunt, nõ fugantur. semper enim fixæ sunt, præter Planetas, qui propterea ἀπὸ τῆς πλάνης, id est, errore dicti sunt. Dardanidæ magni.) Frequenter, ut diximus, ad opus suum Vergilius aliqua ex historia deriuat. nam sic omnia inducit, quasi diuini honores soluãtur Anchisæ, quos constat Iulio Cæsari fecisse Augustum. Et bene dicit, Genus alto à sanguine diuûm. nam per tacitam œconomiam ostendit, debere Anchisem generis sui honorem mereri: unde est, Dijs

genitæ & geniturę deos. A sanguine diuûm.) *Diuûm & deorũ plerunq; indifferenter po|suit Poëta. quãquã sit discretio, ut deos perpetuos dicamus: diuos, ex hominibus factos, quasi qui diem obierint. unde diuos & Imperatores uocamus. Iuuenalis, Respice riuales diuorũ. Sed Varro & Atteius contrà sentiunt, dicentes diuos perpetuos, deos qui propter sui consecrationem timentur: ut sunt dij manes. quod tangit in Duodecimo, dicẽs, Turni sic est affata sororẽ, Diua deã stagnis quæ fluminibusq; sororis Præsidet.*

Annuus exactis completur mensibus orbis,
Ex quo relliquias, diuiniq; ossa parentis
Condidimus terræ, mœstasq; sacrauimus aras.
Iamq; dies (ni fallor) adest, quẽ semper acerbum,
Semper honoratum (sic dij uoluistis) habebo.
Hunc ergo Getulis agerem si Syrtibus exul,
Argolicoúe mari deprensus, & urbe Mycenæ,
Annua uota tamen, solenneisq; ordine pompas
Exequerer, strueremq; suis altaria donis.
Nunc ultro ad cineres ipsius, & ossa parentis
Haud equidẽ sine mente reor, sine numine diuûm
Adsumus, & portus delati intramus amicos.

Annuus orbis.) *quia menses in se currunt, & annum faciunt: unde annulus quasi & annuus. sic alibi, Atque in se sua per uestigia uoluitur annus: ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι, id est, à renouando dicitur.* Diuini.) *Aut laus est, ut Diuini opus Alcimedõtis: aut reuera diuini, id est, uaticinãtis. nam ait, Nũc repeto Anchisen fatorum arcana reliquit.* Mœstas aras.) *medium se præbet. nam & hominem fuisse nouit, & uult eum ex consecratione numen effectum. nam Mœstas aras ad hominẽ pertinet, id est, dijs manibus consecratas. quod paulo pòst dicit, Altaria liquit, uult esse diuinitatis post apotheosin: unde est & Adytis, quæ templorũ sunt: & Successit tumulo, quod est hominis.* Ni si fallor.) *Non quasi nescius dixit, sed propter anni confusionẽ, quæ erat apud maiores. nam ante Cæsarem, cuius rationẽ hodie de anno sequimur, intercalabantur dies. ut etiam in Verrinis legimus, scilicet lunæ non cõgruente ratione. Annum autem primo Eudoxus, pòst Hipparchus, deinde Ptolemæus, ad ultimum Cæsar deprehendit.* Acerbum.) *propter perditum patrem.* Honoratum.) *quia deus effectus est.* Sic dij uoluistis.) *Sicut in tertio, Sic uisum superis. semper enim de dijs salua ueneratione conqueritur.* Getulis agerem si Syrtibus.) *si in Getulis Syrtibus agerem, id est, essem: & bene aut desertos, aut hostiles cõmemorat locos.* Argolicoúe mari.) *Ionico & Adriatico.* Deprensus.) *occupatus. & proprie nauigantium est: ut, Deprensis olim statio tutissima nautis.* Vrbe Mycene.) *Græcè dixit, unde singularem numerũ posuit. Mycene autem, sicut & Thebe. Iuuenalis, Atq; uetus Thebe centum iacet obruta portis. ut sit Mycene Mycenes, ut Agaue Agaues. Potest & exinde latinã fecisse declinationem, ut sit hæc Mycena huius Mycenæ: & est periphrasis urbe Mycene, id est, Mycenis, ut Vrbẽ Pataui.* Annua uota & pompas.) *hæc quasi numini.* Suis donis.) *cõgruis. sunt enim tantum superorum, munera sunt inferorũ: ut in Buccol. Phœbo sua semper apud me Munera sunt lauri, & suaue rubẽs hyacinthus.* Nũc ultro.) *Argumentũ à minore ad maius. ultro autẽ aut ultra, id est, insuper numina præstiterũt. aut ultro, id est, spõte sua, nõ uolentibus nobis. uult enim ad hoc tempestatẽ ortã, nõ ut ab Italia depellerentur,*

depellerentur,sed quo sacra renouarentur Anchisæ. Celebremus honorẽ.) Non dicit exequias:nam & uẽtos quasi à numine uult petere. Posita.) cõstituta:ut,Et posuere in montibus urbẽ Pallantis proaui de nomine Pallanteũ. Dicit autẽ:petamus etiã hoc,ut uelit nos in urbe cõstituta singulis quibusq; annis sibi sacra persoluere. In naues.)per naues:multa enim In significat,ut suprà diximus. Si nona diem mor.al.) Non de die qui certus est

Ergo agite,& cuncti lætum celebremus honorẽ.
Poscamus uentos,atq; hæc mea sacra quotannis
Vrbe uelit posita templis sibi ferre dicatis.
Bina boum uobis Troia generatus Acestes
Dat numero capita in naueis, adhibete penates
Et patrios epulis,& quos colit hospes Acestes.
Præterea, si nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit,radijsq; retexerit orbem,
Prima citæ Teucris ponam certamina classis,
Quiq; pedum cursu ualet,& qui uiribus audax,
Aut iaculo incedit melior,leuibus ue sagittis,
Seu crudo fidit pugnam committere cæstu:
Cũcti adsint,meritæq; expectent præmia palmæ.
Ore fauete omnes,& cingite tempora ramis.
Sic fatus,uelat materna tempora myrto,
Hoc Helymus facit,hoc æui maturus Acestes,
Hoc puer Ascanius,sequitur quos cætera pubes.
Ille e concilio multis cum milibus ibat
Ad tumulum,magna medius comitante caterua.
Hic duo rite mero libans carchesia Baccho

dubitat,sed de serenitate: unde paulo pòst, Serena iam luce. Et sciendũ, quia apud maiores, ubi qs ubicũq; fuisset extinctus, ad domum suã referebatur, & illic qui erant octauo die incendebãt, nono sepeliebatur. unde & Horat. Nouendiales dissipare pulueres. nam etiã ludi, qui in mortuorũ honorẽ celebrantur, nouendiales dicũtur. sciẽdũ, quia etiam domi suæ sepeliebãtur: unde est orta consuetudo, ut dij penates in domibus colantur. Prima.)reuera prima: nam cætera non eo quo dicit editurus est ordine. Et qui uirib.au.) hoc ad omnia pertinet. Aut iaculo incedit m.)id est,iactu uelociũ sagittarũ:ut uacet Ve.sic ista iunxit in Nono, Insidijs iaculo & longe fallente sagitta: hoc est,in iactu longe fallẽtis sagittæ:nam nõ exhibuit iaculatores. Crudo cæstu.)aut crudeli,aut duro.Cæstus aũt per diphthongũ pugilũ arma significat.habet etiã pluralẽ numerũ, & est quartæ formæ.nam cestus cesti tantũ numeri singularis,sine diphthongo,balteũ Veneris significat. Præmia pal.)id est,uirtutis,à præcedenti ad id quod sequitur. Ore fauete.)Aperto sermone usus est,& sacrificio & ludis:nam in sacris taciturnitas,in ludis necessarius fauor est. Fauet aũt ore quis etiã per taciturnitatẽ.Horat.Fauete linguis carmina,nõ prius Audita musarũ sacerdos. Cingite tem.ra.) Ex Romano more:nã festis ludis omnis ætas coronata spectabat.qđ ostẽdit per Aeneã, Acestẽ,Ascaniũ,p quos omnẽ demonstrat ætatẽ. Materna myr.) Vel quasi filius,uel quasi Veneris sacrificaturus marito. Hoc Hely.fa.)princeps Troianorũ,q dicitur tres in Sicilia cõdidisse ciuitates. Aeui ma.)Honestius,q̃ si æuo maturus diceret. Rite.)secundũ ritũ

ſacrificij, quod exigebat ut libaret de mero Baccho, id eſt, puro. Carcheſia.) genus poculorũ. Humi.) terræ. Lacte nouo.) Aut ſtatim mulcto, aut poſt fœtũ, quod coloſtrũ dicitur neutro genere. Sãguine ſacro.) uictimarũ, ut diximus. Et notandũ, quia partim quaſi mortuo pari numero ſacrificat: partim impari quaſi deo, ut Cedit quinas de more bidentes. par nanq; numerus diuiſibilis, p quẽ mortalitas ſignificatur. impar nãq; diuidi nõ poteſt, per quem immortalitas oſtenditur: nam legimus, Numero deus impare gaudet. Purpureosq́ iacit flores.) ad ſanguinis imitationem, in quo ẽ ſedes animæ. ſic in Sexto, Purpureos ſpargã flores: itẽ, Purpureasq́ ſuper ueſtes uelamina nota. ſcilicet, ut ſuprà diximus, ut ſedis ſuæ cognoſcat imitationem.

Fundit humi, duo lacte nouo, duo ſanguine ſacro,
Purpureosq́ iacit flores, ac talia fatur:
Salue ſancte parens iterum, ſaluete recepti
Nequicq̃ cineres, animæq́ umbræq́ paternæ.
Non licuit fines Italos, fataliaq́ arua,
Nec tecũ Auſoniũ, quicũq; eſt, quærere Tybrim.
Dixerat hæc, adytis cum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena uolumina traxit,

Salue.) Salue & uale, ſecundum Varronem in Logiſtoricis, ſynonyma ſunt. unde his & in ſalutatione utimur, & in execrationibus: ut Terent. Valeant qui inter nos diſſidium uolunt. Vnde etiam hæc mortuis dicimus, nõ quod eis optemus ſalutem, in quibus nulla eſſe poteſt: ſed ut ſignificemus ſic nos digredi, ut oſtendamus eos nunquam in noſtram communionem eſſe uenturos. Iterum.) Hic diſtinguendum: nam quo tempore eum ſepelijt, dixit ſine dubio Salue & uale. Recepti nequicq̃ cineres.) Cineres p ipſo patre poſuit: ac ſi diceret, Salue pater de Troia liberate, ſine cauſa. propter quod ſequitur: Nõ licuit fines Italos, fataliaq́ arua. Recepti iterum.) Alij ad hiſtoriam referunt ſupradicta diſtinctione mutata, ut dicãt, Recepti iterũ cineres: ſemel ex Troia, ſemel à Diomede, qui dicitur oſſa eius eruta cum Palladio reddidiſſe. Nequicq̃ aũt ſecundum Epicureos, qui dicunt omnia perire cum corpore. Animæq́ umbræq́ paternæ.) Vocatiuus pluralis eſt. nã Plato & Ariſtoteles & omnes periti, dicunt in homine quatuor eſſe animas: unam uitalem, ut in uermibus, qui tantum mouentur: aliam ſenſualem, ut in mutis animalibus, in quibus eſt ſenſus & timoris & gaudij: tertiam intellectualem, ut in hominibus, qui & cogitare & iudicare poſſunt. Eſt etiã quarta infra omnes, quæ phyſice dicitur, ut eſt in herbis & arboribus: quæ etiam motu carentes, uitam tamen habent. nam & naſcuntur, & creſcunt, & pereunt. his rebus colligitur, hominem harum omnium animarum eſſe participem. unde Salluſtius: Alterum nobis cum dijs, alterum cum belluis cõmune eſt. De umbris autem facilis eſt probatio. nam ſi quatuor ſunt animæ, ſequitur ut tot ſint umbræ: ut ſiquis inter duas ſtet lucernas, geminam umbrã creat. hoc autem de animis etiam Lucretius aſſerit: ſed nõ tantum ueritati ſtudet, quantum ſectæ Epicureæ. Alij iſta fugientes, dicũt umbræ genitiuum eſſe ſingularem, ut ſit Cineres animæ & umbræ paternæ: quod non ualde probandũ eſt. nec enim umbra & anima cineres habent. Quicunq; eſt.) Tædio longæ nauigationis hoc dicit. Lubricus anguis.) labilis. aliâs locum dicit: ut, Per lubrica ſurgens. Septem ingens gyros.) Loci genium per magnitudinem uult probare. nullus enim locus ſine genio eſt, qui per anguem plerunque oſtenditur. Perſius:

Persius: Pinge duos angues, pueri, sacer est locus, extra Meite. Sanè hunc locum de Homero sumpsit, qui inducit græcos apud Aulidē omen futuri decēnalis belli ex serpente collegisse, qui etiam matrem cōsumpsit nouem pullis comesis, ἐνθ' ἐφάνη μέγα σῆμα, δράκων, ἐπὶ νῶτα δαφοινός. Ita ergo nunc etiā Aeneæ omen sui erroris ostenditur, septem gyris. nam septimus annus est ei finis erroris. Et est optimū figmentū. annus enim secundum Aegyptios indicabatur ante inuētas literas, picto dracone caudā suam mordēte, q̄a in se recurrit. ἱερογλυφικὰ γράμματα uocātur. Gyros.) nomen legimus, uerbū exinde nō inuenimus. Placide repēs.) quiete. Cæruleæ cui terga notæ.) Cæruleæ notæ & fulgor auro uariatus incēdebat, id est, illustrabat. Agmine longo Tandem.) Post illos gyros tandem longo repere cœpit agmine: id est, impetu. Serpens.) Participium est, non nomē: ac si diceret, repēs. Libauitq́ dapes.) leuiter gustauit epulas superpositas: quæ silicernium dicuntur, quasi silicæniū, suprà silicē positæ, quæ peractis sacrificijs senibus dabātur, ut se cito morituros cognoscerent. Depasta altaria.) non à se: nam suprà ait, Libauitq́ dapes. Sed hoc dicit: tamdiu māsit, donec cuncta aris superposita flāma cōsumeret. Geniū'ne loci.) Quia, ut suprà diximus, nullus locus est sine genio. Famulum'ne parētis.) Fuit enim hæc maiorum consuetudo, sicut hodie apud Indos est, ut quotiens reges moriebantur, cum his dilecti equi uel serui & una de uxoribus charior incenderētur: inter quas de hoc ipso erat magna contentio. Possumus ergo famulum, seruū sepultū cum Anchise accipere. Aut per apotheosin deum ostendit effectū: unde ei dat famulū, quasi ministrū. singula enim numina habent inferiores potestates ministras, ut Venus Adonim, Diana Virbiū. Aut certe secundū Pythagorā dicit, qui primus deprehendit, de medulla hominis quæ est in spina, anguē creari: quod etiam Ouidius in quintodecimo Metamorphoseos dicit, loquente Pythagora. Nigrantes.) nigra terga habētes. Manesq́ Acheronta remissos.) Aut uenientes de Acheronte: aut Acheronte demissos, qui iam in Acheronte non essent, post apotheosim factam.

Amplexus placide tumulum, lapsusq́ per aras.
Ceruleæ cui terga notæ, maculosus & auro
Squamam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus
Mille trahit uarios aduerso sole colores.
Obstupuit uisu Aeneas: ille agmine longo
Tandem inter pateras, & leuia pocula serpens
Libauitq́ dapes, rursusq́ innoxius imo
Successit tumulo, & depasta altaria liquit.
Hoc magis inceptos genitori instaurat honores,
Incertus genium'ne loci, famulúm'ne parentis
Esse putet: cędit quinas de more bidentes,
Totq́ sues, totidem nigrantes terga iuuencos.
Vinaq́ fundebat pateris, animamq́ uocabat
Anchisæ magni, manesq́ Acheronte remissos.
Nec non & socij, quæ cuiq́ est copia, lęti
Dona ferunt, onerantq́ aras, mactātq́ iuuencos.
Ordine ahena locant alij, fusiq́ per herbam
Subijciunt ueribus prunas, & uiscera torrent.
Expectata dies aderat, nonamq́ serena

Phaëtontis.) solis: ἀπὸ φάους, καὶ αἴθω. Circo.) spacioso ludorum loco. Sacri tripodes.) Sic pulchri, ut sacros putares: nec enim sacrilegus erat, ut sacra donaret. & sic dictū est, ut Dodoneosq́ lebetes: id est, quales sunt in Dodona. Et palmæ p.t.) Zeugma utriusque lateris: nam uictoribus preciū & ad supradicta & ad dicenda pertinet. Argenti auriq́ talenta.) Talētum secundū uarias gentes uariū est pondus. sed apud Romanos talentū est septuaginta libræ, sicut Plautus ostendit in Mostellaria, qui ait duo talenta esse centū xl. libras: talentum uero Aegyptiū pondo octuaginta. Varro tradit talētum pro bilance: sicut Homerus, χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα. Talentū autem minarū sexaginta, mina drachmarū centum, drachma obolorū sex, obolus æra continet sex, æs minuta sex. Legimus etiam talentum paululum quiddam. nam Homerus in ludis funebribus Patrocli ultima præmia dicit esse δύω χρύσοιο τάλαντα, id est, duo talenta aurea. Quod nos cogit aliquid minimum intelligere. nam si primus uictor bouem accepit, consequens non est, ut dicamus ultimum tam magnum accepisse præmium: unde apparet talentum etiam minimum quiddam significare. Et tuba.) Romano more: sicut hodieq́ uidimus omnibus ludis funebribus, ut sunt diuorum. nam si sacri sunt, id est, uotiui, illustrantur faculis, ante etiam hymnis incipiebāt. Prima certamina.) Punico bello primo naumachiam ad exercitum Romani instituere cœperunt, postquā probarūt gentes etiam nauali certamine plurimum posse: ad quam rem in hoc certamine plurimum alludit Poëta. Pares.) Aut paribus, aut diuersis comparabiles rebus: ut sequētia indicant, Melior remis, sed pondere pinus Tarda tenet. Grauibus remis.) fortibus: ut, Ferit ense grauem Tymbræus Osyrim. nam graues inferunt tarditatem. Remige.) Erit nominatiuus remex. Serenus, Semiremex Hercules. Pistrim.) Vel à tutela depicta, uel ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα, id est, à secandis fluctibus. Mox Italus.) subaudi Futurus: ipse enim familiam Memmiorum constituit. & bene laudat familiam nobilium. à Sergesto Sergia familia fuit, à Cloanto Cluentia, à Gia Gigania, cuius nō facit mentionem. Nobiles autem fuisse familias à Troianis, Iuuenalis ostendit: Iubet à præcone uocari Ipsos Troiugenas. A quo nomine.) scilicet Mnesthei. & Mnestheus sic est, ut Tydeus: nam diphthongus græca est. Ingenti mole.) motu: ut, Magna se mole mouentē. Vrbis opus.) tam magna, ut urbem putares. Triplici uersu.) Omnes

Auroram Phaëthontis equi iam luce uehebant.
Famaq́ finitimos, & clari nomen Acestę
Excierant, læto complerant littora cœtu
Visuri Aeneadas, & pars certare parati.
Munera principio ante oculos, circoq́ locantur
In medio sacri tripodes, uiridesq́ coronæ,
Et palmæ precium uictoribus, armaq́, & ostro
Perfusæ uestes, argenti auriq́ talenta.
Et tuba commissos medio canit aggere ludos.
Prima pares ineunt grauibus certamina remis
Quatuor ex omni delectæ classe carinæ.
Velocem Mnestheus agit acri remige pistrim,
Mox Italus Mnestheus, genus à quo nomine Mē-
Ingentemq́ Gyas ingenti mole chimerā, (mi.
Vrbis opus, triplici pubes quam Dardana uersu

enim triremes fuerunt. Versu autem, ordine: ut, Ille etiam feras in uersum distulit ulmos. aut Versu, tractu: à uerrendo, ut Aequora uerrebant caudis æstumq́ secabant. Sanè unus est sensus. Pubes impellunt.) Figura est: ut, Pars in frusta secant. Sanè sciendum inter barbarismum & lexin, hoc est, latinam elocutionem, & perfectam metaplasmum esse, qui uno sermone fit ratione uitiosus. Item inter solœcismum & schema, id est, perfectam sermonum connexionem figura est, quæ fit cõtextu sermonũ ratione uitiosa. Ergo metaplasmus et figura media sunt, & discernuntur peritia & imperitia. fiũt autem ad ornatum. Domus Sergia.) familia: ut, Da propriã Thymbræ domũ. Centauro magna.) fœminini est generis, si de naui dicas: ut Terentius in Eunuchum suam, quum Comœdiã diceret. Iuuenalis cõtrà sensit, dicens: Scriptus et in tergo, necdum finitus Orestes. Sed sciẽdum, genus plerunq; cõfundi, aut metri, aut hiatus causa. sic Horatius, Nec cupido sordidus aufert: quum significãtes cupiditatẽ fœminino genere dicamus. Ipse etiam Vergilius ait: Timidi dammæ ceruiq; fugaces: quum ipse secundum fidem dixerit, Cum canibus timidæ uenient ad pocula dammæ. Cærulea.) aut nigra, aut alta carina. Omne enim altum nigrum est: ut, Scrupea tuta lacu nigro nemorumq; tenebris. Cluenti.) Ad ipsum apostropha est. Procul.) aut non nimis longe, ut etiam suprà diximus: aut sicut in Buccolica de nimia uicinitate ait, Serta procul tantum capiti delapsa iacebant. & dicitur à porro, id est, longe ab oculis, ex græco & latino compositum. Olim.) tunc cum cori nubibus abscondunt & obruunt sidera. interdum & Satis longe significat. Tranquillo.) Melius septimus casus est, quàm datiuus. Campus.) saxi latitudo. Apricis.) Sole gaudentibus. sanè apricus & locus dicitur sole calens, quod est opaco & abdito contrarium: & apricos dicimus, locis apricis gaudentes. Vergilius, Duceret apricis in collibus uua colorem. Persius, Vt nostra floralia possint Aprici meminisse senes. apricum quasi ἄνευ ψύχους, sine frigore. Mergis.) Esacus Priami filius fuit. hic se præcipitauit à muro, nec perijt: & quum hoc sæpius faceret, deorum miseratione in auem conuersus est, quæ ad imitationem idem facit. Circunflectere.) Bene uno sermone & profectionem complexus est, & reuersionem. Ductores.) domini nauiũ, non gubernatores. Populea uelatur fronde iuuẽtus.)

Impellunt, terno consurgunt ordine remi.
Sergestusq́, domus tenet à quo Sergia nomen,
Centauro inuehitur magna, scyllaq́ Cloanthus
Cerulea, genus unde tibi Romane Cluenti.
Est procul in pelago saxum spumantia contra
Littora, quod tumidis summersum tunditur olim
Fluctibus, hyberni condunt ubi sidera Cori.
Tranquillo silet, immotaq́ attollitur unda
Campus, & apricis statio gratissima mergis.
Hic uiridem Aeneas frondenti ex ilice metam
Constituit signum nautis pater, unde reuerti
Scirent, & longos ubi circunflectere cursus.
Tunc loca sorte legunt, ipsiq́ in puppibus auro
Ductores longe effulgent, ostroq́ decori.
Cætera populea uelatur fronde iuuentus,

Hebe, id est, ἥβη, est iuuentus, uxor Herculis. Nunc ergo aut propter hoc iuuentus utitur populeis coronis, aut ad imitationem uirtutis. populus enim Herculi cōsecrata est: ut, Populus Alcidæ gratissima. Nudatosq́.) Bene Nudatos, qui tecti esse consueuerunt. nam nudum est, nunquam tectum, ut facies. Transtris.) Et transtra dicūtur, & iuga: ut in 6. Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant.

Nudatosq́ humeros oleo perfusa nitescit.
Considunt transtris, intentaq́ brachiaq́ remis
Intenti expectant signum, exultantiaq́ haurit
Corda pauor pulsans, laudumq́ arrecta cupido.
Inde ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes
(Haud mora) prosiluere suis: ferit æthera clamor
Nauticus, adductis spumant freta uersa lacertis.
Infindunt pariter sulcos, totumq́ dehiscit
Conuulsum remis, rostris stridentibus, æquor.
Non tam præcipites biiugo certamine campum
Corripuere, ruuntq́ effusi carcere currus:
Non sic immissis aurigæ undantia lora
Concussere iugis, pronîq́ in uerbera pendent.
Tum plausu, fremituq́ uirûm, studijsq́ fauentum
Cōsonat omne nemus, uocemq́ inclusa uolutant
Littora, pulsati colles clamore resultant.
Effugit ante alios, primisq́ elabitur undis
Turbā inter fremitūq́ Gyas, quē deinde Cloāthus
Consequitur, melior remis, sed pondere pinus
Tarda tenet. post hos æquo discrimine pistris,
Centaurusq́, locum tendunt superare priorem.
Et nunc pistris abit, nunc uictam præterit ingens
Centaurus, nunc unà ambæ, iunctisq́ feruntur
Frontibus, & longè sulcant uada salsa carinę.

Intenti.) Eodē sermone in diuersis usus est rebus: aliter enim brachia, aliter tēdimus mentē. Exultantiaq́ haurit Corda pa. pul.) Hypallage ē: Omni parte pulsās pauor corda haurit, id ē, ferit (ut, Latus haurit apertū:) & exultare facit. Laudūq́.) Ne esset turpe quod ait Pauor. Sanè hæ sunt bellorū prolusiones: unde etiam ad tubam geruntur. Sed sciendū, maioris ætatis funera ad tubam solere proferri: Persius, Hinc tuba candelæ. minoris uero, ad tibias: ut Statius de Archemoro, Tibia enim teneros solitum deducere manes. Finibus omnes.) Secundū naturā ante generali usus est descriptione, uenturus ad spècialitatē. Præcipites.) festinātes: ut, Præcipites uigilate uiri. aliâs præcipites, temerarij et incōsulti. * Bijugo.) Et hoc celeritatis est. plures enim se impediūt. Carcere uero usurpauit. nam carcer est numero tantū singul. custodia noxiorū: carceres uero tantū plurali, hostia, q̄bus equi arcētur. unde carceres, quasi arceres, secūdum Varronē. Iugis.) iugalibus. Vndantia aūt, longe effusa. Cōsonat.) bene Cōsonat propter echò ait: nā ἠχῶ græcè, resono. Echò uero, nostræ uocis est æmula, unde & Resultat ait. Elabitur.) præcurrit celeriter: ut, Labere nympha polo. Turbā in. fre.) In ipso principio. Discrimine.) interstitio. Et sanè uariat nunc naues, nūc ductores cōmemorās. Priorē.) inter se, hoc

fe, hoc est, tertium. Metamq; tenebant.) *Nauticū uerbum.* Princeps.) *Modò ordinis.* Quò tantum mihi.) *Vacat Mihi, ut solet frequēter.* Littus ama.) *Littus est omne quod aqua alluitur: unde & saxum littus uocauit.* Stringat.) *radat: ac si diceret, hoc uolo qđ times.* Palmula.) *extrema pars remi, in modum palmæ protentæ.* Iterum.) *Hoc uerbū & à poëta potest dici, ut Iterum reuocabat: & à Gya, ut Quò abis iterum? non iterū pete.*

Iamq; propinquabant scopulo, metāq; tenebant,
Cum princeps, medioq; Gyas in gurgite uictor
Rectorem nauis compellat uoce Menetem:
Quò tantum mihi dexter abis? huc dirige cursum:
Littus ama, & leuas stringat sine palmula cautes.
Altum alij teneant. dixit: sed cæca Menetes
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad undas.
Quo diuersus abis? iterum pete saxa Menete,
Cum clamore Gyas reuocabat: ecce Cloanthum
Respicit instantem tergo, & propiora tenentem.
Ille inter nauemq; Gyæ, scopulosq; sonanteis
Radit iter læuum interior, subitusq; priorem
Præterit, & metis tenet æquora tuta relictis.
Tum uero exarsit iuueni dolor ossibus ingens:
Nec lacrymis caruere genæ, segnemq; Menetem
Oblitus decorisq; sui, sociumq; salutis,
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta.
Ipse gubernaclo rector subit: ipse magister
Hortaturq; uiros, clauumq; ad littora torquet.
At grauis, ut fundo uix tandem redditus imo est
Iam senior, madidaq; fluens in ueste Menetes,
Summa petit scopuli, siccaq; in rupe resedit.
Illum & labentem Teucri, & risere natantem,
Et salsos rident reuomentem pectore fluctus.
Hic læta extremis spes est accensa duobus,
Sergesto, Mnestheiq;, Gyan superare morantem.
Sergestus capit ante locū, scopuloq; propinquat.
Nec tota tamen ille prior præeunte carina

Inter nauemq;.) *Que uacat.* Exarsit iuuene.) *Causa pendet ex causa.* Horat. *Non ego ferrem calidus iuuēta Consule Planco.* Nec lacrymis caruere genæ.) *Nimis irascentum est.* Cicero de Verre, *Cum irasceretur lacrymas interdum uix tenere.* Oblitus decorisq; sui.) *Inhonestū est enī irasci, duci præsertim.* Sociumq; salutis.) *Possumus & sociū salutis suæ oblitus, & sociū salutis pro sociorum: præcipitato scilicet gubernatòre.* Ipse gubernaclo.) *Vt ostenderet nihil esse, quod ipse non posset efficere.* Hortaturq; uiros.) *Aut ipse dicit celeuma, nā hortatores dicūtur: aut quia consternati fuerāt, perdito gubernatore.* Clauum.) *fustem gubernaculi.* Iam senior madidaq;.) *Contra illud, quia occurrebat gubernatorem natandi peritum fuisse debere, addidit Seniorem.* Fluens in ueste.) *cui uestes fluebant. honestè locutus est: sic* Iuuenalis, *Et multo stillaret penula nimbo.* Et risere natantem.) *Vnde in ludis uoluptas quaritur.* Reuomentem.) *id est, sæpius uomentem.*

Aemula piſtris.) eiuſdem rei ſtudioſa: ut Cicero pro M. Marcello, Illo æmulo atq; imitatore ſtudiorum meorum, aliàs inimicum ſignificat. *Inſurgite.)* Contrà Lucanus, Atq; in tr̃aſtra cadunt. *Hectorei.)* aut fortiſſimi, aut reuera quondã Hectoris ſocij. *Getulis.)* Africanis: à parte totum. nam Getulia mediterranea eſt. Syrtes uerò iuxta Libyam ſunt. ſic de Syrtibus Horatius, Vbi maura ſemper æſtuat unda. Fuiſſe autem Troianos in Syrtibus, illic indicat locus: In breuia & Syrtes urget miſerabile uiſu. *Ionio.)* Quãdo iuxta Charybdĩ nauigarũt. *Maleæq;.)* Malea promontoriũ eſt Laconiæ prouinciæ, ubi undæ ſunt ſequaces, id eſt, perſecutrices: ut, Capreæq; ſequaces illudunt. *Prima.)* quaſi quæ ſoleo. *Mneſtheus.)* ille ſemp uictor. *Hoc uincite.)* Loco uictoriæ ſit, ultimos nõ redire. *Nefas.)* Modò opprobrium, qđ eſt uiro forti in quocũq; certamine perdere. *Aerea.)* fortis: ut, Et iunctos temo trahat æreus orbis. nam ærea non eſt puppis, ſed prora. *Subtrahiturq; ſolum.)* Vnicuiq; rei quod ſubiacet, ſolum eſt ei cui ſubiacet: unde eſt nauis ſolum mare, & aër auium, & ſtellarum cælum. unde Ouidius, Aſtra tenent cæleſte ſolum. & eſt uerbum, cuius perlucida ſignificatio per naturam non inuenitur. *Riuis.)* more riuorum, ac ſi Riuatim diceret. *Furens animi.)* Figuratè dixit: ut, Præſtans animi iuuenis. *Interior.)* ſiniſterior. Cicero, In quem omnia intus canere dicebant. Salluſtius, Igitur introrſus prima Aſiæ Bithynia eſt. *Iniquo.)* anguſto: ut, Syluis inſedit iniquis. *Procurrentibus.)* id eſt, prominentibus, & ueluti obuiam uenientibus. *Murice.)* ſaxi acumen, eminens per tranquillitatem. quũ alibi ſignificet piſcem, cuius ſucco purpura tingitur: ut, Saturato murice palla. *Morantur.)* retroagunt. *Legunt.)* alij prætereunt: ſed melius Legunt, id eſt, colligũt. nam ſequitur, Et fractis diſcentẽ currere remis.

Parte prior, partem roſtro premit æmula piſtris.
At media ſocios incedens naue per ipſos
Hortatur Mneſtheus: Nunc, nunc inſurgite remis,
Hectorei ſocij, Troiæ quos ſorte ſuprema
Delegi comites: nunc illas promite uires,
Nunc animos, quibus in Getulis Syrtibus uſi,
Ionioq; mari, Maleæq; ſequacibus undis.
Non iã prima peto Mneſtheus, neq; uincere certo:
Quanq̃ ò, ſed ſuperẽt qbus hoc Neptũne dediſti:
Extremos pudeat rediiſſe, hoc uincite ciues,
Et prohibete nefas. olli certamine ſummo
Procumbunt, uaſtis tremit ictibus ærea puppis:
Subtrahiturq; ſolum: tum creber anhelitus artus,
Aridaq; ora quatit, ſudor fluit undiq; riuis.
Attulit ipſe uiris optatum caſus honorem:
Nanq; furens animi dum prorã ad ſaxa ſuburget,
Interior, ſpatioq; ſubit Sergeſtus iniquo,
Infelix ſaxis in procurrentibus hæſit.
Concuſſæ cautes, & acuto in murice remi
Obnixi crepuere, illiſaq; prora pependit.
Conſurgunt nautæ, & magno clamore morãtur.
Ferratasq; ſudes, & acuta cuſpide contos
Expediunt, fractosq; legunt in gurgite remos.

Prona.)

Prona.) uicina littoribus: unde altũ est, longè positum. Columba.) Vbiq; de his domesticis columbas Vergilius dicit: Persius uerò ait, Teneroq; columbo Et similis. nam agrestes palumbes uocãtur. Exterrita.) Pennarũ cõcussione terrorẽ significat: ut, Timuitq; exterrita pennis Ales. non enim pennis timet, sed timorẽ indicat. Radit.) secat, purũ aërem.

At lætus Mnestheus, successuq; acrior ipso
Agmine remorum celeri, uentisq; uocatis
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto.
Qualis spelunca subito commota columba,
Cui domus, & dulces latebroso in pumice nidi,
Fertur in arua uolans, plausumq; exterrita pennis
Dat tecto ingentem, mox aëre lapsa quieto
Radit iter liquidum, celeres neq; commouet alas:
Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat ultima pistris
Aequora: sic illam fert impetus ipse uolantem,
Et primum in scopulo luctantem deserit alto
Sergestum, breuibusq; uadis, frustraq; uocantem
Auxilia, & fractis discentem currere remis.
Inde Gyan, ipsamq; ingenti mole Chimæram
Consequitur: cedit, quoniã spoliata magistro est.
Solus iamq; ipso superest in fine Cloanthus,
Quem petit, & summis annixus uiribus urget.
Tum uero ingeminat clamor, cunctiq; sequẽtem
Instigant studijs, resonat clamoribus æther.
Hi proprium decus, & partũ indignantur honorẽ
Ni teneant, uitamq; uolunt pro laude pacisci.
Hos successus alit: possunt, quia posse uidentur.
Et fors æquatis cepissent præmia rostris,
Ni palmas ponto tendens utrasq; Cloanthus
Fudissetq; preces, diuosq; in uota uocasset.
Dij quibus imperiũ pelagi, quorũ æquora curro,
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurũ
Constituam ante aras, uoti reus, extaq; salsos
Porriciam in fluctus, & uina liquentia fundam.
Dixit, eumq; imis sub fluctibus audijt omnis

Frustra.) Quis enim ei relicta uictoria subueniret? Ipso superest in fine.) Vt & spacia, & si plura supẽsint, trãsceat elapsus prior. Propriũ decus.) quasi iam partã uictoriam et honorem ni teneãt, indignantur. Successus) felicitas. Possunt, quia posse uidetur.) sperabant uictoriã spectantium opinione: ut, Cũctiq; sequẽtem Instigãt studijs. Palmas utrasq.) Diximus suprà, antiquum hoc esse. Carpius tamẽ dicit per naturam uitiosam hãc esse elocutionẽ, siue utranq; palmã, siue utrasq; palmas dixerimus, esse in aliquo usurpationẽ. Imperium est pelagi.) in pelago: ut, Dij quibus imperiũ est animarũ id est, in animab. Lætus uictor.) A præcedẽti quod sequitur.

Ante aras.) De quibus paulo pòst, Pars spoliant aras. Voti reus.) debitor: unde & uota soluentes dicimus absolutos. Porriciam.) Exta porriciuntur, hoc est, porrigũtur. nisi fortè dicamus, etiã fluctibus maris offerri. qđ si est, Proijciã, id est, porrò iaciã legendũ est.

Phorciq́ʒ.) Latinè hic Phorcus, huius Phorci dicimus. nam apud nos Græca huius nominis non est declinatio, ut φόρκυς φόρκυος, quod interdum φόρκυν φόρκυνος: unde Lucanus in Octauo, Phorcynidos ora Medusæ Protulit. est autẽ deus marinus. Panopeaq́ʒ uirgo.) una de Nereidibus: quam ideo separatim dixit, ut illas non uirgines intelligamus. Portunus.) deus marinus, qui portubus præest. Et bene impulit eum ipse, iam uicinum portui.

Nereidum, Phorciq́ʒ chorus, Panopæaq́ʒ uirgo.
Et pater ipse manu magna Portunus euntem
Impulit: illa noto citius, uolucriq́ʒ sagitta
Ad terram fugit, & portu se condidit alto.
Tum satus Anchisa, cunctis ex more uocatis
Victorem magna præconis uoce Cloanthum
Declarat, uiridiq́ʒ aduelat tempora lauro,
Muneraq́ʒ in naueis ternos optare iuuencos
Vinaq́ʒ, & argenti magnum dat ferre talentum.
Ipsis præcipuos ductoribus addit honores.
Victori chlamydem auratã, quã plurima circùm
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.
Intextusq́ʒ puer frondosa regius Ida
Veloces iaculo ceruos, cursuq́ʒ fatigat,
Acer anhelanti similis, quem præpes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger uncis.
Longæui palmas nequicquam ad sidera tendunt
Custodes, sæuitq́ʒ canum latratus in auras.
At qui deinde locum tenuit uirtute secundum,
Leuibus huic hamis consertam, auroq́ʒ trilicem
Loricam, quam Demoleo detraxerat ipse

Nota autẽ est fabula: Athamas post furorem à Iunone immissum, quũm occiso Learcho Melicertam alterum filium cum Ino uxore sua persequeretur, quũ se illi in mare præcipitassent, uoluntate numinũ in deos uersi sunt: Melicerta in Portunum, qui Græcè Palæmon dicitur (nam λιμὴν portus dicitur, unde Palæmon:) Ino in matrẽ Matutã, quæ Græcè dicitur Leucothea. Portu se condidit alto.) id est, usq́ʒ ad interiora peruenit. Ex more ludorũ.) scilicet per præconem. Victorem.) Primum, subaudi. nam illi duo uictores sunt Sergesti: unde paulo pòst, Quem modò nauali Mnestheus certamine uictor Consequitur. Dat ferre.) Græcum est, duo uerba coniungere: ut paulo pòst, Donat habere uiro. sed hoc datur poëtis. Magnum talentum.) ut diximus, breue quiddam: sed magnum alterius minoris comparatione, quũ primum sit unum & maximum aliorum, ut suprà diximus. Circum.) in parte extrema quasi fimbria, ut diximus. Mæandro duplici.) flexuoso. & hoc dicit: Erat in chlamyde flexuosa, & in se remeabilis purpura, in modum Mæandri fluminis Cariæ prouinciæ. Melibœa.) pro Melibœnsis. Est autem Thessaliæ ciuitas Melibœa. Regius.) Trois regis Phrygiæ filius. Fatigat.) Laus picturæ, quasi gerat, & nõ gerere uideatur. Præpes.) modò uolans. Sublimem.) in altũ. Palmas nequicquã ad sidera tollunt.) aut admirantes, aut increpantes deos. Virtute.) Quia ille fauore uicerat numinũ, unde & præmia dãtur cõgrua: illi chlamys deorũ cõtinẽs fabulã, illi lorica, id est, uirtutis insigne. Hamis auroq́ʒ.) hamis aurẽis.

Simoënta.)

Simoënta.) Venit à nominatiuo Græco non in is, ſed in as exeunte, ut σιμόεις σιμόεντος. Sub Ilio alto.) O breuis fit ſequēte uocali. Decus & tutamen.) Quia triplex, & aurea. Phegeus, Sagarisq́.) Nominatim dicendo, addidit laudem. Curſu palantes Troas agebat.) Ad Aeneæ, qui eum uicit, pertinet laudem. Cymbiaq́.) pocula in modum cymbæ. Aſpera ſignis.) ἀνάγλυφα. Omnes.) qui uicerant ſcilicet. Punicæis tænijs.) uittis roſeis: & ſignificat lēniſcatas coronas, quæ ſunt de frondibus & diſcoloribus faſcijs: & ſicut Varro dicit, magni honoris ſunt. Tænijs autem, modò uittis: aliàs extremitates uittarū dicit, ut Fit longæ tænia uittæ. Arte.) id eſt, uirtute. Atq; ordine debilis uno.) Sergeſtus ſcilicet. & bene ex mutatiōe ſenſuū conquiſiuit ornatū. nā irrideri et ſine honore eſſe, hominis eſt: remis carere, nauis. Viæ in aggere.) Agger eſt media uiæ eminentia, coaggeratis lapidibus ſtrata: unde uiæ aggere dixit. Aerea.) fortis, ut Aerea puppis. Grauis.) fortis, ut Grauibus certamina remis. Tortus.) Hos tortus: id eſt, ſine cauſa tentat inceſſus. Clauda.) Ab homine tranſtulit. Cicero, Mancam ac debilem fore præturam ſuam. Membra.) Etiam hoc ab homine tranſtulit. Vela facit tamen.) ἀνακόλουθον: nam non præmiſit, quanq̄ remigare non poſſet. Subit hoſtia.) portus, ut ſuprà diximus: ideo, quia exitus fluminum frequenter portus efficiunt. Promiſſo.) aut magno, aut antè promiſſo: ut intelligamus in omnibus ludis illud eſſe obſeruatum, Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. quod etiam in pyctali certamine, Victori uelatū auro uittisq́ iuuencum, Enſem atque inſignem galeam ſolatia uicto. aut certè promiſiſſe eum intelligamus, quando uidit nauem periclitantem. Operum haud ignara Mineruæ.) perita lanificij.

Victor apud rapidum Simoënta ſub Ilio alto,
Donat habere uiro decus, & tutamen in armis.
Vix illam famuli Phegeus, Sagarisq́ ferebant,
Multiplicem connixi humeris: indutus at olim
Demoleos curſu palantes Troas agebat.
Tertia dona facit geminos ex ære lebetas,
Cymbiaq; argento perfecta, atq; aſpera ſignis.
Iamq́ adeo donati omnes, opibusq́ ſuperbi
Puniceis ibant deuincti tempora tænijs:
Cum ſæuo è ſcopulo multa uix arte reuulſus
Amiſſis remis, atq; ordine debilis uno
Irriſam ſine honore ratem Sergeſtus agebat.
Qualis ſæpe uiæ deprenſus in aggere ſerpens
Aerea quem obliquum rota trāſijt, aut grauis ictu
Seminecem liquit ſaxo, lacerumq; uiator,
Nequiquam longos fugiens dat corpore tortus
Parte ferox, ardensq́ oculis, & ſibila colla
Arduus attollens, pars uulnere clauda retentat,
Nexantem nodis, ſeq; in ſua membra plicantem.
Tali remigio nauis ſe tarda mouebat.
Vela facit tamen, & plenis ſubit oſtia uelis.
Sergeſtum Aeneas promiſſo munere donat,
Seruatam ob nauem lætus, ſociosq́ reductos:
Olli ſerua datur, operum haud ignara Mineruæ,

Cressa genus.) Figura Graeca: ut, Qui genus unde domo. *Pholoë.)* nomen proprium. erat autem lactans: nam infantes lactentes dicimus. *Gramineum.)* graminosum. Cicero de hastis, Bene etiam ne gramineas hastas. *Collibus undiq; curuis.)* Mutauit: non enim sylua colleis habet, sed est in collibus sylua. debuit ergo dicere, Quem colles cingebãt syluis. *Mediaq́ in ualle theatri.)* Media in ualle erat circus theatri, id est, spacium spectaculi. Et Theatri Graecè dixit, ἀπὸ τῆς θεωρίας: non enĩ est speciale, sed theatri. *Consessu mediũ tulit.)* Ordo est, Quò se Aeneas medium tulit cum multis milibus, & extructo cõsessu resedit. *Animos.)* Eorum subaudi. *Mixtiq́ Sicani.)* Quod pars ait, Et certare parati. *Viridiq́ iuuenta.)* Aetates omnes Varro sic diuidit: infantiã, pueritiã, adolescẽtiam, iuuentam, senectam. Hae tamen, sicut etiam de tẽporibus suprà diximus, singulae trifariã diuidũtur: ut sit prima, uiridis, adulta & praeceps. hinc est, Et uiridi iuuenta: et Cruda deo uiridisq́; senectus. Item Sallust. Sed Mithridates extrema pueritia regnũ ingressus matre sua ueneno interfecta. *Amore pio pueri.)* Aut genitiuus est, & dicit eum ob hoc uenisse, ne amicũ relinqueret: aut distinguendũ per se, & erit nominatiuus pluralis. ut Pueri non referas ad aetatem, sed ad Agonale studium, in quo sunt uirorũ & puerorum separata certamina. nam ἄνδρες καὶ παῖδες dicuntur, licet confusio sit aetatum. *Acarnan.)* Epirota. Acarnania enim est pars Epiri. *Tegeae.)* Si deriuatiuum fuerit, De non sequitur: si Tegeae legerimus, nõ stat uersus, nisi addita De syllaba. deriuatiuũ autẽ ille indicat locus, Tum lateri atq; humeris Tegaeũ subligat ensem. & Tegeum oppidũ est Arcadiae. *Quos fama obscura recondit.)* Per contrariũ illos superiores omnes esse nobiles indicauit. *Gnosia.)* Cretẽsia. Gnosos ciuitas Cretae. & bene, sicut etiã in nauib. generalia dat et specialia. *Leuato.)* nitido: ut, At leuẽ clypeũ sublatis cornib. Io.

Cressa genus Pholoë, geminiq́; sub ubere nati.
Hoc pius Aeneas misso certamine, tendit
Gramineũ in campũ, quem collibus undiq; curuis
Cingebant syluae, mediaq́; in ualle theatri
Circus erat, quò se multis cum milibus heros
Consessu medium tulit, extructoq́; resedit.
Hic, qui fortè uelint rapido contendere cursu
Inuitat precijs animos, & premia ponit.
Vndiq; conueniunt Teucri, mixtiq; Sicani,
Nisus, & Euryalus primi.
Euryalus forma insignis, uiridiq; iuuenta:
Nisus amore pio pueri: quos deinde secutus
Regius egregia Priami de stirpe Diores.
Hunc Salius, simul & Patrõ: quorũ alter Acarnan,
Alter ab Arcadia Tegeae de sanguine gentis.
Tũ duo Trinacrij iuuenes, Helymus, Panopesq́;,
Assueti syluis, comites senioris Acestae.
Multi praeterea quos fama obscura recondit.
Aeneas quibus in medijs sic deinde locutus:
Accipite haec animis, laetasq́; aduertite mentes:
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
Gnosia bina dabo leuato lucida ferro

Primi.) aliorum comparatione. nam unus est primus. Flaua.) *uiridi: ut suprà, Iaspide fulua.* Phaleris.) *equorũ ornamentis: sermo Græcus est, quia φάλαρα dicuntur Græcè,* Habeto.) *habeat: tertia persona est à futuro imperatiui, quæ in hoc modò numeri singularis similis est secundæ.* Amazoniam.) *quasi Amazoniam: ut,* Sacri tripodes. Baltheum.) *Baltheus dicitur non tantũ quo cingimur, sed etiã à quo arma dependent.* Contentus abito.) *quasi de paruo munere.*

Spicula, cęlatamq́ argento ferre bipennem.
Omnibus hic erit unus honos: tres premia primi
Accipient, flauaq́ caput nectentur oliua.
Primus equum phaleris insignem uictor habeto,
Alter Amazoniam pharetram, plenamq́ sagittis
Threicijs, lato quam circumplectitur auro
Baltheus, & tereti subnectit fibula gemma.
Tertius Argolica hac galea contentus abito.
Hæc ubi dicta, locum capiunt, signoq́ repente
Corripiunt spatia audito, limenq́ relinquunt,
Effusi nimbo similes, simul ultima signant.
Primus abit, longeq́ ante omnia corpora Nisus
Emicat, & uentis, & fulminis ocior alis.
Proximus huic, longo sed proximus interuallo,
Insequitur Salius: spatio post deinde relicto,
Tertius Euryalus.
Euryalũq Helymus sequitur, quo deinde sub ipso
Ecce uolat, calcemq́ terit iam calce Diores,
Incumbens humero: spatia & si plura supersint,
Transeat elapsus prior, ambiguumq́ relinquat.
Iamq́ ferè spatio extremo, fessiq́ sub ipsum
Finem aduentabant, leui cum sanguine Nisus
Labitur infelix, cæsis ut fortè iuuencis

Corripiunt spatia.) *raptim eunt: ut,* Corripit Aeneas *extẽplo auidusq́ refringit.* Limenq́ relinquunt.) *aut regulam, aut signum de creta factũ, quod à carcerib. fit.* Simul ultima signãt.) *intuẽtur ultima spacia auiditate uincẽdi, ut notat & designat oculis: aut* Signant ultima, *id est, cumulorum summitatem signant uestigijs. ut alibi,* Vix summa uestigia signat arena. Primus abit.) *Sicut de nauibus, post generalitatem transit ad specialitatem. & bene, quia tribus statuta sunt præmia, quinq; cõmemorat duobus casuris.* Alis.) *uelocitate: quia tam uentos, quàm fulmina fingũt alata poëtæ: ut,* Alitis austri. Proximus huic.) *Secundũ hunc locum* Proximum *dicimus etiã longè positum, nullo interueniente.* Quo deinde sub ipso.) *id est, post ipsum.* Calcem calce terit Diores.) *Calcem dicimus, unde terrã calcamus. Ergo nõ propriè dixit,* Calcẽ calce terit: *planta enim calcẽ potuit terere. unde à parte totũ accipiendũ, id est, calcem pede terebat.* Incumbens humero.) *Aut flexo humero, aut currentis est gestus.* Elapsus prior.) *Ideo labitur, id est, celeriter currit, ut prior fiat: & satis licenter est dictum.* Ambiguumq́ relinquat.) *minus firmũ ad celeritatem.* Sub ipsam finem.) *Bis subaudi* Finem, *sub ipsam finem fessi aduentabant ad finem.* Labitur infelix.) *Quia parata uictoria caruit.* Cæsis ut fortè iuuencis.) *Bene rem notam per transitum tetigit.*

Agonalis

Agonalis enim moris fuerat, post sacrificia ad certamen uenire. Fusus humū.) *Ordo est, superfusus.* Titubata.) *Participium sine uerbi origine. non enim dicitur Tituber tituba ris: licet et quædam neutra sint, quæ tria habent participia, præsentis, præteriti, & futuri: ut placens, placitus, & placiturus, & prandeo similiter.* In ipso concidit.) *Ablatiuum posuit. non enim dixit, in ipsum concidit fimū: quia non est mutatio, nam motū non significat.*

Fusus humi, uiridesq́ super madefecerat herbas.
Hic iuuenis iam uictor ouans, uestigia presso
Haud tenuit titubata solo: sed pronus in ipso
Concidit immundoq́ fimo, sacroq́ cruore.
Non tamen Euryali, non ille oblitus amorum:
Nam sese opposuit Salio, per lubrica surgens.
Ille autem spissa iacuit reuolutus arena.
Emicat Euryalus, & munere uictor amici
Prima tenet, plausuq́ uolat, fremituq́ secundo.
Post Helymus subit, & nunc tertia palma Diores.
Hic totum caueæ consessum ingentis, & ora
Prima, patrū magnis Salius clamoribus implet,
Ereptumq́ dolo reddi sibi poscit honorem.
Tutatur fauor Euryalum, lacrymæq́ decoræ,
Gratior & pulchro ueniens in corpore uirtus
Adiuuat, & magna proclamat uoce Diores.
Qui subijt palmæ, frustraq́ ad præmia uenit
Vltima, si primi Salio redduntur honores.
Tum pater Aeneas: uestra, inquit, munera uobis
Certa manēt pueri, & palmā mouet ordine nemo.
Me liceat casum miserari insontis amici.
Sic fatus, tergum Getuli immane leonis
Dat Salio, uillis onerosum, atq́ unguibus aureis.

Oblitus amorū.) *Amorū pro amoris: nec supradictis congruit. ait enim, amore pio pueri: nunc Amorum, quia pluraliter non nisi turpitudinē significat.* Spissa arena.) *tenui: quanto enim quid minutius, tanto est densius.* Prima tenet.) τὰ πρῶτα. Fremituq́ secundo.) *Bene Secundo addit, quia est et iratorū.* Hic.) *temporis aduerbiū. Per Caueam autem, plebem significat. nam Cauea consessus est populi.* Ora prima patrū.) *hoc est, quod Iuue. ait, Omnibus ad podium spectantibus.* Lacrymæq́ decoræ.) *Aut ipse etiam fletus habebat aliquid uenustatis, ortus à gaudio: ut Terent. Oblacrymo præ gaudio. quod & congruit puero propter uictoriam inopinatā: Aut certè ad miserationem commouendā contra eum, qui se asserebat esse uictorem.* Veniens.) *crescens: ut, Hic segetes, illic ueniunt felicius uuæ. Venire anni dicūtur in adolescētibus, sicut in senibus recedere. Hora. Multa ferūt anni uenientes cōmoda secum, Multa recedentes adimunt.* Certa manent pueri.) *ut supra diximus, ideo quia ἄνδρες καὶ παῖδες dicūtur.* Me liceat.) *liceat me miserari. nā non me licet, sed mihi licet dicimus.* Casum.) *Alludit, à cadendo.* Tergū.) *Mutauit more suo: nā Tergus debuit dicere, cū tergū habeat carnis appellationē, tergus uerò sit pellis: ut, Terg. dirip. costis.* Onerosum) *Plus est, quàm si Oneratū diceret: sicut sceleratū et scelerosum.*

Qui laude.)

Qui laude.) uirtute: à sequēte quod præcedit. nā ex uirtute præcedēti sequitur laus. Fortuna.) Bene dolum suum excusat. Optimus olli.) Aut ei arrisit, aut illi iussit afferri. Sane congrue arma dat iuueni. Didymaonis artes.) Laus ab artifice: ut, Diuinum opus Alcimedontis. Neptūni sacro Danais de poste.) à Danais: & intelligimus hoc ad Aeneam transisse per Helenum, ne uideatur ex sacrilegio quæsitum. Præsens.) fortis: ac si diceret, si adsit quis plenus animi. Velatū.) coronatū. Auro autem, quia solent laminas quasdā habere: ut, Et statuā ante aras aurata fronte iuuencum. Virûm se mur. tollit.) cum suffragio plurimorū. Solus qui Paridē solitus cōtendere cōtrà.) Simile dixit Homer. de Euryalo ad sepulchrū Patrocli in ludo cæstuum. εὐρύαλος δέ οἱ οἶος ἀνίστατο ἰσόθεος φώς μηκιστέος υἱὸς ταλαονίδαο ἄνακτος ὅς ποτὲ θήβας δ' ἦλθε δεδουπότος οἰδιπόδαο ἐς τάφον, ἔνθα δὲ πάντας ἐνίκα καδμείωνας.

Hic Nisus: si tanta (inquit) sunt premia uictis,
Et te lapsorum miseret, quæ munera Niso
Digna dabis, primam merui qui laude coronam?
Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tulisset.
Et simul his dictis faciem ostentabat, & udo
Turpia membra fimo: risit pater optimus olli,
Et clypeum efferri iussit, Didymaonis artes,
Neptūni sacro Danais de poste refixum.
Hoc iuuenem egregiū præstanti munere donat.
Pòst ubi confecti cursus, & dona peregit:
Nunc si cui uirtus, animusque in pectore præsens,
Adsit, & euinctis attollat brachia palmis.
Sic ait, & geminum pugnæ proponit honorem.
Victori uelatum auro, uittisque iuuencum,
Ensem, atque insignem galeam solatia uicto.
Nec mora, continuo uastis cum uiribus effert
Ora Dares, magnoque uirûm se murmure tollit:
Solus qui Paridem solitus contendere contra.
Idemque ad tumulū quo maximus occubat Hector,
Victorem Buten immani corpore, qui se
Bebrycia ueniens Amyci de gente ferebat,

Paridem uero, uenit ab eo quod est Paridis uel Paridos. & uolunt, si proprium sit, in dos exire: si appellatiuum, in os. tamen τὰ βαρύτονα faciunt in α & in ιν, ut χάρις τῆς χάριτος τὴν χάριτα, καὶ χάριν. πάρις πάριδος τὸν πάριδα, καὶ πάριν. Quod autem legimus, Parin creat urbe paterna: uenit ἀπὸ τοῦ πάρις, τοῦ πάριος, τῷ πάρι, τὸν πάριν. Sanè hic Paris secundum Troica Neronis, fortissimus fuit, adeò ut in Troia agonali certamine superaret omnes: ipsum etiam Hectorē. qui cū iratus in eum stringeret gladiū, dixit se esse germanū. quod allatis crepūdijs probauit, quia habitu rustici adhuc latebat. hos autē ludos trāsfert Verg. ad Hectoris tumulū, q sunt facti, cū ludi funebres celebrarētur cadaueri Hectoris ab Achille occisi. Multi hoc à Poëta uolunt dici: melius tamen uerba sunt populi. unde, Et urûm se murmure tollit. Amyci. d.g.) Amycus filius Neptunni fuit, & nymphæ Melies. qui à Polluce uictus est, pyctali certamine. Bebrycia.) ipsa est Bithynia. Sall. Igitur introrsus Asiæ patriam Bithynia est, multis antea nominibus appellata. Ipsa enim est & maior Phrygia.

Moribundũ.) morienti similẽ. *Talis.*) qualis multitudo loquebatur. *Ostendit.*) Melius dixisset Ostentat. *Alacris.*) Quũ acer ubiq; dicat, alacer tamẽ nõ dicit: licet inde nascatur. uitat enim confusionẽ. unde utrũq; nõ uult dicere: nam alacer nusq̃, acris nunq̃ dixit. Inde est quod Papinius supprimit genus, quia dubitatur. *Si nemo audet.*) ὅρος βίαιος: argumentatur se omnes uicisse, ex eo quod ad certamen nullus accedit. *Reddi.*) quasi debita promissa: q̃a ait, Victori uelatũ auro uittisq; iuuencum. *Hic grauis.*) Hic, tũc: grauis aũt, ætate uel obiurgatiõe. *Castigat.*) obiurgat. *Toro.*) herbæ, uerbum de uerbo: nam torus à tortis dictus ẽ herbis. *Frustra.*) Ordo est: Tanta'ne dona frustra tolli sines tã patiens? Sanè sciendum hunc secundũ Iginũ, q̃ de familijs Troianis scripsit, unum Troianũ fuisse, de quo Vergilius mutat historiã. *Nobis deus ille magister?*) Nobis non uacat, ut ibi qui mihi accubantes in cõuiuijs: sed pro Noster est positũ, uitãdi homœoteleuton causa, ne dicat, Noster deus ille magister. *Ille sub hæc.*) Aut statim, aut post hæc. *Sed enim gel. t. se. Sang. he.*) Aliud pẽdet ex alio. quare hebet? quia gelidus est: quare gelidus, quia senis? *Effœtæ.*) exhaustæ: & est translatio à mulieribus, quas partus debiles reddit, quasi post fœtũ. *Improbus iste.*) Improbus, id est, nimis auidus, qui sine certamine postulat præmiũ. *Illa iu.*) Aut magna, aut quæ quondã fuerat. *Nec dona mo.*) nõ expecto: hic enim sensus tam cũ superioribus, q̃ cũ sequẽtibus cõgruit. etenim suprà ait, se non præmij causa dimicare, sed gloriæ. & paulo pòst bouem uictor interemit.

Perculit, & fulua moribundum extendit arena.
Talis prima Dares caput altum in prælia tollit,
Ostenditq; humeros latos, alternaq; iactat
Brachia protendens, & uerberat ictibus auras.
Quæritur huic alius, nec quisq̃ ex agmine tanto
Audet adire uirum, manibusq; inducere cæstus.
Ergo alacris, cunctosq; putans excedere pugna,
Aeneæ stetit ante pedes, nec plura moratus,
Tum læua taurum cornu tenet, atq; ita fatur:
Nate dea, si nemo audet se credere pugnæ,
Quæ finis standi? quo me decet usq; teneri?
Ducere dona iube. cuncti simul ore fremebant
Dardanidæ, reddiq; uiro promissa iubebant.
Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes,
Proximus ut uiridante toro consederat herbæ:
Entelle Heroum quondam fortissime frustra,
Tanta'ne tam patiens nullo certamine tolli
Dona sines? ubi nunc deus nobis ille magister
Necquicq̃ memoratus Eryx? ubi fama per omnẽ
Trinacriam, & spolia illa tuis pendentia tectis?
Ille sub hæc: non laudis amor, nec gloria cessit
Pulsa metu, sed enim gelidus tardante senecta
Sanguis hebet, frigentq; effœtæ in corpore uires.
Si mihi quæ quondã fuerat, quaq; improbus iste
Exultat fidens, si nunc foret illa iuuenta,
Haud equidẽ precio inductus, pulchroq; iuuenco
Venissem, nec dona moror: sic deinde locutus

In medium geminos immani pondere cæſtus
Proiecit, quibus acer Eryx in prælia ſuetus
Ferre manum, duroq́ intendere brachia tergo.
Obſtupuere animi tantorum ingentia ſeptem
Terga boum: plumbo inſuto, ferroq́ rigebant.
Ante omnes ſtupet ipſe Dares, longeq́ recuſat:
Magnanimusq́ Anchiſiades, & pondus, & ipſa
Huc illuc uinclorũ immenſa uolumina uerſat.
Tum ſenior tales referebat pectore uoces:
Quid, ſi quis cæſtus, ipſius & Herculis arma
Vidiſſet? triſtemq́ hoc ipſo in littore pugnam?
Hæc germanus Eryx quondã tuus arma gerebat.
Sanguine cernis adhuc, ſparſoq́ infecta cerebro.
His magnũ Alciden contra ſtetit, his ego ſuetus
Dum melior uires ſanguis dabat, æmula necdum
Temporibus geminis canebat, ſparſa ſenectus.
Sed ſi noſtra Dares hęc Troius arma recuſat,
Idq́ pio ſedet Aeneæ, probat autor Aceſtes,
Aequemus pugnas, Erycis tibi terga remitto.
Solue metus, & tu Troianos exue cæſtus.
Hæc fatus, duplicem ex humeris reiecit amictũ,
Et magnos mẽbrorũ artus, magna oſſa, lacertosq́

Immani pondere.) immanis põderis, more ſuo: ut, Hamis auroq́ trilicẽ. Quibus.) quorũ inſtructu. Ferre ma.) cõtendere: nã utraq́ manus armatur. Intẽdere brachia tergo.) ligare: ut, Intenditq́ locum ſertis. Animi tantorũ.) hoc eſt, uirorũ ſortiũ: unde addidit, Ante omnes ſtupet ipſe Dares. Stultũ eſt autem ſentire tantorũ boum, quũ ſeptem dixerit. Longe.) ualde: ut, Tyberinaq́ lõge Hoſtia. & Salluſt. Longe alia mihi mens eſt Patres cõſcripti. Verſat.) conſiderat: ut Sall. Exercitum uertere. Tum ſenior.) Secundũ Varronẽ, iunior & ſenior comparatiui per imminutionem: hinc eſt, Iam ſenior, ſed cruda deo uiridisq́ ſenectus. Additũ enĩ hoc eſt, ad exprimẽdum qđ ſit Senior. Itẽ Ouid. Inter iuuenemq́ ſenẽq́. Et reuera non conuenit hunc ſatis ſenẽ accipi, q & uincere poteſt, & uno ictu taurum occidere. Ergo ſenior, non ſatis ſenex: ſicut iunior, nõ ſatis iuuenis, intra iuuenem: ſicut pauperior, intra pauperem. hoc autem dicit Varro, in libris ad Ciceronem. Cæſtus & arma.) Endyadis: arma, id eſt, cæſtus. Triſtemq́ hoc ipſo in littore pugnam.) Aut in quo magiſter occiſus eſt: aut in triſti littore, id eſt, infæcũdo. Varro enim dicit ſub Eryce monte eſſe infæcundũ campum ferè in tribus iugeribus, in quo Eryx & Hercules dimicauerũt. Hæc germanus.) Germanus, ſecũdum Varronem in libris De gradibus, de eadem genitrice natus eſt: non (ut multi dicunt) de eodem germine, quos ille tantum fratres uocat. ſecundum quem bene nunc Erycem, Veneris & Butæ filium, Aeneæ dicit fuiſſe germanum. Sanguine cernis adhuc fractoq́.) non Herculis, quippe uictoris: ſed Erycis, qui infecerat ſe tegendo. Aemula necdum.) aduerſa uirtuti. Geminis.) duobus. Autor Aceſtes.) huius certaminis ſcilicet. Aequemus pugnas.) id eſt, arma: à ſequẽti quod præcedit. Tibi.) pro te: ut, Tibi deſerit heſperus Oetam. Exue.) proijce, ſolue. Duplicem amictũ.) id eſt, abollam: quæ duplex eſt, ſicut chlamys. Horatius, Contra quem duplici panno patientia uelat.

Constitit.) Hic distinguendũ propter uitiũ, ut sit Arrectus in digitos. Est autẽ locus hic totus trãslatus de Apollonio, partimq́ de Homero. Hom. ἄντα δ' ἀνασχομένω χερσὶ στιβαρῇσιν, ἄμ' ἄμφω σὺν ῥ' ἔπεσον, σὺν δὲ σφιβαρῆαι χεῖρες ἔμιχθεν. Apollon. aũt, αὐτίκ' ἀνασχόμενοι ῥεθέων προπάροιθε βαρείας χεῖρας ἐπὶ ἀλλήλοισι μένος φέρον ἀντιόωντες. Pugnãq; la.) prouocãt, potius quàm gerunt. Membris & mole.) Endyadis, id est, mole mẽbrorũ: ut, Molemq́ & montis. Genua labãt.) Proceleusmaticus est, quẽ (ut suprà diximus) sic semp ponit, ut cogi possit in dactylũ: ut, Arietat in portas. Nequicquam.) non profutura uictoriæ. Vulnera iactãt.) ictus. Tela.) ictus. Exit.) uitat, declinat: unde de Tarchõte, Vim uiribus exit. et bis tãtum hoc usus est. Qui molibus urbem.) Amphibolon est, aut celsam molib. aut quæ molib. oppugnabatur. Sedet circum castella.) Tmesis est, id est, circumsidet. Ostendit dextrã.) Aut fiducia uirtutis est ostẽdere, quo minatur: aut certe prouectus ætatis ostenditur, qui eum ex improuiso ferire non finit. Velox.) uelociter: nomen pro aduerbio. Vltro.) econtrario: ille enim cadere debuerat. Grauis.) grauiter: à similitudine figura. Caua pinus.) Bene respexit ad ætatem. Erymantho.) Erymanthus mons est Arcadiæ. Ida in magna.) Modo non Cretæ, sed Phrygiæ: propter pinus. Cõsurgunt studijs.) in studijs.

Exuit, atq; ingens media consistit arena.
Tum satus Anchisa cæstus pater extulit æquos,
Et paribus palmas amborum innexuit armis.
Constitit in digitos extemplo arrectus uterq;,
Brachiaq; ad superas interritus extulit auras.
Abduxere retro longe capita ardua ab ictu,
Immiscentq; manus manibus, pugnãq; lacessunt.
Ille pedum melior motu, fretusq; iuuenta:
Hic membris, & mole ualens, sed tarda trementi
Genua labant, uastos quatit æger anhelitus artus.
Multa uiri nequicq̃ inter se uulnera iactant,
Multa cauo lateri ingeminant, & pectore uastos
Dant sonitus, errantq; aures & tempora circum
Crebra manus, duro crepitant sub uulnere malæ.
Stat grauis Entellus, nisuq; immotus eodem,
Corpore tela modo atq; oculis uigilantibus exit.
Ille, uelut celsam oppugnat qui molibus urbem,
Aut montana sedet circum castella sub armis,
Nunc hos nunc illos aditus, omnemq; pererrat
Arte locum, & uarijs assultibus irritus urget.
Ostendit dextram insurgens Entellus, & altè
Extulit: ille ictum uenientem à uertice uelox
Præuidit, celeriq; elapsus corpore cessit.
Entellus uires in uentum effudit, & ultro
Ipse grauis, grauiterq; ad terram pondere uasto
Cõcidit, ut quondam caua cõcidit aut Erymãtho,
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.
Consurgunt studijs Teucri, & Trinacria pubes.
It clamor cœlo, primusq; acurrit Acestes,

Præcipitemq́ Daren.) celerem: ut, Præcipites uigilate uiri. Nunc ille sinistra.) *Vacat ille, additum propter metrum. de ipso enim dicitur, Creber utraque manu pulsat, uersatq́ Dareta.* Quàm multa grandine nimbi.) *Hypallage: nam debuit dicere, Quàm multo nimbo grādo præcipitatur.*

Aequæuumq́ ab humo miserans attollit amicū.
At non tardatus casu, neq́ territus heros,
Acrior ad pugnam redit, & uim suscitat ira.
Tum pudor incendit uires, & conscia uirtus,
Præcipitemq́ Daren ardens agit æquore toto.
Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra.
Nec mora, nec requies: q̄ multa grandine nimbi
Culminibus crepitant, sic densis ictibus heros
Creber utraq́ manu pulsat, uersatq́ Dareta.
Tum pater Aeneas procedere longius iras,
Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis:
Sed finem imposuit pugnæ, fessumq́ Dareta
Eripuit mulcens dictis, ac talia fatur.
Infelix, quæ tanta animum dementia cepit?
Non uires alias, conuersaq́ numina sentis?
Cede deo: dixitq́, & prælia uoce diremit.
Ast illum fidi æquales genua ægra trahentem,
Iactantemq́ utroq́ caput, crassumq́ cruorem
Ore reiectantem, mixtosq́ in sanguine dentes,
Ducunt ad naueis, galeamq́ ensemq́ uocati
Accipiunt: palmam Entello, taurumq́ relinquūt.
Hic uictor superans animis, tauroq́ superbus:
Nate dea, uosq́ hæc (inquit) cognoscite Teucri,
Et mihi quæ fuerint iuuenili in corpore uires,
Et qua seruetis reuocatum à morte Dareta.
Dixit, & aduersi contra stetit ora iuuenci,
Qui donum astabat pugnæ, durosq́ reducta
Librauit dextra media inter cornua cæstus,
Arduus, effractoq́ illisit ossa cerebro.
Sternitur, exanimisq́ tremēs procūbit humi bos.
Ille super taleis effudit pectore uoces:

Versatq́ Dar.) *Dares Daris, unde Darem: et Dares Daretis, unde Dareta: sicut Chremes, Chremis & Chremetis, Chremē & Chremetē.* Infelix.) *Consolatio est: unde nō dicit imbellis, ut fortunæ uideatur esse quod uictus est.* Dixitq́.) *uacat Que, causa metri: & maluit perissologiā facere, q̄ uti cōmuni syllaba, quæ frequēs uitiosa est. unde Terentianus, Nec tāta in metris uenia concreditur uti. Græci enim his utūtur frequenter.* Ast illū fi. æ.) *Homer. φίλοι δ' ἀμφίσταν ἑταῖροι οἵ μιν ἄγον δι' ἀγῶνος ἐφελκομένοισι πόδεσσιν αἷμα παχὺ πτύοντα κάρη βάλλοντ' ἑτέρωσε.* Vtroq́.) *in utranq́ partem: & aduerbiū est.* Vocati accipiunt.) *Bene eorū ostendit pudorem: erāt præterea circa amicum occupati.* Cognoscite Teucri.) *habet rationem personarum, quia uirtutem eius nouerāt Siculi.* Effractoq́ illisit ossa cerebro.) *Hypallage: fregit ossa, & illisit in cerebrū.* Humi bos.) *Pessimus uersus, in monosyllabum desinens.*

Hanc tibi Eryx meliorē animā pro morte Daretis
Persoluo, hic uictor cæstus artemq́ repono.
Protinus Aeneas celeri certare sagitta
Inuitat qui forte uelint, & præmia ponit:
Ingentiq́ manu malum de naue Seresti
Erigit, & uolucrem traiecto in fune columbam
Quo tendant ferrum malo suspendit ab alto.
Conuenere uiri, deiectamq́ ærea sortem
Accepit galea, & primus clamore secundo
Hyrtacidæ ante omnes exit locus Hippocoontis.
Quē modo nauali Mnestheus certamine uictor
Consequitur, uiridi Mnestheus euinctus oliua.
Tertius Eurytion, tuus ò clarissime frater
Pandare, qui quondam iussus confundere fœdus
In medios telum torsisti primus Achiuos.
Extremus, galeaq́ ima subsedit Acestes,
Ausus & ipse manu iuuenum tentare laborem.
Tunc ualidis flexos incuruant uiribus arcus
Pro se quisq́ uiri, & depromunt tela pharetris.
Primaq́ per cœlum neruo stridente sagitta,
Hyrtacidæ iuuenis uolucres diuerberat auras,
Et uenit, aduersiq́ infigitur arbore mali.

Meliorem.) aptiorē: nam animalem hostiā dat. Cæstus artemq́ repono.) *& arma se dicit reponere, & arti renūciare.* Protinus.) *Certamē sagittādi proponit, quē locū ex Homero transtulit. ille enim sic ait,* αὐτὰρ ὁ τοξευτῆσι τίθει ἰόεντα σίδηρον. Ingentiq́ manu.) *ingenti multitudine: Ille uero inquit,* ἱστὸν δ᾽ ἵστησιν νηὸς κυανοπρῴροιο. Τηλοῦ ἐπὶ ψαμμάθοιο. ἐκ δὲ τρήρωνα πέλειαν. Malū.) *Malus arbor est nauis, generis mascul.* Horat. *Nec malus celeri saucius Aphrico. & dictus est malus, uel quia habet malos, instar mali in summitate: uel quia quasi quibusdam cingitur malis ligneis, quorū uolubilitate facilius uela eleuantur.* Traiecto.) *extento: unde Transenna dicitur extentus funis.* Sallust. *transenna dimissū uictoriæ simulacrū, cum machinato strepitu tonitruū coronam capiti imponebat. Sic* Homerus, μήρινθον δῆσεν ποδός. Quo) *in quā: nam ponit aduerbia pro nominib. ut,* Genus unde Latinū. Deiectāq́ ærea sortē.) *sicut* Homer. κλῆρος δ᾽ ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες. Clamore sec.) *Vt suprà dixit,* Magnoq́ uirûm se murmure tollit. Modò.) *nuper: nam, ut suprà diximus, uictor fuit duorū.* Vrbanus *uero dicit* Modò *propemodū, penè: nam secūdus fuit. Alij uictor uoti, cōpos uolūt: ut,* Rapidisq́ insistere uictor. *optauerat enim, ne rediret extremus: ut,* Hoc uincite ciues.

Clarissime fr. Pan.) *notissime, qui fuit Lycaonis filius.* Pandarus *aūt secundū* Homer. *certamē Mineruæ persuasione singulare* Menelai *ac* Paridis, *cū in eo esset ut* Paris *uinceretur, iactu teli diremit, quo* Menelaū *uulnerauit.* Iussus.) *à* Minerua. Subsedit Ac.) *remāsit: nec enim proferebatur sors, quæ remāserat sola. aut certe delituit: unde subsessores dicūtur, qui occisuri aliquē delitescunt. de quo uerbo plenius dicturi sumus illo uersu,* Deuicta Asia subsedit adulter. Flexos in.) *Mutatione usus est uerborū: nam curuos inflectūt debuit dicere.* Pro se q. ui.) *pro qualitate roboris sui.* Diuerberat au.) *scindit.* Arbore mali.)

Sic dixit,

Sic dixit, ut Lustrat Auentini montem. Exterrita pennis.) timorem suum pennis significans. singula enim animalia habent signa, quibus indicant suum timorem: unde & ipse de lupo, Caudamq; remulcens Subiecit pauitantē utero. Idem de Caco, Turbatumq; oculis. Hominum enim timorem primi indicant oculi. Omnia plausu.) Alij pennarum dicunt: sed melius est, fauore spectātium. illud est enim incredibile. Adducto arcu telum tetendit.) Hypallage est: nam adducitur telū, & arcus intenditur.

Intremuit malus, timuitq; exterrita pennis
Ales, & ingenti sonuerunt omnia plausu.
Post acer Mnestheus adducto constitit arcu
Alta petens, pariterq; oculos telumq; tetendit.
Ast ipsam miserandus auem contingere ferro
Non ualuit, nodos & uincula linea rupit,
Quis innexa pedem malo pendebat ab alto.
Illa notos, atq; atra uolans in nubila fugit.
Tum rapidus iamdudum arcu contenta parato
Tela tenens, fratrem Eurytion in uota uocauit,
Iam uacuo lætam cœlo speculatus, & alis
Plaudentem nigra figit sub nube columbam.
Decidit ex animis, uitamq; reliquit in astris
Aërijs, fixamq; refert delapsa sagittam.
Amissa solus palma superabat Acestes:
Qui tamen æthereas telum contorsit in auras,
Ostentans artem pariterq; arcumq; sonantem:
Hinc oculis subito obijcitur, magnoq; futurum

Ast ipsam mi. a. c. f. n. u.) Sic Homer. ὄρνιθος μὲν ἅμαρτε· μέγηρε γὰρ οἱ τὸν Ἀπόλλων. Miserandus.) qui pfecta re difficiliore caruit uictoria. Nodos et uincula linea rup.) Homerus uero ait, ἄντικρυ δ' ἀπὸ μήρινθον τάμε πικρὸς ὀϊστός. Innexa pedem.) innexū pedē habens. Illa notos atq; atra uolans in nubila.) Home. ait: αὐτὰρ ὁ ὄρνις αἰχίνα ἐπικρέμασιν, σὺν δ' ἀπτερὰ τυκναλίασθιν. Tum.) deinde: & est aduerbiū ordinis. nam Tūc tēporis est. Arcu contenta parato.) contento arcu tela tenens parata. In uota uocauit.) Quia Pandarus quasi heros apud Lycios colitur. Tum uacuo lætam cœlo sp. & a. p.) Sicut Homer. ὕψι δ' ὑπαὶ νεφέων ἴδε τρήρωνα πέλειαν. Nigra nube.) id est, alta. Decidit exanimis.) Homerus, ὠκὺς δ' ἐκ μελέων θυμὸς πτάτο. Vitamq; reliquit in astris.) Vnde absumpserat uitam: ut, Hinc hominū pecudumq; genus, uitæq; uolantū. Sanè sciendū hunc locū ab Homero esse sumptū. unde inanis est uituperatio Aeneæ, quod suspenderit auem maternā. nam & res est translata simpliciter, & quācunq; auem suspendisset, in hanc incideret uituperationem. nulla enim auis caret cōsecratione alicuius dei, quia singulæ aues numinibus sunt cōsecratæ. quanq̄ Vrbanus dicat matrem citius potuisse placari. Artem pariterq; arcumq; sonantem.) Culpat in hoc Vergilium Vergiliomastix. artem enim in uacuo aëre ostendere nō poterit. Quanquam dicant periti, posse ex ipso sagittariorum gestu artis peritiam indicari. Obijcitur.) Superius de his particulis secundum Iubam tractauimus. sed dicunt monosyllabarum ratione uel produci uel corripi. Sanè sciendum naturam esse ut breues sint, euphoniæ uel Iubæ ratione, ut in compositione producantur, si tamen I sequetur:

que

Augurio monſtrum, docuit poſt exitus ingens,
Seraq́ terrifici cecinerunt omina uates.
Nanq́ uolans liquidis in nubibus arſit arundo,
Signauitq́ uiam flammis, tenueisq́ receſſit
Conſumpta in uentos: cœlo ceu ſæpe refixa
Tranſcurrunt, crinemq́ uolantia ſidera ducunt.
Attonitis hæſere animis, ſuperosq́ precati
Trinacrij, Teucriq́ uiri. nec maximus omen
Abnuit Aeneas, ſed lætum amplexus Aceſtem
Muneribus cumulat magnis, ac talia fatur.
Sume pater: nam te uoluit rex magnus Olympi
Talibus auſpicijs exortem ducere honorem:
Ipſius Anchiſæ longæui hoc munus habebis,
Cratera impreſſum ſignis, quem Thracius olim
Anchiſæ genitori in magno munere Ciſſeus
Ferre ſui dederat monumentū & pignus amoris.
Sic fatus, cingit uiridanti tempora lauro,
Et primū ante omneis uictorē appellat Aceſtem.
Nec bonus Eurytion prælato inuidit honori
Quamuis ſolus auem cœlo deiecit ab alto.
Proximus ingreditur donis, qui uincula rupit.
Extremus, uolucri qui fixit arundine malum.
At pater Aeneas nondum certamine miſſo

quæ licet non ſit cōſonans, poteſt tamen in declinatione pro cōſonante haberi: ut obijcit obiecit, ſubijcit ſubiecit. Augurio.) *Monſtrum auguriū dictum, quaſi auigeriū, quod aues gerunt. & bene de ſagitta dixit auguriū, quæ habet pennas: quanquam omnia ad unum congeſſerit locum, monſtrum, augurium, auſpiciū, oraculum.* Sera.) *grauia.* Salluſtius, *Serum bellum in anguſtijs futurum, id eſt, graue. & quod improbant uates, Aeneas amplectitur deceptus augurij ſimilitudine, qđ apud Troiā pbauerat pater: ut,* Stella *facem ducens.* Liquidis in nubibus.) *nubes pro aëre poſuit: nubes enim liquidæ eſſe non poſſunt.* Ceu ſæpe refixa.) *Poëtice dixit ſecūdum publicā opinionem. nam ſecundum* Lucretiū *uentus altiora petēs æthereum ignem ſecum torquet, q imitatur ſtellas cadentes.* Attonitis animis.) *ſtupefactis p tonitrua, quæ cœleſtibus ignibus ſemper cohærent.* Omen ab. Aeneas.) *amplexus eſt, et probauit: nō ſecūdū augurū diſciplinā dixit ad ſe nō pertinere. nam noſtri arbitrij eſt, uiſa omina uel improbare, uel recipere.* Sume pater.) *percipe: nam uerbum eſt iuriſconſultorum, quo utuntur quoties legatum non ab hærede datur, ſed ex accipientis arbitrio.* Exortem.) *ſine ſorte,* ἄκληρον. Anchiſæ munus.) *quod* Ciſſeus *rex* Thraciæ, *ſecundum* Vergilium *pater* Hecubæ *(ut,* Ciſſeis *regina* Parin *creat:)* Anchiſæ *aliquādo donauerat.* Impreſſum ſignis.) *impreſſa ſigna habentem, id eſt, emblemata.* Primum, ante omneis.) *unum uacat.* Proximus.) *Ponit* Euryتionem. Donis.) *ad dona.* Extremus.) *Oſtēdit hos ſua munera percepiſſe,* Aceſtem *uero ſumpſiſſe præcipua.* Nondum certamine miſſo.) *De peractis nunc loquitur* Vergil. *rebus, unde debuit dicere* Vocauit, *& fatus eſt.* Ergo *aut tempus eſt pro tempore: aut ſic refertur, ut uideatur non de præterito loqui, ſed actum præſentis temporis ponere & referre.*

Cuſtodem

Custodem ad sese.) Secundũ Tullium, qui dicit ad militiam euntibus dari solitos esse custodes, quibus primo anno regantur: unde ait de Palante, Sub te tolerare magistro Militiã & graue Martis opus. Impubis Iuli.) ab eo quod est hic pubis. nam quod ait Sallust. Puberes omneis interfici iubet: uenit ab eo quod est puber. & sunt ista cõmunis generis, si referantur ad singulos. multitudo aũt si dicatur, generis tantũ fœminini est, hæc pubes.

Custodem ad sese, comitemq́ impubis Iuli
Epitiden uocat, & fidam sic fatur ad aurem:
Vade age, & Ascanio, si iam puerile paratum
Agmen habet secum, cursusq́ instruxit equorũ,
Ducat auo turmas, & sese ostendat in armis.
Sic ait: ipse omnem longo decedere circo
Infusum populum, & campos iubet esse patẽteis.
Incedunt pueri, pariterq́ ante ora parentum
Frenatis lucent in equis: quos omnis eunteis
Trinacriæ mirata fremit, Troiæq́ iuuentus.
Omnibus in morem tonsa coma pressa corona:
Cornea bina ferunt præfixo hastilia ferro,
Pars leues humero pharetras, & pectore summo
Flexilis obtorti per collum it circulus auri.
Treis equitum numero turmæ, terniq́ uagantur
Ductores, pueri bisseni quenq́ secuti.

Fatur ad aurem.) Sequitur et, Sic ait: unde, sicut et in Tertio diximus, unũ uacet necesse est. Campos iubet esse patentis.) Discessu populi scilicet, iubet fieri campos patenteis. Incedunt pueri.) Aut poëtica licẽtia confundit ætates, ut modò pueros, modò iuuenes dicat: nam ait, Vna acies iuuenũ. Aut certè secundũ quosdã sequenti distinctiõe mutata, magistros pueros dicit: sequẽteis uerò, maturioris ætatis. Quos omnis eunteis.) quos eunteis omnis turba fremit, id est, cum fauore prosequitur. Tonsa coma.) id est, cõposita. Pressa corona.) id est, galea. & sermone Homeri usus est: nam galeam στφανος dixit. nam propriè comæ, non tonsi capilli. & reuera corona non potest esse, quũ sequatur, Galeam ante pedes proiecit inanem. Alij dicũt potuisse eos habere galeas coronatas. Bebius tamen Macer dicit, à Cæsare Augusto pueris qui luserunt Troiam donatas esse galeas, & bina hastilia: ad quod Vergil. constat alludere. It pectore summo.) Sic legendum est, ne sit solœcismus. & rei inanimali dedit motum, dicendo It. Summũ autem pectus ait, pectoris & colli confinium. Treis equitum numero turmæ.) Rem Romanæ militiæ suo inserit carmini. nam constat primò tres fuisse partes populi Romani: unã Tatiensiũ, à Tito Tatio duce Sabinorum iam amico post fœdera: alterã Ramnetum, à Romulo: tertiam Lucerum, quorũ secundũ Liuium & nomen & causa in occulto sunt. Varro tamen dicit Romulũ dimicantem contra Titũ Tatiũ à Lucumonibus, hoc est, Thuscis auxilia postulasse. unde quidã uenit cum exercitu, cui recepto iam Tatio pars urbis est data: unde in urbe Thuscus dictus est uicus. Horat. Ac Thusci turba impia uici. Ergo à Lucumone Luceres dicti sunt. ergo in treis parteis diuisus erat populus, adeo ut qui etiã uni præerat parti, Tribunus dicebatur: unde etiam sumptus dati populo, Tributa nominantur. Terni.) More suo: hoc est, tres. Ductores, pueri.) Hic quidã distinguũt, ut di-

ximus suprà. Paribusq́ magistris.) Et hoc alludit: nam hodieq́ equitum magistri dicuntur. Polite progenies.) Illum dicit, quem suprà à Pyrrho introducit occisum: de quo Cato in Originibus dicit, quòd ad Italiam uenerit, & segregatus ab Aenea condiderit oppidũ Politoriũ, à suo nomine. Quem Thracius albis.) Quũ treis dixerit duces, duorum equos commemorat. Sed aut prætermisit, qui ut cõsequeretur necesse erat (nec enĩ unus pedes esse poterat) aut illo reddidit loco, ut Cætera pubes senioris Acestæ Fertur equis. q̃quã multi distinctione mutata, treis equos commemorãt. ut sit planè primus equus bicolor maculis: & de alio dicatur, Vestigia primi alba pedis, id est, primorum pedum uestigia: et frontem albã ostendat alter. Genus unde Atyi du. Latini.) Propter Actiam dixit, matrẽ Augusti. de qua dicit Antonius, Actia Latina mater. Vult enim eius etiam maternũ genus esse antiquissimũ. Extremus.) quantum ad numerum spectat. Cætera Trinac.) cætera pubes equis Acestæ fertur. Pauidos.) gloriæ cupiditate solicitos: ut, Corda pauor pulsans. Flagello.) uirga, quæ sonat in morẽ flagelli. Choris.) aciebus. Vocati.) ictu uirgæ. Et nũc terga nudant.) Tria quæ in bellis gerũtur cõmemorat: fugam, pugnã, pacem. Labyrinthus.) Locus apud Cretã, factus à Dædalo perplexis parietibus, ubi Minotaurus inclusus est ex Pasiphaë & tauro genitus. Parietibus textũ cæ. iter.) Hypallage est, cæcũ iter intextis parietibus.

Agmine partito fulgent, paribusq́ magistris.
Vna acies iuuenum, ducit quam paruus ouantẽ
Nomen aui referens Priamus, tua clara Polite
Progenies, auctura Italos. quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis: uestigia primi
Alba pedis, frontemq́ ostentans arduus albam.
Alter Atys, genus unde Atyi duxere Latini.
Paruus Atys, pueroq́ puer dilectus Iulo.
Extremus, formaq́ ante omneis pulcher Iulus
Sidonio est inuectus equo, quem candida Dido
Esse sui dederat monumẽtum & pignus amoris.
Cætera Trinacrÿ pubes senioris Acestæ
Fertur equis.
Excipiunt plausu pauidos, gaudentq́ tuentes
Dardanidæ. ueterumq́ agnoscunt ora parentũ:
Postquam omnem læti consessum, oculosq́ suorũ
Lustrauere in equis, signum clamore paratis
Epitides longè dedit, insonuitq́ flagello.
Olli discurrere pares, atq́ agmina terni
Diductis soluere choris, rursusq́ uocati
Conuertere uias, infestaq́ tela tulere.
Inde alios ineunt cursus, aliosq́ recursus,
Aduersis spatÿs, alternosq́ orbibus orbes
Impediunt, pugnæq́ cient simulachra sub armis.
Et nunc terga fugæ nudant, nunc spicula uertunt
Infensi, facta pariter nunc pace feruntur.
Vt quondam Creta fertur labyrinthus in alta
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq́

parietibus. Ancipitem dolũ.) perplexum errorẽ eundi ac redeundi. Frangeret.) deciperet, falleret. Est aũt uersus Catulli, sic inquientis: Errabunda regẽs tenui uestigia filo Ne Labyrintheis è flexibus egredientẽ Tecti frustraretur inobseruabilis error. Impediũt.) implicant, intexunt: quod est à uestibus tractum. Delphinũ.) aut uenit ab eo quod est Delphin delphinis, à delphine: aut Delphinũm pro delphinorũ posuit, à delphinus delphini.

Mille uijs habuisse dolum, quà signa sequendi
Falleret indeprensus & irremeabilis error.
Haud aliter Teucrûm nati uestigia cursu
Impediunt, texuntq́ fugas & prælia, ludo
Delphinûm similes, qui per maria humida nando
Carpathiũ, Libycumq́ secant, ludũtq́ per undas.
Hũc morẽ, hos cursus, atq; hęc certamina primus
Ascanius, longam muris cum cingeret Albam,
Rettulit, & priscos docuit celebrare Latinos:
Quo puer ipse modo secum, quo Troia pubes
Albani docuere suos: hinc maxima porro
Accepit Roma, & patrium seruauit honorem:
Troiaq́ nunc, pueri Troianum dicitur agmen.
Hac celebrata tenus sancto certamina patri.
Hic primum fortuna fidem mutata nouauit,
Dum uarijs tumulo referunt solennia ludis,
Irim de cœlo misit Saturnia Iuno
Iliacam ad classem, uentosq́ aspirat eunti

Maria humida.) Hom. ὑγρὰ κέλευθα. Carpathium mare.) Inter Aegyptũ & Rhodũ, ab insula Carpatho illic posita. Nec mirandum, duas eũ posuisse cõparationes, quum et in Secũdo hoc fecerit: ut, In segetẽ ueluti cum flamma furentibus austris Incidit, aut rapido mõtano gurgite torrẽs. & in Georgicis tres ponit comparationes: Frigidus ut quõdam syluis immurmurat Auster, Vt mare sollicitum stridet refluentibus undis, Aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis. Primus Ascanius.) Generis ordinẽ docet, ut in Primo diximus. Rettulit.) innouauit, quod iam fecerat. Priscos Latinos.) q tenuerant loca, ubi Alba est condita. Porro.) post longũ interuallũ: & est aduerbiũ temporis. est aũt Græcum πόῤῥω. Troiaq́ nunc pueri.) Vt ait Suetonius Tranquillus, ludus ipse, quem uulgò Pyrrhicã appellant, Troia uocatur: cuius expressit originem in lib. de puerorum lusibus. Hac celebrata tenus.) Tmesis est, Hactenus. & hic sermo, quantũ ad artẽ spectat, duas continet parteis orationis: ut Hac pronomen sit, Tenus præpositio: sicut pube tenus, & crurum tenus. sed iam usus obtinuit, ut pro una parte habeatur. ergo aduerb. est. Omnis enĩ pars orationis cũ desierit esse qđ est, in aduerb. migrat. & est tẽporis: nã hucusq; significat. Hic primũ.) Sequetur enĩ Palinuri mors, uel Miseni: ideo mutata fortuna est.

Irim de cœlo mi. Sa. Iu.) Ex magna parte seruatur, ut Mercurius ad concordiã, Iris ad discordiã mittatur: unde & Iris dicta est, quasi ἔρις. Falsum est aũt qđ dicitur ministra esse tantũ dearũ, quũ & à Ioue plerũq; mittatur: ut, Aëriã cœlo quũ Iuppiter Irĩ Demittit germanæ haud mollia iussa ferentẽ. & bene Irĩ mittit, quæ fit de nubib. quarũ dea est Iuno. Vẽtosq́ aspi. e.) ut de Mercurio, Voca Zephyros per mille colorib. arcũ. aut subaudi factũ: aut anti-

ptosis est: Mille colorū, hoc est, multorū colorū. Nulli uisa.) Ad ipsum retulit numē: nam arcus semper uidetur, quem non Irim, sed uiam Iridis dixit. alij celeritatis esse uolūt Nulli uisa, ut oculi consequi non possint præ fuga celeri. Sanè notandum etiam de Iride arcū genere masculino dicere Vergil. Catullus, & alij genere fœminino ponunt, referentes ad originē: sicut hæc arcus, & hæc catulus, & hæc gallus legimus, imitatione Græcorū, qui ὁ καὶ ἡ κύων, καὶ ὁ καὶ ἡ ἀλεκτρυών dicūt.

Multa monens, necdū antiquū exaturata dolorē.
Illa uiam celerans per mille coloribus arcum,
Nulli uisa cito decurrit tramite uirgo.
Conspicit ingentem concursum, & littora lustrat,
Desertosq; uidet portus, classemq; relictam.
At procul in sola secretæ Troades acta
Amissum Anchisen flebant, cunctæq; profundū
Pontum aspectabant flentes: heu tot uada fessis,
Et tantum superesse maris, uox omnibus una.
Vrbem orant, tedet pelagi perferre laborem.
Ergo inter medias sese haud ignara nocendi,
Conijcit, & faciemq; deæ, uestemq; reponit.
Fit Beroë Ismarij coniux longæua Dorycli,
Cui genus, & quondam nomen, natiq; fuissent.
Ac sic Dardanidum mediam se matribus infert:
O miseræ, quas non manus, inquit, Achaica bello
Traxerit ad letum patriæ sub mœnibus: O gens
Infelix, cui te exitio fortuna reseruat?
Septima post Troiæ excidium iam uertitur æstas,

Conspicit ingentē.) quia suprà ait, Vndique cōueniunt Teucri. Desertosq; uidet portus.) à uiris scilicet. In sola.) deserta. Terentius, Venit meditatus è solo loco. Acta.) Mutata η in a, superiori accentum damus: ut ἑλένη, Helena: κίρκη, Circa. Ergo quoniam et ἀκτὴ Græcum est, quum acta facit, penultima habere debet accentū: sed propter differentiā cōmutatur, ne nō secreta et amœna littorū, sed participialiter acta significet. Aspectant flentes heu.) Multi distinguūt Flentes heu, ut sit miserabiliter flentes, & à persona dicatur poetæ: alij à mulieribus Heu dictum accipiūt.

Faciemq; deæ uestemq; reponit.) Duo diuersa uno sermone concludit. Ismarij Dorycli.) Thracij. Ismarus enim est mons Thraciæ. & bene suadentis commendatur autoritas.

Ac sic Dardanidū se matribus infert.) Sic, aut mutato habitu, aut ista dictura. O miseræ.) Magna utitur arte persuadendi, ut nō ex abrupto quod persuadere uūlt, dicat: sed circunstantijs illuc descendat. Exitio.) non regno. Septima post Troiæ excidiū iam uertitur æstas.) Atqui & Dido dixit, Nam te iam septima portat Omnibus errantē terris & fluctibus æstas: de qua re quidā hoc dicunt, quòd Aeneas apud Carthaginē paucis diebus fuerit. nam ait, Quū subito assurgens fluctu nimbosus Orion: qui oritur, ut Sallust. dicit, iuxta solis æstiui pulsum. item ait, Dum pelago desæuit hyems, & aquosus Orion: ut hyemem pro tempestate posuerit. secundū quod Carthagini paucis fuit diebus. Sed illud occurrit, Nunc hyemē inter se luxu qua longa fouere. & hoc quidā sic purgant, ut dicāt potuisse fieri, ut intra anni metas & ad Africā uenerit, & inde nauigauerit. sed istis occurrit, qđ in Primo ait,

Septima æstas: unde apparet hanc octauam fuisse, quod & ab Anchisæ morte indicat impletus annus. Ergo constat quæstionem hanc unam esse de insolubilibus, quas non dubium est emendaturũ fuisse Vergilium. Cum terras omnis.) quia peragrauerat multa. Sideráq; emensæ ferimur.) Aut tempestates, aut prouincias, quæ sideribus subiacent: ut in Bucolicis, Aethiopum uersemus oues sub sidere cancri. Per mare magnũ.) procellosum.

Cum freta, cum terras omneis, tot inhospita saxa
Sideráq; emensæ ferimur: dum per mare magnũ
Italiam sequimur fugientem, & uoluimur undis.
Hic Erycis fines fraterni, atq; hospes Acestes:
Quis prohibet muros iacere, & dare ciuibus urbẽ?
O patria, & rapti nequicquã ex hoste Penates.
Nulla'ne iam Troiæ dicentur mœnia? nusquam
Hectoreos amnes Xanthũ, & Simoënta uidebo?
Quin agite, & mecum infaustas exurite puppes.
Nam mihi Cassandræ per somnum uatis imago
Ardentes dare uisa faces: hic quærite Troiam,
Hic domus est, inquit, uobis: nunc tempus agi res:
Nec tantis mora prodigijs. En quatuor aræ
Neptũno: deus ipse faces, animumq; ministrat.
Hæc memorans prima infensum ui corripit ignẽ,
Sublatáq; procul dextra connixa coruscat,
Et iacit: arrectæ mentes, stupefactáq; corda
Iliadum. hic una e multis, quæ maxima natu
Virgo, tot Priami natorum regia nutrix:
Non Beroë uobis, non hæc Rhœteia matres
Est Dorycli coniux: diuini signa decoris
Ardenteisq; notate oculos, qui spiritus illi,
Quis uultus uocis'ue sonus, uel gressus eunti,
Ipsa egomet dudum Beroën digressa reliqui,

Lucret. Suaue mari magno. Italiã sequimur fugiẽtem.) ut, Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. Et reuera sequitur, nisi quòd fugit. Voluimur.) Nõ nauigamus: quasi inutilis sit & desperata nauigatio: sicut in Ter. Moues, at nihil promoues. Hic Erycis fines.) Argumentum à facili. Nequicquã.) quia non proderãt, quum essent fatorũ comites. Infaustas.) mali ominis. Nam mihi Cassandræ.) Non cui credere non debeant, sed cui cum sua pernicie non crediderant. Iam tempus agi res.) i. Troiam fieri. Mora prodigijs.) Ecce prodigium de bono. & argumentatur ad incendium nauiũ, aras ardere Neptuni: quas ideo quatuor dicit, quia singuli duces singulas posuerant. nam contrarium est, Numero deus impare gaudet. Alij dicunt à Cloantho positas, quas promiserat se daturum.

Deus ipse.) cuius sunt naues. Infensum ignem.) ipsa infensa. Tot.) aut multorũ, aut supradictorum: ut, Quinquaginta illi thalami. Non Beroë uobis.) Non est dissuasio, ut quidã putant: sed magis hortatur, persuadendo numinis autoritatẽ. Rhœteia.) à Rhœteo promõtorio. Diuini signa dec.) Omnia colligit quibus numina cognoscũtur: ut, Nãq; haud tibi uultus Mortalis, nec uox hominẽ sonat, ò dea certe. Spiritus.) odor: ut, Comæ diuinum uertice odorem Spirauere. Vel gressus euntis.) ut, Et uera incessu patuit dea.

Primo ancipites.) antequam numen agnoscerent. Oculisq́ malignis.) ipsæ malignæ. Miserum inter.) aut magnum: ut Terent. Eam misere amat. aut Miserũ, quo fiebant miseriores, quũ eis regna negarentur. Abiete pictas.) uel in abiete pictas, & subaudi In: uel Abiete, hoc est, quæ erãt de abiete. Eumelus.) Latinus accentus est, translato nomine in Latinum. nam Græcè dicitur εὔμηλος, & diligẽs interpretatur. Castra.) ut, Nos castra mouemus. Magistri.) custodes. Terent. Me filijs relinquũt quasi magistrum. Quis furor iste no.) quasi ad furenteis loqtur: unde ne tũc quidem agnitus est, cũ dixisset, En ego uester Ascanius, galeã proiecit inanẽ. Nouus autem est magnus, aut inopinatus. Quò tenditis.) id est, quid habetis intentionis. Vestras spes uritis.) Nauib. enim ad regna tendebant. Inanem.) concauam, sine capite. Ludo.) per ludum. Excussaq́ pectore Iuno est.) Furoris causa, non furor: iccirco quia furor desierat. Vdo sub robore.) uicino aquis. Stuppa.) Secundũ antiquã orthographiã. nam Stupa dicta est à stipando. abusiuè etiã linũ dicimus. Tardũ.) densum, crassum: nam ignẽ solet fumus præire, unde

Aegram, indignantem tali quod sola careret
Munere, nec meritos Anchisæ inferret honores.
Hæc effata.
At matres primo ancipites, oculisq́ malignis
Ambiguæ, spectare rates miserum inter amorem
Præsentis terræ, fatisq́ uocantia regna:
Cum dea se paribus per cælum sustulit alis,
Ingentemq́ fuga secuit sub nubibus arcum.
Tum uero attonitæ monstris, actæq́ furore
Conclamant, rapiuntq́ focis penetralibus ignẽ:
Pars spoliant aras, frondem ac uirgulta, facesq́
Coniiciunt: furit immissis Vulcanus habenis.
Transtra per & remos, & pictas abiete puppes.
Nuncius Anchisæ ad tumulum, cuneosq́ theatri
Incensas perfert naueis Eumelus, & ipsi
Respiciunt atram in nimbo uolitare fauillam.
Primus ut Ascanius, cursusq́ ut lætus equestres
Ducebat, sic acer equo turbata petiuit
Castra, nec exanimes possunt retinere magistri:
Quis furor iste nouus, quò nũc, quò tenditis, inqt,
Heu miseræ ciues? non hostem, inimicaq́ castra
Argiuûm: uestras spes uritis. en ego uester
Ascanius: galeam ante pedes proiecit inanem,
Qua ludo indutus belli simulachra ciebat.
Accelerat simul Aeneas, simul agmina Teucrûm.
Ast illæ diuersa metu per littora passim
Diffugiunt, syluas, & sicubi concaua furtim
Saxa petunt: piget incepti, lucisq́, suosq́
Mutatæ agnoscunt, excussaq́ pectore Iuno est.
Sed non iccirco flammæ, atq́ incendia uires
Indomitas posuere, udo sub robore uiuit
Stuppa uomens tardum fumũ, lentusq́ carinas

Tardum addidit. Corpore.) *nauiũ: ut, Disijce corpora ponto.* Descendit pestis.) *Incendium, more suo. & declamauit per contrarium: nam ignis superiora semper petit.*

Flumina profunt.) *uis aquæ.* Humeris abscindere uestem.) Notant quidã, quòd Aeneas *damnum quatuor nauium impatienter doleat. sed magis illud considerandum est, qđ ait supra Ascanius, Vestrás spes uritis: ut damnum non doleat, sed spem nauigationis ereptam.* Iuppiter omnipotẽs.) Figuratis *agit coloribus. nec enĩ reuera hoc agit, ut pereat, sed ut restinguatur incendium. bene* Si ubiq; *interponit. hic enim est optimus ductus, qui agentis uoluntatem latẽter ostendit.* Exosus.) *Antiq dicebant* Odi & Osus sum. *hinc est* Exosus, *quo utimur: licet iam* Osus sum *non dicamus.*

Ad unum.) *nullo excepto.* Siquid pietas.) *Aut si tibi cara pietas præstat aliquid humanis laboribus: aut si quid meremur ꝓpter pietatis cultũ (ut, Parce pio generi:) hoc ipsum remunera. aut certè, quod est melius: si uel respicit res humanas* Pietas, *quæ de terris olim recessit.* Res eripe leto.) Acyrologia est, id est, improprietas sermonis. non enim Letũ *dicitur, nisi de uiuentibus animalibus.* Quod superest.) *id est, quod congruè seqtur.*

Sine more.) *sine exemplo.* Tonitruq; tremiscũt.) Ablatiuus *hic incertus est, utrum à neutro indeclinabili ueniat hoc tonitru, ut hoc cornu (nã inde est,* Fractaq; *tonitrua nubis: ut cornua.) an à masculino, secundũ quartam declinationẽ: hinc enim est,* Tonitrus *agis, et mea fulmina torques.* Ardua terrarũ.) Periphrasis *montiũ per circuitionem: ut,* Candida *uenit auis longis inuisa colubris.* Aethere toto.) *pro aëre posuit, quũ aër inferior sit: æther, id est, ignis, superior.* Madescũt robora.) *aut humectantur, aut resoluũtur in cinerem: quod naturale est post incendiũ.* Fatorũ.) *oraculorum.* Tum senior Nautes.) *Bene daturũ consiliũ, & ab ætate, et à prudentia, & à religione cõmendat. Quòd autem dixit,*

Est uapor, & toto descendit corpore pestis.
Nec uires heroum, infusaq; flumina prosunt.
Tum pius Aeneas humeris abscindere uestem,
Auxilioq; uocare deos, & tendere palmas:
Iuppiter omnipotens si nondum exosus ad unum
Troianos, siquid pietas antiqua labores
Respicit humanos, da flammã euadere classi
Nunc pater, & tenues Teucrûm res eripe leto:
Vel tu, quod superest, infesto fulmine morti
Si mereor, dimitte: tuaq; hic obrue dextra.
Vix hæc ediderat, cum effusis imbribus atra
Tempestas sine more furit, tonitruq; tremiscunt
Ardua terrarum & campi: ruit æthere toto
Turbidus imber aqua, densisq; nigerrim' austris,
Implenturq; super puppes, semusta madescunt
Robora: restinctus donec uapor omnis & omnes,
Quattuor amissis, seruatæ à peste carinæ.
At pater Aeneas casu concussus acerbo,
Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas
Mutabat, uersans Siculis'ne resideret aruis,
Oblitus fatorum, Italas'ne capesseret oras.
Tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas

Pallas

Pallas Quem docuit, propter illud quod suprà diximus fingitur: quia ipse Romam Palladiũ detulit, unde Nautiorum familia Mineruæ sacra retinebat. quod etiam Varro dicit in libris quos de familijs Troianis scripsit. Vnum.) præcipuũ. Tritonia Pallas.) Pro uno proprio duo antonomasiua posuit. Reddidit arte.) uirtute, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. Respõsa dabat.) Laus consilij, quũ consilium diuinis comparat responsis. Vel quæ portenderit ira Magna deum.) id est, Iuno.

Quem docuit, multaq́ insignem reddidit arte.
Hæc responsa dabat, uel quæ portenderit ira
Magna deûm, uel quæ fatorum posceret ordo.
Isq́ his Aeneam solatus uocibus infit:
Nate dea, quò fata trahũt retrahuntq́, sequamur.
Quicquid erit, superãda omnis fortuna ferẽdo est.
Est tibi Dardanius diuinæ stirpis Acestes,
Hunc cape consilijs socium, & coniunge uolentẽ.
Huic trade amissis superant qui nauibus, & quos
Pertesum magni incepti, rerumq́ tuarum est,
Longæuosq́ senes, ac fessas æquore matres:
Et quicquid tecum inualidũ, metuẽsq́ pericli est,
Delige, & his habeant terris sine mœnia fessi.
Vrbem appellabunt permisso nomine Acestam.
Talibus incensus dictis senioris amici:
Tum uero in curas animum diducitur omneis,
Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.
Visa dehinc cælo facies delapsa parentis
Anchisæ subito taleis effundere uoces:
Nate mihi uita quondam, dum uita manebat,

& alibi, Cælestum uis magna iubet. Solatus uocibus infit.) solatur, & infit. nam Solãs debuit dicere, sicut sequẽs eius indicat cõsolatio. Quicquid erit.) ut alibi, Fuerit quodcunq́ fatebor. Ferẽdo est.) dum fertur. modus gerundij est à passiuo. Est tibi.) iam hoc consilium est. Diuinæ stirpis.) Propter Dardanũ, à Crimiso fluuio. Volentem.) uoliturũ: nam uelle habebit, non iam uult. Superãt.) supersunt, superfluũt. Dicit aũt non tantũ debiles, sed etiam nolentes iuuenes: unde sequitur, Longæuosq́ senes. nec enim adderet Que, nisi suprà iuuenes dixisset. Item expressius, Et quicquid tecũ inualidum est, metuensq́ pericli. Pertesum magni incepti.) Compositũ pro simplici, pro Tesum, qđ usus non obtinet: ut sit, non pertesum thalami tædæq́ fuisset.. Permisso nomine.) ab Aceste scilicet. Dicta aũt Acesta, deinde Segesta. Tum uerò.) Nam & ante cogitauerat: ut, Pectore curas Mutabat uersans. Animũ diducitur.) Græca figura: ut, Mentem læsus.

Et nox atra polum.) Quasi maior causa cogitationis: ut, Et sub noctẽ cura recursat. unde Græcè nox dicitur εὐφρόνη, quia subtilius homo sapiat, q̃ interdiu. Bigis.) Propriè modò. Bigis enim melius plurali utimur, q̃ singulari: ideo, Rorifera gelidũ tenuauerat aëra biga, abusiuè dixit Statius. Bigæ aũt à binis iugis dictæ. præcipuè autẽ luna dicitur habere bigas, quæ nocti præest: cui duplex est proprietas, crescẽdi & decrescẽdi. Cælo facies delapsa parentis.) Aut secundũ quod suprà diximus, quia animæ cælũ tenẽt, simulachra uerò apud inferos sunt. aut ad errorem pertinet somnij; nam & Visa ait. aut certè à Ioue missam

potestatem aliquam, quæ se in Anchisæ cōuerteret uultum. nam & ipse dicit, Imperio Iouis huc uenio: & infert, Elysiumq; colo. Chare magis.) pro charior: bene autē addidit, Dum uita manebat. nulla enī est uita post mortē. Imperio Iouis.) ab autoritate: ut, Ipse deûm tibi me claro demittit Olympo Regnator. Nautes dat senior.) Vt solet, ijsdē usus est sermonibus: nam ait, Tunc senior Nautes. Atq; aspera cultu.) Quod in Nono altius exequitur, Natos ad flumina primū Deferimus.

Chare magis, nate Iliacis exercite fatis,
Imperio Iouis huc uenio, qui classibus ignem
Depulit, & cœlo tandem miseratus ab alto est.
Consilijs pare, quæ nunc pulcherrima Nautes
Dat senior, lectos iuuenes fortissima corda
Defer in Italiam: gens dura atq; aspera cultu,
Debellanda tibi Latio est: ditis tamen ante
Infernas accede domos, & auerna per alta
Congressus pete nate meos: non me impia nanq;
Tartara habēt, tristes 'ue umbræ, sed amœna pio:
Cōcilia, Elysiumq; colo: huc casta Sibilla (rum
Nigrantum multo pecudum te sanguine ducet.
Tū genus omne tuū, & quæ dētur mœnia disces.
Iamq; uale, torquet medios nox humida cursus,

Debellāda tibi.) Bene uictoriā, nō bella sola prædicit, in qbus esse poterat terror. Auerna alta.) Vt Gargarus Gargara, & tartarus tartara. Nō me impia nanque.) propter facilitatē. Amœna.) loca sunt solius uoluptatis plena, quasi amunia, unde nullus fructus exoluitur: unde nil præstantes, immunes uocamus. Piorum concilia Elysiumq; colo.) Elysium est, ubi piorum animæ habitant, post corporis animæq; discretionem: unde & interitus dicitur, res inter animam & corpus ueniens. ergo Elysium, ἀπὸ τῆς λύσεως. nam & sic diffinitur mors, ψυχῆς καὶ σώματος λύσις. quod secundum poëtas in medio inferorū est, suis felicitatibus plenum: ut, Solemq; suum, sua sidera norunt. Secūdum philosophos Elysium est, insulæ fortunatæ, quas μακάρων νήσους uocant, quas ait Sallustius inclytas esse Homeri carminibus. quarum descriptionem Pius commentator dicit esse sublatam secundum theologos, circa lunarem circulum, ubi aër purior est: unde ait ipse Vergilius, Aëris in cāpis. Item Lucan. Quaq; patet terras inter lunæq; meatus Semidei manus habitant, quos ignea uirtus Innocuos uita patientes ætheris imi Fecit, & æternos animam collegit in orbes. Non illuc auro positi, nec thure sepulti. Perueniūt. Casta Sibylla.) Casta dicitur ꝓpter fabulā, quæ est apud Ouidiū libro 13. Metamorph. quia noluit Apollini cōsentire. Tum genus omne tuum, & quæ dentur mœnia disces.) Hæ sunt causæ propter quas Aeneas descendit ad inferos, generis agnitio, & ciuitatis nomen, quod ei nullus unquam prædixerat, sed solus indicat pater. Latet enim, ut suprà diximus, uerum urbis nomen: unde ei pater quasi pro mysterio & affectione ait, Illa inclyta Roma. Torquet medios nox humida cursus.) Dies est plenus, qui habet horas uiginti quatuor: nam & nox pars diei est. Dicimus autem diem à parte meliore: unde & usus est, ut sine commemoratione noctis numerum dicamus dierum. hic autem dies secundum Aegyptios inchoat ab occasu solis, secundum Persas ab ortu solis, secūdum Etruscos & Athenienses à sexta hora diei, secundum Romanos à media nocte: & hos nunc

ſecutus ait, Medios curſus nox humida torquet. Et me ſæuus equis oriẽs afflauit anhelis.) *Hæc autem plenè exequitur & Cicero in auguralibus, & Aulus Gellius in libris noctiũ Atticarum. hoc etiam illa res iuris indicat, quod quũ tribunũ plebis abnoctare ab urbe non liceret, licebat tamen exire poſt noctem mediam, & ante mediam reuerti.* Sæuus oriens.) *ſol, cuius lux eſt umbris inimica. unde Lucanus, Et medio ferit axe diem. Eſt autẽ Phyſicũ: nam pereũt umbræ ſolis aduẽtu.* Aeneas quo deinde ruis?) *Ordo eſt, Aeneas deinde quo ruis?* Quẽ fugis?) *Quaſi ignorans rationem qua fugeret.* Farre pio.) *Vel quia ex inde ſacrificabant: uel quia mos fuit apud maiores, ut diuinum ignem farre ſeruarẽt: quia ſi durasſet in alterũ diẽ, eum aptum agẽdis reb. ſignificabatur.* Canæ.) *Aut antiquæ, aut propter ignis fauillas.* Primum.) *principem.* Acerra.) *id eſt, arca thuralis: id q̃d continet, pro eo q̃d continetur.* Haud mora.) *Hoc eſt quod ait, Et cõiunge uolentẽ.* Nec iuſſa.) *uoluntatẽ: ut ſuprà, Infandũ regina iubes renouare dolorẽ. aut certe, quæ Iuppiter iuſſerat.* Trãſcribunt urbi matres.) *Romani moris uerbum eſt: tranſcripti enim in colonias deducebantur.* Vrbi.) *ad urbem.* Deponũt.) *quaſi de nauibus.* Animos nil ma. lau. egentes.) *Aut Aeneas deponit eos, q̃ nulla gloriæ cupiditate tangũtur. aut ij qui erant tranſcripti, id eſt, matres & uolentiũ multitudo deponunt animos, id eſt, ſummittunt inertiæ.* Robora nauigijs.) *Melius ſic diſtinguitur.* Exigui numero ſ. b. u. uirtus.) *Tranſit ad rem, à numero.* Vrbem deſ. a.) *Quem Cato in originibus dicit morẽ fuiſſe. Cõditores enim ciuitatis taurũ in dextrã, uaccã intrinſecus iungebãt: & incincti ritu Sabino, id eſt, togæ parte caput uelati, parte ſuccincti tenebãt ſtiuam incuruã, ut glebæ omnes intrinſecus euaderẽt. & ita ſulco ducto, loca murorũ deſignabãt, & aratrũ ſuſpendentes circa loca portarũ: unde territoriũ dictũ eſt quaſi terribouiũ, tritũ bobus & aratro.* Regno Troianus Aceſtes.) *Suo nomine enim fuerat ciuitas appellata.* Indicitq́; fo.) *id eſt, tempus & locũ deſinat agendorũ negociorum,*

Et me ſæuus equis oriens afflauit anhelis.
Dixerat, & tenueis fugit ceu fumus in auras.
Aeneas, quo deinde ruis? quo proripis? inquit.
Quem fugis? aut quis te noſtris cõplexibus arcet?
Hæc memorãs, cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes,
Pergameumq́; larem, & canæ penetralia Veſtæ
Farre pio, & plena ſupplex ueneratur acerra.
Extemplo ſocios, primumq́; accerſit Aceſtem,
Et Iouis imperium, & chari præcepta parentis
Edocet, & quæ nunc animo ſententia conſtet.
Haud mora conſilijs: nec iuſſa recuſat Aceſtes.
Tranſcribunt urbi matres, populumq́; uolentem.
Deponunt animos nil magnæ laudis egentes.
Ipſi tranſtra nouant, flammisq́; ambeſa reponunt
Robora nauigijs, aptant remosq́; rudentesq́;:
Exigui numero, ſed bello uiuida uirtus.
Interea Aeneas urbem deſignat aratro,
Sortiturq́; domos: hoc Ilium, & hæc loca Troiæ
Eſſe iubet, gaudet regno Troianus Aceſtes,
Indicitq́; forum, & patribus dat iura uocatis.

gociorum, qui cõuentus uocatur. Indicit aũt uerbum iuris est: & per hoc potentem uult significare ciuitatẽ. Et patribus dat iu.u.) *dat cõdendi iuris potestatẽ his quos appellauerat patres: aut certe uocatis patribus iura distribuit.* Hi *aũt ut* Sallust. *dicit, uel ætate, uel curæ similitudine patres appellati sunt.* Senatores *autẽ, ut alij, à senecta ætate, ut* Græci γερουσίαν *dicunt,* ἀπὸ τῶν γερόντων: *alij à sinendo dictos accipiũt: ipsi enim agendi facultatẽ dabant per senatus consultum.*

Tunc uicina astris Erycino in uertice sedes,
Fundatur Veneri Idaliæ, tumuloq; sacerdos,
Et lucus late sacer additur Anchisæo.
Iamq; dies epulata nouem gens omnis, & aris
Factus honos, placidi strauerunt æquora uenti.
Creber & aspirans rursus uocat Auster in altum.
Exoritur procurua ingens per littora fletus.
Complexi inter se noctemq; diemq; morantur.
Ipsæ iam matres, ipsi quibus aspera quondam
Visa maris facies, & non tolerabile numen,
Ire uolunt, omnemq; fugæ perferre laborem.
Quos bonus Aeneas dictis solatur amicis.
Et consanguineo lacrymans commendat Acestę.
Treis Eryci uitulos, & tempestatibus agnam
Cędere deinde iubet, soluiq; ex ordine funes.
Ipse caput tonsæ folijs euinctus oliuæ,
Stans procul in prora pateram tenet, extaq; salsos
Porricit in fluctus, ac uina liquentia fundit.
Prosequitur surgens à puppi uentus eunteis.
Certatim socij feriunt mare, & equora uerrunt.
At Venus interea Neptunnum exercita curis
Alloquitur, taleisq; effundit pectore questus:
Iunonis grauis ira, & inexsaturabile pectus
Cogũt me Neptũne preces descendere in omnes.
Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla:

Idaliæ.) *Cypriæ.* Sacerdos.) *Alij ad tumulũ, alij uerso ordine ad tẽplum referũt, ut lucus tantum tumulo detur Anchisæ: ut,* Inducite fontib. umbras Pastores. *nemora enim aptabãt sepulchris, ut in amœnitate animæ forent post uitã.* Visa maris facies.) Vt, *Mẽ ne salis placidi uultũ. uult autem istos aspectum quoq; maris horrere.* Fugæ.) *profectionis.* Eryci, & tẽpestatibus.) *Bene iunxit: pcellæ enim aut de fluminibus, aut de mõtib. quasi* περὶ πνόιας *dicũtur.* Soluiq; ex ordine funẽ.) *Ordo est,* Iubet cædere ex ordine, *id est, rite peragi sacrificiũ, & sic solui funem: sic in 7.* Phrygiamq; ex ordine matrẽ Inuocat, *id est, rite.* Tonsæ oliuæ.) *cõptæ minutis folijs.* Procul in pra.) *id est, in parte extrema.* Effundit pectore.) *hoc est, cum dolore: ut,* Funditq; preces rex pectore ab imo.

Preces descen. in om.) *Si quid inuidiæ est in humillimis precibus, imputandũ est Iunoni: nã* Omnes *dicẽdo, etiã humiles significat. unde ait etiã* Descẽdere. Quàm nec l.d.) *id est, tẽpus: de quo licet melius fœminino gen. dicamus, tamẽ etiã masculino dicimus. nam de certo die masculino tantũ utendũ est.* Pietas nec mit.) *Aut Troianorũ, qui pij sunt: aut certe ꝑpter illud,* Iunoni argiuæ iussos adolemus honores, *quasi quæ nec sacrificijs placaretur.*

Infracta.) ualde fracta: ut, Turnus ut infractos aduerso Marte Latinos. Media de gente.) id est, totius gentis potentem. Exedisse.) Muliebriter dictū: nam inde est quod sequitur, Cineres atq; ossa peremptæ. Sanè Edo habet & rectam, sed antiquam declinationē, ut edo edis edit: & anomalam, ut edo es est. quarum secūda & tertia personæ longæ sunt: propter differentiā Sum es est. Edit autem in præterito producit e, ut legit. Causas tanti sciat illa furoris.) Bene supprimit. Contra ipsam enī sunt, quæ Iuno exequtur in 10. ut, Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. Quam molē.) ut, Tātas audetis tollere moles. Nequicquā.) aut sine causa, id est, nulla extāte ratione: aut nequicquam, quātum ad eius ptinet mentem: unam enim nauem ex omnib. uertit. In regnis hoc ausa tu.) Vt, Nō illi imperiū pelagi, sæuumq; tridentem. Actis.) furore cōpulsis: ut, Reginam Alecto stimulis agit undiq; Bacchi. Ignotæ.) ignobili: ut, Nam sæpe fauos ignotus adedit stellio. & dixit ignotam, Italiæ comparatione: nam ignota nō erat, ad quam bis Troiani uenerant. Vela tibi.) id est, per regnum tuum. Si concessa peto.) si quidem: nam Si modò confirmantis est. agit autē à possibili. Fas omne est.) fas te est, hoc est, possibile est. Meis regnis fidere.) Nam fido datiuum tantum regit. Vnde genus ducis.) Vt diximus suprà, quia feliciter est nauigaturus Aeneas, Veneri dicit è mari procreatam. & ut fert fabula: Cælus pater fuit Saturni, cui quum iratus filius falce uirilia amputasset, lapsa in mare sunt, de quorū cruore et maris spuma nata dicitur Venus. unde et ἀφροδίτη dicitur, ἀπὸ τ̃ ἀφροῦ. sed hoc habet ratio: omnes uires usu uenereo debilitantur, qui sine corporis damno non geritur: unde fingitur nata Venus per damnū. de mari autem ideo, quia dicunt Physici sudorem salsum esse, quem semper elicit coitus. unde & myrtus ei cōsecrata est, quæ littoribus gaudet: ut, Littora myrtetis lætissima. ideo aūt diximus Cælus pater, ut deum significaremus: nullus enim deus generis neutri est. nam Cælū generis neutri elementum significat, unde & οὐρανὸς Saturni pater quoq; dicitur. Merui quoq;.) etiam præstiti: ut, Nec te regina negabo Promeritam. alij dicunt militaui: ut, Aere merent paruo.

Nec Iouis imperio, fatisúe infracta quiescit.
Non media de gente Phrygum exedisse nefandis
Vrbem odijs satis est, pœnā traxisse per omnē,
Relliquias Troiæ cineres atq; ossa peremptæ
Insequitur, causas tanti sciat illa furoris.
Ipse mihi nuper Libycis tu testis in undis,
Quam molem subito excierit, maria omnia cœlo
Miscuit, Aeolijs nequicquam freta procellis:
In regnis hoc ausa tuis.
Prò scelus: ecce etiam Troianis matribus actis
Exussit fœdè puppes, & classe subegit
Amissa, socios ignotæ linquere terræ.
Quod superest, oro, liceat dare tuta per undas
Vela tibi, liceat laurentem attingere Tybrim:
Si concessa peto, si dant ea mœnia Parcæ.
Tunc Saturnius hæc domitor maris edidit alti:
Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis: merui quoq; sæpe furores,

Rabiem tantam cœliq; marisq;.) Vt in Primo legimus, Gemerētq; repleti Amnes. Homer. ἐν δ' ἔπεσον μεγάλῳ πατάγῳ, βράχε δ' αἰπὰ ῥέεθρα. ὄχθαι δ' ἀμφὶ περὶ μεγάλ' ἴαχον, οἱ δ' ἀλαλητῷ ἔννεον ἔνθα καὶ ἔνθα ἑλισσόμενοι κατὰ δίνας. Et paulo pòst: ὡς ὑπ' ἀχιλῆος ξάνθου βαθυδινήεντος πλῆτο ῥόος κελάδων. *In terris.)* etiam in terris: nam augmentū est. *In mare se Xanthus.)* Omnia hæc Homeri sunt. *Pelidæ tunc ego forti Cōgressum Aeneā, nec dijs nec uiribus æquis Nube caua eripui.)* Hic locus ex Homero captus est: ἔνθα δ' ὅθ' αἰνείας ἠδ' ὁ κλυτὸς ἦεν ἀχιλλεύς. αὐτίκα τῷ μὲν ἔπειτα κατ' ὀφθαλμῶν χέεν ἀχλὺν πηλείδῃ ἀχιλῆϊ. ὁ δὲ μελίην εὔχαλκον ἀσπίδος ἐξέρυσε μεγαλήτορος αἰνείαο. καὶ τὴν μὲν προπάροιθε ποδῶν ἀχιλῆος ἔθηκεν, αἰνείαν δ' ἔσσευεν ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀείρας. πολλὰς δὲ στίχας ἡρώων, πολλὰς δὲ καὶ ἵππων αἰνείας ὑπεράλτο θεοῦ ἀπὸ χειρὸς ὀρούσας. *Nec dijs, nec uiribus æquis.)* Hoc est, aduersis: Liptotes figura est. aut Nō æquis, id est, non æquali fauore: plures enim Græcis fauebant. De matribus autem intelligere non possumus, quia Thetyde melior Venus est, & ei præsenti derogare nollet. *Cuperem cum uertere ab imo.)* Quod proprium eius est: ut, Magnoq; emota tridenti Fundamenta quatit. hinc, ut suprà diximus, ἐνοσίχθων dictus est: & fecit augmentum, quum se præstitisse dixit iratum. *Portus accedet.)* Hic distinguendum, ne sit cōtrarium Veneris petitioni: quæ ait, Liceat laurentem attingere Tybrim. *Amissum quem gurgite quæres.)* Misenum dicit: de quo legimus, Inter saxa uirum spumosa immerserat unda. *Vnum pro multis dabitur caput.)* Palinurum significat. nam falsum erit, si unum uoluerimus accipere: duos enim constat perisse, Misenum & Palinurum. *Læta permulsit.)* aut permulsit & lætam fecit, ut Animumq; labantem impulit: aut certe perpetuū est epitheton Veneris, quam Homerus uocat φιλομειδής. *Spumantia frena.)* spumas uomentia. *Feris.)* equis: ut, Inq; feri curuam cōpagibus aluum Cōtorsit. *Variæ comitū facies.)*

Compressi & rabiem tantam cœliq; marisq;.
Nēc minor in terris, Xanthum Simoēntaq; testor,
Aeneæ mihi cura tui, cum Troia Achilles
Exanimata sequens impenderet agmina muris,
Milia multa daret læto, gemerentq; repleti
Amnes, nec reperire uiam, atq; euoluere posset
In mare se Xanthus, Pelidę tunc ego forti
Cōgressum Aeneam, nec dijs, nec uiribus æquis,
Nube caua eripui, cuperem cum uertere ab imo
Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ.
Nūc quoq; mens eadē perstat mihi, pelle timores.
Tutus quos optas portus accedet Auerni.
Vnus erit tantū, amissum quem gurgite quæres:
Vnum pro multis dabitur caput.
His ubi læta deæ permulsit pectora dictis,
Iungit equos curru genitor, spumantiaq; addit
Frena feris, manibusq; omnes effundit habenas.
Cæruleo per summa leuis uolat æquora curru.
Subsidunt undæ, tumidumq; sub axe tonanti
Sternitur ęquor aquis, fugiūt uasto æthere nimbi.
Tunc uariæ comitum facies, immania cete,

Aut beluas dicit marinas secundū naturas, aut poëtice deos marinos. Immania cete.) τὸ κῆτος κήτη, ut βέλος βέλη: nam latinè sic declinari nō potest. Nullū enim apud nos animal generis neutri est. nisi forte hic cetus huius ceti dicamus, quod nusquam lectū est: nam dicuntur canes marini. Et senior Glauci chorus.) Glaucus piscator fuit, qui cum captos pisces super herbam abiecisset, & eos recepisse uidisset quam amiserāt uitam, intellecta herbarū potētia, esu earū in deū mutatus est: cuius hic chorū ideo senem dixit, quia et ipse senex fuerat. aut certe seniorē dicit, propter spumarum colorem: sicut penè omnes dij finguntur marini. Inousq; Palæmon.) Melicerta Inûs filius. Et notādū patronymicū à matre in autore idoneo. Phorciq; exercitus oīs.) Dij qui sub Phorco agūt: hic aūt Phorcus dicitur Thoosæ nymphæ et Neptunni filius. ut aūt Varro dicit, rex fuit Corsicæ & Sardiniæ: qui cum ab Atlante rege nauali certamine cum magna exercitus parte fuisset uictus & obrutus, finxerunt socij eius eum in deum marinū esse conuersum. Leua tenent Thetys.) Satis prudenter sexum debiliorem sinistræ applicat parti. Nisææ.) media diphtongus est. Vicissim.) Quia reliquerat quidē socios, sed feliciter petebat Italiam. Pertentant.) sollicitant. Attolli malos.) id est, uela per malorū uolubilitatem leuari: nam quū nauigarent, iam non dubium quod olim erexerant arbores.

Et senior Glauci chorus, Inousq; Palæmon,
Tritonesq; citi, Phorciq; exercitus omnis.
Læua tenēt Tethys, & Melite, Panopæaq; uirgo,
Nisæe, Spioq;, Thaliaq;, Cymodoceq;.
Hic patris Aeneæ suspensam blanda uicissim
Gaudia pertentant mentem. iubet ocyus omnes
Attolli malos, intendi brachia uelis.
Vna omnes fecere pedem, pariterq; sinistros,
Nunc dextros soluere sinus, una ardua torquent
Cornua, detorquent: ferunt sua flamina classem.
Princeps ante omneis densum Palinurus agebat
Agmen, ad hunc alij cursum contendere iussi.
Iamq; ferè mediam cœli nox humida metam
Contigerat, placida laxabant membra quiete
Sub remis fusi per dura sedilia nautę.
Cum leuis æthereis delapsus somnus ab astris
Aëra dimouit tenebrosum, & dispulit umbras,

Fecere pedem.) Podiam, id est, funem, quo tēditur uelum, quod Græci πόδα uocāt. Sinistros, Nūc dextros.) pro auræ mutabilitate. Cornua.) antenarū extremitatem. Sua flamina.) prospera, à puppi uenientia. Princeps ante omnes.) Vnum uacat, quæ figura ἐκ παραλλήλου dicitur, cum unum ad alterius expositionem uenit. Mediam cœli metam.) Perite locutus est: nam medium cœlum meta est ἀναβιβάζοντος, id est, ascendentis circuli, qui medius est inter ortū et occasum, q meridianus circulus appellatur. A medio enim cœlo & finitur ortus, & occasus incipit siderū. alter est horizontis, qui segregat aspectum huius cœli ab alio inuisibili nobis. Sub remis fusi per dura sedilia nautæ.) id est, requierant paululum, sic remos tenentes. Leuis.) Vel aduentu uel discessu: nam leuis ab utroque est. Dispulit umbras.) nam semper deos ambit nimbus.

Te Palinure

Te Palinure petens.) factioſe aggrediens, appetens. Et ſciendum in maius celebrari Palinuri mortem more poëtico, quem dormientem cecidiſſe in undas ſatis conſtat. Somnia.) ſoporem. Bene autem diſcernit iſta Vergilius, ut Somnum ipſum deum dicat, ſomnium quod dormimus, inſomnium quod in ſomnis uidemus: ut, Falſa ad cœlum mittũt inſomnia manes. Iaſide.) fili Iaſij. Ipſa æquora claſſem.) id eſt, æſtu & aura noſtra utimur. Aequatæ ſpirant auræ.) pſperæ: ut, Aequatis claſſem procedere uelis. Pone caput.) Bene particulatim ad id uenit, qđ aperte dictũ refutaretur. Labori.) ex intuendis ſideribus. Pauliſper.) paululũ dum tu quieſcis. Vix attollens lumina.) aut à siderib. remouens, aut certe numinis pſentia prægrauatus, quod eſt melius: nam & ſequens eius oratio turbata eſt, quod et ſemipleni indicant elocutiones. Vultũ.) mutabilitatẽ, pro qualitate uentorũ. Iubes.) uis: ut, Infandũ regina iubes renouare dolorem. Méne huic cõfidere monſtro?) ſubaudi Vis. Aeneam credã quid enim.) Per cõtrarium, cur Aeneam cõmittam cœlo & aſtris fallacibus, q ſum toties ſerenitatis fraude deceptus? Quid enim.) quid ni? cur nõ? Sereni.) ſerenitatis: ut, Et ſeruãtiſſimus æqui. Viꝙ ſo. Sty.) morte plenũ. Vtraꝙ t.) Per utrũꝙ tẽpus. Cũctanti.) quaſi reluctãti: nam niſi cui adhæret natãs per mare, effugere nõ potuiſſet pelagus. Natantia.) errãtia, ſomni uicinitate. Cũ puppis parte.) Prooeconomia, ut triduo natare potuerit. Currit iter.) Vt Cicero pro Murena: Ite uiam, redite uiam. Tutũ.) præſidio Neptũni. Sirenũ.) Sirenes ſecundũ fabulã tres in parte uirgines fuerunt,

Te Palinure petens, tibi triſtia ſomnia portans,
Inſonti: puppiꝙ deus conſedit in alta,
Phorbanti ſimilis, funditꝙ has ore loquelas.
Iaſide Palinure, ferunt ipſa æquora claſſem,
Aequatæ ſpirant auræ, datur hora quieti,
Pone caput, feſſosꝙ oculos furare labori.
Ipſe ego pauliſper pro te tua munera inibo.
Cui uix attollens Palinurus lumina fatur:
Me'ne ſalis placidi uultum, fluctusꝙ quietos
Ignorare iubes? me ne huic confidere monſtro?
Aeneam credam quid enim fallacibus auſtris?
Et cœli toties deceptus fraude sereni?
Talia dicta dabat, clauumꝙ affixus & hærens
Nuſquam amittebat, oculosꝙ ſub aſtra tenebat.
Ecce deus ramum lethæo rore madentem
Viꝙ ſoporatum Stygia ſuper utraꝙ quaſſat
Tempora, cunctantiꝙ natantia lumina ſoluit.
Vix primos inopina quies laxauerat artus,
Et ſuper incumbens, cum puppis parte reuulſa
Cumꝙ gubernaclo liquidas proiecit in undas
Præcipitem, ac ſocios nequicquã ſæpe uocantẽ.
Ipſe uolans tenues ſe ſuſtulit ales in auras.
Currit iter tutum non ſecius æquore claſſis,
Promiſſisꝙ patris Neptũni interrita fertur.
Iamꝙ adeo ſcopulos Sirenum aduecta ſubibat

fuerunt, in parte uolucres, Acheloi fluminis & Calliopes Musæ filiæ. harum una uoce, altera tibijs, alia lyra canebat. & primo iuxta Pelorū, pòst in Capreis insula habitauerunt: quæ illectos suo cantu in naufragia deducebant. Secundum ueritatem meretrices fuerunt, quæ transeuntes quoniā deducebant ad egestatem, his fictæ sunt inferre naufragia: has Vlysses contēnendo deduxit ad mortem. Sirenū autem genitiuus est, ueniens ab hac Sirene.

Difficiles quondam, multorumq́ ossibus albos.
Tunc rauca assiduo longe sale saxa sonabant.
Cum pater amisso fluitantem errare magistro
Sensit, & ipse ratem nocturnis rexit in undis,
Multa gemens, casuq́ animum cōcussus amici.
O nimium cœlo & pelago confise sereno,
Nudus, & ignota Palinure iacebis arena.

Tūc rauca.) Ac si diceret: ante hac delectabili uoce resonabant, tūc fluctibus solis. & bene imitatus est maris stridorem. Sale saxa sonabant. Cum pater amisso fluitantē errare magistro.) Naturale enim est, ut fluctuet nauis sine gubernatore. Nocturnis rexit in undis.) Dat ei hoc & in Decimo: ut, Ipse sedens clauumq́ regit uelisq́ ministrat. Multa gemens.) Nomē pro aduerbio, pro multum. Casu amici.) Propter ruinam allusit ad nomen. Pelago confise.) Hoc est quod suprà Palinurus excusat. Nudus.) insepultus, mortuus: Vt freta destituent nudos in littore pisces. Ignota.) peregrina, ante nō uisa: nam in Sexto dicturus est, Paulatim adnabam terræ, iamq́ arua tenebam. Sciendum sanè Tuccam & Varum hunc finem Quinti esse uoluisse: nam à Vergilio duo uersus sequentes huic iuncti fuerunt. Vnde in nonnullis antiquis codicibus Sexti initium est, Obuertunt pelago proras tum dente tenaci.

ADILON.

Quæruntur Sexto manes, & tartara Ditis.

MODESTINI IVRISCONSVLTI ARGVMENTVM VI.

CVmas deinde uenit, fert hinc responsa Sibyllæ.
Misenum sepelit, mons seruat nomen humati.
Ramum etiam ante deûm placato numine portat.
Et uates longæua unà descendit auernum.
Agnoscit Palinurum, & ibi solatur Elissam.
Deiphobumq́ uidet lacerum crudeliter ora.
Vmbrarum pœnas discit narrante Sibylla.
Conuenit Anchisen, penitusq́ in ualle uirenti,
Agnoscitq́ suam prolem monstrante parente.
Hæc ubi percepit, graditur, sociosq́ reuisit.

Sic

Sic fatur lacrymans, classi.) Totus quidem Vergilius scientia plenus est, in qua hic liber possidet principatum: cuius ex Homero pars maior sumpta est. Et dicuntur aliqua simpliciter, multa de historia, multa per altam scientiã philosophorum Aegyptiorũ, adeo ut pleriq; de his singulis huius libri integras scripserint pragmatias. Sanè sciendũ, licet primos duos uersus Probus et alij in Quinti

P. VERGILII M. AENEIDOS
LIBER SEXTVS.

Sic fatur lacrymans, classiq; immittit habenas:
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.
Obuertunt pelago proras: tum dente tenaci
Anchora fundabat naueis, & littora curuæ
Prętexunt puppes. iuuenum manus emicat ardẽs

reliquerint fine, prudenter ad initiũ Sexti esse trãslatos. nã & cõiunctio poëmatis melior est. & Homerus etiam sic inchoauit, ὣς φάτο δακρυχέων. Classiq; immittit habenas.) nauibus, aut suæ naui, quæ classis dicitur: uel quæ fiat de fustibus. Calas enim dicebãt maiores nostri fustes, quos portabant serui sequentes dominũ ad prælium: unde etiã Calones dicebãtur. nam consuetudo militis erat Romani, ut ipse sibi arma portaret, & uallũ, quod dicebãt calã: sicut Lucil. Scinde puer calã, ut caleas: id est, ò puer frange fustes, & fac focum. Inde etiã Classem dictam dicunt. Alij Classem hinc dictam uolunt: apud maiores nostros stipendiũ terrestri prælio miles pedes dabat, equites uero dabant in nauali certamine: nam adhuc pauper fuerat populus. exinde iam quod ab equitibus dabatur stipendium, tractũ est, ut diceretur Classes. propriè enim Classes equitũ dicimus. Classiq;.) aut suæ naui, quæ classis (ut in Primo diximus) dicta est, ἀπὸ τῶν καλῶν, id est, à lignis: unde Horat. Me uel extremos Numidarũ in agros Classe releget: aut omniũ, quæ eius cursum sequũtur. Palinuri enim implet officiũ, de quo suprà ait, Ad hunc alij cursum contendere iussit. Immittit habenas.) Aut funes per metaphorã dixit, aut Home. secutus est, qui ait: ἐντύναντο δ' ἐρετμὰ τροποῖς ἐν δερματίνοισιν. Et alibi: ἵππον δ' ἱσιὰ λυσὰ ἐυστρέπτοισι βόεσι: id est, loris tortis. his enim utebantur antiqui. Et tandem.) Ad Aeneæ desideriũ rettulit, olim ad Italiam uenire cupientis. Cæterũ mora non congruit de Capreis Cumas usq; ad uicinitatem tam longã fuisse nauigationem, præsertim accedente fauore Neptũni. Euboicis oris.) A colonia Cumas appellauit. nam Eubœa insula est, in qua Chalcis ciuitas est, de qua uenerunt qui condiderũt ciuitatem in Campania, quã Cumas uocarunt: uel ἀπὸ τῶν κυμάτων: uel à grauidæ mulieris augurio, quæ Græcè ἔγκυος dicitur.

Allabitur.) uenit celeriter, ut Labere nympha polo. Pelago.) in pelagus, ut It clamor cœlo. Bene autem Obuertunt: ut non Aeneæ, sed socijs uilia dentur officia. gubernandi ars soli conceditur Aeneæ. Dente tenaci.) Vnde in Primo, Vnco nõ alligat anchora morsu.

Anchora.) ut diximus, in Græco aspirationẽ non habet: unde ἄγκυρα dicitur. unde apud maiores sine aspiratione proferebatur. contrà thus & orchus ueteres dicebãt, & lurcho, id est, uorax: quibus sequẽs ætas detraxit aspirationẽ. Iuuenũ manus.) Post conditã in Sicilia ciuitatẽ, senũ aut nulla aut rara fit mentio. Ardens.) festinãs, ut Instãt ardẽtes Tyrij.

Littus in Hesperium: quærit pars semina flāmæ
Abstrusa in uenis silicis, pars densa ferarum
Tecta rapit, syluas, inuentaq; flumina monstrat.
At pius Aeneas arces, quibus altus Apollo
Præsidet, horrendæq; procul secreta Sibyllæ
Antrū immane petit, magnā cui mentē animūq;
Delius inspirat uates, aperitq; futura.
Iam subeunt Triuiæ lucos, atq; aurea tecta.
Dædalus (ut fama est) fugiens Minoia regna

Littus in Hesperium.) Hinc ostenditur Hesperiā minorem esse omnem Italiam dictam, ut suprà diximus: uel à rege, uel à stella. *Semina flammæ.)* σπέρματα πυρὸς Homerus dicit. *Abstrusa in uenis silicis.)* Sic in Georg. Vt silicis uenis abstrusum excuderet ignem.

Ferarum tecta.) Ephexegesis syluæ. *Flumina monstrat.)* quæcunque fluenta. Et sciendum, Aeneæ monstrari ad expiandum se. nam funestatus fuerat morte Palinuri: non qd eum uiderit, sed qd funus agnouerat, id est, doluerat. In eo enī est pollutio, qd ait, Casuq; animus concussus amici. nā ipsa impiant quæ cognoscimus. unde in Liuio habemus, Horatium Puluillum, quum Capitoliū dedicare uellet, audisse ab inimico mortuū filiū: et ne pollutus dedicare non posset, respondisse Cadauer sit. Hanc autē purgationem Aeneæ polluto dat ubiq; Vergil. ut paulo pòst, Corpusq; recenti Spargit aqua. *At pius Aeneas.)* Quippe ad templa festinans. *Arces, quibus altus Apollo.)* Quū ubiq; arx Ioui detur, apud Cumas in arce Apollinis templū est. Altus aūt, uel magnus: ut, Iacet altus Orontes. & de ipso Apolline, Sic pater ille deûm faciat, sic altus Apollo. uel ad simulachri magnitudinē rettulit, quod esse constat altissimū. *Quibus præsidet.)* quibus præest, quas defendit. *Horrendæ.)* uenerandæ: ut, Horrendū syluis & relligione parentum. *Procul.)* haud longè. Procul enim est, & quod præ oculis est, & quod porrò ab oculis: unde & duplicē habet significationem, & iuxtà & longè. *Antrū im. petit.)* Ephexegesis est domus Sibyllæ. *Mentem animumq.)* Perissologia est: nam secundū Lucret. unum est mens & animus. quamuis tamen pro sapientia mens accipitur & intellectu, animus uero pro uoluntate: ut Terent. Mala mens, malus animus. *Delius inspirat uates.)* Apollo fatidicus: & sic ait Delius, ut Nunc Lyciæ sortes, id est, Apollineæ. Bene autē quid sit Sibylla expressit, Magnā cui mentem animumq; Delius inspirat uates. nam (ut suprà diximus) Sibylla dicta est, quasi σιοῦ βουλὴ, id est, dei sententia. Aeolici enim σιοὺς deos dicūt. *Triuiæ lucos.)* Congruè Apollini & Dianæ iuncta sunt templa: ut paulo pòst, Phœbi Triuiæq; sacerdos. Et bene fit lucorum Dianæ cōmemoratio, quia petiturus est inferos.

Aurea tecta.) Apollinis. *Dædalus, ut fama est, fugiens Minoia regna.)* Indicato à Sole adulterio Martis & Veneris, Vulcanus minutissimis catenis lectulū cinxit, quibus Venus & Mars ignorantes implicati sunt, & cum ingenti turpitudine resolui sub testimonio cunctorū deorum. quod factum Venus uehementer dolens, stirpem omnē persequi Solis infandis amoribus cœpit. Igitur Pasiphaē Solis filia, Minois regis Cretæ uxor, Tauri amore flagrauit: & arte Dædali inclusa intra uaccā ligneam, septam corio iuuencæ pulcherrimæ, cum Tauro concubuit. unde natus est Minotaurus, qui intra labyrinthū inclusus, humanis carnibus uescebatur. Sed Minos de Pasiphaē habuit liberos plures, Androgeum, Ariadnē, Phædram.

Phædram. sed Androgeus quum esset athleta fortissimus, & superaret in agonibus cunctos apud Athenas, ab Atheniensibus & uicinis Megarensibus coniuratis occisus est. quod Minos dolens, collectis nauibus bella commouit, & uictis Atheniensibus pœnã hanc statuit, ut singulis quibusq; annis septem de filijs, & septem de filiabus suis edendos Minotauro mitterent. sed tertio anno Aegei filius Theseus missus est, potens tam uirtute q̃ forma: qui quũ ab Ariadna regis filia amatus fuisset, Dædali consilio filo iter rexit, & necato Minotauro cum rapta Ariadna uictor aufugit. quæ quũ omnia factione Dædali Minos deprehendisset effecta, eum cum Icaro filio seruandũ in labyrinthum trusit. sed Dædalus corruptis custodibus sub faciendi muneris specie, quo simulabat posse regem placari, cerã accepit & pennas: unde tam sibi quàm filio alis impositis, euolauit. Icarus altiora petens, pennis Solis calore resolutis, mari in quod cecidit nomen imposuit, & Icarium mare uocari cœptum est. Dædalus uerò primò Sardiniam (ut dicit Sallust.) pòst delatus est Cumas: & templo Apollini condito, in foribus hæc uniuersa depinxit. Dicendo autem Vt fama est, Vergilius ostendit requirendam esse ueritatem. nam Taurus notarius Minois fuit: uel ut alij dicunt, magister militum Minois fuit, quem Pasiphaë amauit, cum quo in domo Dædali concubuit. & quia geminos peperit, unũ de Minoë, alterum de Tauro, enixam esse Minotaurum dicitur. quod & ipse paulo pòst ostendit, dicens, Mixtumq; genus. Sed inclusum Dædalũ regina corruptis custodib. relaxauit, quia misso in mari filio nauì delatus est Cumas. quod ipsum tangit, dicẽs, Remigio alarum. alæ enim & uolucrum sunt, & nauium: ut, Veloces pandimus alas.

Præpetibus pennis ausus se credere cælo,
Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos,
Chalcidicaq; leuis tandem superastitit arce.
Redditus his primum terris tibi Phœbe sacrauit
Remigium alarum posuitq; immania templa:
In foribus, letum Androgeo: tum pendere pœnas
Cecropidæ iussi, miserũm septena quotannis

Minoia regna.) Cretã. Præpetibus pennis.) felicibus. Præpetes enim sunt aues boni augurij. quod huic dat, quia peruenit feliciter quò cupiebat. Ausus se credere cælo.) Quasi alienis sedibus. Horatius: Expertus uacuum Dædalus aëra Pennis, non homini datis. Insuetum.) hominibus scilicet. Enauit ad Arctos.) Bene utrunq; miscet. Nare enim & de nauibus dicimus, ut Natat uncta carina. item, Et terris adnare necesse est: Et de uolatu, ut Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen. Ad Arctos autem, si ad fabulam, contra Septentrionem: si ad ueritatem, contra Septentrionis obseruationem, cuius ductu nautæ naueis regunt. Chalcidicaq;.) quam ciuitatem Chalcidenses condiderunt: ut suprà ab insula, nunc à ciuitate epitheton dedit. Redditus his primum terris.) Quasi de alieno elemento. Horatius, Finibus atticis Reddas incolumem precor. Remigium alarum.) Artem uolandi iterum miscet, dicendo Remigium. Posuit.) id est, ædificauit.

Letum Androgeo.) Secundum Atticam linguam genitiuus singularis Græcus est ὁ ἀνδρόγεως, τοῦ ἀνδρόγεω. Cecropidæ iussi.) id est, Athenienses, à rege Cecrope: ut Romulidæ, id est Romani, à Romulo. Pendere autem, soluere: quod, ut suprà diximus, tractum est à pecuniaria damnatione. Miserum.) Dolentis interiectio: ac si diceret, Nefas.

Corpora natorum. ſtat ductis ſortibus urna.
Contra elata mari reſpondet Gnoſia tellus.
Hic crudelis amor tauri, ſuppoſtaq́; furto
Paſiphaē, mixtumq́; genus, prolesq́; biformis
Minotaurus ineſt, Veneris monumēta nefandæ.
Hic labor ille domus, & inextricabilis error.
Magnum reginæ ſed enim miſeratus amorem
Dædalus, ipſe dolos tecti ambagesq́; reſoluit,
Cæca regens filo ueſtigia: tu quoq; magnam
Partē opere in tanto, ſineret dolor, Icare haberes.
Bis conatus erat caſus effingere in auro,
Bis patriæ cecidere manus: quin protinus omnē
Perlegerent oculis, ni iam præmiſſus Achates
Afforet, atq; una Phœbi Triuiæq́; ſacerdos,
Deiphobe Glauci, fatur quæ talia regi:
Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit.

Corpora natorū.) Bene Corpora, quæ adempta uita conſumebantur. Stat.) aut horret: ut, Stat lumina flāma. aut reuera ſtat poſt ductas ſortes. aut certè ad picturā reſpexit: nam uolui in pictura non poterat. Et licet non ſit urnæ, de pictura tamen bene dictū eſt. ſed ſi Stat, horret acceperimus, ductis ſortibus intelligimus, de qua ducebantur: ut, Et quà uectus Abas. nam à paſſiuo (ut ſæpe diximus) inueniri non poteſt participiū præſens. Elata mari.) Peritè ſitū expreſſit: ut enī Salluſtius dicit, Creta altior eſt, qua parte ſpectat Orientem. Reſpondet.) aſpicit: nam contra Athenas eſt poſita. Furto.) adulterio: ut, Vulcani Martiſq́; dolos, et dulcia furta. Poteſt & ad uaccā referri. Mixtumq́; genus.) Secundum ueritatem: quia duos peperit, unum ex Tauro, alterum ex Minoē. Prolesq́; bifor.) Secundū fabulam, quia uiro mixtus eſſet taurus. Veneris monumenta nefandæ.) Aut memoria turpiſſimi coitus, aut ultio Veneris proditæ: ſignificatur aūt Minotaurus. Inextricabilis error.) inſolubilis, indeprehenſibilis. Horat. Si pugnat extricata denſis cerua plagis: ſi extricata eſt ſoluta, inextricata inſoluta ſine dubio. Reginæ.) regis filiæ, Ariadnes. Opere in tanto.) in foribus adfabrefactis. Bis patriæ ceci. ma.) Quia patriæ ex affectu, & paterna pietate. Quin protinus omnē.) Oſtendit plura fuiſſe, q̄ dixerat. Perlegerent.) ſcilicet Picturā. nec incongruè legi picturā dixit, quū Græcè γράψαι & pingere dicatur, & ſcribere: unde γραφεὺς, & pictor & ſcriptor: hoc eſt quod ait Horat. in Arte poëtica: Et noua fictaq́; nuper habebūt uerba fidem, ſi Græco fonte cadant parce detorta. Præmiſſus Achates.) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus. Deiphobe Glauci.) Subaudi filia. & eſt propriū nomen Sibyllæ. multæ enim fuerunt, ut ſuprà diximus in Tertio. quas omneis Varro comà memorat, & requirit à qua ſint fata Romana cōſcripta. Et multi ſequentes Vergil. ab hac Cumana dicunt, quæ licet longæua dicatur, non tamē ualde congruit eam uſq; ad Tarquinij tempora duraſſe, cui libros Sibyllinos conſtat eſſe oblatos. Dicit tamē Varro: Erythræā credam ſcripſiſſe, quia poſt incenſum Apollinis templū, in quo fuerant libri, apud Erythræā inſulam ipſa inuenta ſunt carmina. Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit.) Et ſuprà diximus, Apollinē ſex menſibus apud Lycios, & ſex apud Delon dediſſe reſpōſa. Item lectum eſt, Deos

est, Deos aliquoties Calend. aliquoties tantum Idibus uaticinari: nonnunquam diei uel prima, uel postrema parte. Vnde est in iure Fissus dies, id est, non totus religiosus: quem nunc ostendit, dicens non oportere Aeneam religiosam diei partem perdere, id est, oraculo congruam. Sanè sciendum, Poscit lectioné esse meliorem. Tempus enim poscit spectacula, non à spectaculis poscitur.

Nunc grege de intacto septem mactare iuuencos
Præstiterit, totidem lectas de more bidentes.
Talibus affata Aeneam, nec sacra morantur
Iussa uiri, Teucros uocat alta in templa sacerdos.
Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum
Quò lati ducunt aditus centum, ostia centum:
Vnde ruunt totidem uoces, responsa Sibyllæ.
Ventum erat ad limen, cum uirgo: poscere fata
Tempus, ait: Deus, ecce Deus. cui talia fanti
Ante fores, subito non uultus, non color unus,
Non comptæ mansere comæ: sed pectus anhelũ,
Et rabie fera corda tument, maiorq; uideri,
Nec mortale sonans, afflata est numine quando

Nunc grege de intacto.) Gregem pro armento posuit. nam de iuuencis dicturus est, quæ per poëticam licentiam sæpe cõfundit. Illo loco propriè posuit, Quinq; greges illi, balantũ quina redibant Armenta. Intacto autem, indomito: ut, intacta totidem ceruice iuuencas. Lectas de more biden.) De more, antiquo scilicet, quem prætermisit, quasi tunc omnibus notum: id est, ne habeant caudam aculeatam, nec linguam nigram, nec aurem fissam: quod docet aliud esse intactum, aliud lectum. Bidentes autem (ut diximus) oues sunt, circa bimatum habentes duos dentes eminentiores, quæ erant aptæ sacrificijs. Euboicæ rupis latus.) hoc est, mõtis Cumani, quem Euboici habitauerunt. Est autem acyrologia. Coloniæ enim epitheton rei dedit immobili, id est, rupis pro ciuitate. Antrum.) In antri similitudinem: ut, Portus ab Eoo fluctu curuatus in arcũ. Quò lati ducunt aditus centum.) Non sine causa dixit Aditus, & Ostia. nam Vitruuius qui de Architectonica scripsit, ait quum ab aliquo arcemur ingressu, id Ostiũ dici, ab obstando: quũ ingredimur, Aditum, ab adeundo. Ostia centum.) Finitus numerus pro infinito: licet possit & rationabiliter dictũ esse. Responsa Sibyllæ.) Responsa enim Sibyllæ in hoc loco plus minus centũ sermonum sunt. Inueniuntur tamen Apollinis elogia, & uiginti, & quinq; & trium sermonũ, unde melius est finitum pro infinito accipi. Totidem uoces.) ac si diceret, tot sermones. Deus, ecce Deus.) Vicinitate templi iam afflata est numine. nam furentis uerba sunt, deum uelle ostendere, qui ipsi tantum uidetur. Sanè cauti esse debemus, quando plena sit numine, & quãdo deum deponat. Non enim pòst uaticinationem dictura est. Non color unus.) Item Luc. Stat nunq̃ facies. Comptæ comæ.) antehac scilicet. nam per sacra resolutæ sunt: ut, Vittasq; resoluit Sacrati capitis. Maiorq; uideri.) uidebatur: sicut solebat in uaticinationibus apparere numinis præsentia, quod humanis illudebat aspectibus: unde ait, Maiorq; uideri. non enim est reuera. Nec mortale sonans.) Alia enim uox numinum est: ut, Nec uox hominem sonat. item, Vocis'ue sonus. Afflata est numine.) Nondum deo plena, sed afflata uicinitate numinis. Quando.) siquidem: nam coniunctio est, non aduerbium.

Ceſſas in uota.) tardus es ad uota facienda. nam ſi dixeris, Ceſſas in uotis: hoc ſignificat, tardus es dum uota facis. aliud enim eſt, Ceſſas in illam rem: & aliud, Ceſſas in illa re: tardus es ad faciendam rem, & tardus es in facienda re. Figuratè autẽ dixit, Ceſſas circa uota promittenda numinibus. Tros.) Principale pro deriuatiuo, id eſt, pro Troius. Neq; enim ante dehiſcent.) Tractũ eſt de matris deûm templo, quod non manibus, ſed precibus aperiebatur.

Iam propiore dei. ceſſas in uota precesq́;
Tros, ait, Aenea? neq; enim ante dehiſcent
Attonitæ magna ora domus: & talia fata
Conticuit. gelidus Teucris per dura cucurrit
Oſſa tremor, fuditq́; preces rex pectore ab imo:
Phœbe graues Troiæ ſemper miſerate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela, manusq́;
Corpus in Aeacidæ: magnas obeuntia terras
Tot maria intraui duce te, penitusq́; repoſtas
Maſſylûm gentes, prætentaq́; Syrtibus arua:
Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.
Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſecuta.

Attonitæ.) ſtupendæ, non ſtupentis. Ergo Attonitæ, facientis attonitos: ut mors pallida, triſtis ſenectus. Ora domus.) Quia ſuprà ait, Vnde ruũt totidem uoces. Per dura cucurrit Oſſa trem.) Religionis eſt, & diuinæ reuerẽtiæ. alibi, Ipſe manũ multo ſuſpenſum numine ducit. Pectore ab imo.) à mentis intimo: nec immerito. nam illa re diuinitas flectitur, quæ eſt nobis cum diuinitate cõmunis, id eſt, ſenſu. Phœbe graues.) Secundũ Homerũ, qui eum dicit ſemper propugnatorem fuiſſe Troiæ. Et bene Miſerate, quia Troia defendi nõ potuit. ideo non dixit, qui defendiſti, ſed miſeratus es. Dardana qui Paridis.) Achilles à matre tinctus in Stygem paludem, toto corpore inuulnerabilis fuit, excepta parte qua tentus eſt manu matris: unde Statius, Si te ſtygis amne ſeuero Armaui, totũq; utinã. Qui cum amatam Polyxenã in templo accipere ſtatuiſſet, inſidijs Paridis poſt ſimulachrũ latentis occiſus eſt. Vnde fingitur, quòd tenente arcum Apolline Paris direxit tela. & bene Direxit, quaſi ad ſolum uulnerabilem locũ, id eſt, talum. Dardana autẽ ideo, ut nõ adultero, ſed genti præſtitiſſe uideatur. Tela manusq́;.) Vel quia aliud ſine alio eſſe non poteſt. uel hoc dicit: & artem per tela, ut noſſet quid feriret: & uirtutem per manus dediſti, ut eius fata cõpleret, & fortiter inuaderet. Magnas obeuntia terras.) cingẽtia terras tot maria. Oceanus enim omneis ambit terras. & licet iſte per ea maria nauigauerit, quæ terris cinguntur, tamen non dixit impropriè, quum de Oceano iſta naſcantur. & Tot dicendo maria, partem eum maris nauigaſſe ſignificat, non totũ mare. Mare enim elementum eſt totum, Maria uerò partes maris: ſicut Terræ partes ſunt, Terra uerò totum elementum. Penitusq́; repoſtas.) longè ſemotas, auias. Maſſylũ gentes.) Maſſyli ſunt Mauri: unde ſpeciem pro genere poſuit. nam Aeneas ad Africam uenit, cuius partem conſtat eſſe Maſſyliã, præſertim quum media longa ſit: nam Maſſylia media breui, ciuitas eſt Galliæ. Lucanus, Maſſyliam delere uacat. Prætentaq́; Syrtibus arua.) circumfuſa. incerta enim illic maria & terræ: unde ait Lucanus, Aequora fracta uadis, abruptaq́; terra profundo. Prendimus.) quippe fugientem Italiam. Hac Troiana tenus.) id eſt, hactenus, hucuſq;: id eſt, hic ſit finis.

nam Te-

nam Tenus propriè est extrema pars arcus, ut Plautus ostendit. unde tractum est, ut Hactenus hucusque significet. Troiana fortuna.) A præiudicio, id est, mala. & dicit iniquū esse, ut Troianam fortunā patiantur in Italia. Fas est parcere genti.) Quia se uictā fatetur.

Quibus obstitit Ilium.) Ganymedes enim obfuit Hebæ, Paris Mineruæ & Iunoni. Quòd autem dixit, Dijque deæque, & dearum tantū reperimus exempla: non est mirum, quum suprà

Vos quoque Pergameæ iam fas est parcere genti,
Dijque, deæque omnes: quibus obstitit Iliū, & ingens
Gloria Dardaniæ: tuque ò sanctissima uates
Præscia uenturi, da (non indebita posco
Regna meis fatis) Latio considere Teucros,
Erranteisque deos, agitataque numina Troiæ.
Tum Phœbo, & Triuiæ, solido de marmore tēpla
Instituam, festosque dies de nomine Phœbi.
Te quoque magna manēt regnis penetralia nostris.
Hic ego nanque tuas sortes, arcanaque fata

dixerimus ἀρσενοθηλῶς omnes deos. Possumus ergo per unam rem utrunque intelligere, licet dicatur etiā Neptuno obfuisse Troiam, in denegatione mercedum. Nouimus præterea esse morē poëticū, ut duabus præpositis rebus uni respondeant: ut, Nauita tum stellis numeros et nomina fecit, Pleiadas, Hyadas, claramque Lycaonis Arcton. nam suppresso numero dixit nomina. Præscia uenturi.) Absolutum est rerum uenturarum.

Da.) dic: ut, Qui sit da Tityre nobis. Vnde est contrà, Accipe nunc Danaûm insidias. non enim præstare aliquid poterat, sed indicare futura. Non indebita posco.) deest Si. Est autem ἀρμὸς, id est, longissimum hyperbaton: Phœbe, & uos Dijque Deæque, & tu ò uates, da, id est, dic Latio Teucros considere, si non posco regna meis fatis indebita. Dic aūt considere, id est, utrum possumus considere. Verecundè autem dictum est, Si non indebita posco: quum certum esset, quia debebantur eis regna. Erranteisque deos.) ut, Dijs sedem exiguam patrijs. Agitataque numina Troiæ.) aut mecum uexata: aut certè ξόανα dicit, id est, simulachra breuia, quæ portabantur in lecticis, & ab ipsis mota infundebant uaticinationem, quod fuit apud Aegyptios & Carthaginenseis. Tum Phœbo, & Triuiæ.) Vt solet, miscet historiam: nam hoc templum in Palatio ab Augusto factum est. Sed quia Augustus cohæret Iulo, qui ab Aenea originem ducit, uult Augustum patrum uota soluisse ab Aenea uota per se reddere, quasi & dignitatis hæredem propter stirpem unde descendit. Festosque dies de nomine Phœbi.) Ludos Apollinares, qui secundū quosdam bello Punico secundo instituti sunt: secundum alios tempore Syllano, ex responso Martiorum fratrum, quibus Sibylla prophetauerat, quorum extabant et Sibyllina responsa.

Te quoque magna manent nostris penetralia regnis.) id est, coleris ut numen. Manent autem, expectant in futurum. Penetralia.) secreta templorum. Tuas sortes.) id est, Sibyllina responsa, quæ (ut suprà diximus) incertum est cuius Sibyllæ fuerint: quanquam Cumanæ Vergilius dicat, Varro Erythrææ. Sed constat regnante Tarquinio, quandā mulierem nomine Hamaltheam, obtulisse ei nouem libros, in quibus erant fata & remedia Romana: & pro his poposcisse tercentum Philippeos, qui aurei tunc preciosi erant. qua contempta, alio die tribus incensis reuersa est, & tantum poposcit. item tertio alijs tribus

incensis

incensis, cum tribus reuersa est, & accepit pro tribus tercentum, quantū postulauerat pro nouem. hac ipsa re rege commoto, quòd precium nō mutabat: qui libri in templo Apollinis seruabantur. nec ipsi tantum, sed & Martiorū, & Begones nymphæ, quæ artem scripserat fulguritarum apud Thuscos. unde addidit, Tuas sortes arcanáq; fata. & hoc inde trahit poëta. Aeneam tamen inducit, quasi de præsenti dicentem oraculo.

Dicta meæ genti ponam, lectosq; sacrabo
Alma uiros: folijs tantum ne nomina manda,
Ne turbata uolent rapidis ludibria uentis:
Ipsa canas oro. finem dedit ore loquendi.
At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur uates, magnum si pectore possit
Excussisse deum: tanto magis ille fatigat
Os rabidū, fera corda domans, fingitq; premēdo.
Ostia iamq; domus patuere ingentia centum,
Sponte sua, uatisq; ferunt responsa per auras:
O tandem magnis pelagi defuncte periclis,

Lectosq; sacrabo uiros.) Quia nisi patritij non fiebāt. Sanè sciendum, primò duos librorum fuisse custodes, inde decē, inde quindecim, usq; ad tempora Syllana: pòst creuit numerus. nam lx. fuerunt, sed remansit xv. uirorum uocabulum. Folijs ne tantum carmina manda.) ut Varro dicit, in folijs palmæ interdum notis, interdū scribebant sermonibus: ut in Tertio suprà diximus. Ipsa.) pro tu. & pronomen posuit eius personæ de qua loquimur, pro illius cum qua loquimur. Est autē Græcū: nam dicunt τὸ αὐτὴ εἶπε, id est, tu dic. Finem dedit ore loquendi.) hoc est, definijt ei ut ore loqueretur, nec in folijs scriberet. Nondū patiens.) Aut quæ nondum posset implere oraculorū sermones: aut Dum uacat, & est impatiens. Phœbi bacchatur uates.) Bene Bacchatur. idem enim est Apollo, qui Liber pater, qui Sol. unde ait Lucan. Cui numine mixto Delphica Thebanæ referunt trieterica Bacchæ. Vnde in eorum sacris erat Phœbadū Baccharumq; conuentus. Excussisse deum.) Excuti propriè de equis dicimus: quod inde traxit, quia Phœbus, id est Sol, equis utitur. & nūc Sibyllā quasi equū, Apollinem quasi equitem inducit, in ea permanens translatione, Excussisse ait: ut, Excussus Aconteus. item, Fera corda domans: quod propriè equorū, est & frena & stimulos pati: ut, Et frena furenti Concutit, & stimulos sub pectore uertit. Quòd autem dicit Magnū deum, non reuera ait, sed rettulit ad effectū colentis: ut, Sūme deûm sancti custos Soractis Apollo. Vnicuiq; enim deus ipse quem colit, magnus uidetur. Excussisse deum, pro excutere, tempus pro tempore. Est autem Attica figura, qua nos uti non cōuenit, ut ἀόριστος ponatur pro ἐνεστῶτος, ut γράψαι pro γράφειν. hac licenter utuntur poëtæ. Fingitq; premendo.) componit: ut, Et corpora fingere lingua. Componit aūt ad moderationem certā dicēdi: ut enim suprà diximus, omnia quidem uident, sed non omnia indicant sacerdotes: ut suprà Luc. Nec tantū prodere uati Quantū scire licet. Ostia iamq; domus pa.) Precibus scilicet, & quæ ante ostia erant, patefacta aditus esse cœperunt. Ferunt responsa.) Quia suprà ait, Ora domus. Pelagi defuncte periclis.) Non liberate pelago, sed marinis periculis. nam adhuc nauigaturus est, sed sine ullo discrimine. Defuncte autem, liberate. nam dicimus functos officio, qui officia debita compleuerunt. unde & honoribus functi: & hinc Defunctos

mortuos

mortuos dicimus, qui compleuerunt uitæ officia: unde est, Nil iam cœlestibus ullis Debentem. Sed terra.) *legitur & terram: unum tamen est.* In regna Lauini.) *alij Latini legunt, cuius tunc erant, sed quia diuina loquitur futura præoccupat: postea enim Lauinium dicetur, licet possit ad Lauinium Latini fratrem referri, qui illic antè regnauit.* Horrida bella.) *quæ cōtra hospitē cognatūq; suscepta sunt, ut Latinus dicturus est, Arma impia sumpsi, promissam eripui.* Spumantem sanguine cerno.) *Quasi nō prædicit, sed uidet quæ facturus est Turnus: ut, Recalēt Thyberina fluēta Sanguine adhuc.* Nō Simois tibi, nec Xan.) *Thyberinus & Numicus in quē cecidit.* Nec Dorica castra.) *Græca, & re uera: nam Turnus græcus fuit: ut, Et Turno si prima domus repetatur origo, Inachus Acrisiúsque patres, mediaq; Mycenæ.* Partus Achilles.) *Turnum significat & sic hoc dictū est, ut in Buccolicis, Alter erit tunc Tiphys & altera quæ uehat Argo Heroas. & hoc est quod dicit, Obscuris uera inuoluens: nam licet uera sint, latēt. Vnde Apollo λοξίας dicitur, id est, obliquus.* Natus & ipse dea.) *De Venilia sorore Amatæ: ut, Cui diua Venilia mater. Nec debet mirū esse Amatā fuisse mortalē, cum & Turnus Iuturnæ frater mortalis fuerit: nam hæc fuerāt diuina beneficia.* Addita Iuno.) *inimica: est aūt uerbū Lucilij & antiquorū: ut Plaut. Additus Ioni Argus.* In rebus egenis.) *per transitū ostendit famē futurā.* Cōiux iterū hospita.) *Nam et Paris ab Helena fuerat susceptus hospitio. Hospita aūt more suo dixit, & bene ne aliquid imputetur Aeneæ, quasi hoc satorū esse prædixit.* Tu ne cede.) *ne cedas, sed esto audētior, quàm tua te fortuna permittit. & bene aduersam fortunā edocet uirtute, aut uitari, aut minui, aut patienter sustineri.* Via.) *ratio, opportunitas.* Graia pādetur ab urbe.) *Propter Euandrū, qui eum in Thusciam missurus ad Tarcontē est.* Ex adyto.) *Locum uaticinationis ostēdit.* Cumæa Sibylla.) *Cumæa bene addidit propter discretionē.* Antroq; remugit.) *quia in antro: ut, Pulsati colles clamore resultant.* Obscuris uera inuoluens.) *uera & obscura cōfundens. Est autem hypallage, ueris obscura inserens.* Cessit furor.) *non penitus recessit, sed paulatim*

Sed terra grauiora manent, in regna Lauini
Dardanidę uenient, mitte hanc de pectore curam.
Sed non & uenisse uolent, bella horrida, bella,
Et Thybrim multo spumantem sanguine cerno.
Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra
Defuerint, alius Latio iam partus Achilles
Natus & ipse dea, nec Teucris addita Iuno
Vsquam aberit: cum tu supplex in rebus egenis,
Quas gentes Italûm, aut quas nō oraueris urbes?
Causa mali tanti coniux iterum hospita Teucris,
Externiq; iterum thalami.
Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito,
Quàm tua te fortuna sinet: uia prima salutis,
(Quod minime reris) Graia pandetur ab urbe.
Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages, antroq; remugit.
Obscuris uera inuoluens, ea frena furenti
Concutit, & stimulos sub pectore uertit Apollo.
Vt primùm cessit furor, & rabida ora quierunt

latim cœpit imminui. nam & paulo pòst est de Miseni morte dictura, quod non procedit si nunc numen recessit. Non ulla laborum O uirgo.) O licet sit naturaliter breuis in sermonibus latinis, apud Vergiliū tamē pro longa habetur: ut hoc loco, O uirgo. Itē alibi, Quis te magne Cato tacitū: exceptis Ego (ut, Ast ego quæ diuûm) & Duo (ut, Si duo pterea) & Scio, (ut, Nūc scio quid sit amor) & Nescio: ut, Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Incipit Aeneas heros: non ulla laborum
O uirgo noua mi facies, inopinaúe surgit:
Omnia præcepi, atq; animo mecum ante peregi.
Vnum oro (quando hic inferni ianua regis
Dicitur, & tenebrosa palus Acheronte refuso)

Apud alios o nisi in græcis nominib. nō producitur, quod et nūc sequi debemus. dicūt tamen quidā o tūc produci in nominatiuo, quādo & in genitiuo fuerit producta: quod falsum est. nam & Vergilius produxit Virgo, cum uirginis faciat. & Lucan. Cato corripuit: ut, Nos Cato da ueniā: cum Catonis faciat. Item Iuno, cum producat Vergil. Statius tamen corripit. Sanè sciendum allocutionem hanc esse suasoriam cum partibus suis. nam honestum est, quod dicit se patrem requirere: utile, ut ab eo patriæ originē discat: necessariū, quia iusserat pater: ut, Ditis tamen ante Infernas accede domos: possibile, quia ait, Quando hic inferni ianua Ditis Dicitur. Item, Potes nanq; omnia: si omnia, & hoc. Noua mi facies.) species. Et sciendum, pronomen Mihi nunquam in synæresim uenire, ne incipiat esse blandientis aduerbiū. & licet quidam huius loci nitātur exemplo, non procedit, uel quia unū est exemplū, uel quia potest esse etiā blandientis aduerbium. Nil uero pro metri necessitate cogitur. nā si pars sequēs orationis à uocali inchoet, Nihil dicimus: ut, Heu nihil inuitis fas quenq̄ fidere diuis. si aūt à cōsonāte inchoet, Nil ponimus: ut Iuuenal. Nil tale expectes, emit sibi multa uidemus. Inopiná ue sur.) Nomē est, nō participium: nam inopinata diceret, quod nō procedit. Opinatus uero uenit ab eo quod est opinor. sed quia inopinor nō dicimus, ideo nec inopinatus facit: sicut & nocēs participium est, quia inuenimus noceo: innocens nomē, quia innoceo nō dicimus. nullū est enim participiū, quod à uerbo nō trahatur, licet à sui uerbi forma nō ueniat: ut placita, licet placeor nō dicamus, tamē placeo inuenimus: sicut & prāsus, & cœnatus, & titubatus. itē regnata, et triūphata. unde galeatus & tunicatus nomina comprobantur: nullum enim uerbū horum originis reperitur. Omnia præcepi, atq; animo mecum ante peregi.) antè cognoui ab Heleno: uel à patre qui ait, Gens dura atq; aspera cultu Debellāda tibi Latio est. Dicit autē se futura partim audisse, partim mente percepisse. Sed occurrit, Si nouit omnia, quid consulit numen? nosse se omnia, quātum ad labores pertinet, dicit: & concedit totam petitionem, ut ad illud ueniat, quo possit patrem uidere. Nam quod dicit, Vnum oro, non solum id dicit, sed præcipuum: ut, Vnam post habita coluisse Samo. Quando.) siquidem: & est coniunctio. Et tenebrosa palus Acheronte refuso) Paludē pro lacu posuit: nam Auernum significat, quem uult nasci de Acherontis æstuarijs. Palus autem, bene iste produxit lus, quia paludis facit, quod suprà plenius diximus. Horat. corripuit: ut, Sterilisq; diu palus, aptáq; remis. Tenebrosa autem, nigra, per quod altam significat: ut, Nigra figit sub nube columbā, id est, alta. Acheronte refuso.) Acheron fluuius dicitur inferorum, quasi sine gaudio. sed constat locum esse haud longe à Baijs, undiq; montibus septum, adeò ut nec oriētem, nec occidentem

solem

solem possit aspicere, sed tantum medium diem. quod & Homerus ipse scribit, ἔνθα δὲ κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε, ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι. οὐδέ ποτ' αὐτοὺς ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν, οὔθ' ὁπότ' ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα, οὔθ' ὅταν ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προτράπηται. ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι. *Quod aũt dicitur ignibus plenus, hæc ratio est, quia omnia uicina illic loca calidis & sulphuratis aquis scatent. sine gaudio autem ille dicitur locus, quod nicromantia (ut dicunt) non nisi ibi poterat fieri, quæ sine hominis occisione non fiebat: nam & Aeneas illic occiso Miseno sacra ista compleuit, & Vlysses occiso Elpenore. Sicuti sequẽtes Homeri uersus testantur: licet cecidisse illum fingat Homerus, & inde mortuum esse.* Ἐλπήνωρ δέ τις ἔσκε νεώτατος, οὔτε τι λίην ἄλκιμος ἐν πολέμῳ, οὔτε φρεσὶν ᾗσιν ἀρηρώς. ὅς μοι ἄνευθ' ἑτάρων ἱεροῖς ἐν δώμασι κίρκης ψύχεος ἱμείρων κατελέξατο οἰνοβαρείων. κινυμένων δ' ἑτάρων ὅμαδον καὶ δοῦπον ἀκούσας, ἐξαπίνης ἀνόρουσε, καὶ ἐκλάθετο φρεσὶν ᾗσιν. ἄψορρον καταβῆναι ἰὼν ἐς κλίμακα μακρήν. *Quãquam fingatur in extrema parte Oceani Vlysses fuisse: quod & ipse Homer. falsum esse ostẽdit, ex qualitate locorum quæ commemorat, & tempore nauigationis. dicit enim eum Circeiũ nocte nauigasse, & ad locum uenisse ubi sacra perfecit: quod de Oceano nõ procedit, de Cãpania manifestum est, ut hisce uersibus in* λ. ὀδυσ. *testatur idem Homer.* ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι, νῆα μὲν ἔνθ' ἐλθόντες ἐκέλσαμεν, ἐκ δὲ τὰ μῆλα εἱλόμεθ', αὐτοὶ δ' αὖτε παρὰ ῥόον ὠκεανοῖο ᾔομεν, ὄφρ' ἐς χῶρον ἀφικόμεθ', ὃν φράσε κίρκη. *Præterea à Baio socio eius illic mortuo, Baias constat esse nominatas. Dicitur etiam uidisse Herculem, ideo quia illic sunt Bauliæ locus Herculis dictus, quasi boaulia, quod illic habuit animalia, quæ Geryoni detracta ex Hispania adduxerit.* Ire contingat.) *Vt minus est.*

Ire ad conspectum chari genitoris, & ora
Contingat, doceas iter, & sacra ostia pandas.
Illum ego per flammas, & mille sequentia tela
Eripui his humeris, medioq; ex hoste recepi.
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum,
Atq; omnes pelagiq; minas, cœliq; ferebat,
Inualidus uires, ultra sortemq; senectæ.
Quin ut te supplex peterem, & tua lumina adirem,
Idem orans mandata dabat: natiq; patrisq;,
Alma precor, miserere: potes nanq; omnia, nec te

ut, ire cõtingat iter. Sacra ostia pandas.) *Aut uenerabilia, aut execrãda: sicut de Tartaro dicturus est,* Sacræ panduntur portæ. Illũ ego per flammas.) *Meritum approbat patris, ut iustũ uideatur esse desiderium.* Sequentia tela.) *Vt, Ardentis clypeos atq; æra.* Ex hoste recepi.) *liberaui: ut, Frugesq; receptas. Ex hoste aũt plus est, quã si ex hostibus diceret, ut suprà diximus. Ex hoste enim generaliter dicitur, ex hostibus partẽ ostẽdit. sicut dicẽdo Terrã, significamus elementũ: terras uero, singulas partes, ut Italiæ, Africæ.* Meũ comitatus iter.) *non spe salutis, sed mei causa: ut, Cedo equidem nec nate tibi comes ire recuso. unde addidit Tibi, id est, tui causa, nõ mei.* Cœliq; ferebat.) *Vt antè morte præuentus sit, quàm ferre desierit. & mire imperfecto usus est tempore: ac si diceret, adhuc si uiueret ferret.* Vires ultra sortẽq; senectæ.) *quia senectæ sors est quies & ociũ: sicut pueritiæ ludus, amor adolescentiæ, ambitus iuuenilis ætatis. Ergo aliud ferebat pater, quã sors exigebat senectæ.* Orans mandata dabat.) *Sic dictum est,*

ui, Et supplex tua numina posco. in re omni ad imperandum patri ius erat: maior ad impetrandum uis est eum rogare, cui possis iubere. Mandata dabat.) *Ut, Huc casta Sibylla Nigrarum multo pecudũ te sanguine ducet.* Lucis Hecate præfecit Auernis.) *Hecate triũ potestatũ numen est. Ipsa est enim Diana, Luna, Proserpina, sed solam Proserpinã dicere nõ potuit propter lucos, qui Dianæ sunt. Item Dianam, quia auernis ait, bene elegit nomen in*

Nequicquam lucis Hecate præfecit Auernis.
Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus
Threicia fretus cithara, fidibusq; canoris,
Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itq; reditq; uiam toties, quid Thesea? magnum
Quid memorẽ Alcidẽ? & mi genus ab Ioue sũmo.
Talibus orabat dictis, arasq; tenebat.
Tum sic orsa loqui uates: Sate sanguine diuûm
Tros Anchisiade, facilis descensus Auerni.
Noctes, atq; dies patet atra ianua ditis,
Sed reuocare gradũ, superasq; euadere ad auras,

quo utrunq; constabat: unde Lucan. de Proserpina ait: Nostræq; Hecates pars ultima. Si potuit manes.) *Nititur exemplis, quæ inferiora sunt per comparationem, ut ipse uideatur iustius uelle descẽdere: nam Orpheus conatus est reuocare uxorẽ, hic uult tantũ patrẽ uidere. Orpheus aũt uoluit quibusdã carminibus reducere animã coniugis, quod quia implere non potuit: à poëtis fingitur receptam iam cõiugem perdidisse, dura lege Plutonis. Quod etiã Vergilius ostendit, dicendo Arcessere, quod euocantis est proprium.* Fidibusq; canoris.) *bene sonantibus chordis. Fidibus aũt est à nominatiuo hæc fidis, ut sit Pyrrichius: nam fides iambus est.* Si fratrem Pollux alterna morte redemit.) *Ut suprà diximus: Helena & Pollux de Ioue nati immortales fuerunt: nam Castor Tyndari filius fuit, cuius mortẽ suo interitu fraterna pietas redemit. Quod ideo fingitur, quia horũ stellæ ita se habẽt, ut occidẽte una oriatur altera: & iterũ exemplum per cõparationem, quod quia pium est, se ad frequentiam contulit dicendo: Itq; reditq; uiam toties. propter stellas inter se orientes & occidentes Castoris & Pollucis. quod Homeri uersus testãtur in Odyssea λ.* οἳ καὶ νέρθεν γῆς τιμὴν πρὸς ζηνὸς ἔχοντες ἄλλοτε μὲν ζώουσ᾽ ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ᾽ αὖτε τεθνᾶσιν, τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσιν. Quid Thesea?) *Durum exemplũ: unde nec immoratus est in eo. Dicit autem inferos debere patere pietati, qui patuerunt infanda cupienti. nam hic ad capiendũ Proserpinam ierat cũ Pirithoo, & illic retentus luit pœnas: ut, Sedet æternũq; sedebit Infelix Theseus.* Magnũ quid memorẽ Alcidẽ?) *Melius sic distinguitur: licet quidã legant, Quid Thesea magnũ, ut epitheton ei dent, qui per se non est magnus: nam Herculẽ sine epitheto etiam magnũ intelligimus. Sed melius est magnũ dare Herculi, q̃ sacrilego.* Et mi genus ab Ioue summo.) *Occurrit tacitæ quæstioni tanquã Sibylla dixerit: ij enim qui descenderũt à dijs ducebant originem.* Arasq; tenebant.) *Rogabãt enim deos ararũ ansas tenentes.* Sate sanguine diuûm.) *unde Aeneas desijt, inde hæc sumpsit exordium.* Facilis descensus auerni.) *Legitur & auerno, id est, ad auernũ, sed si auerni inferorũ significat, & lacum pro inferis ponit.* Noctes atq; dies patet atra ianua ditis.) *Omni tẽpore homines in fata concidunt, & hoc poëticè; nam Lucretius ex maiore parte & alij integre docẽt inferorũ regna*

nec esse

nec esse quidem posse: nam locum ipsorum quem possumus dicere, cum sub terris dicantur esse antipodes: in media uero terra eos esse, nec soliditas patitur, nec centrũ terræ, quæ terra si in medio mundi est, tanta eius esse profunditas non potest, ut in medio sui habeat inferos, in quibus est tartarus: de quo legitur, Bis patet in præceps tãtum tenditq; sub umbras, Quantus ad æthereũ cœli suspectus Olympum. Ergo hanc terrã in qua uiuimus, inferos esse uoluerunt, quia est omnium circulorũ infima: planetarũ scilicet septem, Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ, & duorum magnorũ. Hinc est quod habemus Orizontis & ... de quibus superius plenius: Et nouies styx interfusa coërcet. nam nouem circulis cingitur terra: ergo omnia quæ de inferis finguntur suis locis hic esse comprobabimus. Quod autẽ dicit, Patet atra ianua ditis, Sed reuocare gradum superasq; euadere ad auras. Hoc opus hic labor est: aut poëticè dictum est, aut secundum philosophorũ altam sciẽtiam, qui deprehenderunt bene uiuentium animas ad superiores circulos, id est, ad originẽ suam redire, quod dat Lucan. Pompeio: Vt uidit quanta sub nocte iaceret Nostra dies. male uiuentiũ uero diutius in his permorari corporibus permutatiõe diuersa, & apud inferos semper.

Hoc opus, hic labor est: pauci quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera uirtus,
Dijs geniti potuere, tenent media omnia syluæ,
Cocytusq; sinu labens circumfluit atro.
Quòd si tantus amor menti, si tanta cupido est
Bis Stygios innare lacus, bis nigra uidere

Pauci quos æquus amauit Iuppiter.) Tria genera hominũ dixit ad superos posse remeare, quos diligit Iuppiter, id est, hos quos in ortu benignus siderũ aspectus irradiat. Iuuenal. Distat enim quæ sidera te Excipiant modo primos incipientẽ ædere uagitus. Quos prudentia subleuat: nam hoc est, Quos ardẽs euexit ad æthera uirtus. Item religiosos quos à dijs genitos dixit: consequens est enim, ut deorum soboles religionibus uacet. Dijs autem geniti.) quia corporibus se infundebant potestates supernæ, unde heroes procreabãtur. Tenent media omnia syluæ.) Causam reddit cur nõ facilis sit animarũ regressus, quia omnia polluta & inquinata sunt: nam per syluas tenebras & lustra significat, quibus feritas & libido dominatur. Cocytusq; sinu labẽs circũfluit atro.) fluuius inferorum dictus, ἀπὸ τοῦ κωκύειν, id est, lugere. Nam Homerus sic posuit, Est autem locus uicinus Acheronti, de quo diximus suprà, qui ideo luctuosi esse finguntur, quia (ut diximus suprà) Hæc sacra morte hominis fiebant. Bis stygios innare lacus.) modo & post mortem. Quod autem dicit Ouid. Aeneã inter deos relatũ, non mirum est: nam (ut suprà diximus) necesse est etiam relatorũ inter deos apud inferos esse simulachra, ut Herculis, Liberi patris, Castoris & Pollucis, ut est apud Homerum: κάστορα θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν πολυδεύκεα τοὺς ἄμφω ζωοὺς κατέχει φυσίζοος αἶα. Multi hoc non uidentes ad Sibyllam referunt: ut dicat, Vis me bis cernere, modo, Et cum me lucis Hecate præfecit auernis: quod & paulo pòst est dictura, quod si est, non bis hæc, sed tertio inferos cernet. nam quãdoq; etiam ipsa morietur. Item hi supradictã rationem non uidentes, dicũt de se Sibyllam dicere. nam de Aenea si dicat, non eum præuidet deum futurum: quod si est, caruit numine, & quemadmodum de Miseno uaticinatur: unde referre nos debemus ad id, ut dicamus etiã post apotheosim apud inferos remanere simulachra. Stygios lacus.) Styx palus quædã apud inferos dicitur:

de qua legimus, Dij cuius iurare timent & fallere numen. quod secundum fabulas ideo est, quia dicitur Victoria, Stygis filia, bello gigantũ Ioui fauisse: pro cuius rei remuneratiõe Iuppiter tribuit, ut Dij iurantes per eius matrẽ nõ audeant fallere. Ratio aũt hæc est: Styx mœrorẽ significat, unde ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ, id est, à tristitia Styx dicta est. Dij aũt læti sunt semper: unde & immortales. ergo quia mœrorẽ non sentiunt, iurãt per rem suæ naturæ contrariã, id est tristitiam, quæ est æternitati cõtraria: unde iusiurandũ est per execrationẽ.

Tartara, & insano iuuat indulgere labori:
Accipe quæ peragenda prius. latet arbore opaca
Aureus & folijs & lento uimine ramus,
Iunoni infernæ dictus sacer: hunc tegit omnis
Lucus, & obscuris claudunt conuallibus umbræ.
Sed non ante datur telluris operta subire,
Auricomos quàm quis decerpserit arbore fœtus.

Tartara.) Locus inferorũ profundus, de quo Lucanus ad Inferos dicit, Cuius uos estis superi. Insano.) magno. Accipe quæ peragenda pri.) si uis (inquit) reuerti, audi obseruationis præcepta. & sub imagine fabularũ docet rectissimam uitam, per quam animabus ad superos dat regressum. Latet arbore opaca Aureus.) Licet de hoc ramo, qui de sacris Proserpinæ scripsisse dicũtur, quidam esse mysticũ affirment: publica tamen opinio hoc habet. Orestes post occisum regem Thoantem in regione Taurica, cum sorore Iphigenia (ut suprà diximus) fugit, & Dianæ simulacrũ inde sublatum haud longe ab Aricia collocauit. In huius templo post mutatũ ritum sacrificiorũ fuit arbor quædam, de qua infringi ramum nõ licebat. dabatur autẽ fugitiuis potestas, ut si quis exinde ramum potuisset auferre, monomachia cũ fugitiuo templi sacerdote dimicaret. nam fugitiuus illic erat sacerdos, ad pristinæ imaginem fugæ. Dimicãdi autem dabatur facultas, quasi ad pristini sacrificij reparationẽ. nunc ergo istum inde sumpsit colorem. ramus enim necesse erat, ut & unius causa esset interitus: unde & statim subiũgit mortem Miseni. Et ad sacra Proserpinæ accedere, nisi sublato ramo non poterat. Inferos autem subire hoc dicit, sacra celebrare Proserpinæ. De reditu autem animæ hoc dicit: Nouimus Pythagoram Samium uitam humanam diuisisse in modum Y literæ scilicet, quod prima ætas incerta sit: quippe quæ adhuc se nec uitijs, nec uirtutibus dedit. Biuium autem Y literæ à iuuentute incipere. quo tempore homines aut uitia, id est, partem sinistram: aut uirtutem, id est, dextram partem sequuntur. unde ait Persius, Traducit trepidas ramosa in compita mentes. Ergo per ramum uirtutes dicit esse sectãdas, qui est Y litteræ imitatio. Quem ideo in syluis dicit latere, quia reuera in huius uitæ confusione ex maiori parte uitiorum uirtutis integritas latet. Alij dicunt ideo ramo aureo inferos peti, quod diuitijs facile mortales intereunt. Tiberianus, Aurum quo precio referantur limina Ditis. Lẽto uimine.) flexibili: ut, Lenta quibus torno facili super addita uitis. aliâs, grauis. Iunoni infernæ.) Proserpinæ: ut, Sacra Ioui stygio. Dictus.) dicatus. Et obscuris claudunt conuallibus umbræ.) Reuera enim nemus Aricinum densum est. Sed non ante datur.) siue iustis, siue iniustis. Et sic intelligentes remouemus quæstionem: Hinc enim dicit, Longum post tempore uisum. ex eo enim quod dicit descendisse aliquos, ramum quoque depositum esse significat. Telluris operta.) Secundum eos qui dicunt inferos in medio esse terrarũ, quos Iuuenalis dicit putari esse sub terris: ut, Esse aliquos manes & subterranea

terranearegna. Pulchra.) quæ rapi meruit à Plutone. Suum.) sibi charū, aut sibi destinatū. Nō deficit alter.) Ne diceret ab his, qui primo descenderūt, esse sublatū. Frondescit.) in naturā redit. & honeste locutus est dicēs, Habens frondes sui metalli. Alte uestiga oculis.) require omni intentione. Rite repertum Carpe.) rite carpe, non rite repertum. Si te fata uocant.) Hunc enim quem fata uocant facile sequitur. Poteris.)

Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
Instituit, primo auulso non deficit alter
Aureus, & simili frondescit uirga metallo.
Ergo alte uestiga oculis, & rite repertum
Carpe manu: nanque ipse uolēs, facilisque sequetur,
Si te fata uocant: aliter non uiribus ullis
Vincere, nec duro poteris conuellere ferro.
Præterea iacet exanimum tibi corpus amici,
Heu nescis, totamque incestat funere classem,
Dum consulta petis, nostroque in limine pendes.
Sedibus hunc refer ante suis, & conde sepulchro.
Duc nigras pecudes: ea prima piacula sunto,

poterit quis. Tertiæ enim personæ significationē ad secundam transtulit. & generaliter loquitur: nam ut de Aenea dicat, nō procedit. Si enim dubitat, caret deo, nec potest de Miseno uaticinari. Duro ferro.) & genus esse potest, et species. Præterea.) Ac si diceret. Est & alia opportunitas descēdēdi ad inferos: id est, Proserpinæ sacra peragendi. Duo enim horum genera sacrorum fuisse dicuntur: unum necyomantiæ, quod Lucanus exequitur. & aliud sciomantiæ, id est, diuinationis per umbras: σκία enim umbra est, & μαντία uaticinium. quod in Homero, quem Vergilius sequitur, lectum est. Sed secundum Lucanum necyomantiæ ad eleuandum cadauer sanguis est necessarius: ut, Pectora tunc primum feruenti sanguine supplet. In sciomantia uero, quia umbræ tantum est euocatio, sufficit solus interitus: unde Misenus in fluctibus occisus esse inducitur. Tibi.) Ideo addidit Tibi, ne Amici posset etiam ad Sibyllam referri.

Incestat.) polluit: & Incestum est quæcunque pollutio. Pendes.) sollicitus es: ut, Ipse manu multo suspēsum numine ducit. & proprie Pendere est, desiderare aliquid audire: ut, Pendetque iterum narrantis ab ore. & Ouidius, Narrantis coniux pendet ab ore uiri. Sedibus hunc refer ante suis.) Apud maiores, ut suprà diximus, omnes homines in suis domibus sepeliebantur: unde ortum est, ut lares colerentur in domibus. unde etiam umbras laruas uocamus: nam dij penates alij sunt. unde est quod etiam Dido cenotaphiū fecit marito. Ergo aut secundum istorum locutus est morem, quamuis Troiani adhuc domos nō haberent. Aut dicit, refer hunc naturalibus sedibus terræ: nam in aqua perierat. ueruntamen illud est, ut intelligamus eam dicere, Sepeli eum: nā sepulchrū sedes uocatur. Horat. Nulla certior tamen Rapacis Orci fine destinata Aula diuitē manet Herū. Itē Verg. Et nūc seruat honos sedē tuus ossaque nomen. Persuadet autem sepulturam, ut possit recentis cadaueris uti anima: ut ait Lucanus, Non in tartareo latitantem poscimus antro, Assuetamque diu tenebris modo luce fugata Descendētem animam, primo pallentis hiatu Hæret adhuc Orci. Prima piacula sunto.) Ad expiationem pollutionis, quæ fuerat nata morte Miseni.

Hic

Sic demum lucos ſtygios & regna inuia uiuis
Aſpicies, dixit, preſſoq́ obmutuit ore.
Aeneas mœſto defixus lumina uultu
Ingreditur linquens antrum, cæcosq́ uolutat
Euentus animo ſecum, cui fidus Achates
It comes, & paribus curis ueſtigia figit.
Multa inter ſeſe uario ſermone ſerebant,
Quē ſociū exanimē uates, quod corpus humandū
Diceret, atq́ illi Miſenum in littore ſicco,
Vt uenere, uident indigna morte peremptum,
Miſenum Aeoliden, quo non præſtantior alter
Aere ciere uiros, Martemq́ accendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat comes, Hectora circū
Et lituo pugnas inſignis obibat, & haſta.
Poſtquam illum uita uictor ſpoliauit Achilles,
Dardanio Aeneæ ſeſe fortiſſimus Heros

Sic demum.) ad poſtremum, hoc eſt, nouiſſime. Hæc particula tam apud Vergiliū quàm apud idoneos autores hoc ſignificat: licet in alijs diuerſa ſignificet. Lucos ſtygios & regna inuia uiuis Aſpicies.) *Seneca ſcripſit de ritu & ſacris Aegyptiorum: hic dicit circa ciuitatem Sienem extremā partem Aegypti eſſe locum, quem Philas, hoc eſt, Amicas uocāt: ideo quod illic eſt placata ab Aegyptijs Iſis, quibus iraſcebatur, quod membra mariti Oſiridis non inueniebat, quē frater Typhon occiderat, quæ inuenta poſtea cū ſepelire uellet, elegit uicinæ paludis tutiſſimū locū, quem ad tranſitum cōſtat eſſe difficilē. Limoſa enim eſt palus & papyris referta. Vltra hanc eſt breuis inſula inacceſſa hominibus: unde ăbatos appellata eſt. Lucan. Hinc abatos, quam noſtra uocat uenerāda uetuſtas. Hæc palus ſtyx uocatur, qđ triſtitiam tranſeūtibus gignit. Sanè ad illam inſulā ab his qui ſacris imbuti ſunt, certis tranſitur diebus. Lectum eſt etiam, quòd uicini populi cadauera ſuorum ad alteram regionem transferunt, ſed ſi quis forte in fluuio pereat, nec eius inueniatur cadauer, poſt centū ei annos perſoluūtur officia: hinc eſt tractū, Centum errant annos uolitantq́ hæc littora circum.* Regna inuia uiuis.) *quæ contra naturam ſunt, non afferunt præiudiciū generalitati: unde ait Inuia: licet Hercules & alij tranſierint, & ſit tranſiturus Aeneas. ſic dictū eſt & illud: Euaditq́ celer ripam irremeabilis undæ.* Mœſto uultu.) *propter mortē amici, & rami inquiſitionē.* Defixus lumina.) *defixa lumina habēs, per quod triſtitia mentis oſtēditur.* Ingreditur.) *pro graditur, uacat præpoſitio: ut, Ingrediturq́ ſolo, & caput inter nubila cōdit.* Et paribus curis ueſtigia figit.) *aut ſimili ſollicitudine detētus incedit: aut figit ueſtigia, id eſt, ſtat ex improuiſo, quod cogitantes facere conſueuerunt.* Multa inter ſeſe uario ſermone ſerebāt.) *Hinc proprie dictus eſt ſermo, qui inter duos ſeritur, & inter utrūq́ agitur.* Indigna morte.) *miſerabili, non cōgrua eius meritis, uel propter animæ extinctionem elementi contrarietate.* Martemq́ accendere cantu.) *Hemiſtichiū, id eſt, dimidium uerſum, hoc dicitur addidiſſe, dum Auguſto hunc ſextum librū recitaret: nam ante hemiſtichiū fecerat dicēdo, Aere ciere uiros. poſtea in præſentia Auguſti ex abūdantia intellectus addidit ſubito, Martēq́ accēdere cātu* Vita ſpo.) *Ad bellū retulit, in quo uictis tolluntur exuuiæ.*

Non

Non inferiora secutus.) Vbiq; Aeneam Hectori comparat: ut, Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis. *Caua dum personat æquora.)* Aut personare facit: aut hysterologia est, dum per caua æquora sonat. *Demens.)* improuidus, qui non considerauit etiam Deos in æmulationem posse descendere. *Aemulus.)* modò eiusdem rei studiosus, aliàs inimicus inuenitur. *Exceptum.)* oppressum insidijs: quo sermone ostendit eum tantæ fuisse uirtutis, ut ne à numine quidẽ, nisi insidijs, opprimeretur. *Tritõ.)* Penultima accentũ habet: nã Tritonis facit. si enim ultima habet, Tritontis facit: quod non procedit, ut Demophoon, Demophoontis.

Addiderat socium, non inferiora secutus.
Sed tum fortè caua dum personat æquora cõcha
Demens, & cantu uocat in certamina diuos,
Aemulus exceptum Triton (si credere dignũ est)
Inter saxa uirum spumosa immerserat unda.
Ergo omnes magno circum clamore fremebant,
Præcipuè pius Aeneas: tum iussa Sibyllæ
(Haud mora) festinant flentes, aramq; sepulcri
Congerere arboribus, cæloq; educere certant.
Itur in antiquam syluam, stabula alta ferarum:

Ergo.) Aut quia talis perierat, aut quia sic fuerat interemptus. *Præcipuè pius Aeneas.)* Vbiq; Aeneam supra cæteros inducit mortem cuiuslibet dolere: ut, Nunc Amyci casum gemit. item, Casuq; animum concussus amici. Hoc præcipit Horatius in Arte poëtica: Seruetur ad imum, Qualis ab incepto processerit, & sibi constet: ut semper pius describatur Aeneas. hinc ei dat circa sepulturam etiam sordida officia, quæ in alijs denegat locis. Qui enim de pietatis generibus scripserunt, primum locum in sepultura esse uoluerunt. unde quum pontificibus nefas esset cadauer uidere, magis tamen nefas fuerat, si uisum insepultum relinquerent. Genus autem sepulturæ fuerat, iniectio pulueris. unde est, Aut tu mihi terram Injice. Horatius, Non est mora longa licebit Iniecto ter puluere curras. *Aramq; sepulcri.)* Pyram dicit, quæ in modum aræ lignis construi solebat. nam sequitur, Congerere arboribus cæloq;. & aram quæ ante sepulcrum fieri consueuit, intelligere non possumus, ut Stant manibus aræ: quũ nondum facta sit funeratio, quæ præcedit sepulcrum. Probus tamen & Donatus de hoc loco requirendum adhuc esse dixerunt. *Cæloq; educere certant.)* Vt hoc faciant, mente pertractant. nam adhuc ituri ad syluas sunt. *Itur.)* Eo, e breuis est: Itur, i longa inuenitur. Ergo quia hoc uerbum breue est in origine, & in declinatione fit longum: ideo eius certa natura nec in temporibus, nec in participijs inuenitur. nam quum Itur longa sit, Iturus breuis inuenitur: ut, Superumq; in lumẽ ituras. Multi tamen tentant, dicentes Itur propter Eo, quæ prima uerbi origo est, per diphthongũ scribi debere: quod nõ procedit, quia diphthongus semper longa est: I autem & produci potest, & corripi. hinc est quòd Fortuito & producit i, & corripit. Iuuenalis: Non quasi fortuito, nec uentorum rabie, sed Iratus cadat in terras, & uindicet ignis. Cõtrà Horat. Nec fortuitũ spernere cespitem Leges sinebãt. hic enim, nisi i longa sit, non stat uersus. Et hoc protulimus exemplum unius sermonis, ne quis dicat Iturus & Itur ideo uariã habere naturã, propter temporũ uarietatem. Vnde melius est, ut diximus, originis considerare rationẽ. Sanè Fortuitus ab eundo est, & à fortuna compositũ.

compositum. Piceæ procumbunt.) *Picea secundum Plinium in Naturali historia, quinta species cedri est. nam Cedria dicta est, quasi* καιομένης δρυὸς ὑγρόν*: id est, arboris humor ardentis.* Nec non Aeneas.) *Bona œconomia uenitur ad ramũ.* Accingitur armis.) *instruitur officijs.* Forte precatur.) *Vacat* Forte. *& est uersus de his qui tibicines uocantur, quibus additur aliquid ad solam metri sustentationem: ut,* Nunc dextra, nunc ille sinistra. *nec enim possumus intelligere, cũ fortuito rogasse.* Si.) *Aduerbiũ rogantis & optãtis est per se plenum, sicut & o: licet neoterici hæc iungãt, & pro una ponãt.* Persius: *O si* Ebullat *patrui præclarũ funus, & o si.* Quando.) *si quidem. & nimium uere cũ ingẽti dixit affectu, quasi mors prædicta falsa esse debuerit.* Cũ fortè columbæ.) *Auguria aut oblatiua sũt, quæ non poscũtur: aut impetratiua, quæ optata ueniũt. Hoc ergo quia oblatiuum est, ideo dixit* Fortè. *Bene aũt à columbis Aeneæ datur auguriũ, & Veneris filio, & regi. nam ad reges pertinet columbarũ augurium: quia nunq̃ solæ sunt, sicut nec reges quidẽ.*

Ipsa sub ora.) *Ne si longius uolarent, non ad eum pertinere uiderentur. nam moris erat, ut captantes auguria certa sibi spatia designarent, quibus uolebãt uidenda ad se pertinere: quod spatium* Templũ *totum appellatur, & extremæ partes* Antica & Postica *uocabantur.*

Maternas.) *Veneri consecratas, propter fœtũ frequentem & coitũ.* Si qua uia est.) *si est ratio. & ex hoc loco esse incipit impetratiuũ, quod oblatiuũ fuerat.* Cursumq; per auras.) *Cursum uocauit impetũ, & eundi officiũ. nam & nauiũ cursum dicimus.* Ne deficere reb.) *ne desere in rebus incertis. & bene in syluis inuocat matrẽ, quã iam scit sibi uisam esse habitu uenatricis, ut in Primo legimus.* Sic effatus.) *Propriè effata sunt augurum preces. unde ager pòst* Pomeria *uocabatur effatus, ubi captabantur auguria.* Vestigia pressit.) *Quia ad captanda auguria post preces immobiles uel sedere uel stare consueuerãt.*

Quò tendere pergãt Pascentes.) *Hinc optimũ significatur auguriũ, quòd pascebant. nam Romani moris fuit, ut in comitijs agendis & in bellis gerendis pullaria captarent auguria*

Procumbunt piceæ, sonat icta securibus ilex,
Fraxineæq; trabes, cuneis & fissile robur
Scinditur, ac uoluunt ingentes montibus ornos.
Nec non Aeneas opera inter talia primus
Hortatur socios, paribusq; accingitur armis.
Atq; hæc ipse suo tristi cum corde uolutat,
Aspectans syluã immensam, & sic forte precatur:
Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat, nemore in tanto, quando omnia uere
Heu nimium de te uates Misene locuta est.
Vix ea fatus erat, geminæ cum fortè columbæ
Ipsa sub ora uiri, cælo uenere uolantes,
Et uiridi sedere solo: tum maximus heros
Maternas agnoscit aues, lætusq; precatur:
Este duces, ò si qua uia est, cursumq; per auras
Dirigite in lucos, ubi pinguem diues opacat
Ramus humum. tuq; ò dubijs ne defice rebus,
Alma parens. sic effatus uestigia pressit,
Obseruans quæ signa ferant, quò tendere pergãt

Vnde e-

Vnde est in Liuio, quòd quū quidā cupidus belli gerēdi à tribuno plebis prohiberetur ne iret, pullos iussit afferri: qui quū missas non ederent fruges, irridens consul augurium, ait, uel bibant: & eos proiecit in Tyberim, inde nauibus uictor ex Africa reuertēs, in mari cum omnibus quos ducebat extinctus est. Et multi Pascentes distinguūt, & absolutus est sensus. Alij dicūt, Pascentes uolando: & referunt ad naturā columbarū, quæ exilientes pascere consue-

Pascentes. illæ tantum prodire uolando,
Quantum acie possent oculi seruare sequentum.
Inde ubi uenere ad fauces graueolentis Auerni,
Tollunt se celeres, liquidumq́ per aëra lapsæ
Sedibus optatis gemina super arbore sidunt,
Discolor unde auri per ramos aura refulsit.
Quale solet syluis brumali frigore uiscum
Fronde uirere noua, quod non sua seminat arbos
Et croceo fœtu teretes circundare truncos:
Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice, sic leni crepitabat bractea uento.
Corripit Aeneas extemplo, auidusq́ refringit
Cunctantem, & uatis portat sub tecta Sibyllæ.
Nec minus interea Misenum in littore Teucri
Flebant, & cineri ingrato suprema ferebant.
Principio pinguem tædis, & robore secto
Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupressos

uerunt. alij Volando, ambulādo dicūt. Vola enī dicitur media pars pedis, uel manus. Prodire.) prodibant: infinitus pro indicatiuo. Graueolentis Auerni.) Male olētis, alibi bene olētis: ut, Et grauiter spirātis copia Thymbræ Floreat. Liquidumq́ per aëra.) Nō est aēris perpetuū epitheton: sed purum ait, Auerni comparatione. Dicit aūt eas altè uolasse, ad uitandum Auerni odorē. Super arbore sidunt.) Secundū antiquam licentiā Super iungit ablatiuo. Auri aura.) splendor auri. Horat. Tua ne retardet Aura maritos: id est, splendor. Hinc & Aurū dicitur à splendore, qui est in eo metallo. hinc & Aurarij dicti, quorū fauor splendidos reddit. Brumali frigo. uis.) Bene Brumali addidit: tunc enim maturū est, & auri imitatur colorem. nam noua fronde uiret: quod (ut ait Plin. in Naturali hist.) de fimo turdelarū in certis arboribus nascitur: unde Plaut. Ipsa sibi auis mortem creat. Teretes truncos.) Teres est rotundū aliquid cum proceritate: ut, Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ. Horat. Brachia & uultum teretesq́ suras. Extemplo.) Bene uerbo usus est augurū, ut diximus suprà. Cunctantē.) Aliud pendet ex alio, quia auidus: ut ostendat tantā fuisse auellendi cupiditatē, ut nulla ei posset satisfacere celeritas. Nam tardantē dicere nō possumus eum, qui fataliter sequebatur. Alij Cunctantem ad auri naturam referunt, id est, mollem: qui paulatim frangitur, id est, lentescit. Alij Cunctantē, grauē dicunt: ut, Glebas cunctantes, crassasq́ terga Expecta. Nec minus.) nihilominus ille deflebatur. Interea.) dum itur ad syluam. Ingrato.) tristi, ut Gratum aliquid lætum dicimus. alij Ingrato dicūt, gratiam non sentienti. Pinguem.) Aut de Græco transtulit λιπαρὰν: aut hypallage est, hoc est, de pinguibus tædis. Frondibus atris.) aptis ad funera. Cupressos.) Adhibetur ad funera, uel quòd cæsa non repullulat:

uel quòd per eam funestata ostenditur domus, sicut lætam frondes indicant festæ. Varro *tamen dicit pyras ideo cupresso circũdari, propter grauem ustrinæ odorem, ne eo offendatur populi circunstantis corona: quæ tamdiu stabat respõdens fletibus præficæ, id est, planctuũ principi, quamdiu consumpto cadauere, & collectis cineribus, dicebat nouissimũ uerbum Ilicet, quod ire licet significat. unde est,* Dixitq; nouissima uerba. Pars calidos latices.)

Constituunt, decorantq; super fulgentibus armis:
Pars calidos latices, & ahena undantia flammis
Expediunt, corpusq; lauant frigentis, & ungunt.
Fit gemitus: tum membra toro defleta reponũt,
Purpureasq; super uesteis uelamina nota
Conijciunt: pars ingenti subiere pheretro,
Triste ministerium, & subiectam more parentum
Auersi tenuere facem: congesta cremantur
Thurea dona, dapes, fuso crateres oliuo.
Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit,
Relliquias uino, & bibulam lauere fauillam,
Ossaq; lecta cado texit Chorineus aheno.
Idem ter socios pura circuntulit unda,

Plinius in Naturali *historia dicit hanc esse causam, ut mortui & calida aqua abluãtur, & per intervalla conclamentur: quod solet plerũq; uitalis spiritus exclusus putari, & homines fallere.* De*niq; refert quẽdam suppositũ pyræ, adhibitis ignibus erectum esse, nec potuisse liberari: unde et seruabantur cadauera septem diebus, & calida abluebãtur aqua, & post ultimã conclamationem cõburebantur: unde traxit* Terent. *Desine, iam conclamatũ est.* Ahena undantia flãmis.) *hoc est, per flammas: alibi,* Nec se iam capit unda, uolat uapor ater ad auras. Lauant frigentis *& ungũt.)* Versus Ennij *qui ait,* Tarquini corpus bona fœmina lauit & unxit. Defleta.) Participiũ, *ab eo quod est fleor, si tamen inueniatur: aliàs sine uerbi origine esse dicemus.*

Purpureas.) Ad imitationẽ *sanguinis, in quo est anima, ut suprà diximus:* Purpureã uomit ille animã. Velamina nota.) Vel *ipsi chara, uel animæ. ex notitia enim gignitur charitas: ut,* Hic inter flumina nota. Pheretro.) Græcè *dixit. nam* Capulus *dicitur, à capiẽdo. unde ait* Plaut. Capularis *senex: id est, capulo uicinus.* Subiere pheretro.) *ut,* Subeunt *muro.* More parentum.) *Propinquioribus enim uirilis sexus hoc dabatur officiũ.* Facem.) *de fune, ut* Varro *dicit: unde &* Funus *dictũ est.* Per *noctem aũt urebatur, unde permansit ut & mortuos faces antecedant.* Fuso crateres oliuo.) Dijs *superis tantum libabant, inferis uerò sacrificantes etiã uasa in ignem mittebant, unde ait* Crateres. Quod *etiã* Stat. *in* Archemori *sepultura commemorat.* Oliuum *aũt ab oliua dixit: nam* Oleum *ab olea dicitur. uel* ἀπὸ τῆς ἐλαίας, καὶ ἐλάας *dicitur.* Flãma quieuit.) Quasi *pyræ ingentis, quia (ut in* Quarto *diximus) pro qualitate personæ pyræ fiebant: sepulcra etiã uel maiora uel minora fiebant.* Ossaq; lecta.) *aut collecta: aut lecta ideo, quia (ut supra diximus) nobiles nunq̃ soli comburebantur, (unde* Home. τοὶ δ' ἄλλοι ἄνευθεν ἐσχατιῇ καίοντ' ἐπιμὶξ ἵπποι τε καὶ ἄνδρες) *sed cum dilectis equis, uel canibus, uel famulo.* Ter socios.) *aut sæpius, aut reuera ter. licet enim à funere contraxerint pollutionẽ, tamẽ omnis purgatio ad superos pertinet: unde & ait imparem numerũ, aut quia hoc ratio exigit lustrationis.* Circuntulit.)

purgauit:

purgauit: antiquum uerbum. Plaut. *Pro laruatore circunferam: id est, purgabo. nam lustratio à circumlatione dicta est, uel tædæ, uel uictimæ in quibusdã, uel sulphuris.* Iuuenal. *Cuperent lustrari si qua darentur Sulphura cum tædis, aut si foret humida laurus.* Spargens.) *Quia res aguntur infernæ. In Secundo uerò Aeneas deos portaturus ait, Donec me flumine uiuo Abluero. Hic enim erat mos, ut diximus suprà.* Felicis oliuæ.) *arboris festæ.*

Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ:
Lustrauitq; uiros, dixitq; nouissima uerba.
At pius Aeneas ingenti mole sepulcrum
Imposuit, suaq; arma uiro, remumq; tubamq;,
Monte sub aërio, qui nunc Misenus ab illo
Dicitur, æternumq; tenet per secula nomen.
His actis propere exequitur præcepta Sibyllæ.
Spelunca alta fuit, uastoq; immanis hiatu
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumq; tenebris:
Quã super haud ullæ poterant impune uolantes
Tendere iter pennis, talis sese halitus atris
Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat:
Vnde locum Graij dixerunt nomine Auernum.
Quattuor hic primum nigrantes terga iuuencos
Constituit, frontiq; inuergit uina sacerdos,

sed moris fuerat, ut de lauro fieret: quod propter Augustũ mutauit, ut dicit Donatus. nam nata erat laurus eo die quo natus est Augustus in Palatio, unde triumphãtes coronari cõsueuerant: propter quã rem noluit laurum dicere, ad officium lugubre pertinere. Nouissima uerba) *id est, Ilicet. nã Vale dicebatur post tumuli peracta solennia.* Suaq; arma uiro.) *ipsi chara sculpsit in saxo. nam suprà ea iam legimus concremata.* Remumq;, tubamq;.) *Quia & bellator & remex fuerat: licet possimus etiã solam tubam accipere. Remus enim dicitur lorũ, quod continet tubam. hoc ex Homero imitatus est Vergilius in Elpenoris sepultura:* αὐτὰρ ἐπεὶ νεκρός τ' ἐκάη, καὶ τεύχεα νεκροῦ, τύμβον χεύαντες, καὶ ἐπὶ στήλην ἐρύσαντες, πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν. Monte sub aërio.) *in aërio. nam suprà est positus. Aërium aũt alij altum dicunt, alij nomen antiquũ montis uolunt. unde est, Qui nunc Misenus ab illo Dicitur.* Præcepta Sibyllæ.) *ut, Duc nigras pecudes, ea prima piacula sunto.* Spelunca alta fuit.) *qua ad inferos descendebatur, non ubi fuerat Sibylla uaticinata.* Scrupea.) *lapillosa. nam scrupus est propriè lapillus breuis, qui pressus sollicitudinem creat: unde etiam Scrupulus dictus est. unde* Terent. *Inieci scrupulum.*

Lacu nigro.) *aut alto, aut uere nigro inferorũ uicinitate.* Tuta autẽ, *quia hinc lacu, hinc cingitur syluis. Dicit autẽ locum, quem nunc* Doliols *uocant apud* Cumas. Volantes.) *uolucres. participium pro nomine posuit: ut, Plurimus Alburnũ uolitans, cui nomen Asylo est. Sanè sciendum Lucret. & aliquos alios physicos dicere aërem corporeum esse, unde aues sustinet: sed hũc cedere uapori sulphureo, unde aues in illis locis desertæ aëre quo portari solent, concidũt non odore, sed pondere. quod potest esse uerisimile, quia altius in eodem loco possunt uolare: ut, Tollunt se celeres liquidumq; per aëra lapsæ.* Ad cõuexa.) *cæli curuitatẽ.* Inuergit uina sacerdos.) *In Quarto ait, Media inter cornua fundit. & Fundere est supina manu libare, quod fit in sacris supernis. Vergere aũt est, conuersa in sinistrã*

partem manu ita fundere, ut patera conuertatur: quod in infernis fit. Haec autẽ pertinent ad uictimarum explorationem, ut si non stupuerint, aptè probentur. Voce uocans Hecaten.) *Non uerbo, sed quibusdã mysticis sonis. nam uariè numina inuocabantur, quod apertè Lucan. expressit, ut,* Latratus habet ille canum, gemitusq́ luporum, Quod strident ululantq́ feræ, quod sibilat anguis, Exprimit, & planctus, fractæq́ tonitrua nubis, Tot rerũ uox una fuit. Cœloq́ Ereboq́ potentem.) *hoc est quod ait Hecaten, ut plenũ numen ostenderet.*

Supponunt cultros.) *id est, uictimas cædunt. Est autem sacrorũ, in quibus mali ominis uerba uitãtur. hinc est quod & Mactare dicitur, qđ magis augere significat. Statius,* Macte animo iuuenis. *Dicimus autem, hic* Culter. *tri. nam Cultellus diminutiuũ est, hoc Cultellũ penitus Latinũ non est.*

Et summas carpens media inter cornua setas
Ignibus imponit sacris libamina prima,
Voce uocans Hecaten, cæloq́ Ereboq́ potẽtem.
Supponunt alij cultros, tepidumq́ cruorem
Succipiunt pateris: ipse atri uelleris agnam
Aeneas matri Eumenidum, magnæq́ sorori,
Ense ferit, sterilemq́ tibi Proserpina uaccam:
Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras,
Et solida imponit taurorum uiscera flammis,
Pingue superq́ oleum fundens ardentibus extis.
Ecce autem primi sub lumina solis & ortus,
Sub pedibus mugire solũ, & iuga cœpta moueri
Syluarum, uisæq́ canes ululare per umbram
Aduentante dea: procul, ò procul este profani,

Succipiunt.) *Antiquum est, modò* Suscipiunt *dicimus: ut suprà,* Succepitq́ ignẽ folijs. Matri Eumenidũ.) *id est, nocti: ut,* Hunc mihi da propriũ uirgo sata nocte laborem. *Et* Eumenides *dicũtur per antiphrasin, quũ sint immites, ἀπὸ τοῦ εὐμενοῦς.* Magnæq́ sorori.) *id est, terræ. nam (ut suprà diximus) nihil aliud est nox, nisi umbra terrarũ.* Ense ferit.) *Vt eum contra umbras haberet consecratũ. hinc est quòd ei dicit Sibylla,* Tuq́ inuade uiam, uaginaq́ eripe ferrũ. *item,* Strictamq́ aciem uenientibus offert. *hoc etiã Homerus dicit,* αὐτὰρ ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ ἡμῶν. Sterilemq́ tibi Proserpina uaccã.) *Deæ congruã, nunq̃ enitenti.* Nocturnas aras.) *quæ tota nocte arderẽt.* Inchoat aũt, *perficit. & est uerbũ sacrorũ.* Solida imponit tau. uis. flam.) *Non exta dicit, sed carnes. nam* Viscera *sunt, quicquid inter ossa & cutem est: unde etiã* Visceratio *dicitur conuiuiũ de carnibus factũ, ut diximus suprà. Ergo* Solida uiscera *holocaustũ significat, quod detractis extis aræ superimponebatur. quæ nõnunq̃ abluta, elixa etiã ipsa reddebãtur: unde infert,* Fundens ardẽtibus extis. *quanq̃ alij pro parte totũ uelint, ut per* Exta *totũ animal intelligatur.* Primi sub lumi. solis & ortus.) *Atqui hæc sacra per noctẽ fiebãt. sed locutus est secundũ Romanũ ritum, quo dies creditur à medio noctis incipere. Illo aũt loco quo dicit,* Nox ruit Aenea: *nõ uenit, sed finitur significat. quanq̃ alij dicũt, sacra hæc à medio die incipere, & produci usq; ad mediã noctẽ. quod si est,* Nox ruit, *potest* Venit *significare.* Visæq́ canes ululare.) *Ita numinis ostendebatur aduentus.* Canes *aũt, Furias dicit. Lucan.* Stygiasq́ canes in luce superna Destituam. *sicut enim diximus suprà,* Vlulare *& canũ & furiarũ est.* Aduentante dea.) *ipsa scilicet Proserpina.*

Proserpinæ. Profani.) *qui non estis initiati.* Totoq; absistite luco.) *hoc est, non tantũ à luco, sed ab omni luci uicinitate discedite: & ad* Aeneæ *comites inclamãt.* Inuade uiã.) *ingredere.* Furens.) *deo plena, aut certè similis furenti.* Dij quibus imperiũ est ani.) *Plenus locus alta sapientia, de qua uariè disserunt philosophi. nam dicũt per alios animas ad inferos duci: ut,* Hac animas ille euocat Orco Pallentes, *alias sub tartara tristia mittit.*

Conclamat uates, totoq; absistite luco.
Tuq; inuade uiam, uaginaq; eripe ferrum:
Nunc animis opus Aenea, nunc pectore firmo.
Tantum effata, furens antro se immisit aperto.
Ille ducẽ haud timidis uadentem passibus æquat.
Dij quibus imperiũ est animarũ, umbræq; silentes,
Et Chaos, & Phlegeton, loca nocte silentia late,
Sit mihi fas audita loqui, sit numine uestro
Pandere res, alta terra & caligine mersas.
Ibant obscuri sola sub nocte per umbras,
Perq; domos Ditis uacuas, & inania regna:
Quale per incertam lunam sub luce maligna
Est iter in syluis, ubi cælum condidit umbra

Item per alios transferri: ut, Nauita sed tristis. *per alios purgari: ut,* Aliæ pandũtur inanes Suspẽsæ ad uentos. *per alios uerò ad summa reuocari: ut,* Lethæum ad fluuiũ deus euocat agmine magno. *Sciens enim de deorum imperio uarias esse opiniones, prudẽtissimè tenuit generalitatẽ. ex maiore aũt parte* Syronem Epicureum, *magistrũ suũ, sequitur.* Huius *aũt sectæ homines nouimus superficiẽ rerũ tractare, nunq̃ altiora disquirere.* Vmbræq; silentes.) *secreta inferorũ, semper silẽtia. nã hominũ umbræ loquuntur: hinc est,* Quem sacra silentia norunt. Inuocat *aũt summũ bonũ, quod in silentio cõstare manifestissimũ est.* Et Chaos.) *elementorũ confusio.* Inuocat *autem rerũ primordia, quæ in elementorũ fuerant confusione.* Per Phlegetonta *fluuium inferorũ, ignem significat. nam* φλὸξ Græcè, Latinè *ignis est: unde secundũ* Heracletũ *cuncta procreantur. & reuera sine calore nil nascitur, adeò ut de* Septentrione *dicat,* Sterili non quicq̃ frigore gigni. Loca nocte silen. la.) Aut *hoc est, quod suprà ait,* Vmbræq; silentes: *aut uult ostendere esse partem mundi, in qua perpetuæ sint tenebræ.* Quũ *enim probatũ sit quod legimus,* Et minima cõtentos nocte Brutãnos: *sphæræ exigit ratio, ut è contrario sit regio noctibus uacans.* Sit mihi fas audita loq.) De *alta dicturus prudentia, miscet poëticã licentiam.* Sit numine uestro.) *concedatur à uestro numine.* Alta terra, & calig. mersas.) Bene *iunxit. ex terris enim caligo procreatur: id est, umbra obscurior.* Obscuri sub sola nocte.) Aut *hypallage est, sub obscura nocte soli ibant: aut sub sola nocte, id est, ubi nihil aliud est præter noctem.* Domos uacuas.) Nostri *mundi comparatione.* Simulachra *enim illic quæ sunt, inania esse non dubium est.* Inania regna.) *inanium, per quod ostenditur uacuum.* Inceptam.) *alij* Incertam *legunt: illuc tamen recurrit. nam* Incertũ, *incipientem, id est, minorem significat.* Luce maligna.) *id est, obscura. nam propriè* Malignum *est, angustum: ut,* Aditusq; maligni, *id est, minores & obscuri.* Sanè *sciendum,* Lunæ *licet minoris commemoratione, ostendere eum uoluisse, fuisse illic aliquid lucis. nam aliter omnia quæ dicturus est, uidere nõ poterat.* Vbi.) *quãdo: nam non est loci, sed tẽporis.*

Nox ab-

Nox abstulit atra colorem.) Hoc & uidemus, & tractatur ab Epicureis, rebus tollere noctem colorum uarietatem: unde & apud inferos omnia nigra esse dicuntur. cōtra hos Academici unà repugnant. nam squammæ piscium per noctem lucent. *Vestibulum.)* ut Varro dicit, etymologiæ non habet proprietatem, sed fit pro captu ingenij. nam Vestibulū, ut suprà diximus, dictum ab eo quod ianuam uestiat. Alij dicunt à Vesta dictum per imitationem. nam Vestæ limen consecratū est. Alij dicunt ab eo, qđ nullus illic stet: in limine enim solus est trāsitus. sed quo modo Vesanus dicitur, nō sanus: sic Vestibulum, non stabulum. *Faucibus Orci.)* Deū posuit pro luco: ut Iouem dicimus, & ætherem significamus. Horat. Manet sub Ioue frigido Venator. Orcum aūt, Plutonem dicit: nec enim per Charonta possumus intelligere inferos deos, quia minor potestas pro imperio nunquā ponitur, sed illa quæ tenet imperium. Ergo alter est Charon. nam Orcus est Pluto: ut in Verrinis indicat Cicero, dicens, ut alter Orcus uenisse Aetnam, & non Proserpinam, sed ipsam Cererem rapuisse uideatur. alibi ait, quòd Ditem patrem emersisse ab inferis putant. Dicimus autē & hic Dis, & hic Ditis.

Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.
Vestibulū ante ipsum, primisq; in faucibus Orci
Luctus, & ultrices posuere cubilia curæ,
Pallentesq; habitant morbi, tristisq; senectus,
Et metus, & malesuada fames, ac turpis egestas:
Terribiles uisu formæ, letumq;, laborq;,
Tum consanguineus leti sopor, & mala mentis
Gaudia, mortiferumq; aduerso in limine bellum,
Ferreiq; Eumenidum thalami: & discordia demēs,
Vipereum crinem uittis innexa cruentis.
In medio ramos, annosaq; brachia pandit
Vlmus opaca, ingens, quā sedem somnia uulgò

Luctus & ultrices posuere cubilia curæ.) Ea dicit esse in aditu inferorū, quæ uicina sunt morti, aut quæ post mortem creantur. dicit & quæ in morte sunt, ut pallorem: luctus enim post mortem est. *Vltrices curæ.)* conscientiæ, quæ puniunt semper nocentes: ut dicit Iuuenalis, Quos diri conscia facti Mens habet attonitos, & surdo uerbere cedit, Occultū quatiente animum tortore flagello. *Tristis.)* seuera, quæ gignit seueritatem. Cicero, Iudex tristis & integer. *Tum consanguineus leti sopor.)* Secundum Homerum qui ait, Ἔνθ' ὕπνῳ σύμβλητο κασιγνήτῳ θανάτοιο. *Egestas turpis.)* quæ turpes facit. & quasi harū rerum imagines facit, quas dicit esse apud inferos: ideo quia in quem ista concurrūt, fit mortalis necesse est. unde Deos immortaleis dicūt, quia ista non sentiunt, quibus mors creatur.

Mala mentis gaud.) Generaliter omniū scelerū dicit: ac si diceret, Malæ mentis gaudia.

Eumenidū thalami.) Furiæ nunq̄ nupserunt. unde Thalamos accipimus, in quibus natæ sunt. Alij Thalamos dicūt, qui facti sunt autoribus furijs: sed non procedit, quia ait, Terribiles uisu formæ. Et ut non uideatur esse contrarium, quia paulo pòst furias alibi dicit esse. nam possunt hic natæ esse, & alibi manere, & alibi officium exercere pœnarum. *In medio.)* aut uestibulo, aut absolutū est: & intelligimus hanc esse eburneā portam, per quā exiturus est: quæ res hæc oīa indicat esse simulata, si & ingressus & exitus falsus est. *Vlmus opaca, ingens.)* Distinguēda sunt ista propter duo epitheta. *Vulgò.)* passim, cateruatim.

Foliisq;

Folijsq́ sub omnibus.) Qui de somnijs scripserũt, dicunt, quo tẽpore folia de arboribus cadunt, uana esse somnia: quod per trãsitum tetigit. Vana autem ideo, quia inferis: nam uana superi non mittunt. Homerus, καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. Centauri in foribus stabulant.) Bene in foribus, quia ea quæ contra naturam possunt creari, statim pereunt. Stabulant aũt, habitant: & usurpatiuè dixit, ut populat, luctat. nam stabulor dicimus. Et bene allusit, quia ex parte equi sunt.

Vana tenere ferunt, folijsq́ sub omnibus hærent.
Multaq́ præterea uariarum monstra ferarum:
Centauri in foribus stabulant, Scyllæq́ biformes,
Et centumgeminus Briareus, ac belua Lernæ,
Horrendũ stridens, flammisq́ armata Chimæra,
Gorgones, Harpyiæq́, & forma tricorporis um-
Corripit hic subita trepidus formidine ferrũ (bræ.
Aeneas, strictamq́ aciem uenientibus offert.
Et ni docta comes tenueis sine corpore uitas
Admoneat uolitare caua sub imagine formæ,
Irruat, & frustra ferro diuerberet umbras.
Hinc uia tartarei quæ fert Acherontis ad undas.

Cẽtauri aũt Ixionis & Nubis filij sunt. Ixion enĩ amatã Iunonẽ de stupro interpellauit: illa confessa Ioui est, & eius uoluntate nubem in suam formã cõuersam ei obtulit: unde ferũtur nati esse Cẽtauri. Scyllæq́ biformes.) Bene plurali usus est numero: nam Scylla filia Nisi, secundum alios in auem conuersa est, secundum alios in piscem, ergo etiam ipsa biformis fuit, sicut hæc in Siciliæ freto. Dictũ est autẽ per poëtæ scientiam. Centumgeminus Briareus.) Centies duplex, secundũ fabulas ipse est Aegæon. Ac belua Lernæ.) Hydrã dicit, quæ fuit in Lerna Argiuorũ palude: sed latinè excetra dicitur, quod uno cæso tria capita excrescebãt. Sed cõstat Hydrã locũ fuisse, euomentẽ aquas uastantes uicinas ciuitates, in quo uno meatu clauso multi erumpebant. quod Hercules uidens, loca ipsa exussit, & sic aquæ clausit meatus. nam hydra ab aqua dicta est, id est, ἀπὸ τοῦ ὕδατος. Potuisse autẽ hoc fieri ille indicat locus, Excoquitur uitium atq; exudat inutilis humor. Flammisq́ armata Chimæra.) Ore leo, postremis partibus draco, media capra secundum fabulas fuit, & maxime Homero dicente: πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. Reuera autem est mons Lyciæ, cuius hodieq́ ardet cacumen, iuxta quod sunt leones: media aũt pascua sunt, ima uero montis serpẽtibus plena. hunc Bellerephon habitabilem fecit, unde Chimærã dicitur occidisse. Gorgones.) Tres fuerũt in extrema Africa, circa Atlantem montem, quæ omnes unũ oculum habebant, quo inuicem utebantur: Sthenio, Euryale, Medusa. Serenus tamẽ dicit puellas fuisse unius pulchritudinis, quas cum uidissent adolescentes, stupore torpebant: unde fingitur, quod si quis eas uidisset, uertebatur in lapidem. Harpyiæq́.) Aut iam occisas intellige: aut secundũ Platonem & alios, simulacra licet uiuarum illic fuisse. nam dicũt omniũ rerũ idæas quasdã, id est, imagines, ad quarũ similitudinem procreantur uniuersa. hinc est quod in Statio Thyodamas Plutoni dicit: Omnibus finitor esse uideris, mihi uero et sator. Harũ aũt simulacra bene apud inferos sunt, quæ esse dicũtur & furiæ. Tricorporis umbræ.) Erili & Geryonis. Offert.) Nõ ad feriendũ, sed ad repellẽdas umbras: unde & Offert dixit. Sacerdos aũt ferire prohibet. Tartarei quæ fert Acherõtis ad undas.) Sequitur

quitur illud Pythagoricũ dicens, Eos tenuiſſe uiam poſt errorem ſyluarum, quæ uel ad uitia uel ad uirtutes ducit. Tartarei Acherontis.) *Acheronta uult quaſi de imo naſci Tartaro, huius æſtuaria Stygem creare: de Styge aũt naſci Cocyton. & hæc eſt etymologia. nam phyſiologia hoc habet: Qui caret gaudio ſine dubio triſtis eſt, triſtitia autem ſine dubio uicina luctui eſt, qui procreatur ex morte: unde hæc eſſe apud inferos dicit.* Cocyto eructat arenã.) *in Cocytũ, ſcilicet per Stygẽ.* Has horrẽdus a.) *propter tria flumina.* Portitor.) *proprie qui portat: abuſiuè etiam qui portatur portitor dicitur, ſicut uector'q ſignificat uehẽtem & qui uehitur. Lucan. Venia eſt hæc ſola timoris Vectorem nõ noſſe tuum: ſic & alumnus, & hoſpes ſignificant.* Terribili ſquallore.) *terribilis ſqualloris.* Charõ.) *Per antiphraſim, χαίρων, quaſi acharon.*

Turbidus hic cœno, uaſtaq́ꝫ uoragine gurges
Aeſtuat, atq́ꝫ omnem Cocyto eructat arenam
Portitor has horrendus aquas & flumina ſeruat
Terribili ſquallore Charon, cui plurima mento
Canicies inculta iacet, ſtant lumina flamma.
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus,
Ipſe ratem conto ſubigit, ueliſq́ꝫ miniſtrat,
Et ferruginea ſubuectat corpora cymba,
Iam ſenior, ſed cruda deo, uiridiſq́ꝫ ſenectus.
Huc omnis turba ad ripas effuſa ruebat,
Matres atq́ꝫ uiri, defunctaq́ꝫ corpora uita
Magnanimûm heroum, pueri, innuptæ puellæ,
Impoſitiq́ꝫ rogis iuuenes ante ora parentum:
Quàm multa in ſyluis autumni frigore primo
Lapſa cadunt folia, aut ad terrã gurgite ab alto
Quàm multę glomerãtur aues, ubi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.
Stabant orantes primi tranſmittere curſum,

Mento Can. incul. ia.) *Veteres enim non ſolũ comas ornabãt, ſed etiam barbã, ut nõnullas uidimus ſtatuas.* Stant.) *horrent. & eſt polyſemus ſermo, ut diximus ſuprà: ſicut & ſubigit pro impellit, ſurſum agit, regit. nam & acuit ſignificat: ut, Subigũt in cote ſecures.* Veliſq́ꝫ min.) *Aut per uela, & eſt ſeptimus: aut uelis obſequtur, & eſt datiuus.* Ferruginea.) *nigra, triſti. nam lugubrẽ eſſe hũc colorẽ oſtẽdit dicẽs, Cũ caput obſcura nitidũ ferrugine texit.* Corpora cym.) *Omne qđ poteſt uideri, corpus dicitur: nã paulo pòſt diſcretionẽ fecit dicẽs, Corpora uiua nefas Stygia uectare carina: ad mortuorũ diſcretionẽ.* Iam ſe.) *Aut cõparatiuum propoſitiuo poſuit: aut (ut diximus) ſenior eſt uirens ſenex, ut iunior intra iuuenem eſt: quã rem à Varrone tractatã cõfirmat etiam Plin.* Cruda deo ui. ſe.) *τὸ αἴτιον, quia in deo.* Autumni frigore pri.) *Extremitatẽ uult oſtendere, quod ait Iuuenal. Iam letifero cedẽte pruinis Autumno. nam eius prima pars feruet: ut, Totoq́ꝫ Autumni incanduit æſtu. Sanè ſciendũ ſecundũ Plin. folia autũnali tẽpore ideo cadere, quia omnis tunc in arboribus humor æſtatis calore inuenitur exhauſtus. ergo Cadunt, non quia tunc ſiccari incipiant, ſed quia tunc eis iam deeſt humor.* Glomerantur a.) *Bene rebus uolitãtibus cõparauit animas, quia & ipſæ uolãt.* Immittit apricis.) *id eſt, ſine frigore, ἀναρρίγοις, ut diximus ſuprà: unde nõnulli & Africam dictam uolunt.* Primi t.) *Figura græca eſt, ut primi tranſirent.*

ni transirent. Tristis.) *asper & miserabilis.* Aeneas.) Ordo est: Aeneas ait, Dic ô uirgo. *cætera per parenthesim dicta sunt.* Quo discrimine.) *qua differẽtia.* Ripas hæ linquunt.) *repulsæ scilicet, non transeũtes.* Vada liuida.) *nigra: & liuidũ, inuidum non nisi apud neotericos inuenimus.* Lucan. *Liuor edax tibi cuncta negat.* licet Ouidius *dixerit*, Liuor iners uitiũ mores nõ exit in altos. Lõgæua sac.) Sibylla. Hãc Apollo pio amore dilexit, & ei obtulit poscẽdi quod uellet arbitrium. Illa hausit arenã manibus, & longam uitã poposcit. cui Apollo respondit, id posse fieri, si Erythreã insulam in qua habitabat relinqueret, & eam nunq̃ uideret. Profecta igitur Cumas tenuit, & illic defecta corporis uiribus uitã in sola uoce retinuit. quod cũ ciues eius agnouissent, siue inuidia, siue miseratione commoti, ei epistolã miserunt, creta antiquo more signatã: quæ uisa terra, nam erat de eius insula, in mortem resoluta est. Vnde nonnulli dicunt, hanc esse quæ Romana fata scripsit: quòd incenso Apollinis templo inde Romã allati sunt libri, unde hæc fuerat. Certissima proles.) Ex eo quod subire inferos potuit: ideo autẽ Certissima, quia multi ad gloriã generis simulant se numinum filios, ut Romulus ex Marte, Alexander ex Ioue Hammone. hoc ergo excludit. Sic alibi de Hercule, Salue uera Iouis proles. Et fallere numen.) Vt suprà diximus, siue propter Victoriæ fauorem, Stygis filiæ: nam statuit Iuppiter, ut si quis fefellisset eius numen, uno anno & nouem diebus ab ambrosia & nectare prohiberetur. Ratio autem est, quam diximus: ideo per Stygem dij iurant, quia tristitia contraria est æternitati. Inops inhumataq́;.) Duo dicit: id est, nec legitimam sepulturam habet, neq; imaginariam. Inopem enim dicit, sine pulueris iactu. nam ops terra est: Inops, sine terra, sine humatione. Vult autem ostendere, tantum ualere inanem quãtum plenã sepulturam. nam & Deiphobi umbra transuecta est, cui Aeneas cenotaphium fecit: ut, Nunc egomet tumulum Rhetæo in littore inanem Cõstitui. Bene aũt Sepultos, id est, fletos, (nam sine fletu sepultura non est. unde legimus, Inhumata infletaq́; turba:) facit supradicta flumina trãsire, quibus luctus nomẽ imposuit. Centũ aũt annos ideo dicit, quia illi sunt legitimi uitæ humanæ: qbus cõpletis potest anima trãsire ripas, id est, ad locũ purgatiõis uenire, ut redeat rursus in corpora. Sanè sciẽdũ, qa cũ terrã dicimus,

Tendebantq; manus ripæ ulterioris amore.
Nauita sed tristis nunc hos, nunc accipit illos:
Ast alios longe summotos arcet arena.
Aeneas: miratus enim, motusq; tumultu:
Dic, ait, ô uirgo, quid uult concursus ad amnem?
Quid ue petunt animę? uel quo discrimine ripas
Hæ linquunt, illæ remis uada liuida uerrunt?
Olli sic breuiter fata est longæua sacerdos:
Anchisa generate, Deûm certissima proles,
Cocyti stagna alta uides, Stygiamq; paludem,
Dij cuius iurare timent & fallere numen. (est.
Hęc omnis, quã cernis, inops inhumataq; turba
Portitor ille Charon: hi, quos uehit unda, sepulti.
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Transportare, priusquã sedibus ossa quierunt.
Centum errãt annos, uolitantq; hæc littora circũ.

hæc ops facit: si nympham dicimus, hæc Opis: si diuitias, hæ opes, numero tantum plurali. Rauca fluenta.) *Aut rheumata, id est, æstuaria dicit: aut bene pluraliter, quia de tribus loquitur.* Sedibus ossa quierunt.) *id est, prius quàm corpus in naturā suam redeat: id est, in terram.* Stagna exoptata reuisunt.) *Lethæi scilicet fluminis.* Vestigia pressit.) *scilicet cogitatione tardatus.* Putans.) *reputās, cum animo pertractans.* Sortemq; animo miseratus iniquā.)

Tum demum admissi stagna exoptata reuisunt.
Constitit Anchisa satus, & uestigia pressit:
Multa putās, sortemq; animo miseratus iniquam.
Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes,
Leucaspim, & Lyciæ ductorem classis Orontem:
Quos simul à Troia uentosa per æquora uectos
Obruit Auster, aqua inuoluens nauemq; uirosq;.
Ecce gubernator sese Palinurus agebat:
Qui Libyco nuper cursu, dum sidera seruat,
Exciderat, puppi medijs effusus in undis.
Hunc ubi uix multa mœstum cognouit in umbra,
Sic prior alloquitur: quis te Palinure deorum
Eripuit nobis, medioq; sub æquore mersit?
Dic age, nanq; mihi fallax haud ante repertus,
Hoc uno responso animum delusit Apollo,
Qui fore te ponto incolumem, finesq; canebat
Venturum Ausonios: en hæc promissa fides est?

Iniqua enī sors est, puniri propter alterius negligentiam: nec enim quis culpa sua caret sepulchro. Bene aūt Animo, *quasi rei pr̄sago: ut alibi,* Præsaga mali mens, *ipse enī Aeneas insepultus iacebit: ut,* Mediaq; inhumatus arena. *Periit enī in flumine Numico: unde et Iuuenal.* Et ipse mihi cōtingens sanguine cœlū, Alter eqs, alter flammis ad sydera missus. Mortis honore.) *sepultura: ut,* Quisquis honor tumuli. Ductorem classis.) *Apertum exemplum, classem dici etiam unam nauem: nam legimus,* Vnam quæ Lycios, fidumq; uehebat Orontē. Auster.) *Hic distinguendum.* Sese agebat.) *Sese agere est, sine negocio incedere.* Qui Libyco nuper cursu.) *Bene Libyco: nauigatio enim non à diuerticulo, sed ab intentione accipit nomen.* Effusus in undis.) *Archaismos est. quanquam Donat. esse ordinem uelit, dum seruat sidera in undis medijs.* Multa mœstum cognouit in umbra.) *Prudentiores dicunt, animas recedentes à corporibus sordidiores esse donec purgentur, quæ purgatæ incipiunt esse clariores. unde paulo pòst,* Donec longa dies perfecto temporis orbe Concretam exemit labem, purumq; reliquit Aethereum sensum, atq; aurai simplicis ignem: *id est, non urentis, ut est solis.* Inde *est quod aliæ animæ lunarem circulum, aliæ solstitialem retinere dicuntur, pro modo purgationis.* Bene *ergo* Palinurum *obscura umbra circundatum dicit, & uix agnitum, qui nec ad loca quidem peruenerat purgationis: sicut etiam alibi de* Didone *dicturus est,* Agnouitq; per umbram Obscuram. Quis te Palinure deorum.) *Quis deus debuit dicere: sed græcè dixit,* τίς θεῶν. Eripuit nobis.) *Bene* Nobis: *gubernator enim communi perit periculo.* Sub æquore mersit.) *Tmesis est. medio æquore submersit.* Dic age.) *Hortātis aduerbiū est, ut en, & age facite.* Vēturū Au.) *κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus.*

Cortinæ.

Cortina.) dicta est, aut quod cor teneat: aut quod tripos septus erat corio serpẽtis, ut suprà diximus: aut certe secũdum græcam etymologiam, ὅτι τὴν κόρην τάνα, *id est, quod extendat puellã, ut Maiorq́ uideri.* Nec me.) *Hic distinguendũ, ne sit contrariũ: nam eum somnus decepit. quanq̃ alij frustra dicãt, quod credebat Phorbantẽ, cũ extinctis diuinãdi sit concessa licentia, ut iam nunc sciat somnum fuisse.* Nanq; gubernaclum.) *Vt sit uerisimile quod uenerit ad Italiam.* Præcipitãs.) *dum præcipitarer.* Maria aspera iu.) *Aut execratio est, ut Iliaci cineres: aut certe iurat quasi nauita per maria.* Spoliata armis.) *perdito gubernaculo.* Excussa magist.) *Nouè dixit: de qua fuerat magister excussus.* Surgentibus undis.) *Nõ quia tempestas fuerit fauente Neptũno, sed pelagus tumẽs fuisse significat: nec de Aeneæ pitia desperauit, sed propter perditum gubernaculũ.* Hybernas.) *asperas: & retulit ad affectum nauigantis.* Adnabam.) *Et hic distingui potest, adnabã terræ.* Gens crudelis.) *Lucanorũ. & dicit eum à Veliensibus interemptum: ut, Portusq́ require Velinos. Sanè sciendum Veliam tempore, quo Aeneas ad Italiam uenit, nondum fuisse. ex quo anticipatio est, quæ (ut suprà diximus) si ex persona poëtæ fiat, tolerabilis: si autem per alium, uitiosa est. ut nunc de Palinuro ait. quanquam alij ad diuinantis scientiam referant, quasi ab umbra dictum, cui præcognitum erat id nomen per posteros illi imponendum. ergo Portus Velinos, id est, uocandos aliquando Velinos. Velia autem dicta est à paludibus quibus cingitur, quas Græci* ἕλη *dicunt. Fuit ergo Helia, sed accepit digammon, u scilicet cõsonans ut henetus, uenetus.* Montis.) *saxi: ut alibi econtrario, Saxi de uertice pastor. Item, Fertur in abruptum magno mons improbus actu: pro saxo. nam ista reciproca sunt.* Me fluctus habet.) *Quia secundum philosophos corpus solum nostrum est, quod nobiscum oritur, nobiscum moritur. Anima enim generalitatis est, & adeò non est nostra, ut etiam in alia corpora plerũq; transeat. Ergo Me, id est, corpus meũ: quod est hominis propriũ. Est autẽ Homeri,* αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν.

Cœli iocũdum lu.) Bene iocundum addidit. est enim etiam apud inferos, sed nõ iocundũ.

Ille autem: neq; te Phœbi cortina fefellit,
Dux Anchisiade, nec me deus æquore mersit.
Nanq; gubernaclum multa ui forte reuulsum,
Cui datus hærebam custos, cursusq; regebam,
Præcipitans traxi mecum: maria aspera iuro,
Non ullum pro me tantum cepisse timorem,
Quàm tua ne spoliata armis, excussa magistro
Deficeret tantis nauis surgentibus undis.
Treis Notus hybernas immẽsa per ęquora noctes
Vexit me, uiolentus aqua: uix lumine quarto
Prospexi Italiam, summa sublimis ab unda.
Paulatim adnabam terræ, iam tuta tenebam,
Ni gens crudelis madida cum ueste grauatum,
Prensantẽq; uncis manibus capita aspera mõtis,
Ferro inuasisset, prædamq; ignara putasset.
Nunc me fluctus habet, uersantq; in littore uenti.
Quod te per cœli iocundum lumen, & auras,
Per genitorem oro, per spes surgentis Iuli,

Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram
Iniice, nanque potes: portusque require Velinos.
Aut tu, siqua uia est, si quã tibi diua creatrix
Ostendit (neque enim credo sine numine diuûm
Flumina tãta paras, Stygiamque innare paludem.)
Da dextram misero, & tecum me tolle per undas,
Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.
Talia fatus erat, cœpit cum talia uates:
Vnde hæc ô Palinure tibi tam dira cupido?
Tu stygias inhumatus aquas, amnemque seuerum
Eumenidum aspicies? ripamúe iniussus abibis?
Desine fata deûm flecti sperare precando.
Sed cape dicta memor, duri solatia casus.
Nam tua finitimi, longè latéque per urbes
Prodigijs acti cœlestibus, ossa piabunt:
Et statuent tumulum, & tumulo solennia mittent,
Aeternumque locus Palinuri nomen habebit.
His dictis curę emotæ, pulsusque parumper
Corde dolor tristi, gaudet cognomine terra.

His inuicte malis.) qui inferos subire potuisti. His autẽ, ac si diceret, quæ cernis. Terram iniice.) Bene autẽ maius petijt, ut uel hoc impetraret. Terræ autem iniectio secũdum pontificalem ritũ poterat fieri & circa cadauer, & circa absentiũ corpora, quibusdã solennibus sacris. Talem sermonẽ habet apud inferos cũ Elpenore Vlysses, σῆμα τ' ἐμοὶ χεῦαι πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης. Nanque potes.) Quia ubique eum rerum diuinarum inducit peritũ. Siqua uia est.) si est ulla ratio. Diua creatrix.) rerũ omniũ generaliter. Innare.) nauigare, more suo. Da dextrã.) pstia auxiliũ. Vmbra enĩ nunquã tenetur: ut, Ter frustra cõprẽsa manus, ter fugit imago. Sedibus ut saltẽ.) ut saltẽ in morte requiescam sedibus placidis. & bene, quia nautæ semper uagãtur. Tam dira cupido.) cupiditas, ex deorum ira ueniens. aut certe magna: ut, Sua cuique deus fit ira cupido. Seuerũ.) tristem. & hæc reciproca sunt: ut cõtra iudex tristis & integer, id est, seuerus. Eumenidũ.) circa quẽ habitant Eumenides: εὐμενίδες dictæ, nam εὐμενὴς beneuolus est:) qđ minime sint beneuolæ, sed maleuolæ. sed est κατ' ἀντίφρασιν figurã, quoties rem malam bono appellamus exemplo, ut hic. Ripamúe iniussus abibis.) Vt abeo in Tuscos, sicut suprà diximus: quãquã alij Adibis legãt. Desine fata deûm flecti sperare precãdo.) fata quæ semel decreuerũt. & locutus est secundũ Epicureos, qui dicũt: Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. Duri casus.) impossibilis ad mutationẽ. Lõgè latéque per ur.) De historia hoc traxit. Lucanis enim pestilentia laborãtibus respondit oraculũ, manes Palinuri esse placandos: ob quam rem non longe ab Helia & lucum ei dederãt, & cenotaphion.

Prodigijs cœlestib.) Cõpendiose & pestilentiã ortam, & petitũ oraculũ significat. Piabunt.) Placabũt, expiabunt. Aeternũ.) in æternũ: & est aduerbiũ. Palinuri.) Plus est quàm si Tuũ diceret. Parũper.) paulatim lætari cœpit. Spem enim solã nondũ præsens accepat beneficiũ. Vnde bene dictũ est, quasi ab eo magna moderatione dolor recesserit. alij Parũper, ualde parum uolũt. Gaudet cog. ter.) nominis sui similitudine. facit aũt hic & hæc Cognominis, & hoc Cognomine. nam in Plaut. lectũ est, cum unam de Bacchidibus diceret,

Ergo iter inceptũ peragunt, fluuioq́ propinquãt.
Nauita quos iam inde ut Stygia ꝓspexit ab unda
Per tacitũ nemus ire, pedemq́ aduertere ripæ,
Sic prior aggreditur dictis, atq; increpat ultro:
Quisqs es, armatus qui nostra ad flumina tendis,
Fare age qd uenias, iam istinc & cõprime gressus:
Vmbrarum hic locus est, somni, noctisq́ soporæ.
Corpora uiua nefas Stygia uectare carina.
Nec uero Alciden me sum lætatus euntem
Accepisse lacu, nec Thesea, Pirithoumq́:
Dijs quanquam geniti, atq; inuicti uiribus essent.
Tartareum ille manu custodem in uincla petiuit,
Ipsius à solio regis traxitq́ trementem:
Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.
Quem contra breuiter fata est Amphrisia uates:
Nullæ hic insidiæ tales, absiste moueri.

ceret, Illa mea cognominis fuit. quod autem à communi genere in e misit ablatiuum, metri necessitas fecit. Nauita.) *Epenthesis, ut Mauors pro Mars.* Inde ut stygia prospexit ab unda.) *Vt, Siculo prospexit abusq; Pachynno. & hinc ostenditur quod diximus, iũcta esse hæc tria, Acherõta, Stygem, Cocyton. De his aũt nascũtur alia: unde est, Nouies styx interfusa coërcet.* Per tacitũ nemus.) *Aut solum, aut ipsi taciti.* Aggreditur dictis.) *Hoc sermõe ostẽdit iratũ.* Quisquis es armatus.) *Bene à præscriptione: ac si diceret, nihil pium molitur armatus.* Quid uenias.) *cur: nam aduerbium est.* Iam istic.) *à loco in quo es: nam rem proximam significat audienti.* Corpora uiua.) *Quia, ut suprà diximus, sunt corpora etiam mortuorũ, quæ tantũ uidentur, id est, umbræ.* Me sum lætatus euntẽ.) *Lectũ est in Orpheo, quod quando Hercules ad inferos descendit, Charon territus eum statim suscepit: ob quam rem anno integro in compedibus fuit. ideo ergo Nõ lætatus, scilicet propter supplicium suum. Sanè Alciden uolunt quidam dictum ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id est, à uirtute: quod non procedit, quia à prima ætate hoc nomen habuit ab Alceo patre Amphitruonis. & scimus cognomina ab accidẽtibus dari.* Quanq̃.) *Ac si diceret, hoc in te nondũ probaui: scilicet per simulationẽ. nam nouerat.* In uincla pet.) *Hercules à prudẽtioribus mẽte magis q̃ corpore fortis inducitur, adeò ut duodecim eius labores referri possint ad aliqd: nam cum plura fecerit, duodecim ei tantũ assignãtur, propter agnita duodecim signa. Quod aũt dicitur traxisse ab inferis Cerberũ, hæc ratio est: quia omnes cupiditates & cũcta uitia terrena cõtempsit, & domuit. Nã cerberus est terra, quæ est cõsumptrix corporũ: unde & cerberus dictus, quasi κρεοβόρος, id est, carnẽ uorãs. unde & lectũ est, Ossa super recubãs: nam nõ ossa citius terra cõsumit.* Ipsius à solio regis.) *Atqui Cerberus statim post flumina est: ut, Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Personat. nam illic quasi est aditus inferorum. solium autem Plutonis interius est. Ergo aut ad naturam canum referendum est, quia territi ad dominos confugiunt: aut Solium pro imperio accipiendum est, ut alibi arces pro imperio posuit, ut Imbellem auertis Romanis arcibus Indũ: cum Indi usq; ad primos uenerint fines, id est, usq; ad arces.* Hi. dom. Di.) *Aut de græco est, qui uxorẽ δέσποιναν dicunt: aut Ditis thalamo, ut dominã Charon ad se retulerit.* Amphrisia ua.) *Apollinea. & est lõgè petitum.*

petitum epitheton: nam Amphrisus fluuius Thessaliæ est, circa quem Apollo spoliatus diuinitate à Ioue irato, Admeti regis pauit armenta. ideo quia occiderat Cyclopas, fabricatores fulminum: quibus Aesculapius extinctus est, Apollinis filius, quia Hippolytum ab inferis herbarum potentia reuocauerat. Nec uim tela ferunt.) *Ac si diceret, tantum repellunt.* Licet.) *fas est: & est concedentis aduerbiū, sicut esto.* Aeternum.) *aduerbium est, ut suprà: et subauditur bis Aeternū, latrans æternū terreat.* Patrui.) *qa Iouis est filia ex Cerere.* Seruet.) *custodiat: ut, Tantas seruabat filia sedes.* Troius Aeneas.) *id est, à dijs originem ducēs.* Pietate insignis & armis.) *Propter illud, Pauci quos æquus amauit Iuppiter, aut ardēs euexit ad æthera uirtus.* Erebi.) *Erebus proprie est pars inferorū, in qua hi q bene uixerūt, morātur. nā ad Elysium nō nisi purgati perueniūt: unde est, Et pauci læta arua tenemus. hinc fit ut quæratur, an animæ de Elysio in corpora possint redire: & deprehēsum est, nō redire, quia per purgationē carēt cupiditate.* Si te nulla mo.) *Necessitate uult psuadere, quia scit manes nulla re flecti: ut, Scirēt si ignoscere manes.* Pietatis imago.) *Pietas per periphasim dicta est, ut Vis herculea.*

Nec uim tela ferunt, licet ingens ianitor antro
Aeternum latrans exangues terreat umbras,
Casta licet patrui seruet Proserpina limen.
Troius Aeneas pietate insignis, & armis
Ad genitorem imas Erebi descendit ad umbras.
Si te nulla mouet tantæ pietatis imago,
At ramum hunc (aperit ramū, qui ueste latebat:)
Agnoscas, tumida ex ira tum corda residunt.
Nec plura his: ille admirans uenerabile donum
Fatalis uirgæ, longo pòst tempore uisum,
Cæruleam aduertit puppim, ripæq; propinquat.
Inde alias animas quæ per iuga longa sedebant,
Deturbat, laxatq; foros: simul accipit alueo
Ingentem Aeneam, gemuit sub pondere cymba
Sutilis, & multam accepit rimosa paludem.
Tandem trans fluuiū incolumes uatemq; uirūq;
Informi limo, glaucaq; exponit in ulua.
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci

Aperit.) *nudat: ut, Aperire procul montes, ac uoluere fumū.* Nec plura his.) *Nec est aliquid ulterius dictū post ramū uisum.* Fatalis uirgæ.) *Vnde sequetur, Si te fata uocāt.*

Longo post.) *Aut aduerbiū est, aut præpositio antique posita: quanquam ablatiuus casus est excessum significans, ut multo ante, & multo post.* Iuga.) *græcè dixit: ζυγὰ enim dicūt, quæ transtra nominamus.* Laxatq; foros.) *tabulata uacuat: ut suprà, Et cāpos iubet esse patētis. multitudine enim remota quasi laxātur spacia.* Alueo.) *fluminis scilicet, & per synæresim Aluo facit.* Ingentem Aeneam.) *Bene hic solum dicit, ut per transitum ostendat, purgatioris animi homines etiam corpora habere leuiora: quod de Sibylla uult accipi.*

Sutilis.) *intexta: per quod fragilē ostēdit.* Rimosa.) *plena rimis.* Tandem.) *Aut propter pondus Aeneæ, quod est melius: aut propter paludis magnitudinem, & propter cœni densitatem.* Informi limo.) *magno, sine forma.* Vlua.) *herba palustris, cum marina*

dicatur

dicatur alga: ut, Illisæ cautibus algæ. Personat.) *aut personare facit, aut per regna sonat: & quia de anima dicturus est, bene facit antè Cerberi cõmemorationem, consumptoris corporum.* Lucanus, Qui uiscera sæuo Spargis nostra cani. *tunc enim animæ locum suum recipiunt, quũ fuerit corpus absumptum.* Horrere uidens iam colla colubris.) Fingitur *enim pro pilis habere serpẽtes. & est hypallage:* In collo eius horrebãt colubri. Offam.)

Personat, aduerso recubans immanis in antro.
Cui uates horrere uidens iam colla colubris,
Melle soporatam & medicatis frugibus offam
Obijcit. ille fame rabida tria guttura pandens
Corripit obiectam, atq; immania terga resoluit,
Fusus humi, totoq; ingens extenditur antro.
Occupat Aeneas aditum, custode sepulto,
Euaditq; celer ripam irremeabilis undæ.
Continuo auditæ uoces, uagitus & ingens,
Infantumq; animæ flentes in limine primo:
Quos dulcis uitæ exortes, & ab ubere raptos
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo:
Hos iuxtà falso damnati crimine mortis.
Necuerò hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes:
Quæsitor Minos urnam mouet, ille silentum

Hinc est & diminutio Ofella, sed f non geminat. *in diminutione enim plerunq; multa mutantur.* Quòd aũt ait Melle, *allusit ad corpora, quæ cum melle obruuntur.* Medicatis.) *confectis.* Totoq; ingens extenditur antro.) Per hoc *magnitudo eius ostẽditur: sicut ait in* Tertio de Polyphemo, Iacuitq; per antrum Immensum.

Occupat Aeneas aditũ.) *raptim ingreditur.* Sepulto.) *dormiente, sine pulsu: id est, sine motu.* Euadit.) *modò transit.* Irremeabilis undæ.) *Aut perpetuũ est epitheton, ut suprà diximus: aut ipsi Aeneæ irremeabilis. nam per alterã egressurus est portã: ut,* Portaq; emittit eburna. Continuo auditæ uoces.) *Nouem circulis inferi cincti esse dicũtur, quos nunc exequitur. nam primũ dicit animas infantiũ tenere: secundũ eorũ qui sibi per simplicitatẽ adesse, id est, defensioni instare nequiuerunt: tertiũ eorum, qui euitantes erumnas se necarunt: quartũ eorum, qui amauerunt: quintum, uirorũ fortium esse dicit: sextũ nocentes tenent, qui puniuntur à iudicibus: in septimo animæ purgantur: in octauo sunt animæ ita purgatæ, ut redeãt: in nono, ut non iam redeant, scilicet in cãpo* Elysio. Vagitus & ingens.) *fletus.* Infantumq; animæ flentes.) *Poëticè dixit. sanè* Ploratus *tantũ lacrymarum est,* Planctus *tantũ uocum,* Fletus *ad utrunq; pertinet: quæ plerunq; cõfundunt poëtæ.* In limine primo.) Quia *de prima hi surrepti sunt uita.* Exortes.) *expertes, sine parte:* ἀκλήρους *dicunt* Græci.

Acerbo.) *immaturo. translatio à pomis est.* Sine sorte.) *sine iudicio.* Traxit *aũt hoc ex more* Romano. *Non enim audiebantur causæ, nisi per sortem ordinatæ. nam tẽpore quo causæ agebantur cõueniebant omnes, unde &* Conciliũ *ait: & ex sorte dierũ ordinẽ accipiebant, quo post diem trigesimũ suas causas exequerẽtur: unde est,* Vrnã mouet. Iuuenal. Gratia fallacis prætoris uicerit urnã. Quæsitor.) Quæsitores *sunt qui exercẽdis quæstionib. præsunt.* Et notandum, *quòd* Minoẽn *quasi crudelẽ introducit. quod ei epitheton &* Plato & Home. *dãt:* κούρην μίνωος ὀλοόφρονος. *nam* Aeacus & Rhadamãthus *fratres mitiores sunt.*

Oo Masti

Mæsti loca.) Ideo Mæsti, quia ut suprà diximus secundum Platonem, grauiter puniuntur eorum animæ, qui sibi inferunt mortem. *Lucemq; perosi.*) Figuratè dixit: nam Perosus illius dicimus. *Proiecere animas.*) Quasi rem uilem. *Et duros perferre labores.*) Homerus enim Achillis umbrã introducit loquentem, & dicentẽ libentius se apud superos cuncta aduersa tolerare, quàm apud inferos imperare: βουλοίμην δ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη ἢ πᾶσι νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν. Quòd autẽ ait Aethere in alto, poëticè dictum est: æther enim superior est. sed nostrum habitaculumætherẽ uocauit, inferorum comparatione. *Fata obstant.*) iura naturæ. *Tristiq;.*) tristi unda. *Palus innabilis.*) Ne si Tristis dicamus, duo sint epitheta. *Nouies Styx interfusa.*) Qui altius de mundi ratione quæsierũt, dicũt intra mundi hos nouem circulos inclusas esse uirtutes, in quibus & iracundiæ sunt & cupiditates: de quibus tristitia nascitur, id est, Styx. unde dicit nouem esse circulos Stygis, quæ inferos cingit, id est (ut suprà diximus) terrã. nam dicũt alias esse purgatiores extra hos mũdi circulos potestates. *Partem fusi monstrãtur in omnem.*) Plãtes uult ostendere eos in quibus libido dominatur. *Lugentes campi.*) quasi lucis egẽtes: quod etiam amoribus congruit. *Durus amor.*) immitis, inexorabilis. *Tabe peredit.*) Corpore defluente paulatim. *Secreti celant calles.*) Amantibus cõgruit. *Myrtea sylua.*) quæ est Veneri consecrata. *Curæ non ipsa in morte.*) hoc est, etiã illic amant, & habent peractorũ imaginem criminũ: sicut etiam de pijs dicturus est. ut, Quæ gratia currũm, Armorumq; fuit uiuis, quæ cura niteneis Pascere equos, eadem sequitur tellure repostas. Sanè sciendum, ut suprà diximus, loqui eum de amore generali: sicut etiã Plato in Symposio tractat. nil enim interest, quid quis amet, dummodo amore teneatur. Notandum etiam est (nam rarum est) quia cum masculino genere suprà usus fuerit, ut Hic quos durus amor: nunc tantũ fœminarum ponit exempla, non quòd desint uiri, sed elegit sexum impatientem ad amandum. tamen paulo pòst etiã Sichei facturus est cõmemorationem. *His Phædrã.*) Hoc ex Homero: Φαίδρην τε, Πρόκριν τε ἴδον, καλήν τ' Ἀριάδνην. Hæc fuit filia Minois & Pasiphaës, uxor Thesei, quæ priuignũ Hippolytum amore capta de stupro interpellauit, & despecta apud maritũ eum falsi criminis detulit: qui iratus inuocauit Aegeum patrem, ut Hippolyto currum agitantì immitteret phocam. quo facto, & Hippolyto interempto, Phædra amoris impatientia laqueo uitam finiuit. *Procrinq;.*) Hæc uxor Cephali fuit, filij Aeoli; qui

Conciliumq; uocat, uitasq; & crimina discit.
Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi letum
Insontes peperere manu, lucemq; perosi
Proiecere animas. quàm uellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores:
Fata obstant, tristiq; palus innabilis unda
Alligat, & nouies Styx interfusa coërcet.
Nec procul hinc partem fusi monstrãtur in omnẽ
Lugentes campi: sic illos nomine dicunt.
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti celant calles, & myrtea circùm
Sylua tegit, curæ non ipsa in morte relinquunt.
His Phædram, Procrinq; locis, mœstãq; Eriphylẽ,

cum uenandi studio teneretur, labore fessus locum quendã adire consueuerat, & illic ad se recreandum auram uocare: quod quũ sæpe faceret, amorem in se mouit Aurora, quæ ei canem uelocissimã Lælapa nomine, donauit, & duo hastilia ineuitabilia, eumq́ in amplexus rogauit. Ille ait, iusiurandum se habere cum coniuge mutuæ castitatis. quo audito Aurora respondit: Vt probes igitur coniugis castitatem, muta te in mercatorem. quo facto, ille iuit ad Procrin, & oblatis muneribus, impetratoq́ coitu, confessus est se esse maritum. quod illa dolens, quũ audisset à rustico amare eum Auroram, quam inuocare consueuerat, ad syluas profecta est, & in frutetis latuit ad deprehendendũ maritum. qui quũ more solito Auroram uocaret, Procris egredi cupiens fruteta commouit: sperans Cephalus ferã, hastam ineuitabilem iecit, & ignarus interemit uxorem. Mœstamq́ Eriphylen.) Hæc Amphiarai auguris Argiui uxor fuit, quæ latentem bello Thebano maritum Polynici prodidit, monili accepto quod antè uxori dederat, qui ductus ad præliũ, hiatu terræ periit: cuius filius Alcmæon postea matrem necauit, & est, ut Orestes, furore correptus. Vituperatur sanè Vergil. quòd Mœstam dixerit, quam στυγερὴν legit, id est, nocentem. apud enim Home. est, ἴδον στυγερὴν τ᾽ ἠριφύλην: immò uerò odio dignã & inuisam. nam στυγῶ, est odio habeo, & inuisus sum. Licet Mœsta est à Styge.

Crudelis nati monstrantem uulnera cernit:
Euadnenq́, & Pasiphaën: his Laodomia
It comes, & iuuenis quondã, nũc fœmina Cęneus,
Rursus & in ueterem fato reuoluta figuram.
Inter quas Phœnissa, recens à uulnere, Didò
Errabat sylua in magna. quam Troius heros
Vt primum iuxta stetit, agnouitq́ per umbram
Obscuram: qualem primo quis surgere mense
Aut uidet, aut uidisse putat per nubila lunam:
Demisit lacrymas, dulciq́ affatus amore est:
Infelix Dido, uerus mihi nuncius ergo
Venerat, extinctam, ferroq́ extrema secutam.

Euadneq́.) uxor Capanei fuit, quæ se in ardentem mariti rogum præcipitauit. Et Pasiphaën.) Hæc autem ut suprà diximus, Tauri amore flagrauit. Laodomia.) uxor Protesilai fuit, quæ quũ maritũ in bello Troiano perisse cognouisset, optauit ut eius umbram uideret: qua re concessa, non deserens eam, in eius amplexibus periit. Nunc fœmina Cæneus.) Cæneus uirgo fuit, quæ à Neptuno pro stupri precio meruit sexus mutationem. fuit etiam inuulnerabilis: qui pugnando pro Lapithis, à Centauris crebris ictibus fustium paulatim fixus in terra est, post mortem tamen in sexũ rediit. Hoc autem dictũ ostendit Platonicũ illud, animas per μετεμψύχωσιν sexum plerunq́ mutare. Errabat.) uagabatur. & bene allusit, quia & amauerat, & se interemerat, ut quasi incertũ esset quem circulum posset tenere. Obscuram.) recenti morte, ut diximus suprà. Infelix Dido.) Veniali utitur statu, & excusat se per necessitatem, ne mortis causa fuisse uideatur. Verus mihi nũcius.) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligendum, quòd sit nunciatus Didonis interitus. Alij ad ignem referunt uisum: alij ad Mercurium, qui ait Certa mori. sed in neutro ei etiam genus mortis est significatum: & hic dicit, Ferroq́ extrema secutam. Sanè qui nunciat, genere tantum dicitur masculino: quod autẽ nunciatur, licet neutro dicatur, tamen inuenitur etiã masculino.

Funeris heu tibi causa fui.) Ac si diceret, qui fueram antè causa uoluptatis. Si qua fides tellure sub ima est.) ubi promissa exitū non habent. Respexit aūt ad Orpheum, qui receptam perdidit coniugem. Quæ nunc has ire per umbras.) Argumentatur ex eo, quòd est inferos subire compulsus, inuitum se reliquisse Carthaginem. Senta situ.) Spinosa, squallida: & est translatio à terra inculta. Situs autem propriè est lanugo quædā ex humore procreata. Fit autem in locis carentib. sole.

Funeris heu tibi causa fui: per sidera iuro,
Per superos, & siqua fides tellure sub ima est,
Inuitus regina tuo de littore cessi:
Sed me iussa deûm, quæ nunc has ire per umbras,
Per loca senta situ cogunt, noctemq; profundam,
Imperijs egere suis, nec credere quiui
Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.
Siste gradum, teq; aspectu ne subtrahe nostro.
Quē fugis? extremū fato quod te alloquor, hoc est.
Talibus Aeneas ardentem, & toruà tuentem
Lenibat dictis animum, lacrymasq; ciebat.
Illa solo fixos oculos auersa tenebat:
Nec magis incepto uultum sermone mouetur,
Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes.
Tandem proripuit sese, atq; inimica refugit
In nemus umbriferum, coniux ubi pristinus illi
Respondet curis, æquatq; Sicheus amorem.
Nec minus Aeneas casu perculsus iniquo,

Nec credere quiui.) Argumentationem tendit: ac si diceret, si credidissem fortè etiam deorum iussa contemnerē. Siste gradū.) Discedere eā datur intelligi. Extremū fato qd' te alloquor hoc est.) Aut quia deus futurus est, aut (qd' melius est) quia post mortē tenebit alterū circulum, uiris fortibus scilicet, non amātibus datū. Torua.) pro toruè, id est, terribiliter. Lenibat.) pro leniebat. & antiquè dixit: ut, Squammisq; auroq; polibat: pro poliebat. Maiores enim in omnibus coniugationibus imperatiuo bam addebant, & faciebant imperfectū indicatiui: qd' in tribus adhuc obseruatur. in Quarta etiā e additur, ut nutri nutriebat. Lacrymasq; ciebat.) sibi. aut certè illud dicit: Sermo quidem eius lacrymas exciebat, sed illa immobilis mansit. nam Ciere est propriè, alteri fletum mouere. Tractum autē est hoc de Homero, qui inducit Aiacis umbram Vlyssis colloquia fugientem, qui ei fuerat causa mortis, quem Vlysses his uerbis inuitat: αἶαν παῖ τελαμῶνος ἀμύμονος οὐκ ἄρ' ἔμελλες οὐδὲ θανὼν λήσεσθαι ἐμοὶ χόλου εἵνεκα τευχέων οὐλομένων. Incepto sermone.) à principio orationis. Dura silex.) Saxi est species. generalitas enim esse non potest sequente specialitate. nam cautem Marpesiam, Parium lapidem dicit. Marpesos enim mons est Pariæ insulæ, habens durissimos lapides. Tandem proripuit.) Quasi diu deliberauerit. Vmbriferum.) id est, frondosum. Pristinus.) id est, prior: quòd difficilè inuenitur. Nam de hoc sermone quærit & Probus, & alij. Respondet curis.) Aut pari eam diligit affectione, quod in Aenea non fuit: ut expressio rei supradictæ sit, Aequatq; Sicheus amorem: aut certè Respondet curis, par est mortis similitudine. Ferro enim uterque consumptus est.

Prosequitur

Prosequitur lacrymis longè.) oculis eam sequebatur humētibus. Datū molitur iter.) peragit. Datum aūt dixit, aut ratione fati: aut oblatū fortuito, quod τυχὸν dicunt. Arua tenebant ultima.) Atqui multa adhuc supersunt, sed dixit quantū ad Y pertinet literā. In his enim quæ dixit, mixta sunt uirtutibus uitia. in his autem quæ dicturus est, nocentum pœnas à piorum segregat meritis. nam inferi (ut diximus suprà) humanā continent uitā; hoc est, animam in corpore constitutā.

Prosequit lacrymās longè, & miseratus euntē est:
Inde datum molitur iter, iamq́ arua tenebant
Vltima, quæ bello clari secreta frequentant.
Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis
Parthenopeus, & Adrasti pallentis imago.
Hic multum fleti ad superos, belloq́ caduci
Dardanidæ: quos ille omnes lōgo ordine cernēs,
Ingemuit, Glaucumq́, Medōtaq́, Thersilochūq́,
Treis Antenoridas, Cereriq́ sacrum Polyboutē:
Idæumq́ etiam currus, etiam arma tenentem.
Circunstant animæ dextra, leuaq́ frequentes.
Nec uidisse semel satis est, iuuat usq́ morari,
Et conferre gradum, & ueniendi discere causas.
At Danaûm proceres, Agamēnoniæq́ phalāges
Vt uidere uirum, fulgentiaq́ arma per umbras,
Ingenti trepidare metu: pars uertere terga,
Ceu quondam, petiere rates: pars tollere uocem
Exiguam, inceptus clamor frustratur hianteis.

Hæc autē quæ dixit, mixta esse manifestum est. Licet enim in uiris fortibus laudetur uirtus, est tamē uituperabile alienum imperiū cædibus occupare. Item amare priuignū crimen est, uirtus maritū. Alij distinctione mutata dicunt, Tenebant arua, quæ ultima uiri fortes frequentant: id est, quæ possident ultima. Hic.) illic. Occurrit Tyd.) Althea & Oenei filius, quem in bello Thebano Menalippus extinxit. Parthenopeus.) Menalippæ & Martis, siue Melanionis filius, rex Arcadiæ, qui Thebana bella puer admodū petijt. Adrasti pallentis imago.) rex Sicyonis primò, pòst Argiuorū, socer Tydei & Polynicis. Quòd aūt ait Pallentis, aut epitheton est umbræ: aut illud respexit, quia in bello Thebano consumptis sex ducibus solus aufugit. fugæ aūt comes semper est pallor. Hic multū fleti.) id est, nobiles, quorū mortem magna sequitur lamentatio. Ad.) pro apud. Caduci.) mortui, à cadendo. unde & cadauera dicūtur, & Græcè σῶμα. Longo ordine.) ingenti multitudine: ut, Pueri & pauidæ longo ordine matres: nō ad ordinē stantes. sanè In minus est: pro, In longo ordine. Treis Antenoridas.) Multi supradictos accipiunt: quod falsum esse Home. docet, qui eos cōmemorat, ἅμα τώ γε δύω ἀντήνορος υἷε ἀρχίλοχός τ' ἀκάμας τε, μάχης εὖ εἰδότε πάσης. Et alibi: τὴν ἀντηνορίδης ἔχε κρείων ἑλικάων. Cereri sacrū.) sacratū: nomen pro participio. Idæumq.) quem aurigā legimus Priami. Etiā.) adhuc: ut, Quæ cura nitētes Pascere equos. Vsq.) diu: & est aduerbium. Trepidare.) pro trepidabant. Ceu quondam petiere rates.) Ostendit uitia nec morte finiri. Frustratur.) decipit. Hianteis.) clamare cupienteis. Nec nos moueat, quòd alijs umbris uerba dat, his silentiū. Timorē enim exprimit, quî

uiuis quoq; adimit uocem: ut, Obſtupui, ſteteruntq; comæ, & uox faucibus hæſit. Deiphobum uidit,) *qui Helenam duxerat mortuo Paride, ad cuius domũ primum ire neceſſe erat, ubi fuerat cauſa bellorum: ut, Iam Deiphobi dedit ampla ruinam Vulcano ſuperãte domus.* Lacerum.) *pro laceratũ, id eſt, habentem ora lacerata.* Populata.) *uaſtata, id eſt, deformia ſublatis auribus.* Truncas.) *truncatas.* Inhoneſto.) *turpi. Terent. Illũ ne obſecro inhoneſtum, ſenẽ, mulieroſum. Inſignis enim deformitas & turpitudo eſt in uultu trũcis naribus.* Pauitantẽ.) *ne agnoſceretur timentem.* Tegentem.) *tegere uolentem. nam truncatis manibus quid tegebat? Tegere aũt eſt cælare, ut cõtrà Nudare eſt indicare: ut, Traiectaq; pectora ferro Nudauit.* Notis uocibus.) *amicabilibus.* Optauit ſumere.) *elegit ut ſumeret.* De te.) *pro in te.* Rhœteo in littore.) *Vbi erat aſylum Aiacis, ſicut in Sigæo Achillis. et bene illic, quaſi ubi tutus eſſe potuerã.*

Atq; hic Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum uidit, lacerum crudeliter ora:
Ora, manusq; ambas, populataq; tempora raptis
Auribus, & truncas inhoneſto uulnere nares.
Vix adeo agnouit pauitantem, & dira tegentem
Supplicia, & notis compellat uocibus ultro:
Deiphobe armipotẽs, genus alto à ſanguine Teu(cri,
Quis tam crudeleis optauit ſumere pœnas?
Cui tantum de te licuit? mihi fama ſuprema
Nocte tulit feſſum uaſta te cæde Pelaſgûm
Procubuiſſe ſuper confuſæ ſtragis aceruum.
Tunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanẽ
Conſtitui, & magna manes ter uoce uocaui.
Nomen, & arma locum ſeruant: te amice nequiui
Conſpicere, & patria decedens ponere terra.
Atq; hic Priamides: nihil ô tibi amice relictũ eſt,
Omnia Deiphobo ſoluiſti, & funeris umbris.
Sed me fata mea, & ſcelus exitiale Lacænæ
His merſere malis, illa hæc monumenta reliquit.
Nanq; ut ſupremã falſa inter gaudia noctem
Egerimus, noſti, & nimium meminiſſe neceſſe eſt:
Cum fatalis equos ſaltu ſuper ardua uenit

Sanè Rhœteium dicitur, & facit Rhœteũ: ſicut etiã Cythereia, & Cytherea. Et arma.) *depicta ſcilicet.* Seruant.) *tenent.* Te.) *tuum corpus: ut, Nunc me fluctus habet.*

Omnia ſoluiſti.) *Quia conſtituto tumulo manes uocauit.* Et funeris umbris.) *ſepulturæ meæ umbris. nam funus illic eſſe non potuit, ubi nec cadauer quidẽ fuerat.* Fata mea & ſcelus Lacænæ.) *Helenæ: ſecũdum mathematicos, qui dicunt etiã inimicitias ex fato deſcendere. unde iſta coniunxit, Fatum & ſcelus Helenæ, per quæ illi mors contigit. Lacænæ patrium eſt nomẽ, à Lacedæmone urbe, cuius Lacones & Lacænæ ciues utriuſq; ſexus ſunt.*

Monumenta.) *Medium eſt ab eo, quod mentem moneat: unde eſt hic de malis. è contra in Tertio, Manuũ tibi quæ monumenta mearum.* Egerimus.) *Ri metri neceſſitate corripit.*

Meminiſſe neceſſe eſt.) *Ciceronis eſt: Cui placet obliuiſcitur, cui dolet meminit. ergo quã dolet, neceſſe eſt meminiſſe.* Fatalis.) *mortifer: ut, Fatiferũq; enſem.* Sup ardua uenit Pergama.)

Pergama.) Aut quòd in arce est positus, aut quia deiectis muris suprà tractus est. Grauis.) grauidus: ut, Grauis tentabunt pabula fœtas. Suprà autem dixerat, Fœta armis. Euantis.) Euanteis Phrygias, aliter non stat uersus. Euantes aũt, bacchantes: à Libero, qui Euan dicitur. Chorum autem ait, multitudinẽ in sacris collectam. Orgia.) id est, cantharos maximos plenos uino. tamen Orgia Bacchi sacra dicuntur, ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id est, ira & furore, propter uinum: sed tamẽ omnia Sacra dicuntur, quæ à latinis cerimoniæ. Circum ducebat.) Diuisit in duos uersus unam partẽ: sed ideo est, quia est compositũ. Lyrici uerò etiã incompositam partẽ orationis in duos diuidũt uersus. Confectũ curis.) plenũ, aut afflictũ. Atqui uacauerat gaudijs; sed illud ostendit qđ ait Statius, Stãt ueteres ante ora metus. nã curæ ferebantur pro suo impetu ex pristino bellorũ tumultu. alij hanc ipsam curã uolunt, quòd habebat coniugem perniciosam maritis. unde sequitur, Egregia interea coniux: per ironiã. Vocat Menelaum, & li. pandit.) Pandit, & uocat: ut, Subeunt luco, fluuiũq; relinquunt. Id magnũ sperans fo. mu. amanti.) Putauit se uitia præterita præsentibus posse celare: quod etiã sequens indicat uersus, Et famã ueterum extingui sic posse malorum. Aeolides.) Vlysses: quia ubiq; talis inducitur. nam Anticlæ filius est, quæ ante Laërtæ nuptias clàm cum Sisypho Aeoli filio concubuit: unde Vlysses natus est. Hoc ei etiã in Ouidio Aiax obijcit, Quid sanguine cretus Sisyphio. Alij Ilidẽ legunt, de quo nõ legimus. Vicissim.) Quia ipse narrabat. Pelagi ne uenis errorib. actus?) non ad inferos, sed ad locũ in quo inferorũ descẽsus est: id est, ad auernum, si intra terrã sunt inferi. Alij altius intelligũt, qui sub terra esse inferos uolũt secundũ chorographos & geometras, q dicunt terrã ἰσόρροπον esse, quæ aqua & aëre sustẽtatur. qđ si est, ad Antipodes potest nauigatiõe perueniri: quia quantũ ad nos spectat, inferi sunt, sicut nos illis. Hinc est, qđ sub terra inferos dicimus esse, quanq̃ illud sit, quia nouẽ cingitur circulis. Tiberianus etiã inducit epistolã uento allatã ab Antipodibus, quæ habet: Superi inferis salutem. qua occasione tractat reciprocũ hoc, quod diximus suprà. nam prudentiores etiam animas per μετεμψύχωσιν dicunt ad alterius terræ partis corpora transitum facere, id est,

Pergama, & armatũ peditem grauis attulit aluo:
Illa chorum simulans euanteis orgia circum
Ducebat Phrygias, flammã media ipsa tenebat
Ingentem, & summa Danaos ex arce uocabat.
Tunc me confectum curis, somnoq; grauatum
Infelix habuit thalamus, pressitq; iacentem
Dulcis & alta quies, placidæq; simillima morti.
Egregia interea coniux arma omnia tectis
Emouet, & fidum capiti subduxerat ensem.
Intra tecta uocat Menelaum, & limina pandit:
Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,
Et famam extingui ueterum sic posse malorum.
Quid moror? irrumpũt thalamo, comes additur unà
Hortator scelerum Aeolides: Dij talia Graijs
Instaurate, pio si pœnas ore reposco.
Sed te qui uiuum casus, age fare uicissim,
Attulerint: pelagi ne uenis erroribus actus?

non in

non in eodem climate uersari. unde ait Lucan. Regit idem spiritus artus Orbe alio longæ canicies si cognita uitæ. Sciendum tamen, Homericũ esse: nam & illic Elpenor similiter Vlyssem interrogat. Sine sole domus.) Non est contrariũ, Solemq́ suum sua sidera norunt. illud enim de campis Elysijs dicitur. Hac uice sermonum.) Hæc sacra, ut diximus suprà, præter unius diei spatium non tenebant. Vnde ueretur Sibylla, ne inanibus fabulis datũ, id est, statutũ & legitimum tempus terat. Quòd aũt dicit, Aurora medium axem traiecerat: illud ostendit, quòd secundũ Thuscos diei ortus est à sexta diei hora. ortus enĩ diei habet auroram. Donatus tamen dicit, aurorã cum quadrigis positam, solem significare. Breuiterq́.) quod cõgruit moram obiurganti.

An monitu diuûm? an quæ te fortuna fatigat,
Vt tristes sine sole domos, loca turbida adires?
Hac uice sermonum roseis aurora quadrigis
Iam medium æthereo cursu traiecerat axem.
Et fors omne datum traherent per talia tempus:
Sed comes admonuit, breuiterq́ affata Sibylla est.
Nox ruit Aenea, nos flendo ducimus horas.
Hic locus est, partes ubi se uia findit in ambas
Dextera, quæ Ditis magni sub mœnia tendit,
Hac iter Elysium nobis: at lęua malorum
Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit.
Deiphobus contrà: ne sæui magna sacerdos,
Discedam: explebo numerum, reddarq́ tenebris,
I decus, i nostrum: melioribus utere fatis.

Nox ruit.) Si per diem sacra celebrantur, Nox ruit, id est, imminet: si per noctem, finitur. Flendo.) propriè. nam & lacrymæ & gemitus fuerant deplorãtis Deiphobi. Findit in ambas.) Compendiosius, quàm si Duas diceret: poteramus enim etiã tertiam sperare. sic Sallust. Inter secũdum atq; ultimũ bellum Carthaginense: non ait Tertiũ. Iter Elysiũ.) id est, ad Elysiũ, de quo diximus suprà. Malorum.) impiorũ: ut, Multa malus simulans uana spe lusit amantẽ. Impia tartara.) ubi puniuntur impij. Ne sæui.) ne irascere. Terent. Nec sæui tantopere. & antiquè dictum est. nam Ne sæuias dicimus, nec imperatiuũ iungimus aduerbio. Nec autẽ, & Non, negantis. Explebo numerũ.) ut suprà diximus, Explebo est, minuam. nam ait Ennius, Nauibus explebant sese, terrasq́ replebant. Quem Caper secutus, quũ de præpositione Ex tractaret, hoc exemplũ posuit. Sensus ergo est: Minuã uestrum numerũ, & reddar tenebris. nam circa Aeneam & Sibyllã aliquid lucis fuisse intelligimus, quippe circa uiuos. unde paulo pòst, Respicit Aeneas subito. Alij Explebo male putãt Complebo esse, umbrarũ scilicet quibus excesserat numerũ. alij Explebo numerũ dicunt esse, finiã tempus statutũ purgationi, & in corpus recurrã: ut hoc sit, Reddarq́ tenebris. nam legimus, Clausæ tenebris & carcere cæco. ut sit sensus: Irasceris mihi quasi homo, nonne & ego homo futurus sum? Alij dicunt, cur irasceris in his locis quãdiu uitæ per uim ereptæ expleam tempus: pòst tenebris, id est, meis sedibus reddar. sed hæc omnia congrua loco non esse, manifestum est. non enim intelligere possumus, Sibylla aliud uolente, scilicet ut abscederet, ad alia Deiphobum respondisse. I decus, i nostrum.) Aut, I ò decus nostrũ, utere melioribus fatis, inferorum scilicet comparatione: quia ait suprà, An quæ te fortuna fatigat, ut Tristes sine sole domos.

aut certe: I decus, & fatis utere nostris, id est, melioribus, quàm aut ego aut tu habuerimus. *Mœnia lata uidet.*) Tartarũ dicit, quem uult esse carcerem inferorũ. Quod autem ait Lata, nocentum exprimit multitudinem. *Triplici circundato muro.*) ualde munitum indicat locũ. *Torquet.*) trahit, uoluit. *Porta aduersa,*) ingẽs. Distinctione excludendũ est uitiũ de duobus epithetis. *Solidoq; adamãte.*) Lapis est durissimus, & tantæ soliditatis, ut nec ferro possit infringi: unde ἀδάμας, α. sine, δαμάω domo, id ẽ, lapis indomitus. *Vis ut nulla uirûm.*) Virûm nõ ad sexum retulit, sed ad uirtutem, hoc est, uirorũ fortium: ut Cicero, Virũ res illa quærebat: cũ de uiro forti diceret. Per hoc ostendit nullum de tartaro ad superos posse remeare, ne numinũ quidem fauore. *Stat.*) eminet. *Auras* aũt, inferis cõgruas intelligamus. Statius de Mercurio ait lib. 2. The. Vndiq; pigræ Ire uetãt nubes, aut turbidus implicat aẽr. pigræ enim auræ eius impediebant uolatum. De illo enim loco multi quærunt, Quis tantus plangor ad auras: & Pollio dicit, Aeneæ & Sibyllæ, quas secum traxerant illi, cum cõstet esse illic auras. *Hinc exaudiri.*) exaudiebãtur. *Tractæq; catenæ.*) Et genitiuus singularis potest esse, & nominatiuus pluralis. *Strepitumq; exterritus hausit.*) Hausit, & exterritus est: hypallage ergo est. *Scelerum facies.*) species: ut suprà, Visa maris facies. *Nulli fas casto.*) pio: & hæc responsio ostendit Aeneam quidem uoluisse ingredi, sed quasi pium prohibitum. *Insistere limen.*) Insisto illam rem dicimus, non illi rei: quod qui dicunt decipiuntur, propter Insto illi rei. *Sed me.*) quia occurrebat, Vnde ipsa cognouisti? *Pœnas deûm docuit.*) Aut quas dij nocentibus statuerunt: aut Titanum, quos legimus deos quasi ex terra progenitos: aut reuera dicit pœnas deorum. Fertur narq; ab Orpheo, quod dij peierantes per Stygem paludem, nouem milibus annorum puniũtur in tartaro: unde ait Stat. Et Styx periuria diuûm Arguit. *Rhadamanthus.*) Hic & Minos & Aeacus filij Iouis & Europæ fuerũt, qui postea facti sunt apud inferos iudices.

Tantum effatus, & in uerbo uestigia torsit.
Respicit Aeneas subito, & sub rupe sinistra
Mœnia lata uidet triplici circundata muro,
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegethon, torquetq; sonantia saxa.
Porta aduersa ingens, solidoq; adamante colũnę:
Vis ut nulla uirûm, non ipsi excindere bello
Cœlicolæ ualeant, stat ferrea turris ad auras:
Tisiphoneq; sedens palla succincta cruenta
Vestibulum insomnis seruat noctesq; diesq;.
Hinc exaudiri gemitus, & sæua sonare
Verbera, tum stridor ferri, tractæq; catenæ.
Constitit Aeneas, strepitumq; exterritus hausit.
Quæ scelerum facies? o uirgo effare: quibus ue
Vrgentur pœnis? quis tantus plangor ad auras?
Tum uates sic orsa loqui: dux inclyte Teucrûm,
Nulli fas casto sceleratum insistere limen.
Sed me cum lucis Hecate præfecit auernis,
Ipsa deûm pœnas docuit, perq; omnia duxit.
Gnosius hæc Rhadamãth' habet durissima regna

Subigitq́ fateri.) compellit ad confessionem. *Furto lætatus inani.*) latebra non ualde profutura, quippe quæ fuerat publicanda post mortem. *Distulit in seram.*) in grauem: ut Serum bellum, in angustijs futurum. *Piacula commissa.*) propter quæ expiatio adhibetur. *Accincta flagello.*) Aut hoc dixit quod uidemus, quia qui longo flagello utitur, ut is pòst ictum in se reuoluat necesse est: aut Accincta est, instructa, ad uerbera scilicet, id est, nocētes flagello quæ sit ipsa præparata.

Castigatq́ auditq́ dolos, subigitq́ fateri
Quæ quis apud superos furto lætatus inani
Distulit in seram commissa piacula mortem.
Continuo sontes ultrix accincta flagello
Tisiphone quatit insultans, toruosq́ sinistra
Intentans angues uocat agmina sæua sororum.
Tum demum horrisono stridentes cardine sacræ
Panduntur portæ. cernis custodia qualis
Vestibulo sedeat? facies quæ limina seruet?
Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra
Sæuior intus habet sedem: tum Tartarus ipse
Bis patet in præceps tantū, tenditq́ sub umbras,
Quantus ad æthereū cœli suspectus Olympum.
Hic genus antiquum terræ, Titania pubes,
Fulmine deiecti fundo uoluuntur in imo.

Agmina sæua sororum.) aut impetus, aut de Harpyis dixit: aut serpētum agmina, quos pro comis habet. *Tum demū horrisono.*) Mittūtur, inquit, post uerbera ad æternū suppliciū. & est secutus ordinē iuris antiquum. nam post habitam quæstionē ad Tullianū, ad ultimū suppliciū mittebantur. Alij hoc à Poëta dictū uolunt, ut illa loquente intelligamus portam esse patefactam: alij continuant narrationē. *Sacræ.*) execrabiles. *Cernis custodia qualis.*) Custodia est quæ custodit, non quæ custoditur. Vsurpatū autem est sicut hospita, sicut neptis: nam hic & hæc custos facit. Hæc enim quæ finiuntur in o, ut fullo: in or, ut nepos: in es, ut hospes: fœminina ex se non faciūt: quæ autē inuenimus, usurpata sunt. unde & dissimilia inueniūtur: nam custos custodia facit, & nepos neptis. *Vestibulo sedeat.*) Significat Megæram. hoc autē dicit: cernis hanc quàm sæua sit, sunt & intus aliæ. *Atris immanis hiatibus.*) quæ sæuior quàm hydra fuit. Multi ipsam hydram fuisse dicunt, quod non procedit. nam eam in aditu legimus inferorū: ut, Ac belua Lernæ. quā alij tria uolūt habuisse capita, alij nouem: ut Simonides dicit, quinquagnita. *Tartarus.*) uel quia omnia illic turbata sunt, ἀπὸ τῆς ταραχῆς: aut quod est melius, ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν, id est, à tremore frigoris. sole enim caret. *Bis patet in præceps.*) Ideo in præceps addidit, quia potest quid etiam sursum patere. Videtur autem hoc à prudentioribus ideo dictū, quia secundum rationem sphæræ sol cum in unam concesserit partem, duæ quasi tartarum faciunt: una à qua discessit, & altera ad quam nunquam accedit. quod melius sphæræ indicat ratio. Hoc autem dicit: Tartarus ipse bis tātum in præceps patet, & tendit sub umbras, quantus est suspectus, id est, altitudo ad Olympum æthereum. & sic Homerus de tartaro. *Hic genus antiquum terræ.*) id est, primum. Titanas enim contra Saturnum genuit, gigantes postea cōtra Iouem. & ferunt fabulæ, Titanas ab irata cōtra deos

Terræ

Terra, in eius ultionem creatos: unde & Titanes dicti sunt, ἀπὸ τῆς τίσεως, id est, ab ultione. de his autem Sol abstinuisse narratur ab iniuria numinum, unde & cœlum meruit. Aloidas geminos.) Aloëus Iphimediam uxorem habuit, quæ compressa à Neptunno duos peperit, Otum & Ephialtem, qui digitis nouem per singulos menses crescebant. Freti itaq; altitudine, cœlum uoluere subuertere: sed confixi sunt Dianæ & Apollinis telis. Aloidas autem sic dixit, ut de Hercule Amphytrioniades. & sæpe diximus hoc de Odyssea Homer. in λ. scribitur: τὴν δὲ μετ' ἰφιμέδειαν ἀλωῆος παράκοιτιν ἀείδον ἣ δὴ φάσκε ποσειδάωνι μιγῆναι καί ῥ' ἔτεκεν δύο παῖδε, μινυνθαδίω δὲ γενέσθην ὦτόν τ' ἀντίθεον, τηλεκλειτόν τ' ἐφιάλτην.

Hic & Aloidas geminos, immania uidi
Corpora, qui manibus magnũ rescindere cœlum
Aggressi, superisq; Iouem detrudere regnis.
Vidi & crudeleis dantem Salmonea pœnas,
Dum flãmas Iouis, & sonitus imitatur Olympi.
Quatuor hic inuectus equis, & lampada quassans
Per Graiûm populos, mediæq; per Elidis urbem,
Ibat ouans, diuûmq; sibi poscebat honores:
Demens, qui nimbos, & non imitabile fulmen
Aere & cornipedum cursu simularat equorum.
At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit, non ille faces, nec fumea tædis
Lumina, præcipitemq; immani turbine adegit.
Necnon & Tityon terræ omniparentis alumnum
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus

Geminos.) sui similes. Crudeleis pœnas.) sæuas, nimias: nam non dicit indignas ferentem, quia qui sacrilegus fuit. Salmonea.) Salmoneus Aeoli filius fuit, non regis uentorum, sed cuiusdam apud Elidem ubi regnauit: qui fabricato ponte æreo, super eum agitabat currus ad imitanda tonitrua: & in quem fuisset iaculatus facem, eum iubebat occidi. hic postea uerum expertus est fulmen. Mediaq; per Elidis urbem.) Hic est indignatio, quod in ea ciuitate Iouem imitabatur, in qua specialiter Iuppiter colitur. Densa inter nubila.) Ostendit fulminis causam & originem. Fumea lumina.) id est, terrena: nam æthereus ignis caret fumo. solo enim splendore uiget. Contorsit.) proiecit cum impetu. Adegit.) impegit. Necnon & Tityon.) Tityus secundum aliquos filius terræ fuit, secundum alios à terra nutritus. unde elegit sermonẽ, quo utrunq; significaret: nam alumnũ dixit. Hic amauit Latonam, propter quod Apollinis telis confixus est. Damnatus est autem hac lege apud inferos, ut eius iecur uultur exedat. Quanquã Homerus uicissim dicat duos uultures sibi in eius pœnã succedere: unde hæc dicit de Titio, καὶ τιτυὸν εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱὸν κείμενον ἐν δαπέδῳ, ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον δέρτρον ἔσω δύνοντες. Sanè in usu est uultur, licet Cicero uulturis dixerit: & Plautus in Curculione, tacit uulturios quatuor. quod quidem potest esse etiam deriuatiuũ. Ennius, Vulturis in syluis miserum mandebat homonem. Declinatur autem hic Tityos, huius Tityi: ut Delos deli. Per tota nouem cui iugera corpus Porrigitur.) Quãtum ad publicam faciem, magnitudinẽ ostendit corporis. sed illud significat, quod quia de amatore loquitur, libidinem late patere; ut ait suprà, Nec procul hinc partẽ fusi mõstrãtur in omnem

Lugentes cāmpi. Sanè de his omnibus rebus mire reddidit rationē Lucretius, & confirmat in nostra esse uita omnia quæ fingũtur de inferis. dicit enim Tityon amorem esse, hoc est, libidinem, quæ secundum Physicos & medicos in iecore est, ut risus in splene, iracũdia in felle. unde etiam exesum à uulture, dicitur in pœnam renasci. etenim libidini nō satisfit re semel peracta, sed recrudescit semper: unde ait Horatius, Incontinentis aut Tityi iecur. Ipse etiã Lucretius dicit per eos, super quos casurus imminet lapis, supstitiosos significari, qui inaniter semper uerentur, & de dijs & cœlo & locis superioribus male opinantur. nam religiosi sunt, qui per reuerentiam timēt. Per eos autē qui saxum uoluũt, ambitũ uult & repulsam significari, quia semel repulsi petitores ambire non desinũt. Per rotam aũt ostendit negociatores, quia semper tempestatibus turbinibusq; uoluũtur. Fœcũdaq; pœnis.) fœcunda in pœnam.

Porrigitur, rostroq; immanis uultur obunco
Immortale iecur tondens, fœcundaq; pœnis
Viscera, rimaturq; epulis, habitatq; sub alto
Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis.
Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumq;?
Quos super atra silex iamiam lapsura cadenti
Imminet adsimilis, lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris, epulæq; ante ora paratæ
Regifico luxu, furiarum maxima iuxtà

Rimatur.) pascitur: ut, Rimantur prata Caystri. Fibris.) Fibræ sunt eminentiæ iecoris. Quid me. Lapithas?) Hi populi Thessaliæ, quib. impabat Ixiō, amicissimus (ut supra diximus) Ioui, Phlegiæ filius: qui post Nubis coitum, fictæ in formam Iunonis, cum se de eius stupro iactaret, ab irato Ioue ad inferos trusus est, & illic religatus ad rotam circũfusam serpentibus. Pirithoumq;.) Hic unus de Lapithis fuit, qui descendit cum Theseo ad rapiendam Proserpinā. Adsimilis.) Ad uacat, & à maioribus ad ornatum adhibebatur: ita adinuenire, pro inuenire legimus. Horat. Qua populus adsit à certis limitibus uicina refugit iurgia. Lucent genialibus altis.) Aliud est: Tantalus rex Corinthiorũ amicus numinibus fuit, qui cum frequenter eos susciperet, & quodam tempore defuissent epulæ, filium suum Pelopem occidit, & dijs epulandum apposuit. tunc abstinentibus cunctis, Ceres humerum eius exedit. & cum eum dij per Mercuriũ reuocare ad superos uellent, eburneus est ei humerus restitutus: sicut suprà, Humeroq; Pelops insignis eburno. Ideo autē sola Ceres dicitur comesse, quia ipsa est terra, quæ corpus soluit. Per Mercurium autem ob hoc fingitur esse reuocatus, quòd ipse est deus prudentiæ, per quam philosophi deprehenderunt παλιγγενεσίας, uel μετεμψύχωσιν. Tantalus autem hac lege apud inferos dicitur esse damnatus, ut in Eridano inferorum stans, nec undis præsentibus, nec uicinis eius pomarijs perfruatur: quẽadmodũ & Home. ἐν τῷ λ. ὀδυσ. scribit, καὶ μὴν τάνταλον εἰσεῖδον κρατέρ' ἄλγε' ἔχοντα ἑσταότ' ἐν λίμνῃ, ἡ δὲ προσέπλαζε γενείῳ. στεῦτο δὲ διψάων, πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἑλέσθαι. Per hoc aũt auaritia significatur: ut etiam Horat. Tantalus à labris sitiens fugientia captat Flumina: quid rides? mutato nomine de te Fabula narratur. Genialibus.) ueluti genialibus: nam geniales propriè sunt, qui sternuntur puellis nubentibus, dicti à generãdis liberis. Aurea fulcra.) quibus fulcimur, id est, sustinemur. Regifico luxu.) regio ambitu. Furiarũ maxima.) unde & famē prænunciat, ut

ciat, ut hanc esse Furiarũ maximam doceat: nam de Harpyia famem prænunciante dixit, Furiarum maxima pando. Et manibus.) *eorum scilicet, non suis.* Facem attollens.) *iniiciens ignem auaritiæ, ut abstineant.* Quibus inuisi fratres.) *Hæc quidem constat esse dicta generaliter. Possunt tamen & ad speciem trahi, ut Aegysthum & Danaum, Atreũ similiter & Thyestem, Eteoclem & Polynicem significare uideatur. Bene autem dicẽdo Inuisi, p id quod leue est, etiã maiorã amplexus est.*

Accubat, & manibus prohibet cõtingere mensas:
Exurgitq; facem attollens, atq; intonat ore.
Hic quibus inuisi fratres dum uita manebat,
Pulsatúsue parens, & fraus innexa clienti:
Aut qui diuitijs soli incubuere repertis,
Nec partem posuere suis: quæ maxima turba est.
Quiq; ob adulterium cæsi, quiq; arma secuti.
Impia, nec ueriti dominorum fallere dextras:

Pulsatús ue parẽs.) *Itẽ quod leuius est dixit, parricidij comparatione. Possumus autẽ Oedipum accipere, Lai extinctorem.* Aut fraus innexa clienti.) *Ex lege xij. tabularũ uenit, in quibus scriptũ est: Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto. Si enim clientes quasi colentes sunt, patroni quasi patres: tantundem est clientem, quantũ filiũ fallere. & hoc posse fieri ex Horatij dictis intelligimus, qui cum loqueretur de auaris potẽtibus, ait de uicino cliente: Pellitur paternos in sinu ferens deos. Vrbano tamẽ hoc displicet, & dicit rarum esse hoc, magisq; cõtrarium, cum magis patronos decipiant frequenter clientes. Vult autem intelligi præuaricatores, qui patroni sunt clientum, quos nunc susceptos uocamus.* Nec partẽ posuere suis.) *Bene addidit Suis, id est, cognatis, affinibus. Hæc enim fuerat apud maiores donandi ratio, non profusa passim. nam hoc est uelle inaniter perdere. unde Cicero ait in libris Legũ: Stipem prohibeo, nam auget superstitionẽ, exhaurit domos. Dignis igitur largiendum est: unde Horat. Cur eget indignus quisquam te diuite? id est, indignus paupertate.* Ob adulterium cæsi.) *Si occisi, Aegysthũ significat, Thyestæ filium. si reuera cæsi, Salustiũ: quem Milo deprehensum sub serui habitu, uerberauit, in adulterio suæ uxoris filiæ Syllæ.* Quiq; arma secuti Impia, nec ueriti dominorum fallere dextras.) *Hoc loco uidetur blandiri Augusto, quia cõtra Cæsarem patrem eius multi, quibus ignouit, arma susceperant. Est nanque eius dictum, dare quidem se ueniam Pompeianis, sed ab ipsis quãdoq; esse periturum: ut Arma impia, ciuilia dixerit bella. uel ea quæ mouerũt Pompeiani, contra acceptæ ueniæ fidem: sed nõ procedit. nam si arma impia dixit bellum ciuile, tangit & Augustum & Cæsarem, qui & ipsi bella ciuilia tractarunt. Item si culpat eos qui contra fidem datæ ueniæ dimicauerunt, tangit Augustum. nam transierunt ad eum ab Antonio duo milia equitum, per quos est uictoriam consecutus. Horatius, Adhuc frementes uerterunt bis mille equos Galli canentes Cæsarem. Fecit præterea iniuriam Augusto uel Cæsari, si eos dominos dixit, qđ apud maiores inuidiosum fuerat. unde Tullius, Dominãte Sylla: nam patres patriæ dicebantur. Iuuenalis, Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Melius ergo est, ut bellum à Sexto Pompeio, Pompeij filio, in Siculo freto gestum accipiamus. Nam occiso patre Siciliam tenuit, & collectis inde seruitijs uastauit sex annis ultro citroq; Siciliam. postea uictus est ab Augusto & Agrippa. Horatius, Minatus urbi uincula quæ de-*

traxerat Seruis amicus perfidis: & hoc sensu tam arma impia, quàm dominorū congruit cōmeratio. Pœnam expectant.) quod grauius est: nam in expectatione & præsens metus est, & dolor futurus. In ipsa autem pœna solus est dolor. Forma uiros.) regula. Singulis enim sceleribus statuta sunt supplicia: nam morem Romanum sequitur. Saxum ingens uoluūt alij.) Sisyphum dicit, qui deorum consilia hominibus publicauit, qualis ab Homero describitur: καὶ μὴν σίσυφον εἰσεῖδον κρατέρ' ἄλγε' ἔχοντα λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσιν ἤτοι ὁ μὲν σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον. Radijsq; ro.) Ixionē dicit: ut alibi ostēdit, Atq; Ixionis uēto rota cōstitit orbis. licet suprà dixerit, Quos supra atra silex. nam de his fabulis uariæ sūt in ipsis opiniões autoribus.

Inclusi pœnam expectant. ne quære doceri
Quam pœnā, aut quę forma uiros, fortunaúe mersit.
Saxum ingens uoluunt alij, radijsq; rotarū
Districti pendent. sedet, æternumq; sedebit
Infelix Theseus, Phlegyasq; miserrimus omnes
Admonet, & magna testatur uoce per umbras:
Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos.
Vendidit hic auro patriam, dominumq; potētem
Imposuit, fixit leges pretio, atq; refixit.
Hic thalamum inuasit natæ, uetitosq; hymenęos.

Aeternūq; sedebit Infelix Theseus.) Cōtra opinionē: nam fertur ab Hercule esse liberatus, quo tempore eum ita abstraxit, ut illic corporis eius relinqueret partem. Frequenter enim uariāt fabulas poëtæ. Hippolytum ab inferis liberatū Vergilius dicit, Horatius contra: Neq; enim Diana pudicum Liberat Hippolytum. Phlegyasq; miserrimus omnes Admonet.) Si nominatiuus est singularis, hoc dicit: Phlegyas omnes admonet apud inferos pœnas ferentes. Si autem accusatiuus pluralis est, Theseum omnes Phlegyas admonentem debemus accipere. Hi nanq; secundum Euphorionem populi insulani fuerunt, satis in deos impij & sacrilegi. unde iratus Neptunnus percussit tridente eam partem insulæ, quam Phlegyæ tenebant. Phlegyas autem pater Ixionis habuit Coronidem filiam, quam Apollo uitiauit: unde suscepit Aesculapium. quo pater dolens incendit Apollinis templum, & eius sagittis est ad inferos trusus. Statius, Phlegyam subter caua saxa iacentem Aeterno premit accubitu. Discite iustitiam.) uel nunc in pœnis locati. Vendidit hic auro patriam.) Et hæc licet generaliter dicantur, habent tamen specialitatem. nam Lasthenes Olynthum Philippo uēdidit, Curio Cæsari uiginti septem mulibus aureis Romam: de quo Lucan. Gallorum captus spolijs & Cæsaris auro. & illud: Emere omnes, hic uendidit urbē. Fixit leges precio, atq; refixit.) Possumus Antonium secundum Ciceronem in Philippicis accipere. Fixit autem ideo, quia incisæ in æreis tabulis leges affigebantur parietibus. Hic thalamū inuasit natæ.) Thyestes Pelopeæ filiæ, unde Aegysthus natus est. Itē Ciniras filiæ Myrrhæ, de qua natus est Adonis. Nam quod Donatus dicit, nefas est credi dictū esse de Tullio: quod conuicium à Sallustio Ciceronis inimico natum est, qui de illo inquit, Filia matri pellex. Vetitosq; hymenæos.) legibus scilicet. nam dicendo Vetitos, ostendit fuisse non uetitos: uelut est apud Persas hodie. unde Catullus ait de concumbentibus cum matre Persis: Nam magus ex matre & gnato gignatur oportet, Si uera est Persarū impia relligio. unde Donatus

de Donatus male ait, natura & legibus uetitos. Ausi omnes immane nefas, ausóq; potiti.) *Illic sunt & qui fecerunt, & qui conati sunt. Dicit autem secūdum ritum Romanum, in quo non tantum exitus punitur, sed etiam uoluntas.* Non mihi si linguæ centum sint oráq; centum Ferrea uox.) *Lucretij uersus, sublatus de Homero.* ἐν τῷ β. ἰλιάδος. πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω. οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν. φωνὴ δ' ἄρρηκτος, χάλκεον δὲ μοὶ ἦτορ ἐνέη. *Sed ille ærea uox dixit.*

Ausi omnes immane nefas, ausóq; potiti.
Non mihi si linguæ centum sint, oráq; centum,
Ferrea uox, omneis scelerū comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.
Hæc ubi dicta dedit Phœbi longęua sacerdos:
Sed iam age carpe uiā, & susceptū perfice munus,
Acceleremus, ait: Cyclopum educta caminis
Mœnia conspicio, atq; aduerso fornice portas:
Hæc ubi nos pręcepta iubent deponere dona.
Duxerat, & pariter gressi per opaca uiarum
Corripiunt spaciū mediū, foribusq; propinquāt.
Occupat Aeneas aditum, corpusq; recenti
Spargit aqua, ramumq; aduerso in limine figit.
His demum exactis perfecto munere Diuæ
Deuenere locos lætos, & amœna uirecta
Fortunatorum nemorum, sedesq; beatas.
Largior hic campos æther, & lumine uestit

Scelerū for.) *ut, Quæ forma uiros fortunaúe mersit.* Perfice munus.) *hoc est, ramum redde: nam suprà ait, Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus instituit.* Cyclopū educta caminis.) *hoc ē, magna. ita enim cuiuslibet rei magnitudinē significant, adeò ut Statius Argiuorum muros ab ipsis dicat esse pfectos.* Fornice.) *arcu. Cicero: Vidit ad ipsum fornicem Fabianum.* Corripiunt spacium.) *raptim spaciū peragūt.* Occupat Aeneas aditū.) *ingreditur: ut suprà dixit.* Recēti.) *semper fluenti. Dixit autem hoc propter paludē Stygem.* Spargit aqua.) *id est, purgat se. nam inquinatus fuerat aspectu tartari. Et spargit, quia se inferis purgat. nam superis immolaturi corpus abluunt: ut suprà, Donec me flumine uiuo Abluero.* Amœna uirecta.) *uirentia: & est satis usurpatum. Amœna autem, quæ solum amorem præstant: uel ut suprà diximus, quasi amunia, hoc est, sine fructu: ut Varro, & Carminius docēt. Alludit autem ad insulas fortunatas. nam & sequenti hoc indicat uersu.* Largior hic campos æther, & lumine uestit Purpureo.) *Non nostro largior, sed qua est in cætera inferorum parte. Aut reuera largior, si lunarem intelligamus circuitum. nam, ut suprà diximus, campi Elysij aut apud inferos sunt, aut in insulis fortunatis, aut in lunari circulo. Lucanus, Illic postquam se lumine uero Induit. Homerus campos Elysios ad insulas fortunatas esse testatur his uersibus:* ἀλλά σ' ἐς ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς ῥαδάμανθυς τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἄρ χειμὼν πολὺς, οὔτε ποτ' ὄμβρος ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγὺ πνείοντας ἀήτας ὠκεανὸς ἀνίησιν ἀναψύχειν ἀνθρώπους.

Solemq;

Solemq́ suum.) sibi congruum, græcè dixit: ut, Fessosq́ sopor suus occupat artus. Palæstris.) luctationibus, græcè dixit: nam παλαίειν luctari dicunt Græci, inde πάλη. Contendunt ludo.) inter se ludo, non odio. Choreas.) Re corripuit, propter metrum. alibi aūt secundū naturam: ut, Iuuat indulgere choreis. Ergo aut systolen fecit, aut antithesin, e pro ei ponens, ut pro χορεία posuit χορία, id est, chorea: nam græcū est nomē.

Purpureo, solemq́ suum, sua sidera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palæstris,
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena.
Pars pedibus plaudūt choreas, & carmina dicūt.
Necnon Threicius longa cum ueste sacerdos,
Obloquitur numeris septem discrimina uocum.
Iamq́ eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.
Hic genus antiquum Teucri pulcherrima proles,
Magnanimi Heroës, nati melioribus annis:
Ilusq́, Assaracusq́, & Troiæ Dardanus autor.
Arma procul, currusq́ uirûm mirantur inanes.
Stant terræ defixæ hastæ, passimq́ soluti
Per campos pascuntur equi: quæ gratia currûm,

Nec non Threicius longa cū ueste sa.) Orpheus Calliopes Musæ et Oeagri fluminis filius fuit, qui primus orgia instituit: primus etiam deprehēdit harmoniam, id est, circulorum mundanorum sonū, quos nouem etiā nouimus. è quibus summus, quē ἄναστρον, id est, sine astris dicunt, sono caret. item ultimus qui terrenus est: reliqui septem sunt, quorum sonum deprehendit Orpheus, unde utiq; septē fingitur chordis. Longam autem uestem aut citharœdi habitum dicit, aut longam barbam. nam econtrario imberbes, inuestes uocamus. Sacerdos autē, quia theologus fuit, et orgia primus instituit. Ipse etiam homines de feris & duris mites cōposuit. unde dicitur arbores & saxa mouisse, ut deus: unde Horat. Syluestres homines sacer interpresq́ deorum Cædibus & uictu fœdo deterruit Orpheus, Dictus ab hoc lenire tygres, rabidosq́ leones. Obloquitur numeris.) Dicendo Obloquitur, chordarum expressit laudem, quas dicit uerbis locutas. Obloqui enim non est, nisi contra loquentem loqui: non aūt maledicere, ut aliâs. Numeris.) rhythmis, sonis: ut, Numeros memini, si uerba tenerem. Septē discrimina.) Quia omnes chordæ similiter sonant. Iam.) nunc. Hoc autem pecten declinatur, ut hoc carmen. Hic genus antiquum.) Quod non omnes uiros fortes in Elysio uisos esse commemorat, hæc est ratio: quia isti diuinos meruerant honores, quod Tydeo, uel his quos suprà memorauit, nō contigit. ideo Antiquum addidit, quasi & illis Elysij cōtingerent campi, si eis annorum non derogaret uetustas. Nati melioribus annis.) Plerunq; enim uirtus decoloratur temporis infelicitate. Cicero, Vt illa laus temporum non hominum fuisse uideatur. Ilusq́ Assaracusq́.) Troiani reges fuerunt. Troiæ Dardanus autor.) Hunc in Septimo inter deos dicit relatum: ut, Et numerum diuorum altaribus addit. sed, ut suprà diximus, Homerū sequitur, qui inducit simulacrum Herculis apud inferos uisum. Defixæ hastæ.) Subaudi ianes, & quidē equos inanes. Quæ gratia currûm.) Detraxit unū u, licentia qua latinitas Græcos secuta genitiuo plur. syllabā aut addit, aut detrahit. ut hoc loco detraxit, sicut Arma uirûm. cōtrà addidit, Alituū pecudumq́ genus: pro alitū. sicut Græci μουσάων Ἑλικονιάδων.

Nitenteis.)

Nitenteis.) pingueis: ab eo quod sequitur, id quod præcedit intelligis. Per ea autem quæ dicturus est, intelligendum hoc: Quæ gratia fuit uiuis, eadem sequitur tellure repostos.

Pæana.) Propriè Apollinis laudes, quod nunc intelligemus propter lauri nemus. abusiuè omnium deorũ, sicut Orgia propriè Liberi. *Odoratum.) pro odorum, ut suprà diximus.*

Armorumq́ fuit uiuis, quæ cura nitenteis
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
Conspicit ecce alios dextra læuaq́ per herbam
Vescentes, lætumq́ choro pæana canentes,
Inter odoratum lauri nemus, unde supernè
Plurimus Eridani per syluam uoluitur amnis.
Hic manus ob patriam pugnando uulnera passi:
Quiq́ sacerdotes casti, dum uita manebat,

Vnde supernè Plurimus Eridani per syluam uoluitur amnis.) Eridanum Aratus in cœlo esse dixit, haud longè à Ceto. Hic & in terris est, qui in Italia Padus uocatur: quem alij etiã ad inferos uolunt tendere, alij nasci apud inferos, & exire in terras. Ideo autem ista finguntur, quia de Apennini parte oritur, quæ spectat inferum mare, & tendit usq; ad superũ. Ergo hic sensus est: Canebant in locis unde supernè, id est, ad superos plurimus Eridani amnis per syluã uoluitur. namq; uerisimile est: quoniã legimus de Aristeo, Omnia sub magna labentia flumina terra Spectabat diuersa locis. Et congruè. nam omnis humor ex terræ nascitur uenis. Alij Eridanũ pro quocunq; accipiunt, & dicũt κατ' ἐξοχὴν dictũ: nam legimus, Fluuiorũ rex Eridanus. Et amant poëtæ pro appellatione magnæ rei proprietatem ponere: ut alibi, Poculaq; inuẽtis Acheloia miscuit uuis. Melius tamen est si distinguamus: Vnde supernè plurimus, unde ad superos: Plurimus, id est, magnus amnis uoluitur: per syluã Eridani, id est, populos. Fabula nãq; hæc est: Eridanus Solis filius fuit, hic à patre impetratũ currum agitare non potuit: & quũ per errorẽ mundus arderet, fulminatus in Italiæ fluuiũ cecidit, & tunc à luce ardoris sui Phaëton appellatus est, & pristinũ nomen fluuio dedit. unde mixta hæc duo nomina inter Solis filium & fluuium inuenimus. postea eius sorores flendo uersæ sunt in populos: ut in Decimo, Populeas inter frondeis umbramq; sororum. & hoc Vergilius. nam alij in alias arbores dicunt. *Hic manus ob patriam pugnando uulnera passi.) Manus, id est, multitudo eorũ, qui ob patriam passi sunt uulnera. & est figuratè dictum. Sanè animaduertendum illud, quod ait Horatius in Arte poëtica, Et simul & iucunda & idonea dicere uitæ. nullam enim maiores nostri artem esse uoluerunt, quæ non aliquid reipublicæ commodaret. Vnde Vergilius hoc per transitum facit. nam dicendo Puniri patriæ uenditores, contrà præmia defensoribus solui: nihil utiq; aliud, nisi fugienda uitia, & sectandas docet esse uirtutes. ubi ueram fortitudinis diffinitionem expressit, quũ utilitate publica suscipiatur fortitudo, uidelicet ob patriam. & locum fortitudinis expressit quum dixit, Pugnando: quia fortitudo est rerum magnarũ & terribilium inuasio.* *Sacerdotes casti, dum uita manebat.) Quasi quis castus possit esse post mortem. sed aliud dicit, id est, qui fuerunt casti, dum in communione uitæ uersarentur. nam hi qui maxima sacra accipiebãt, renũciabant omnibus rebus, nec ulla in his, nisi numinũ cura remanebat. Herbis etiã quibusdam emasculabantur, unde etiam coire non poterant. Dicit ergo eos sacerdotes, qui casti fuerunt etiam ante sacra suscepta.*

Pij uates.) uaticinantes. Phœbo digna locuti.) Veridici qui talia loquebantur, qualia decebant Apollinem: multi enim mentiebantur. sicut in Luc. Phœbas, ad quam Appius Claudius: En nobis dabis improba pœnas, Et superis quos fingis ait. Inuentas aut qui uitã excoluere per artes.) qui erudiuerũt, id est, ornauerũt uitam per inuenta artificia. Significat autẽ philosophos. Quiq; sui memores alios fecere merendo.) & qui aliquos sui memores fecere præstãdo: ut, Nunq̃ regina negabo Promeritã, id est, præstitisse. Terẽt. Ego Carmine neutiquã liberi esse hominis officiũ puto, quũ nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi. Omnibus his niuea cinguntur tempora uitta.) Per quod eos ostendit meruisse diuinos honores, ut diximus suprà. Musæum ante omneis.) Theologus fuit iste, post Orpheum: & sunt uariæ de hoc opiniones.

Quiq; pij uates, & Phœbo digna locuti,
Inuentas aut qui uitam excoluere per artes,
Quiq; sui memores alios fecere merendo,
Omnibus his niuea cinguntur tempora uitta.
Quos circunfusos sic est affata Sibylla:
(Musæum ante omneis: mediũ nã plurima turba
Hunc habet, atq; humeris extantẽ suspicit altis:)
Dicite felices animæ, tuq; optime uates,
Quæ regio Anchisen? quis habet locus? illius ergò
Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.
Atq; huic responsum paucis ita reddidit heros:
Nulli certa domus, lucis habitamus opacis:
Riparumq; toros, & prata recentia riuis
Incolimus. sed uos, si fert ita corde uoluptas,
Hoc superate iugum, & facili iam tramite sistam.
Dixit, & ante tulit gressum, camposq; nitenteis
Desuper ostẽtat, dehinc sũma cacumina linquũt.

nam eum alij Lini filium, alij Orphei uolunt, cuius eum constat fuisse discipulum. nam ad ipsum primũ carmen scripsit, quod Cratera appellauit. Humeris extantẽ suspicit altis.) Quasi philosophũ: ac si diceret, Platonem. nam Plato ab humerorum dictus est latitudine, quam Græci πλάτος uocant. Athleta enim fuit, qui post omnium uictoriam se philosophiæ dedit. Tuq; optime uates.) Quia theologus fuit. Et est sciendũ, hoc loco Sibyllã iam à numine derelictam: unde & interrogat, quod aliàs non faceret. Quæ regio Anchisen? quis habet locus?) Bene & generalitatẽ requirit, & speciẽ, ut possit facilius inueniri. nam locus in regione est. Illius ergò.) propter illum. Ergo aũt coniunctio fuit, sed per accentus mutationem in aduerb. transijt: & est sola particula, quæ habet in fine circumflexũ. Multi malè putant nomen esse indeclinabile, & dicunt positũ esse pro causa. Causa autem nomen est, Græcè aũt χάριν, καὶ ἕνεκα. Magnos amneis.) Aut magna fluenta, aut quia nouem sunt, quæ odiosum fuerat si singula cõmemoraret. Nulli certa domus.) id est, habitatio, quam animæ tamdiu certã habent, quãdiu in corporib. sunt, post quorũ absolutionẽ uagantur pro uitæ merito in circulis. Lucis habita. op.) Varia dicit, quæ pro uitæ uarietate cõtingunt. In his aũt locis heroũ animæ colũtur. Recentia.) uirẽtia: riuorũ scilicet causa. Iugũ.) Ita enim diuidũtur montes in radices, latera, iuga, uertices, pro qualitate locorũ. Dehinc

summa

ſumma cacumina linquũt.) Non linquit. hoc enim dicit: Aeneas & Sibylla perducti ad ſũmmũ, in plana deſcendunt. *Penitus conualle uirenti.)* ualde uirenti: ut, Penitusq́ ſonãtis. *Incluſas animas.)* Non reuera incluſas, ſed ſeparatas à multitudine, quo facilius agnoſcerentur. *Luſtrabat ſtudio recolens.)* circumibat ſtudioſe retractans. Incluſas aũt, aut ſegregatas, aut ſecundum ritũ antiquũ. Multitudinem enim ſi numerare non poterant, eam in certum locũ per parteis includebãt, & ita quãta eſſet uidebãt: quod & Xerxes de ſuo fecit exercitu. *Charosq́ nepotes.)* poſteros: ſic per nurus fœminas dicunt. *Fataq́ fortunasq́ uirûm, moresq́ manusq́.)* Felicitas enim aut fatalis eſt, aut fortuita, aut ex uirtute deſcẽdit. *Alacris.)* ipſe alacris. Et ſciendũ, ſecundum antiquos & Alacris & Alacer, tam de maſculino, quàm de fœminino genere dixiſſe, nunc maſculino utrũq; damus, de fœminino Alacer nunquam dicimus: licet Enni. dixerit, Aeſtatẽ autumnus, pòſt acer hyems fit. nam inde eſt Alacer. *Genis.)* palpebris. Ennius de dormiẽte, Imprimitq́ genæ genã. *Excidit ore.)* quaſi ſeni, quod circa Anchiſen reſeruat: ut, Tantumq́ nefas patrio excidit ore. *Veniſti tandẽ.)* Hoc ad effectũ pertinet deſiderantis: aliàs oritur quæſtio quòd dicit, Sic equidẽ ducebã animo. *Expectata.)* probata, nunc etiã: ut, Et rebus ſpectata iuuentus. Hoc aũt dicit: Tua pietas mihi ſemper probata, nunc etiã iter durũ uicit, ſcilicet inferorũ. *Et notas audire, & red. uo.)* familiariter loqui. *Rebarq́ futurũ.)* arbitrabar, ratiocinabar eſſe uenturũ. Et per hoc intelligimus fataliter Aeneam ad inferos deſcendiſſe. non enim niſi fatalia deprehenduntur. *Nec me mea cura fefel.)* nec decepit me dulciſſimus filius. nam uocatiuus eſt Mea cura, id eſt, tu. & dictum eſt, ſicut, Veneris iuſtiſſima cura. *Quas ego te terras, & quãta per æquora uectum?)* Pietatis magnitudo oſtenditur, quum pater eius ingemit caſibus. *Libyæ tibi regna nocerent.)* Aut quia de Iunone ait Venus, Haud tanto ceſſabit cardine rerum. aut quod eſt melius, illud dicit: Timui ne dum apud regna Carthaginis uoluptatibus uacabas, imperium fatale derelinqueres. Vnde per tranſitum inſinuat, quòd intelligatur Aeneam in Africã apud Didonem diuertiſſe, quum utrunq; conſtet diuerſis ætatibus fuiſſe. *Triſtis imago.)* ſeuera, terribilis: ut ſuprà,

At pater Anchiſes penitus conualle uirenti
Incluſas animas, ſuperumq́ ad lumen ituras
Luſtrabat ſtudio recolens, omnemq́ ſuorum
Fortè recenſebat numerum, charosq́ nepotes,
Fataq́ fortunasq́ uirûm, moresq́ manusq́.
Isq́ ubi tendentem aduerſum per gramina uidit
Aeneam, alacris palmas utraſq́ tetendit.
Effuſæq́ genis lacrymæ, & uox excidit ore.
Veniſti tandem, tuaq́ expectata parenti
Vicit iter durum pietas: datur ora tueri
Nate tua, & notas audire & reddere uoces.
Sic equidem ducebam animo, rebarq́ futurum
Tempora dinumerans, nec me mea cura fefellit.
Quas ego te terras, & quanta per æquora uectum
Accipio? quantis iactatum nate periclis?
Quàm metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerent.
Ille autem: tua me genitor, tua triſtis imago

ut suprà, Et turbida terret imago. Sæpius occurrens.) *κατὰ τὸ συνεζευγμένον sæpius ei dictum intelligimus: aut certè: Egit me tua imago ad hæc tendere limina, quam sæpe uidere consueui.* Stant sale Tyrrheno classes.) *Affectionis est filij etiam ea indicare, de quibus non interrogatur.* Largo fletu.) *nato ex gaudio.* Ter.) *sæpius: finitus pro infinito. est autem locus iste ex Homero sumptus:* ὣς ἔφατ'. αὐτὰρ ἐγὼ γ' ἔθελον φρεσὶ μερμηρίξας μητρὸς ἐμῆς ψυχὴν ἑλέειν, κατατεθνηυίης. τρὶς μὲν ἐφωρμήθην ἑλέειν τέ με θυμὸς ἄνωγε, τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ εἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ, ἔπτατ'. ἐμοὶ δ' ἄχος ὀξὺ γενέσκετο κηρόθι μᾶλλον. Interea uidet Aene.) *Hirmos est hoc loco, id est, unus sermo protentus p multos uersus: in quo tractat de Platonis dogmate, quod in Phædone positum est,* περὶ ψυχῆς. *de quo in Georgicis strictim, hic latius loquitur: de qua re etiam Varro in lib. primo Diuinarũ plenissimè tractauit. Hoc autem continet: Aeneas dum per inferos pergeret, respexit fluuiũ quendam loci remotioris, ad quem innumera multitudo tendebat animarũ. interrogauit patrem, qui esset fluuius, & qua ratione ad eum pergerẽt animæ. pater ait, Lethæus est: pergunt autem ut potent, & obliuionẽ patiantur, ut incipiant in corpora uelle remeare. Stupe factus Aeneas interrogat: dic pater, animæ quæ per præteritã uitam tot supplicia pertulerunt, possunt habere uotum reuertendi in corpora? non est uerisimile liberatas de corporis carcere, ad eius nexum reuerti. Suscepta narratione hoc Anchises exequitur, primò debere fieri ut redeant, deinde posse, deinde uelle: quæ quoniam obscura sunt, alijs diuisionibus innotescunt. quid est debere? cuncta animalia à deo originẽ ducunt, quæ quia nasci cernimus, reuertuntur sine dubio, unde cuncta procreantur. deinde posse sic probat, quia immortales sunt animæ, & sunt quæ possunt reuerti. tertium est ut uelint, quod dicit fieri per Lethæum fluuiũ. & hoc est quod dicturus est, sed incidentes quæstiones faciunt obscuritatẽ.*

Sæpius occurrens hæc limina tendere adegit.
Stant sale Tyrrheno classes: da iungere dextras,
Da genitor, teq; amplexu ne subtrahe nostro.
Sic memorans largo fletu simul ora rigabat.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum:
Ter frustra comprensa manus effugit imago,
Par leuibus uentis, uolucriq; simillima somno.
Interea uidet Aeneas in ualle reducta
Seclusum nemus, & uirgulta sonantia syluis,
Lethæumq; domos placidas qui prænatat amnẽ.

Virgulta sonantia syluis.) *quia est iuxta prærupta fluminis.* Domos placidas.) *id est, campos Elysios.* Prænatat amnem.) *præterfluit. & contrariè dictum est. nam non natant aquæ, sed in ipsis nos natamus. Ennium igitur secutus est, qui ait, Fluctusq; natantes. Sanè de hoc fluuio quæritur à prudentioribus, utrum de illis nouem sit, qui ambiunt inferos, an præter nouem: & datur intelligi, quòd ab illis separatus est. nanque eum uolunt esse senectutis imaginem. nam animæ nostræ uigent, & alacres sunt, plenæq; memoria à pueritia usque ad uirentem senectam: postea in nimia senectute omnis memoria labitur, qua lapsa mors interuenit, & animæ in aliud corpus recurrunt. Vnde fingunt poëtæ, animas Lethæo hausto in corpus redire. Ergo & Lethæus est obliuio, morti semper uicina. Lethæum autem,* ἀπὸ τῆς λήθης *constat, id est obliuione, esse dictum.*

Gentes, populiq;.)

Gentes, populiq́.) innumerarum gentium & populorũ animæ. Floribus insidunt.) Insido illi rei: ut, Insideat quantus miseræ deus. Insisto autẽ illam rem: ut, Nulli fas casto sceleratum insistere limen. Circum lilia.) circa flores: speciem pro genere posuit. Flumina porrò.) longè remota. & est Græcum aduerbiũ, scilicet πόῤῥω. Bene autem Aeneam longè à Lethæo facit, quia adhuc iuuenis est. Agmine.) cursu, impetu: per quod ostendit citò iri ad senectam, quia tota celeritate usus labitur uitæ. Animæ quibus altera fato Corpora debentur.) Sciendum, non omneis animas ad corpora reuerti. aliquæ enĩ propter uitæ merita non redeunt, aliquæ redeũt propter malam uitã, aliquæ propter fati necessitatem. Lethæi ad fluminis undã.) Si anima æterna est, et sũmi spiritus pars, qua ratione in corpore nõ totũ uidet: nec est tantæ prudentiæ, tantæq́ uiuacitatis, ut omnia possit agnoscere? quia quũ cœperit in corpus descendere, potat stultitiã & obliuionẽ. unde non potest implere uim numinis sui post naturæ suæ obliuionem. Obliuiscitur aũt secundum poëtas, præteritorũ: secundum philosophos, futuri. unde mediũ tenuit, dicendo Obliuia. Docent aũt philosophi, anima ad ima descendens quid per singulos circulos perdat. Vnde etiã disputantes de ratione mathematici, fingunt quòd singulorũ numinũ potestatibus corpus & anima nostra connexa sunt: ea ratione, quia quũ descendũt animæ, trahunt secũ torporem Saturni, Martis iracundiã, libidinem Veneris, Mercurij lucri cupiditatem, Iouis regni desideriũ: quæ res faciunt perturbationem animabus, ne possint uti uigore suo & uiribus proprijs. Securos latices.) qui securos faciũt, id est, sine cura. i. ἀφροντίσους, ut pallida mors. Iam pridem.) Ex quo ait, Tũ genus omne tuũ, & quæ dentur mœnia disces. O pater.) Nota breuitas. nam dicendo Pater, qui loquatur ostendit. Ad cælũ hinc ire putandũ est.) Miscet philosophiæ figmenta poëtica: & ostendit tam quod est uulgare, q̃ quod cõtinet ueritas, & ratio naturalis. nam secundũ poëtas hoc dicit, Credendũ est animas corporis contagione pollutas ad cælũ reuerti.

Hunc circum innumeræ gẽtes, populiq́ uolabãt.
Ac ueluti in pratis ubi apes æstate serena
Floribus insidunt uarijs, & candida circum
Lilia fundũtur, strepit omnis murmure campus.
Horrescit uisu subito, causasq́ requirit
Inscius Aeneas, quæ sint ea flumina porrò,
Quiúe uiri tanto complerint agmine ripas.
Tum pater Anchises: animæ, quibus altera fato
Corpora debentur, Lethæi ad fluminis undam
Securos latices, & longa obliuia potant.
Has equidẽ memorare tibi, atq; ostendere coràm,
Iampridẽ hanc prolem cupio enumerare meorũ,
Quò magis Italia tandem lætere reperta.
O pater, an'ne aliquas ad cælũ hinc ire putãdũ est
Sublimeis animas? iterumq́ ad tarda reuerti
Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?

Sublimes animas.) Non omnes, sed sublimiũ. Ad tarda reuerti Corp.) Animæ cõparatione, qua uelocius nihil est. uno enim momento cuncta discurrit. Quæ lucis miseris tam dira cupido?) Vt id desiderent, propter quod sentiunt se pœnas apud inferos dum purgãtur

dedisse, scilicet uitam. Suspensum.) sollicitum, incertum: ut, Multo suspensum numine ducit. Suscipit Anchises atq; ordine singula pandit.) Hysteron proteron. post hunc enim uersum sequi debuit: Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo. Principio cælum ac terras camposq; liquenteis.) Interrogatus Anchises, quare animæ uelint reuerti ad corpora, quasi aliud dicit: tamen illuc recurrit, quod Græcè τὸ πᾶν dicitur, id est, omne quod est.

Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo:
Suscipit Anchises, atq; ordine singula pandit:
Principio cælum, ac terras, camposq; liquenteis,

Quatuor sunt elemēta, terra, aqua, aër, æther, & deus: præter hæc nihil est aliud. et hoc τὸ πᾶν, mundum non possumus dicere: nam mundus non est totum. Ergo Deus est quidā diuinus spiritus, qui per quatuor infusus elemēta gignit uniuersa. Igitur si de elementis & deo nascuntur omnia, unam originem habent, & par est natura omnium. Sed uideamus quid in nobis à Deo est, & quid à quatuor elementis. quantum datur intelligi, ab elementis habemus corpus, à Deo animū. quod ideo probatur, quia est in corpore terra, humor, anhelitus, calor, quæ omnia uidentur, sicut etiam elementa. animus inuisibilis est, sicut & Deus, unde originem ducit. Illa præterea sunt irrationabilia, sicut etiam corpus: contrà Deus consiliū habet, sicut etiam animus. Deinde elementa mutantur, quorum perire mutari est: sicut etiā corpus, quod inde originem ducit. contrà Deum non perire manifestum est. Ergo nec animus perit, qui inde originem ducit: nam pars semper genus sequitur. Huc igitur tetendit primam intentionem suam, ut animas immortaleis doceret. Sed occurrit illud: Si enim immortales sunt, & unum habent principium, qua ratione non omnia animalia sentiunt similiter? & dicit non esse in animis dissimilitudines, sed in corporibus, quæ prout fuerint uel uiuacia uel torpentia, ita & animos faciunt: quod potest etiam in uno eodemq; corpore comprobari. In sano enim corpore alia uiuacitas est mentis, in ægro pigrior, in satis ualido etiam ratione carens, ut in phreneticis cernimus: adeò ut quum ad corpus uenerit, non natura sua utitur, sed ex eius qualitate mutatur. Inde Afros uersipelles, Græcos leues, Gallos pigrioris uidemus ingenij: quod natura climatum facit, sicut Ptolemæus deprehendit, qui dicit translatum ad aliud clima hominem, naturam ex parte mutare. de toto enim non potest, quia in principio acceperit sortem corporis sui. Ergo anima pro qualitate est corporis. Et qua ratione res melior est in potestate deterioris? atqui diuinus animus debuit corpus in potestate habere, non corpus naturā animi corrūpere: sed hoc ideo fit, quia plus est quod cōtinet, q̃ quod continetur. ut si leonem includas in caueam, impeditus uim suam non perdit, sed exercere non potest: ita animus non transit in uitia corporis, sed eius coniunctione impeditus, non exercet uim suam. & occurrit illud: Omne quod corrumpitur, æternū non est. si animus insanit, irascitur, desiderat, timet, caret æternitate: cui sunt ista contraria. nam passio æternitatē resoluit: quod ideo falsum esse dicimus, quia animus per se nihil patitur, sed laborat ex corporis coniunctione. Et aliud est per naturā suam corrumpi, aliud per contactum rei alterius. uidemus enim tale aliquid, ut in lucerna, quæ per se clara est, & locum in quo est sine dubio illuminat, sed si qua re tecta fuerit & inclusa, non perdit splendorem proprium, qui in ea est. remoto nanq; impedimento apparet, nec tamen quia impeditus est eius uigor, ideo etiam corruptus: Ita ergo & animus quādiu est in corpore, patitur eius contagione.

tagione: postquã uerè deposuerit corpus, recipit suum uigorem, & natura utitur propria. Si ergo propriã recipit naturã, quare pœnas apud inferos patitur? Ideo, quia simul diu fuit, non potest deposita ipsa re statim ad suum nitorem reuerti. ut si speciem candidã missam in lutum polluas, & eam statim auferas, non iccirco sordibus caret, sed ablutionem requirit, ut in pristinũ nitorem possit redire: sic anima ex eo quod datur corpori inquinata est, ut etiã si corpus deponat, necesse habeat purgari. Si ergo purgãtur & recipiunt naturã suam, cur uolunt reuerti? quia potãt, inquit, obliuia. Et iam est illud ambiguũ: nam aut præteritarum obliuiscantur pœnarũ, aut certè ut ignari futuri habeant desiderium redeundi in corpora, quod sine passione fit, & animus in quo est passio, meretur reuerti. Cælum.) *pro aëre & æthere posuit, ut duo significet elementa: ut, iam cælum terrasq; meo sine numine.*

Lucenternꝙ globum lunæ, titaniaꝙ astra
Spiritus intus alit, totamꝙ infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominũ, pecudumꝙ genus, uitæꝙ uolantũ,
Et quæ marmoreo fert mõstra sub æquore põtus,
Igneus est ollis uigor, & cælestis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardãt,
Terreniꝙ hebetant artus, moribundaꝙ membra.
Hinc metuũt, cupiũtꝙ, dolẽt, gaudẽtꝙ, nec auras

Camposq; liquenteis.) *id est, maria.* Lucenternq; globũ lunæ.) *Ideo usus est participio, ut ostendat eam suum lumen non habere. nam Lucẽs est, quod aliunde illuminatur: Lucibile, quod per se lucet. ut Patulum & Patẽs, Patulum est quod per se patet, Patens quod aperitur & clauditur. Globum autẽ ideo, quia dicitur luna σφαιροειδῆ esse.* Titaniaq; astra.) *Aut stellas dicit, aut solem, quem suprà unũ fuisse de Titanibus diximus.* Spiritus.) *Diuinus scilicet: & est unũ, siue mentem dicat, siue animũ, siue spiritũ.* Intus alit.) *uegetat, & in æternitate custodit, quia mixtus est, & nulla pars elementi sine Deo est.* Per artus.) *per elementa, que membra sunt mundi corporalia. corpora nanq; sunt quæ possunt uideri.* Mens agitat molem.) *magnitudinẽ mundi mens agitat. & si (ut Cicero dicit in Tuscul.) æternum est quicquid in æterno motu est, sine dubio etiam animus æternus est: semper enim in motu est, adeo ut ne nobis quidem quiescentibus conquiescat.*

Magno se cor. mi.) *Aut antiptosis est, pro corpori: ut,* Hæret pede pes densusq; uiro uir: *quod potius credendũ est. aut certè secundũ eos locutus est, qui dicũt deũ corporalem esse, & eum ita diffiniũt, πῦρ νοερὸν, id est, ignẽ sensualẽ. quod si uerũ est, corpus est, nec per antiptosin dixit, sed per diffinitionẽ Magno corpore, id est, nõ cõmuni.* Inde hominũ pecudumq; genus.) *De quatuor elementis & Deo.* Et cælestis origo.) *Quod suprà diximus, intantũ, inquit, in omnibus uiget pars diuinitatis, inquantũ sinit corporũ qualitas.* Terreniq; hebetant artus.) *inquantũ non hebetant artus.* Moribundaq; membra.) *morienti similia, hoc est, semp morientia. nunq̃ enim in eodẽ statu sunt, sed aut minuũtur, aut crescũt. Ergo animus idẽ est, sed uti uiribus suis nõ potest propter corporis coniunctionẽ.* Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudẽtq;.) *Ex corporũ cõiunctione & animi hebetudine Varro & omnes philosophi dicũt quatuor esse passiones, duas à bonis, duas à malis opinatis rebus. nã dolere & timere duæ opiniones malæ sunt, una præsentis, alia futuri. Itẽ gaudere et cupere, sunt opi-*

ſunt opiniones bonæ: una præſentis, alia futuri. Hæc ergo *naſcuntur ex ipſa coniunctione. nam neque animi ſunt, neque corporis propria.* Pereunt *enim facta ſegregatione, id eſt, animæ à corpore: quam mortem eſſe diffinit,* λύσιν σώματος καὶ ψυχῆς. Nec auras Reſpiciunt.) Nam quia cohærent corpori, obliuiſcuntur naturæ ſuæ, quam Auras uocauit: ſcilicet cæleſtem & diuinam. Clauſæ tenebris & carcere cæco.) Diffinitiones ſunt corporis. nam Græci δέμας quaſi δεσμὸν corpus uocant, quaſi uinculum animi.

Reſpiciunt clauſæ tenebris, & carcere cæco.
Quin & ſupremo cum lumine uita reliquit,
Non tamen omne malũ miſeris, nec funditus oẽs
Corporeæ excedunt peſtes: penitusꝗ́ neceſſe eſt
Multa diu concreta modis inoleſcere miris.
Ergo exercentur pœnis, ueterumꝗ́ malorum
Supplicia expendunt: aliæ panduntur inanes,
Suſpenſæ ad uentos: alijs ſub gurgite uaſto
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni,

Quin & ſupremo.) *Quia ut diximus, occurrit debere eas ſtatim poſt corpus depoſitũ, in ſuum uigorẽ reuerti.* Et dicit nõ poſſe: *quæ enim diu coniuncta ſunt, inuicẽ ſe tenent, & trahũt reliquias ſordiũ antiquarũ.* Non tamen omne malũ.) Cedit, *ſed non omne. nam remanet, quod ut purgetur, neceſſe eſt.* Inde eſt & quod dicit, Eadem *ſequitur tellure repoſtos.* Bene autem Miſeris, *quia etiam poſt corpus habent corporis ſordes: unde eſt,* Nec *funditus omnes* Corporeæ *excedunt peſtes.* Diu concreta.) *id eſt, coniuncta & conglutinata..* Inoleſcere.) *creſcere: ut,* Vdóꝗ *docent inoleſcere libro.* Ergo exercentur pœnis.) *Quia depoſito corpore ſordes ſuperſunt.* Pœnas *autem non perferunt animæ, ſed illius coniunctionis reliquiæ, quæ fuit inter animam & corpus. nam licet illa duo per ſe pœnas perferre non poſſint, homo tamen perfert, qui de his duobus eſt factus.* Supplicia expendunt.) *Non agunt ſupplicia, ut animas puniant, ſed ut eas peccatis exuant priſtinis.* Aliæ panduntur inanes Suſpenſæ ad uentos.) *Loquitur quidem poëtice de purgatione animarum: tangit tamen quod & philoſophi dicunt.* Nam *triplex eſt omnis purgatio: aut in terra purgantur, quæ nimis oppreſſæ ſordibus fuerunt, deditæ ſcilicet corporalibus blandimẽtis, id eſt, tranſeunt in corpora terrena. & hæc igni dicũtur purgari: ignis enim ex terra oritur, quo exuruntur omnia. nam cæleſtis nihil perurit.* Aut *in aqua, id eſt, tranſeunt in corpora marina, ſi paulò melius uixerint.* Aut *certè in aëre, tranſeundo ſcilicet in aëria corpora, ſi ſatis bene uixerint. quod & in* Statio *legimus, ubi de augurijs tractat:* Seu *quia mutatæ noſtráꝗ ab origine uerſis* Corporibus *ſubiere notos.* Vnde *etiam in ſacris omnibus tres ſunt iſtæ purgationes. nam aut tæda purgantur & ſulphure, aut aqua abluuntur, aut aëre uentilantur: quod erat in ſacris* Liberi. *hoc eſt enim, quod dicit in* Secundo Georg. Tibiꝗ́ *Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu. nam genus erat purgationis.* Id *aũt & apud* Iuuenalem *tangitur:* Quoties *hinc talis ad illos* Vmbra *uenit, cuperent luſtrari ſi qua darentur* Sulphura *cum tædis, & ſi foret humida laurus.* Et *in ipſis purgationibus bonũ meritorum ſecutus eſt ordinem, ut ante aëream, inde aquæ, pòſt ignis diceret purgationem.* Aiunt *etiã eas animas quæ malè uixerunt, ſtatim ad incorporationem redire: quæ melius, tardius: quæ optimè, diutiſſimo tempore cum hominibus eſſe.*

Quiſꝗ

Quisq; suos patimur manes.) supplicia uaria, quæ sunt apud manes: ut si quis dicat, iudicium patimur, & significet ea quæ in iudicio continentur. Est & aliud uerius: nam cum nascimur, duos Genios sortimur. unus est qui hortatur ad bona, alter qui deprauat ad mala. Nec incongrue dicuntur Genij, quia cum unusquisq; genitus fuerit, ei statim obseruatores deputantur, quibus assistentibus post mortem, aut asserimur in meliorem uitam, aut condemnamur in deteriorē: per quos aut uacatiōem meremur, aut reditū in corpora. Ergo manes, Genios dicit, quos cū uita sortimur. Exinde.) Vna pars orationis est, & in tertia E, sine accentu habet, licet penultima longa sit. quod ideo factum est, ut ostenderetur una pars esse orationis, ne præpositio adiungeretur aduerbio, quod uitiosum esse non dubium est.

Quisq; suos patimur manes: exinde per amplum
Mittimur Elysium, & pauci læta arua tenemus,
Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem, purumq; reliquit
Aethereum sensum, atq; aurai simplicis ignem,
Has omnes, ubi mille rotam uoluere per annos,
Lethæum ad fluuiū deus euocat agmine magno.
Scilicet immemores supera ut conuexa reuisant,
Rursus & incipiant in corpora uelle reuerti.
Dixerat Anchises, natumq; unaq; Sibyllam

Pauci læta arua tenemus.) non omnes. qui enim minus purgantur, statim redeūt ad corpora. Donec longa dies perfecto temporis orbe.) Quia etiā post purgationem opus est tempore, ut perseueret in purgatione, & sic redeat. Et quæritur, utrū animæ per apotheosin (de quibus ait, Et pauci læta arua tenemus) possint mereri perpetuā purgationem: quod nō potest fieri. merentur enim temporis multi, nō perpetuitatis: & quæ male uixerunt statim redeunt, quæ melius tardius, quæ optime diutissimo tēpore sunt cum numinibus. paucæ tamē sunt quæ & ipsæ exigēte ratione, licet tarde, coguntur reuerti. Perfecto temporis orbe.) finito legitimo tempore. Concretam.) affixam, & inhærentem.

Aethereum sensum.) sidereū, πῦρ νοερὸν, ignem sensualem: id est, deum, per quod quid sit anima ostendit. Aurai simplicis ignem.) non urentis. Simplicis autem, nostri cōparatione, qui cōstat de ligno & aëre. Ille enim ἀσύνθετος p se plenus est, & æternus quia simplex. Omnia enim σύνθετα, id est, composita exitum sortiuntur. unde & atomos perpetuas dicūt, quia simplices sunt, nec recipiūt sectionem. Has omnes.) Ac si diceret, etiam has omnes: nam suprà non omnes dixit, sed Animæ quibus altera fato Corpora debentur. Rotā uoluere per annos.) peregerūt, exegerunt statutum tempus per annorum uolubilitatem. Est autem sermo Ennij. Deus euocat.) Nō dicit Quis: sicut suprà, Dij quibus imperium est animarum. Sed alij Mercuriū uolūt propter hoc, Hac animas ille euocat orco Pallenteis. & est ratio: nam νοῦς dicitur, id est, sensus, quo philosophiam quæ hæc indicat intelligimus, quia ipse etiam inuenerit literas. Agmine magno.) impetu: & dictū est imperatiuè. non enim blanditijs inductæ redeunt, sed necessitate quadam coguntur, ut potantes uelint reuerti. Immemores.) Vel præteritorum, uel futurorum. Dixerat Anchises.) Ante dicta de reuersione animarum probatio huc tendit, ut celebret Romanos, & præcipue Augustū. namque qui bene cōsiderant, inuenient omnem Romanam historiam ab Aeneæ aduētu, usq; ad

sua tempora summatim celebrasse Vergilium. Quod ideo latet, quia confusus est ordo: nam euersio Ilij & Aeneæ errores, aduẽtusq́, bellumq́, manifesta sunt. Albanos aũt reges, Romanos etiam cõsules, Brutos, Catonẽ, Cæsarem, & Augustum, & multa ad historiã Romanam pertinentia hic indicat locus. Cætera quæ hic intermissa sunt in ἀσπιδοποιίᾳ commemorat: unde etiam in antiquis inuenimus opus hoc appellatum esse nõ Aeneiden, sed Gesta populi Romani. quod ideo mutatũ est, quia nomen nõ à parte, sed à toto debet dari.

Conuentus trahit in medios, turbamq́ sonantẽ.
Et tumulũ capit, unde omnes longo ordine possit
Aduersos legere, & uenientum discere uultus.
Nunc age Dardaniã prolem quæ deinde sequatur
Gloria, qui maneant Itala de gente nepotes,
Illustres animas, nostrumq́ in nomen ituras
Expediam dictis, & te tua fata docebo.
Ille uides pura iuuenis qui nititur hasta,
Proxima sorte tenet lucis loca, primus ad auras
Aetherias Italo commixtus sanguine surget
Syluius, Albanum nomen tua Posthuma proles.
Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux

Turbamq́ sonantẽ.) aut quæ tũc propter festinationẽ sonabat, aut turbæ perpetuũ est epithetõ. Lõgo ordine.) Nõ quo nati sunt, sed quo apũd inferos stabant. non enim eo quo regnauerũt dicturus est ordine.

Aduersos legere.) relegere, cõsiderare. Dardaniam prolem.) Albanos reges, qui tredecim fuerunt de Aeneæ & Lauiniæ genere: unde ait, Itala de gente. Illustres.) Hoc nomen notitiæ fuit, non meriti: unde etiam in meretricibus inuenitur. nam & nobiles & illustres uocantur. In nomen ituras.) in gentem: ut, Ipse nomen echionium matrisq́ genus Peridea. Ille uides pura iuuenis qui nititur hasta.) Aeneas, ut dicit Cato, simul ac uenit ad Italiam, Lauiniam accepit uxorem: propter quod Turnus iratus tam in Latinũ, quàm in Aeneam bella commouit, à Mezentio impetratis auxilijs. quod etiam ipse ostendit dicẽs, Se satis ambobus Teucrisq́ uenire Latinisq́. Sed, ut suprà diximus, primo perijt Latinus, secundo pariter Turnus & Aeneas. postea Mezentium interemit Ascanius, & Laurolauiniũ tenuit. Cuius Lauinia timens insidias, grauida confugit in syluas, & latuit in casa pastorali Tyri: ad quod alludens ait, Tyrusq́ pater cui regia parent Armenta: & illic enixa est filium. Sed cum Ascanius flagraret inuidia, uocauit nouercam, & ei cõcessit Laurolauiniũ, sibi uero Albam constituit. qui quoniam sine liberis perijt, Syluio, qui & ipse Ascanius dictus est, suum reliquit imperiũ. unde apud Liuium error est: Qui Ascanius Albam cõdidit. Postea Albani omnes reges dicti sunt Syluij, ab huius nomine: sicut hodieq́ Romani imperatores Augusti uocantur, Aegyptij Ptolemæi, Persæ Arsacidæ, Latini Murrani: ut, Murranũ hic atauos, & auorum antiqua sonantẽ, Nomina per regesq́ actũ genus omne latinũ. Pura iuuenis qui nititur hasta.) id est, sine ferro. nam hoc fuit præmium apud maiores, qui tũc primum uicisset in prælio: sicut fertur in libris de gente populi Romani. Syluius, Albanũ nomẽ.) quia omnes Syluij ab eo dicti sunt. Tua Posthuma proles.) Posthumus est, post humationem parentis creatus. Per hoc autem Aeneam cito ostendit esse periturum: & statim infert consolationem dicens. Quem tibi longæuo.) id est, deo. Aeuum enim propriè æternitatis

æternitatis est, quæ nō nisi in deos uenit. Ennius, Romulus in cœlo cum dijs genitalibus æuū Degit. Male autem uindicauit usus, per quem dixit, Longæuosq́ senes. Vnde.) à quo, ut, Genus unde Latinum. nam posteri eius fuerunt, qui postea apud Albam regnauerunt ciuitatem. Proximus ille Procas.) stādi, nō ascendēdi ordine: nam duodecimus fuit, & Capys sextus est rex Albanorum. item Numitor tertiusdecimus fuit.

Educet syluis regem, regumq́ parentem,
Vnde genus longa nostrum dominabitur Alba.
Proximus ille Procas, Troianæ gloria gentis:
Et Capys, & Numitor, & qui te nomine reddet
Syluius Aeneas, pariter pietate uel armis
Egregius, si unquam regnandam acceperit Albā.
Qui iuuenes quantas ostentant aspice uires.
At qui umbrata gerunt ciuili tempora quercu,
Hi tibi Nomentū, & Gabios, urbemq́ Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces.
Pometios, castrumq́ Inui, Bolamq́, Coramq́:
Hęc tum nomina erūt, nūc sunt sine nomine terrę.
Quin & auo comitem sese mauortius addet
Romulus, Assaraci quem sanguinis Ilia mater

Si unquam regnandā acceperit Albā.) Aeneas Syluius. et hic ostēdit oēs Albanos reges Syluios dictos. Acceperit autem, à tutore, qui eius inuasit imperiū: quod ei uix anno liij. restituit. & rem historiæ plenā p transitum tetigit. Ciuili tēpora quercu.) Ciuica debuit dicere, sed mutauit: ut cōtrà Horatius, Motum ex Metello consule ciuicum, pro ciuilem. Querceā autem coronā accipiebāt, qui in bello ciuem seruassent: ideo quia ante causa uitæ in hac arbore hominibus fuit, qui glandibus uescebātur: unde Ouid. in Metamorph. Et quæ deciderāt patulæ Iouis arbore glandes. unde Iouis arbor dicitur, quasi per quam Iuppiter suos aleret populos. aliæ enim murales erant, aliæ agonales, id est, lemniscatæ: muralis autem dabatur ei, qui primus murum ascendisset. Hi tibi Nomentum & Gabios.) Hæ ciuitates sunt priscorū Latinorū, ab Albanis regibus cōstitutæ: quanquā Collatiam Tarquinius cōstituisse dicatur: qui ut erat superbus, eam ex collata pecunia cōstituit, unde & Collatia dicta est. potest tamē etiam fieri, ut ab Albanis fundata sit, aucta à Tarquinio: sicut suprà de Tarento diximus, quod Taras fecit, auxit Phalantus. Romam etiam Romulus fecisse dicitur, quam ante Euander condidit: ut, Tunc pater Euandrus Romanæ conditor arcis.

Vrbemq́ Fidenam.) Fidenæ dicūtur, sicut Thebæ. sed dixit, ut Iuuenalis: Atq; uetus Thebæ centum iacet obruta portis. nam uarietati studet: unde etiam Pometios ait, cum dicatur numero singulari Pometia. Castrumq́ Inui.) Vna est Italiæ ciuitas, Castrum nouum dicitur. De hac autem ait, Castrum Inui, id est, Panos qui illic colitur. Inuus autem latinè appellatur, græcè πάν. item ἐπιάλτης græcè, latinè Incubus. idem Faunus, item Fatuus, Fatuellus. Dicitur autem ab ineundo passim cum omnibus animalibus: unde & Incubus dicitur. Castrum autem ciuitas est: nam castra numero plurali dicimus. licet legerimus in Plauto, Castrum pœnarum: quod etiam diminutio ostendit, nam castellum dicimus. Nūc sunt sine nomine terræ.) Atqui in catalogo hinc est dicturus aliquas ciuitates, sed ex persona sua præoccupat. Quin & auo comitem sese mauortius addet Romulus.) Amulius &

Numitor fratres fuerunt: sed Numitorē regno Amulius pepulit, etiam Iliam eius filiam sacerdotem Vestæ fecit. De hac & Marte nati Remus & Romulus: qui cum adoleuissent, occiso Amulio auum Numitorem in regnum reuocarunt, & cum eo uno anno regnauerunt. postea propter angustias imperij, Romam captatis augurijs cōdiderunt. Ergo auo se comitem, aut auito se iunget imperio: aut secundū Enniū, refertur inter deos cum Aenea. Dicit namque Iliā fuisse filiā Aeneæ: quod si est, Aeneas auus est Romuli: unde etiā addidit, Assaraci quē sanguinis. Nā hoc epithetō nō sine causa est introductum, quod est proprium Aeneæ. nā Assaracus pater est Capyos, Capys Anchisæ, Anchises Aeneæ.

Educet. uiden' ut geminæ stent uertice cristæ?
Et pater ipse suo superum iam signet honore?
En huius nate auspicijs illa inclyta Roma
Imperium terris, animos æquabit Olympo:
Septem quæ una sibi muro circundabit arces.
Felix prole uirûm, qualis Berecynthia mater
Inuehitur curru Phrygias turrita per urbes,
Læta deûm partu, centum complexa nepotes
Omneis cælicolas, omneis supera alta tenentes.
Huc geminas nūc flecte acies, hanc aspice gentē,

Viden'.) Den naturaliter longa est: breuem tamen eam posuit secutus Ennium. & adeò est eius immutata natura, ut ubique breuis inueniatur. Geminæ stent uertice cristæ.) Omnino in omnibus hoc egit Romulus, ut cum fratre regnare uideretur, ne se reum parricidij iudicaret: unde omnia duplicia habuit, quasi cum fratre communia. etenim ad captāda auguria Palatinū Romulus tenuit, Auentinum Remus: qui prior sex uultures uidit, post Romulus xij. Et cum ille tempore, ille numero de condenda urbe certarent, orta cōtentione de urbis nomine inter exercitū, à Romuli militibus Remus occisus est. Fabulosum aūt est, quod à fratre propter muros dicitur interēptus. Et pater ipse suo su. iam sig. hon.) Merito uirtutis Mars Romulū deum esse significat. Superū enim accusatiuus est singularis, ab eo quod est superus superi. Illa.) quam tibi sæpe fata promiserunt. Inclyta.) Græcum est: nam κλυτὸν gloriosum dicunt. Imperiū terris.) In quantum tenditur terra. Animos æquabit Olympo.) id est, magnanimitate æquabitur cælo. De hoc autem loco & Probus & Trogus quærunt. Septem quæ una sibi muro.) Bene dicit, urbem Romanam septem inclusisse montes. & medium tenuit: nam grandis est inde dubitatio. & alij dicunt, breues septem colliculos à Romulo inclusos, qui tamen alijs nominibus appellabātur. Alij uolūt hos ipsos qui nunc sunt à Romulo inclusos: id est, Palatinum, Quirinalem, Auentinum, Cælium, Viminalem, Aesquilinum, & Ianicularem. Alij uero uolunt hos quidem fuisse, alijs tamen nominibus appellatos, quæ mutata sunt postea, ut de omnibus rebus legimus fieri. sicut etiā de multis locis & fluminibus legimus: ut sæpius, Et nomē posuit Saturnia tellus. Prole uirûm.) pro uirorum fortium. Qualis Berecynthia mater.) Phrygia: nam Berecynthos castellum est Phrygiæ iuxta Sangarium fluuium, ubi mater deûm colitur. Per hanc autem comparationem nihil aliud ostendit, nisi Romanos duces inter deos esse referendos. Turrita.) Quia ipsa est terra, quæ urbes sustinet: ideo designatur ei corona cū turribus in capite. Huc geminas nunc flecte acies.) Totū uisum tuū huc dirige, & huc specialiter intuere.

Hic Cæsar

Romanosq́ tuos: hic Cæsar, & omnis Iuli
Progenies, magnum cœli uentura ſub axem.
Hic uir, hic eſt, tibi quem promitti ſæpius audis,
Auguſtus Cæſar, Diuûm genus, aurea condet
Secula qui rurſus Latio, regnata per arua
Saturno quondã, ſuper & Garamantas & Indos
Proferet imperium: iacet extra ſidera tellus,
Extra anni Solisq́ uias, ubi cœlifer Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.
Huius in aduentu iam nunc & Caſpia regna
Reſponſis horrent Diuûm, & Mæotica tellus,
Et ſeptem gemini turbant trepida oſtia Nili.
Nec uero Alcides tantum telluris obiuit,
Fixerit æripedem ceruam licet, aut Erymanthi
Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.
Nec qui pampineis uictor iuga flectit habenis

Hic Cæſar & omnis Iuli progenies.) Vt, Iulius à magno demiſſum nomẽ Iulo. *Cœli uentura ſub axem.*) Nam cũ Auguſtus patri Cæſari ludos funebres exhiberet, ſtella crinita per diem apparuit, quam perſuaſione Auguſti Cæſaris populus eſſe credidit: hinc, Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum. Sub axem ergo, id eſt, ad diuinos honores. *Hic uir, hic eſt, tibi.*) C litera pro duplici non niſi in monoſyllabis habetur: ut, Hoc erat alma parens. per eorum ſcilicet priuilegium. unde falſum eſt quod Terentianus dicit, eam pro metri ratiõe, uel duplicem haberi, uel ſimplicẽ. nam ſi hoc eſſet etiã in diſſyllabis pro duab. haberi debuerat, quod nuſquã inuenimus. Literæ enim naturã ſeruari etiam in poliſyllabis conuenit. *Diuûm ge.*) Cæſaris, q factus eſt deus. Dicit autem nõ ſolum iure adoptionis, ſed etiam conſanguinitatis: nam Actiæ fuit filia, quæ erat ſoror Cæſaris. Hic aũt Auguſtus Cæſar hoc nomen accepit à patre adoptiuo. nam ante Octauius dictus eſt, à patre Octauio, pòſt Auguſt. Cæſar. *Secula qui rurſus Latio.*) Sub Saturno dicit aurea ſecula fuiſſe in orbe terrarum, ſub Auguſto tantum in Italia. *Garamantas.*) Populi inter Libyam & Africã iuxta κεκαυμένην, id eſt, zonam torridã. *Indos.*) Populi orientis extremi. *Iacet extra ſidera tellus.*) Nulla eſt tellus quæ non ſubiaceat ſideribus. unde perite addidit, Extra anni ſolisq́ uias: ut oſtẽderet duodecim ſigna, in quibus eſt circulus ſolis. Significat autem Maurorum Aethiopiã ubi eſt Altas: de qua ait Lucan. Aethiopumq́ ſolum quod nõ premeretur ab ulla Signiferi regione, poli niſi poplite lapſo Vltima curuati procederet ungula tauri. *Torquet.*) ſuſtinet. *Aptum.*) uicinũ: ut diximus ſuprà. *Iam nunc & Caſpia regna.*) fines Aſſyriorũ, in quibus ſunt πύλαι Caſpiæ. Quod autem dicit, uerum eſt: nam & Suetonius ait in uita Cæſaris reſponſa eſſe data, per totum orbem naſci inuictum imperatorem. *Mæotica tellus.*) Scythica tellus, cuius palus eſt Mæotis. *Turbant.*) turbãtur. *Septem gemini autem,* ſeptemflui. *Fixerit æripedem ceruam.*) pro Aëripedem. Vicit autem Cerinitim ceruam, dictam à loco. Fixerit autem, ſtrauerit, delaſſauerit: uel quia ſi telo fixiſſet, non ita eſſet laudabile. *Erymanthi.*) Mons Arcadiæ, ubi aper ferociſſimus fuit.

Lernam tremefecerit arcu.) Pro hydra, paludem ipſam poſuit: & intelligamus eam ante ſagittis fuiſſe confixam, poſt exectam & aduſtam.

Nyſæ de uertice.) Mons eſt Indiæ, de quo loquitur. cæterum eſt & Nyſe ciuitas in monte Parnaſſo, in qua Liber colitur: unde Nyſæus dictus eſt. *Et dubitamus.)* pro Dubitas, miſcuit perſonam ſuam. eſt autem ſenſus: Cum ſit tibi præparata poſteritas, dubitas uirtutem factis extendere? id eſt, gloriam: ab eo quod procedit id quod ſequitur. nam è uirtute gloria naſcitur. *Aut metus.)* Aut eſt aliquis timor, qui te à regnis Italiæ reuocet. *Quis procul ille aũt.)* Nũc rcedit ad Romanos reges, qui ſeptem fuerunt: Romulus, Numa Pompilius, Tullus Hoſtilius, Ancus Martius, Tarquin. Priſcus, Ser. Tullus, Tarquinius Superbus. Mira autẽ utitur phantaſia, ut quaſi oſtẽdat ſe non agnoſcere eum, qui de gẽte Romana nõ fuerat. Romulo enĩ mortuo cũ anno Senatus regnaſſet per decurias, quod tempus interregnum dictum eſt, tædioſum uiſum eſt, et quæſitus eſt rex. Sed cum in urbe nullus idoneus eſſet inuentus, orta eſt bona Pompilij fama, quod eſſet apud Cures ciuitatem Sabinorum. Rogatus itaq; per legatos, accepit imperium: qui ferociam populi à bellis ad ſacra cõtulit. unde etiam Numa dictus eſt, ἀπὸ τῶν νόμων. Hic etiam canus fuit à prima ætate: ad quod alludens ait, Incanaq; menta. Item propter ſacerdotiũ, Ramis inſignis oliuæ. *Ocia qui rũpet patriæ.)* De hoc Liuius: Hic nõ ſolum proximo regi diſſimilis, ſed ferocior etiam quàm Romulus fuit. *Reſides.)* ocioſos, nimium ſedentes. *Deſueta.)* à conſuetudine triumphandi diſſueſcẽtia. *Iactantior Ancus.)* amãs populi fauorem. hic Hoſtiam fecit. Ancus autem dictus ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος, id eſt, à cubito, quem incuruum habuiſſe dicitur. *Auris.)* fauoribus: unde etiam aurarij dicuntur fautores. *Vis & Tarquinios reges, animãq; ſuperbam.)* Vnus enim de Tarquinijs fuit Superbus. *Vltoris Bruti.)* Vis uidere etiam ultoris Bruti faſces receptos. Hiſtoria autem hoc habet, Tarquinius ob multa quidem Superbus eſt dictus, præcipue tamen ob hanc cauſam. Mãdauit aliquãdo Sexto filio, qui minimus ex tribus erat, ut patris in ſe ſæuitiam intolerabilem conquerens, Gabios transfugeret: quò cum ueniſſet, & ſuperbiam patris ab alienis in ſuos uerſam diceret, nihil uſquam ſibi tutũ, niſi apud hoſtem Tarquinij patris crediſſe, multiſq; in Gabinorum fraudẽ ſimulatis, dux ad ultimum belli cõtra patrem legitur. Itaq; prælijs quibuſdam feliciter geſtis, cum tantam charitatem ab omnibus adeptus foret, ut nõ pater Tarquinius potentior Romæ, quàm filius Gabijs eſſet: ſatis iam uirium ad conatus ſibi collectum exiſtimans, ex ſuis unum ſatellitem

Liber, agens celſo Nyſæ de uertice tigres:
Et dubitamus adhuc uirtutem extendere factis?
Aut metus Auſonia prohibet conſiſtere terra?
Quis procul ille autem ramis inſignis oliuæ,
Sacra ferens? noſco crines, incanaq; menta
Regis Romani, primam qui legibus urbem
Fundabit, Curibus paruis, & paupere terra
Miſſus in imperium magnũ, cui deinde ſubibit
Ocia qui rumpet patriæ, reſideſq; mouebit
Tullus in arma uiros, & iam deſueta triumphis
Agmina: quem iuxta ſequitur iactantior Ancus,
Nũc quoq; iam nimiũ gaudẽs popularibus auris.
Vis & Tarquinos reges, animamq; ſuperbam
Vltoris Bruti, faſceſq; uidere receptos?

ſciſcitatum

scifcitatum ad patrem Romam mittit, quid iam se facere uellet. quod cum Tarquinio satelles renūciasset, rex ipse (quia dubiæ fidei nūcius uidebatur) nihil uoce respondit, sed deambulans cum uirga in hortis uelut deliberabūdus capita decussit papauerum, ut ea re per satellitem renunciata, filius quid fieri uellet agnosceret, & primores ciuitatis quoquo modo interimeret: quod & ab eo factum est. Huius filius uitiauit nobilissimam matronam Lucretiam, quod illa dolens se interemit. tunc eius auūculus Brutus rapto ex eius corpore gladio processit ad populū: & de hac re cōcionatus est. Tunc omnibus placuit, ne reciperetur rex, qui tunc Ardeā expugnabat. Quo facto, Tarquinius se cum illis ad Porsenā regem Thusciæ contulit, & bellum gessit grauissimum contra populum Romanū. Tunc duo creati sunt consules, Brutus & Tricipitinus, pater Lucretiæ. iste & Tarquinius dicebatur, ob quod solū est urbe pulsus, & in eius locū surrogatus est Valerius Publicola, quo mortuo item alter est factus, & alter similiter. quod cernens tediosum esse Vergilius, solum Brutum posuit, qui annum solus impleuit. Sed Bruti filij erant amici filijs Tarquinij, cum quibus cum inissent consilium, ut per noctem eos intromitterent: proditi sunt à seruo Vindicio, & à patre interempti sunt. Ideo ergo Vltoris, scilicet & libertatis publicæ, & Lucretiæ pudoris. Sæuasꝙ secures.) quæ sæuierūt etiam cōtra liberos. Pulchra pro libertate.) Ingenti arte loquitur consideratione personarū. Factū enim laudat dicens, Pulchra pro libertate: personā uituperat. Vtcunꝙ ferent ea fata mino.) Etiamsi lauderis à posteris, non extorquere debet uim naturæ amor patriæ.

Consulis imperium hic primus, sæuasꝙ secures
Accipiet, natosꝙ pater noua bella mouenteis
Ad pœnam pulchra pro libertate uocabit:
Infelix, utcunꝙ ferent ea fata minores.
Vincet amor patriæ, laudumꝙ immensa cupido.
Quin Decios, Drusosꝙ procul, sæuumꝙ securi
Aspice Torquatū, & referentem signa Camillū.
Illæ autem paribus quas fulgere cernis in armis

Quin Decios.) Quinimo Decios respice: hi duo fuerūt, qui Mures dicti sunt, pater et filius. horum alter se bello Gallico, alter Samnitico uouit pro Republ. cum terra & mari uniuersum bello uellent exercitū perdere. Drusosꝙ procul.) Et hi duo fuerūt. horū prior uicit Hasdrubalem, Liuius Drusus Salinator: alter est filius Liuiæ, uxoris Augusti. Sæuūꝙ securi Aspice Torquatū.) Hic Gallū quēdā singulari certamine superauit, & eius sibi torquē imposuit: unde & nomen accepit. Hic ad urbē pergens præcepit filio, ut tantū castra tueretur: ille nacta occasione uictoriā cōsecutus est. Reuersus postea pater laudauit fortunam populi Romani, sed filiū (ut dicit Liuius) fustuario necauit. Sæuū ergo, iure occidēdi, nō ferri genere: nā securi nō animaduertit in filiū. Referentē sig. Camil.) Brenno duce Galli apud Alliam fluuium deletis legionibus euerterūt urbē Romanā absꝙ Capitolio, pro quo immēsam pecuniā acceperūt. Tūc Camillus absens dictator est factus, cū diu esset apud Ardeam in exilio propter Veientanam prædā non æquo iure diuisam, & Gallos iam abeuntes secutus est, quibus interemptis aurum omne recepit, & signa. quod cum illic appēdisset, ciuitati nomen dedit. nam Pisaurū dicitur, quod illic aurum pensatū est. Post hoc tamen factum redijt in exiliū, unde rogatus reuersus est. Fulgere.) ab eo quod est Fulgo fulgis, accentum in prima.

Et dum

& opima spolia reuocauit. Erit autem nominatiuus hic Lar, huius lartis. Quis Gracchi genus.) Gracchos seditiosos constat fuisse, nobiles tamen genere. namq; per Corneliam nepotes Scipionis Africani fuerunt. unde Iuuenalis ad eam, Tolle tuum precor Annibalem, uictumq; Syphacem. Ergo Scipiones dicit, per Gracchi genus. Duo autem fuerũt, maior Africanus, Aemilianus minor, qui obsidione Carthaginis ab Italia reuocauit Annibalem.

Quis Gracchi gen' ? aut geminos, duo fulmina bel
Scipiadas, cladẽ Libyæ? paruoq; potentem (li,
Fabricium? uel te sulco Serrane serentem?
Quò fessum rapitis Fabij? tu maximus ille es,
Vnus qui nobis cunctando restituis rem.
Excudent alij spirantia mollius æra:
Credo equidẽ, uiuos ducent de marmore uultus,
Orabunt causas melius, cæliq; meatus
Describent radio, & surgentia sidera dicent:
Tu regere imperio populos Romane memento,
Hæ tibi erunt artes: paciq; imponere morem,
Parcere subiectis, & debellare superbos.
Sic pater Anchises, atq; hæc mirantibus addit.
Aspice ut insignis spolijs Marcellus opimis

Scipiadas.) Hi gemini fratres fuerũt, qui quum fortissimè dimicarent in Hispania, apud Carthaginẽ nouã, quæ Spartaria dicitur, interempti sunt: quorũ alter pater, alter patruus Scipionis Africani maioris fuerunt. Cladem Libyæ.) Scipiones Africanos duos, maiorem & minorẽ: quorum alter uicit Carthaginem, alter deleuit. Fabriciũ.) paupertate gloriosum. hic est qui respondit legatis Samnitum, aurum sibi offerentibus: Romanos non aurum habere uelle, sed habentibus aurum imperare. Serrane serentem.) Attilius quidam senator fuit, qui quũ agrum suum coleret, euocatus propter uirtutem meruit dictaturã. Serranus autem, à serendo dictus est. Quò fessum rapitis Fabij?) Cur me ò Fabij fessum ad uestram narrationem: aut certè Fessum, tristem: ut, Ter fessus ualde resedit: scilicet propter eorum mortem. nam tercenti sex fuerunt de familia una, qui coniurati cum seruis & clientibus suis contra Veientes dimicarunt, & insidijs apud Cremeram fluuium interempti sunt: unus tantũ superfuit, scilicet Fabius Maximus, qui propter teneram adhuc pueritiam in ciuitate remanserat, à quo per temporis successionem longioris, Fabius ille maximus creatus est, qui postea quũ Annibalis impetum ferre non posset, mora eum elusit, & ad Campaniam traxit, ubi delitijs uirtus eius obtorpuit. hic est de quo Ennius, Vnus homo nobis cunctãdo restituit rem. Non ponebat enim rumores ante salutem. Ergo pòst, Magisq; uiri nunc gloria claret. Sciens enim Vergil. quasi pro exemplo hunc uersum posuit.

Excudent alij.) cudendo efficient. & est rhetoricus locus. Spirantia æra.) animata. Horat. Et molleis imitabitur ære capillos. Viuos uultus.) Hoc est quod dixit, Spirantia. Per æra Corinthios indicat, per marmor Parios, per actionem causarum Athenienseis, per astronomiam Aegyptios & Chaldæos. Pacis morem.) leges pacis. Spolijs Mar. opimis.) Hic Gallos & Pœnos equestri certamine superauit. Viridomarum etiam Gallorũ ducẽ manu propria interemit, & opima rettulit spolia, quæ dux detraxerat duci: sicut Cossus Larti Tolũnio.

ti Tolumnio. Supereminet omneis.) Virtutis scilicet genere. Rem Romanam.) statum Reipub. Turbante tumultu.) Ideo Tumultu, quia res in Italia geritur. Sistet.) confirmabit, corroborabit. Tertiaq; arma patri.) Captaq; haec tertia opima spolia suspendet patri, id est, Ioui. Capta Qui.) qualia & Quirinus ceperat, id est, Romulus de Acrone rege Ceninensium, & ea Ioui suspenderat. Possumus &, quod est melius, secundũ legem Numae hunc locum accipere: Qui praeceperit prima opima spolia, Ioui Pheretrio debere suspendi, quod iã Romulus fecerat: secunda Marti, quod Cossus fecit: tertia Quirino, quod fecit Marcellus. Quirinus autẽ est Mars, q praeest paci, et intra ciuitatem colitur. nam belli Mars extra ciuitatem templum habuit. Ergo aut Suspendet patri, id est, Ioui: aut suspẽdet patri, Quirino. Variè de hoc loco tractant commentatores, Numae legis immemores, cuius facit mentionem Liuius.

Ingreditur, uictorq; uiros supereminet omneis.
Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Sistet eques, sternet Poenos, Gallumq; rebellem,
Tertiaq; arma patri suspendet capta Quirino.
Atq; hic Aeneas (una nanq; ire uidebat
Egregium iuuenem forma, & fulgentibus armis,
Sed frons laeta parum, & deiecto lumina uultu:)
Quis, pater, ille uirum qui sic comitatur euntem?
Filius, an'ne aliquis magna de stirpe nepotum?
Quis strepitus circa comitũ? qtũ instar in ipso est?
Sed nox atra caput tristi circumuolat umbra.
Tum pater Anchises lacrymis ingressus obortis:
O nate ingentem luctum ne quaere tuorum.
Ostendent terris hunc tantum fata, neq; ultra
Esse sinent: nimium uobis Romana propago
Visa potens, Superi, propria haec si dona fuissent.

Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis.) Tria sunt secundũ Carminium, pulchritudo, aetas, & uirtus. significat autem Marcellum, filium Octauiae sororis Augusti, quẽ Augustus sibi adoptauit. Hic decimosexto anno incidit in ualitudinẽ, & perijt decimooctauo in Baiano, quũ Aedilitatem gereret. huius mortem ciuitas uehemẽter doluit, nam affabilis fuit, & Augusti filius. ad funeris huius honorem Augustus sexcentos lectos intra ciuitatem ire iussit. Hoc autem apud maiores gloriosum fuerat, & dabatur pro qualitate fortunae. nam Sylla sex millia habuit. Igitur cum ingenti gloria & pompa elatus, & in campo Martio est sepultus. Ergo modò in Augusti adulationem, quasi epitaphion ei dicit. Etiã constat hunc librum tanta pronunciatione Augusto & Octauiae esse recitatũ, ut fletu nimio imperarent silentium, nisi Vergilius finem esse dixisset: qui pro hoc aere graui donatus est, id est massis. nam sic & Liuius Argentũ graue dicit, id est, massas. Sed frons laeta parũ.) Omẽ est mortis citò futurae. contrà alibi, Incipe parue puer risu cognoscere matrem. Virũ qui sic comitatur euntem?) Marcellum, cui similis est. Quis strepitus?) Propter aedilitatem. Instar.) similitudo. & est nomen quod non recipit praepositionem. Ad instar enim non dicimus, quod Probus declinat. Ostendent terris hunc tantum fata.) parum illucescet, & mox peribis. Visa potens superi.) Cum indignatione dictũ: inuidistis gloriae Romanae, & uestris

uestris muneribus. nam felicitas uestra sunt munera. Propria.) *perpetuas ut, Propriáque dicabo.* Mauortis campus.) *in quo est sepultus.* Funera.) Propter *sexcentos lectulos.*

Intantum spe tollet auos.) *eriget generis antiquitatem. & rhetoricè spem laudat in puero, quia facta non inuenit.* Est autem Ciceronis in Dialogo, *causa difficilis laudare puerũ. Non enim res laudanda, sed spes est.* Nec Romula quondã.) *pro* Romulea: *ut,* Quos Africa terra triumphis Diues alit. *quondã autem potest & præteriti esse & futuri.*

Quantos ille uirûm magnam Mauortis ad urbem
Campus aget gemitus? uel quę Tyberine uidebis
Funera, cum tumulum præterlabere recentem?
Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
Intantum spe tollet auos, nec Romula quondam
Vllo se tantum tellus iactabit alumno.
Heu pietas, heu prisca fides, inuictáque bello
Dextera: non illi quisquam se impune tulisset
Obuius armato, seu cum pedes iret in hostem,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
Heu miserande puer, si qua fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris: manibus date lilia plenis,
Purpureos spargam flores, animamq́ue nepotis
His saltem accumulem donis, & fungar inani
Munere: sic tota passim regione uagantur,
Aëris in campis latis, atque omnia lustrant.
Quæ postquã Anchises natum per singula duxit,
Incenditq́ue animum famæ uenientis amore:
Exin bella uiro memorat quæ deinde gerenda,
Laurentosq́ue docet populos, urbemq́ue Latini,
Et quo quenque modo fugiatq́ue, feratq́ue laborem.
Sunt geminæ somni portæ, quarum altera fertur

Foderet calcarib. armos.) Species pro genere: *Equi armos pro equo posuit. nõ enim possunt armi calcaribus fodi.*

Fata aspera rumpas.) *Posse aliqua ratione fata dirumpi per transitum docet.* Tu Marcellus eris.) *talis qualis est Marcellus, ille uir amplissimus, superius dictus.*

Purpureos flor.) *ut sæpe diximus, propter sanguinis similitudinem: quia aut anima est, aut sedes animæ.* Nepotis.) *posteri. non enim re uera nepos fuit.* Inani Munere.) Secundũ Epicureos, *non profuturo.* Sic.) *ista noscentes.* Aëris.) *aërijs in campis: collisionem fecit.* Locutus est autem *secundum eos, qui putant* Elysium *lunarem esse circulum.* Incenditq́ue animum.) Nam *suprà ait,* Et dubitamus *adhuc uirtutem extendere factis?* Exin.) *deinde.* Confert autem in *compendium narrationis prolixitatem.* Sic Terentius *propter longũ actum ait:* Intus despondebitur, *intus transigetur, si quid est quod restat.* Sunt geminæ somni portæ.) *pro somniorum.* Est autem in *hoc loco* Homerum *secutus:* ξεῖν' ἤτοι μὲν ὄνειροι ἀμήχανοι ἀκριτόμυθοι γίνοντ', οὐδέ τι πάντα τελέονται ἀνθρώποισι. δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων· αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι. τῶν οἳ μέν κ' ἔλθωσι διὰ πριστοῦ ἐλέφαντος, οἵ ῥ' ἐλεφαίρονται, ἔπε' ἀκράαντα φέροντες, οἱ δὲ διὰ ξεστῶν κεράων ἔλθωσι θύραζε, οἵ ῥ' ἔτυμα κραίνουσι, βροτῶν ὅτε κέν τις ἴδηται. In hoc tamen differt, *quòd ille per utranque portam somnia exire dicit: hic um-*

bras ueras, per quas somnia indicat uera: & poëticè apertus est sensus. Vult autem intelligi, falsa esse omnia quæ dixit. Physiologia uerò hoc habet: Per portam corneam oculi significantur, qui & cornei sunt coloris, & duriores cæteris membris. nam frigus non sentiunt, sicut etiam Cicero dicit in libris de Deorum natura. Per eburneam uerò portam os significatur, à dentibus. Et scimus quia quæ loquimur, falsa esse possunt. ea uerò quæ uidemus, sine dubio uera sunt. ideo Aeneas per eburneam emittitur portam. Est & alter sensus: Somnum cum cornu nouimus pingi. & qui scripserũt de somnijs, dicunt ea quæ secundum fortunam & personæ possibilitatem uidentur, habere effectum: et hæc uicina sunt cornu, unde cornea uera fingitur porta. ea uerò quæ suprà fortunam sunt, & habent nimium ornatum, uariamq́ iactantiam, dicunt falsa esse: unde eburnea, quasi ornatior porta fingitur. Falsa insomnia.) id est, somnia. Secat.) tenet: unde Sectas dicimus ab eo quòd propositum tenent. Ad Caietæ recto fert littore portũ.) A persona poëtæ prolepsis. nam Caieta nondũ dicebatur.

Cornea, qua ueris facilis datur exitus umbris.
Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Sed falsa ad cælum mittunt insomnia manes.
His ubi tum natum Anchises, unaq́ Sibyllam
Prosequitur dictis, portaq́ emittit eburna.
Ille uiam secat ad naueis. sociosq́ reuisit.
Tum se ad Caietæ recto fert littore portum.
Anchora de prora iacitur: stant littore puppes.

FINIS. SEXTI AENEIDOS.

ADILON.

Septimus Aeneam reddit fatalibus aruis.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN Septimum Aeneidos librum, Argumentum.

Hic quoq́ Caietam sepelit: tum deinde profectus
Laurentum uenit: hanc uerbis cognouit Iuli
Fatalem terram: mensis en uescimur, inquit.
Centum oratores ueniam pacemq́ petentes
Ad regem mittunt leti cum sorte Latinum:
Qui cum pace etiam natæ connubia pactus.
Hoc forte Alectò Iunonis dissipat ira.
Concurrunt dictis, quamuis pia fata repugnent:
Belli causa fuit uiolatus uulnere ceruus.
Tum gentes sociæ arma parant; fremit arma iuuentus.

Tu quoq́

TV quoque littoribus nostris.) Vt & in principio diximus, in duas parteis hoc opus diuisum est. nam primi sex libri ad imaginem Odysseæ sunt dicti, quos personarum & allocutionum uarietate constat esse grauiores. hi autem sex ad imaginem Iliadis dicti sunt, qui in negocijs ualidiores sunt. nam & ipse hoc dicit, Maius opus moueo. & reuera tragicum opus est, ubi tantum bella tractantur.

P. VERGILII M. AENEIDOS
LIBER SEPTIMVS.

TV quoque littoribus nostris Aeneia nutrix
Aeternam moriens famam Caieta dedisti.
Et nunc seruat honos sedem tuus, ossaque nomen
Hesperia in magna, siqua est ea gloria, signat.
At pius exequijs Aeneas rite solutis
Aggere composito tumuli, postquam alta quierunt
Aequora, tendit iter uelis, portumque relinquit.
Aspirant auræ in noctem: nec candida cursum
Luna negat: splendet tremulo sub lumine pontus.
Proxima Circææ raduntur littora terræ,
Diues inaccessos ubi Solis filia lucos

Tu quoque.) sicut Misenus & Palinurus. Nostris.) Italicis: ut, Non eadem arboribus pēdet uindemia nostris. non, ut Donatus ait, nauigabilibus. Aeneia nutrix.) Hāc alij Aeneæ, alij Creusæ, alij Ascanij nutricem uolūt. Lectū tamen est in Philologijs, in hoc loco casu incēsam classem esse Troianam: unde Caieta dicta est, ἀπὸ τοῦ καίειν. Seruat.) tenet, possidet: ut, Seruantē ripas, alta nō uidit in herba. Hesperia in magna.) Magna, ad Hispaniæ discretionem. Siqua est ea gloria.) Secundū Epicureos, quū ea res nihil ad mortuorū uoluptatem attineat sentiendam. Bene autē interest funeri, postquam ab inferis redijt: sicut interfuit antequam descenderet, ut mediū ostenderet. Quierunt.) Autor Hebrus Quierant legit. Tendit iter uelis.) Quia prout uela extēsa fuerint, ita etiā cursus extenditur, in quo nauis est. Iter.) Impropriè dictum. nam ait suprà, Flecte uiam uelis. aliud est iter uelis tendere, aliud per uela iter. quod si dicimus, bene procedit, & tendit uiam uelis, ut in ipsis uelis ratio sit uiæ. Aspirant auræ in noctē.) Quia (ut diximus) temporum mutatione uentus uel minuitur, uel augetur. In noctem autem, circa noctem. Et quoties tempus exprimitur, accusatiuum regit ista præpositio. Luna negat.) Liptotes. nam dicit largè præstat, ut Munera nec sperno. Tremulo sub lumine.) Ita enim mobilitas aquæ facit uideri. Circææ raduntur littora terræ.) Vt diximus suprà, mons iste ante hac insula fuit. paludibus enim à continenti segregabatur, quas exclusit limus de Albanis montibus fluens: & dicebatur Aeæus, ab horrore transeuntium, quo homines mutabantur in feras. in hoc summo oppidum fuit, quod & Circæum dictū est à Circe, & Circæi: nam utrunque Liuius dicit. Diues.) Non addidit cuius rei, quū soleat: ut, Diues equûm, diues pictai uestis et auri, Diues opum uariarū. Inaccessos.) inaccessibileis, inaccedēdos: nā Vlysses illuc uenit. Ergo Inaccessos nō ad quos nullus accessit, sed ad quos nullus debeat accedere: ut, Aut illaudati nescit Busiridis aras:

hoc eſt, illaudabilis. nam ab Iſocrate laudatus eſt. Reſonat cantu.) reſonare facit. hoc ex Homero: εὗρον δ' ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα κίρκης ξεστοῖσιν λάεσσι περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ, ἀμφὶ δέ μιν λύκοι ἦσαν ὀρέστεροι ἠδὲ λέοντες τοὺς αὐτὴ κατέθελξεν ἐπεὶ κακὰ φάρμακ' ἔδωκεν. Et paulo pòſt, κίρκης δ' ἔνδον ἄκουον ἀειδούσης ὀπὶ καλῇ, ἱστὸν ἐποιχομένης μέγαν ἄμβροτον, οἷα θεάων λεπτά τε καὶ χαρίεντα, καὶ ἀγλαὰ ἔργα πέλονται. Superbis.) nobilibus, propter antiquam oppidi magnitudinem. Odoratam.) pro odoriferam: & hoc ideo, quia uſus olei apud maiores non fuit, præcipuè in Italia. Arguto pectine.) ſtridulo, ſonāti: ut, Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis. Percurrēs telas.) Aut manu percurrens tactu pectinis, ut uidemus, aut quia apud maiores ſtantes texebant, ut hodie linteones uidemus. Eſt autem Homeri qui ait, ἱστὸν ἐποιχομένην.

Aſſiduo reſonat cantu, tectiſq́ ſuperbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenues percurrens pectine telas.
Hinc exaudiri gemitus, iræq́ leonum
Vincla recuſantum, & ſera ſub nocte rudentum,
Setigeriq́ ſues, atq; in præſepibus urſi
Sæuire, ac formæ magnorum ululare luporum:
Quos hominum ex facie, dea ſæua potētib. herbis
Induerat Circe, in uultus ac terga ferarum.
Quæ ne monſtra pij paterentur talia Troēs
Delati in portus, neu littora dira ſubirent,
Neptūnnus uentis impleuit uela ſecūdis,
Atq; fugam dedit, & præter uada feruida uexit:
Iamq́ rubeſcebat radijs mare, & æthere ab alto
Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis,

Gemitus, iræq́.) gemitus iraſcentium leonū: endyadis. Sera ſub nocte.) Quaſi eo tempore, quo naturali libertate uti conſueuerunt. Sub ſera nocte, propter ſerā noctem. Rudentum.) Ru naturaliter longa eſt. Perſius, Findor ut Arcadiæ pecuaria rudere dicas. Syſtolen ergo fecit. Ruditus aūt propriè eſt clamor aſinorū, ut Grunitus porcorum, ranarū autem Coax, quæ omnia à ſono uocis conſtat eſſe compoſita. Præſepibus.) caueis, ubi aluntur: non enim re uera præſepia habent. Dea ſæua.) Aut per ſe, aut herbis potentibus ſæua. Circe aūt ideo Solis fingitur filia, quia clariſſima fuit meretrix: & nihil ſole clarius. & hoc ex Hom. αἰαίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ' ἔνθα δ' ἔναιε, κίρκη ἐϋπλόκαμος, δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα αὐτοκασιγνήτη ὀλοόφρονος αἰήταο. ἄμφω δ' ἐκγεγάτην φαεσιμβρότου ἠελίοιο μητρός τ' ἐκ πέρσης τὴν ὠκεανὸς τέκε παῖδα. Hæc autem libidine ſua & blanditijs homines in ferinā uitam ab humana deducebat, ut libidini & uoluptatibus operam darent: unde fabulæ datus eſt locus. Horat. Sub domina meretrice fuiſſet turpis & excors. In uultus ac terga ferarum.) Corrumpebantur enim in illis ſenſus. animus namq; manebat idem: οἱ δὲ συῶν μὲν ἔχον κεφαλὰς φωνήν τε τρίχας τε, καὶ δέμας. αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος, ὡς τὸ πάρος περ. Pij paterentur Troēs.) Ergo impij, qui pertulerūt: ſcilicet occidendo Solis armenta. Neptunnus uentis impleuit uela ſecundis.) Phyſicè locutus eſt: motu enim aquæ uentus creatur, ut uidemus in bombis. Præter uada feruida.) periculoſa nauigantibus. & eſt tmeſis. In roſeis fulgebat lutea bigis.) Lutea eſt crocei coloris: ut, Croceo mutauit uellera luto. Vnde multi iungunt Inroſeis, id

stis, id est, non rubicundis, ne sit contrarium: tamen secundū Homerum dictum est, qui interdum ῥοδοδάκτυλον *auroram, interdum* κροκόπεπλον *dicit, id est, crocei coloris circundatam ueste.* Cum uenti posuere.) *cum ortu diei quieuere. Posuere enim est, quieuere: sicut contra flantes, ferentes dicimus: ut,* Fieret uento mora ne qua ferenti: *id est, flanti.* Omnisq; repentè resedit Flatus.) *Omnis, id est, & qui ripæ est & qui pelagi, qui Altanus uocatur.* Tōsæ.) *remi, dicti à decutiendis fluctibus: sicut tōsores, à tōdendis & decutiēdis capillis.* Lucū prospicit.) *in quo erat fluminis numen. nā ut diximus, nunquā lucum sine religiōe ponit.* Hūc inter.) *per hūc. Terentius,* Dum rus eo, cœpi egomet mecū inter uias. *Est autem crebra Frontonis elocutio.* Amœno.) *umbroso, syluis circundato.* Multa flauus arena.) *Epitheton proprium. Et sciendum, exitum Tyberini fluuij naturalem non esse, nisi circa hostiam, ubi prima Aeneas castra constituit. nam aliter non procedit quòd ait,* Murorū in parte sinistra Opposuere aciem, nam dextra cingitur amni: *& postea in Laurolauinio castra fecit ingentia, quorum uestigia adhuc uidentur.* Assuetæ ripis uolucres.) *Bono compendio usus est.* Aethera mulcebant cantu.) *lenibant. corporalia enim sunt elementa, ut diximus suprà. non enim mulcetur, nisi quod corporale est. suprà ait,* Totamq; infusa per artus. Nunc age.) *Hic est sequentis operis initium: ante dicta enim pendent ex superioribus. sanè Eratò pro Calliope posuit.* Quæ tempora rerum.) *Quia, ut suprà diximus secundum Lucretiū, tempora nisi ex rebus colligantur, per se nulla sunt.* Latio antiquo.) *Quia duo sunt, uetus & nouum: sicut & in iure lectum est.* Exordia pugnæ.) *cerui interitum.* Actos.) *aut collectos, aut reuera cōpulsos: quod est uerisimile propter illud,* Longa placidas in pace regebat. Totamq; sub arma coactam.) *collectam: ut,* Tityre coge pecus. *Totam autem, hyperbolicè dixit.* Hunc Fauno & nympha genitum Laurenta Marica Accipimus.)

Cum uenti posuere, omnisq; repente resedit
Flatus, & in lento luctantur marmore tonsæ.
Atq; hic Aeneas ingentem ex æquore lucum
Prospicit: hunc inter fluuio Tyberinus amœno
Vorticibus rapidis, & multa flauus arena
In mare prorumpit: uariæ circumq;, supraq;,
Assuetæ ripis uolucres, & fluminis alueo
Aethera mulcebant cantu, lucoq; uolabant.
Flectere iter socijs, terræq; aduertere proras
Imperat, & lætus fluuio succedit opaco.
Nunc age qui reges Erato, quæ tempora rerum,
Quis Latio antiquo fuerit status, aduena classem
Cum primum Ausonijs exercitus appulit oris:
Expediam, & primæ reuocabo exordia pugnæ.
Tu uatem, tu diua mone: dicam horrida bella,
Dicam acies, actosq; animis in funera reges.
Tyrrhenamq; manum, totamq; sub arma coactā
Hesperiam: maior rerum mihi nascitur ordo,
Maius opus moueo. Rex arua Latinus, & urbes
Iam senior, longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno & nympha genitū Laurente Marica

Qu:dam

Quidam deus est Fatuellus: huius uxor est Fatua. idem sunt Faunus & Fauna. dicti aũt sunt à uaticinando, id est, fando: unde & Fatuos dicimus, inconsideratè loquenteis. Ergo Faunæ & Fatuæ nomen quasi asperum fugit poëta, & Maricam dixit uxorem fuisse Fauni, quæ est dea littoris Minturnensium, iuxta Lirim fluuium. Horatius, Innantem Maricæ Littoribus tenuisse Lirim. Quod si uoluerimus accipere uxorem Fauni Maricã, non procedit: Dij enim topici, id est, locales ad alias regiones nunq̃ transeũt. Sed potest dictum esse per poëticã licentiam, Laurente Marica, quũ sit Minturnensis. Dicunt alij per Maricã, Venerem intelligi debere: cuius fuit sacellum iuxta Maricam, in quo erat scriptũ νηὸς τῆς ἀφροδίτης. Sanè Hesiodus Latinũ Circes & Vlyssis filium dicit. quod & Vergil. tangit, dicendo, Solis aui specimen. Sed quia temporum ratio non procedit, illud accipiendũ est Igini, qui ait Latinos plureis fuisse: ut intelligamus poëtam abuti, ut solet, nominũ similitudine. Accipimus.) Propter uarias opiniões hoc adiecit: ut Sallusti. Vrbem Romã, sicuti ego accepi, condidere atque habuere in initio Troiani. Vltimus autor.) primus, ut Supremũ summum dicimus, Proh supreme Iuppiter. Primáq; oriens erepta iuuẽta.) Per transitum tãgit historiã: Amata enĩ duos filios uoluntate patris Aneneæ spondentes sororem factione interemit: unde & Erepta dixit, quasi per uim. Fato autem dicit, uolũtate. nam Dij id fantur, quod sentiunt. non ut homines, de quibus lectum est: aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere.

Accipimus: Fauno Picus pater, isq́; parentem
Te Saturne refert, tu sanguinis ultimus autor.
Filius huic fato diuûm, prolesq́; uirilis
Nulla fuit, primaq́; oriens erepta iuuenta est:
Sola domum & tantas seruabat filia sedes,
Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis.
Multi illam magno è Latio, totaq́; petebant
Ausonia: petit ante alios pulcherrimus omneis
Turnus, auis atauisq́; potens, quem regia cõiux
Adiungi generum miro properabat amore:
Sed uarijs portenta deûm terroribus obstant.
Laurus erat tecti medio in penetralibus altis,
Sacra comam, multosq́; metu seruata per annos.
Quam pater inuentã, primas cum conderet arceis,
Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus.

Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis.) Non est iteratio, sed secundũ ius locutus est, in quo & ex annorũ ratione, & ex habitu corporis ætas probatur. primũ ergo ad habitum, secundũ ad annos pertinet. Latio.) Latiũ pars est Ausoniæ: unde dixit prius quod minus est: sic intulit, Totáq; Ausonia. Petit ante alios.) aut Ante alios petit, aut certè Pulcherrimus ante alios. Miro amore.) noua intemperãtia: sed Varijs, propter apes & incendiũ, et propter oraculũ Fauni. Portenta.) signa, quæ sunt media. nam & bona & mala sunt portenta. Laurus erat.) Latinus post mortẽ Lauini fratris quũ Lauiniũ amplificaret, ab inuenta lauro Laurolauiniũ appellauit. In penetralib.) Penetrale est omnis interior pars domus, licet sit intecta: unde laurũ fuisse in penetralibus non est mirũ. Metu.) religione. quæ nata est per timorem. Primas cum con. arces.) Primas, circa laurũ scilicet. nam iam

civitas

ciuitas fuerat. Trans æthera.) *æthera pro aêre posuit.* Obsedere apicem.) *Verbũ oppugnationis est futuræ.* Per mutua.) *inuicem: & est absolutum. Melissus qui de apibus scripsit, ait: duobus pedibus se tenẽt, & duabus alis se sustinẽt.* Vates diuinus.) *Per quam autem artem, nõ dixit, nec nomen eius: sed datur intelligi, coniecturis eum quibusdã dixisse futura.* Partes petere agmen easdẽ.) *Intelligimus ab infero mari apes uenisse: unde Troiani. Partes aũt easdẽ, summitates rerum petere dicit, sicut apes apicẽ lauri. Quod aũt in laurum sedere, ostenditur aduenarum futura uictoria.* Castis.) *pijs. & intelligimus Latinum sacrificasse iuxta adstãte Lauinia.* Nefas.) *absoluta parenthesis est. & est hypallage, Cõprendere crinib. ignem: quum ignis crinem cõprehendat.* Fumida.) *in quo fumus est, causa lacrymarum.* Vulcanũ spargere.) *incendiũ belli significat: his enĩ duobus hoc ab augurio distat Ascanij, fumo et aspersione flãmarũ.*

Laurentisq; ab ea nomen posuisse colonis.
Huius apes summum densæ (mirabile dictu)
Stridore ingenti liquidum trans æthera uectæ
Obsedere apicem, & pedibus per mutua nexis
Examen subitum ramo frondente pependit.
Continuo uates: externum cernimus, inquit,
Aduentare uirũ, & partes petere agmen easdem
Partibus ex ijsdem, & summa dominarier arce.
Præterea castis adolet dum altaria tædis,
Et iuxta genitorem astat Lauinia uirgo,
Visa (nefas) longis cõprendere crinibus ignem,
Atq; omnem ornatũ flamma crepitante cremari,
Regaleisq; accensa comas, accensa coronam
Insignem gemmis: tum fumida lumine fuluo
Inuolui, ac totis Vulcanum spargere tectis:
Id uero horrendum ac uisu mirabile ferri.
Nanq; fore illustrem fama, fatisq; canebant
Ipsam, sed populo magnum portendere bellum.
At rex sollicitus monstris oracula Fauni
Fatidici genitoris adit, lucosq; sub alta
Consulit Albunea, nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat, sæuamq; exhalat opaca mephitin.
Hinc Italæ gentes, omnisq; Oenotria tellus

Fauni.) *Faunus ἀπὸ τῆς φωνῆς dictus est: quòd uoce, nõ signis futura ostẽdit.* Lucosq.) *idest, in lucis.* Sub Albunea.) *.i. in Albunea.* Alta.) *quia est in Tiburtinis altissimis mõtibus. & Albunea dicta est ab aquæ qualitate, quæ in illo fonte est: unde etiã nõnulli ipsam Leucotheã uolũt. Sciendũ sanè, unũ esse nomẽ fontis & syluæ.* Fonte sa.) *Nullus enim fons non sacer, propter attributos illis deos, q fontibus præesse dicũtur.* Mephitin.) *Mephitis proprie est terræ putor, qui de aquis nascitur sulphuratis: & est in nemoribus grauior, ex densitate syluarũ. alij Mephitin deũ uolunt, Leucotheæ connexũ: sicut est Veneri Adonis, Dianæ Virbius. alij Mephitin Iunonem uolunt, quam aërem esse constat. nouimus enim putorem non nisi ex corruptione aëris nasci, sicut etiam bonum odorem de aêre incorrupto: ut sit Mephitis dea odoris grauissimi, id est, graue olentis.* Hinc Italæ gentes.) *Commẽdatio oraculi.*

culi. Oenotria tellus.) Proprie Sabinorum tractus, ab Oenotrio rege. Incubuit.) Incubare proprie dicuntur hi, qui dormiũt ad accipienda reſponſa: unde eſt, ille incubat Ioui, id eſt, dormit in Capitolio ut reſpõſa poſſit accipere. Sub nocte ſilenti.) per noctem ſilentem, id eſt, per noctis ſilentiũ, quum omnes tacẽt. Varias audit uoces.) ſcilicet propter multa ſimulacra petẽtibus oracula apparẽtia. Fruitur.) Paſcitur: quod de rebus tantũ bonis dicimus.

In dubijs reſponſa ferunt, huc dona ſacerdos
Contulit, & cæſarum ouium ſub nocte ſilenti
Pellibus incubuit ſtratis, ſomnosꝙ petiuit.
Multa modis ſimulacra uidet uolitantia miris,
Et uarias audit uoces, fruiturꝙ deorum
Colloquio, atꝙ imis Acheronta affatur auernis.
Hic & tum pater ipſe petens reſponſa Latinus
Centum lanigeras mactabat rite bidentes.
Atꝙ harum effultus tergo, ſtratisꝙ iacebat
Velleribus, ſubita ex alto uox reddita luco eſt:
Ne pete connubijs natam ſociare Latinis,
O mea progenies, thalamis neu crede paratis:
Externi ueniunt generi, qui ſanguine noſtrum
Nomen in aſtra ferant, quorumꝙ à ſtirpe nepotes
Omnia ſub pedibus, quà ſol utrunꝙ recurrens
Aſpicit Oceanum, uertiꝙ regiꝙ uidebunt.
Hæc reſponſa patris Fauni, monitusꝙ ſilenti
Nocte datos, non ipſe ſuo premit ore Latinus,
Sed circùm latè uolitans, iam fama per urbes
Auſonias tulerat, cum Laomedontia pubes
Gramineo ripæ religauit ab aggere claſſem.
Aeneas, primiꝙ duces, & pulcher Iulus,
Corpora ſub ramis deponunt arboris altæ:
Inſtituuntꝙ dapes, & adorea liba per herbas
Subijciunt epulis, ſic Iuppiter ipſe monebat:

Acheronta affatur auernis.) poteſtates quæ ſunt in Acheronte, ad quem per auernũ uenitur: hoc autẽ ideo, quia Faunus dicitur infernus deus. & cõgruè: nam nihil eſt terra inferius, in qua habitat Faunus. hinc eſt quod eum Horat. inducit nocentem dicẽs, Leuis incedas abeasꝙ paruis Aequus alumnis. Pater ipſe.) aut honoris eſt, aut reuera propter Lauiniã. Cẽtũ.) Aut pro qualitate fortunæ, unde & rite dixit: aut certe finitus ſit pro infinito. i. multas. Tergo.) pro tergorib. Thalamis neu crede paratis.) propter Turnũ. Veniũt.) Melius Veniunt: ut iam eos uenire ſignificet. Generi.) Plurali pro ſingulari uſus eſt. A ſtirpe.) Stirpem quũ de genere dicimus, tãtum fœm. quum de arbore. maſc. gen. & fœm. inuenitur: ut, Sed ſtirpẽ Teucri nullo diſcrimine ſacrũ. & fœm. ut Horat. Cũ ſtirpesꝙ raptas & pecudes & domos. Sub pedibus.) ſub imperio ſuo ac poteſtate. Monitusꝙ.) Alibi, Monita dixit: ut, Carmẽtis nymphæ monita & deus autor Apollo. Nõ ipſe ſuo pre. ore La.) Quo à ſe repelleret generos. Sed circũ latè uol.) Tmeſis eſt, Circũuolitãs. Adorea liba.) Ador proprie genus farris: liba autẽ ſunt placentæ de farre & melle & oleo, ſacris aptæ. Subijciũt.) ſupponũt in epularũ locũ. Ipſe.) qui per Harpyiã uaticinatus eſt: ut, Quæ Phœbo pater omnipotens.

ter omnipotens. Et cereale solũ.) Solũ dicitur omne quod aliquid sustinet: unde de mari suprà ait, Subtrahiturq́ solum. & Ouidius primo Metamorph. Neu regio foret ulla suis animalibus orba Astra tenent cœleste solum. sicut nunc panicias mensas, id est, epularũ sustentaculũ, solũ uocauit. Fortè aliis.) abũdat Fortè. Fatalis crusti.) Ad negociũ respexit Aeneæ, cui hic erat finis laborũ. Crustum autem & crusta neutro dicimus, de his quæ comedi possunt. Horat. Vt pueris olim dant crustula blandi Doctores. Iuuen. Nos colaphũ incutimus lãbenti crustula seruo. Fœminino autẽ genere fragmẽta dicimus, quæ nõ sunt esui: ut, Concrescũt subitæ currenti in flumine crustæ.

Et cereale solum pomis agrestibus augent.
Consumptis hic forte aliis, ut uertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi,
Et uiolare manu, malisq́ audacibus orbem
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris:
Heus etiam mensas consumimus? inquit Iulus,
Nec plura adludens: ea uox audita laborum
Prima tulit finem, primamq́ loquentis ab ore
Eripuit pater, ac stupefactus numine pressit.
Continuo: salue fatis mihi debita tellus,
Vosq́, ait, ò fidi Troiæ saluete Penates:
Hic domus, hæc patria est, genitor mihi talia nãq́
(Nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit:
Cum te nate fames ignota ad littora uectum
Accisis coget dapibus consumere mensas,
Tum sperare domos defessus, ibiq́ memento
Prima locare manu, moliriq́ aggere tecta.
Hæc erat illa fames, hęc nos suprema manebat,
Exitiis positura modum.
Quare agite. & primo lęti cum lumine solis
Quę loca, quiúe habeãt homines, ubi mœnia gẽtis
Vestigemus, & à portu diuersa petamus.

Quadris.) aut mẽsis. & est antonomasia, nã suprà orbẽ dixit: aut quadris fragmẽtis accipiamus, ut Iuuenal. Vt bona summa putes aliena uiuere quadra. Adludens.) Aut uacat Ad, & ludẽtem significat: aut certe Adludẽs, ad respõsi fidem uerba componens. Laborũ finem.) scilicet maritimorũ. nam in terra multa passurus est: ut ait Sibylla, Sed terræ grauiora manent. Primamq́ loquentis ab ore Eripuit pater.) hoc est, adhuc loquente Ascanio intellexit famem, quã fata prædixerant. Numine pressit.) oraculi fide ab Heleno & Anchisa prædicti: pressit aũt uocem Ascanii, quo posset ipse numina deprecari. Fatis mihi debita tellus.) Bona periphrasis est, ne fatalis diceret, quod est medium: & in precibus nihil esse debet ambiguũ. O fidi.) Aeneæ scilicet, & nõ Troiæ, quã nequiuere seruare. Hic domus.) aut familia: ut, Da propriã Thymbrææ domũ. aut ordo est: Hic patria, hic domus. ante enim patria est, q̃ sit domus. Accisis.) undiq; consumptis. & hoc est apud nos Ac, qđ apud Græcos ἄμ. & hoc Accisi, ualde, undiq; cæsi: id est, ἀμφίκοτοι. et hoc, Ansancti uallẽ, id est, undiq; sancti. Hæc erat illa fa.) Ac si diceret: hoc fuerat timendũ periculum, quod pericula terminat. Habeant.) habitẽt: hoc enim frequentatiuũ est ab eo quod est habeo.

Vbi mœnia gentis.) Laurolauiniũ significat. *Nũc pateras libate Ioui.)* ab eo quod continet, id quod continetur. *Anchisen genitorem.)* Bene Iouem & Anchisen, qui causa oraculi fuerunt. *Reponite mensis.)* Aut timore uerborum Ascanij interrupta renouate: aut Reponite, frequẽter ponite, id est, crebro libate. *Tempora ramo Implicat.)* Diebus enim festis ita epulabantur. *Geniũq; loci.)* Apollinẽ uult intelligi: in tutela enim eius tota fuerat regio: ut, Laurentisq; ab ea nomẽ posuisse colonis. aliter iniquum est, si quũ oẽis inuocet, Apollinem prætermittat: præsertim quum Helenus dixerit, Aderitq; uocatus Apollo. *Primamq; deorũ.)* q̃a ipsa est mater deorum. *Nymphasq;, et adhuc ignota precatur Flumina.)* Bonum ordinem seq̃tur. sic alibi, Nymphæq; laurentes. nymphæ genus amnibus unde est. *Noctẽ noctisq; horrẽtia sig.)* quæ noctẽ sequuntur, ut nymphas. *flumina.)* inuocat enĩ sibi cõiuncta. *Phrygiãq; ex or. ma.)* Aut contigue, quia Idæũ dixerat Iouem: aut certe ex ordine, id est, more solenni. *Et duplices.)* duos: Cœlo autẽ Venerem, Erebo Anchisen. *Cœlo clarus ab alto.)* in serenitate: quod est augurij. nam in nubibus fulminis causa est. *Radijs & auro.)* radijs aureis. *Ardentem nubem.)* alij fulmen ardẽtem nubem dicũt: ut Lucanus, Atq; ardentes aẽre solo: quos hoc loco secutus est. Alij dicunt fulmen esse aẽris scissionem ardentem rimam: quos alibi sequitur dicens, Ignea rima micans percurrit lumine nimbos. *Certatim instaurant epulas.)* hoc est, Et uina reponite mensis. *Vina coronant.)* pro pateris: ut alibi, Magnũ cratera corona Induit. Magnũ aũt, omine cœlesti dicit. alibi, Nam te maioribus ire per altum Auspicijs manifesta fides. *Hæc fontis stag. Nu.)* Ista iam ab incolis discũt. quod aũt ait Fontis stagna, uerum est: nam Numicus ingens antè fluuius fuit, in quo repertum est cadauer Aeneæ, & consecratũ: pòst paulatim decrescẽs in fontem redactus, qui & ipse siccatus est sacris interceptis. Vestæ enim libari non nisi de hoc fluuio licebat. *Ordine ab omni.)* ex omni qualitate dignitatis, quod apud Romanos in legatione

Nunc pateras libate Ioui, precibusq; uocate
Anchisen genitorem, & uina reponite mensis.
Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo
Implicat, & Geniumq; loci, primamq; deorum
Tellurem, nymphasq;, & adhuc ignota precatur
Flumina: tum noctem, noctisq; horrentia signa,
Idæumq; Iouem, Phrygiãq; ex ordine matrem
Inuocat, & duplices Cœloq;, Ereboq; parentes.
Hic pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit, radijsq; ardentem lucis & auro
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem.
Diditur hic subito Troiana per agmina rumor,
Aduenisse diem, quo debita mœnia condant.
Certatim instaurant epulas, atq; omine magno
Crateras læti statuunt, & uina coronant.
Postera cum prima lustrabat lampade terras
Orta dies, urbem, & fines, & littora gentis
Diuersi explorant: hæc fontis stagna Numici,
Hũc Tybrim fluuiũ, hic fortes habitare Latinos.
Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni

gatione dimittenda hodieq; seruatur. Augusta ad mœnia.) augurio consecrata. hinc paulo pòst, Tectum augustum, ingens. & nisi in augusto loco senatus consilium habere non poterat: unde templum Vestæ non fuit augurio cōsecratum, ne illuc cōueniret senatus, ubi erant uirgines. nam hæc fuerat regio Numæ Pompilij; ad atriū autem Vestæ cōueniebatur, quod à templo remotū fuerat. Fossa.) sulco. & sunt ista reciproca: nam & sulcum ponit

Centum oratores augusta ad mœnia regis
Ire iubet, ramis uelatos Palladis omnes,
Donaq; ferre uiro, pacemq; exposcere Teucris.
Haud mora, festinant iussi, rapidisq; feruntur
Passibus: ipse humili designat mœnia fossa,
Moliturq; locum, primasq; in littore sedes
Castrorū in morem pinnis atq; aggere cingit.
Iamq; iter emensi turres ac tecta Latinorum
Ardua cernebant iuuenes, muroq; subibant,
Ante urbem pueri, & primæuo flore iuuentus
Exercentur equis, domitantq; in puluere currus:
Aut acreis tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent, cursuq; ictuq; lacessunt.
Cum præuectus equo longæui regis ad aures
Nuncius ingenteis ignota in ueste reportat
Aduenisse uiros: ille intra tecta uocari
Imperat, & solio medius consedit auito.

pro fossa, ut Ausim uel tenui uitē cōmittere sulco. Moliturq; l. p.) Aliâs, fabricat: ut, Et Phrygiæ molimur montibus Idæ. Primasq; in littore sedes.) q̄a imperium Lauiniū translaturus est. Et sciēdū, ciuitatē quā primo fecit Troiam dictā, secundū Catonem & Liuiū: q̄d et ipse docet, Nec te Troia capit. Castrorū in morem.) hoc est, breuē. Pinnis atq; aggere muro.) in quo pinnæ sunt: & est synecdoche. Aggere.) fossa. Iamq; iter emensi turres ac tecta Latinorum.) Hypermetrus uersus. Muroq; subibant.) Alij per accusatiuū: ut, Aeneæ subijt mucronē. & hoc secundū naturam est: nam it sub mucronem dicimus. per datiuū autē figuratū est. Pueri & primæuo flore iuuentus.) Bene Romanæ militiæ exprimit morē: nam post pubertatem armis exercebantur, & sextodecimo anno militabant, quo etiā solo sub custodibus agebāt. nec est contrariū, Longa populos in pace regebat: nam licet in pace essent, exercitiū tamen uigebat armorum. Domitantq; in pul. cur.) equos sub curribus. Acris arcus.) fortes: & est κατάχρησις. nam acrimonia mentis est: non aūt inanimatarū rerū, ut arcuū. Lenta.) mollia.

Ictu.) iaculatione. Ingentes.) ex stupore nuncij laus ostēditur Troianorū. Et bene nouitatis ostendit opiniones. Ingētes enim esse, quos primū uidimus, opinamur. Reportat.) aut reuocat, aut apportat. Intra tecta uocari.) Dissentit hoc loco à Romana consuetudine. nam legati si quando incogniti uenire nūciarentur, primo quid uellēt ab exploratoribus requirebatur, postea ad eos egrediebantur magistratus minores, & tunc demū Senatus extra urbē postulata noscebat, & ita si uisum fuisset admittebātur. sed hoc prudenter fecit. Latinum nanq; memorē uult esse responsi, & auidū satis ad uidēdos externos, per quos ei promittebatur felicitas. Solio medio cōsedit.) Vt suprà diximus, Soliū est ueluti armariū de

uno ligno, ad regum tutelam factum: secūdum alios à soliditate dictum, secūdum Asprum per antistœchon, quasi sedium, à sedendo dictum. nam & sella quasi seda dicta est. Tectum augustum, ingens.) domum, quam suprà diximus, In Palatio ab Augusto factam per transitum laudat, quam commemorat, & quasi in Laurolauinio uult fuisse. Horrendum.) Venerandum, non quod horrori sit. Hinc sceptra accipere.) hoc in palatio.

Tectum augustū, ingens, cētum sublime colūnis
Vrbe fuit summa, Laurentis regia Pici,
Horrendum syluis, & relligione parentum:
Hinc sceptra accipere, & primos attollere fasces
Regibus omen erat, hoc illis curia templum,
Hæ sacris sedes epulis, hic ariete cæso
Perpetuis soliti patres considere mensis.
Quinetiam ueterum effigies ex ordine auorum
Antiqua ex cedro, Italusq; paterq; Sabinus,
Vitisator curuam seruans sub imagine falcem.
Saturnusq; senex, Ianiq; bifrontis imago
Vestibulo astabant, aliiq; ab origine reges,
Martia qui ob patriam pugnando uulnera passi.
Multaq; præterea sacris in postibus arma
Captiui pendent currus, curuæq; secures,
Et cristæ capitum, & portarum ingentia claustra,
Spiculaq;, clypeiq;, ereptaq; rostra carinis.
Ipse Quirinali lituo, paruaq; sedebat

Curia templū.) Quia, ut diximus suprà, curia non nisi in augurato erat loco. Ariete cæso.) hoc sacrificiū in ianua Palatii festis diebus fiebat. Perpetuis mēsis.) longis, ad ordinē exæquatis sedentiū. Maiores enī nostri sedentes epulabantur, quem morem habuerūt à Laconibus & Cretensibus, ut Varro docet in libris de gente populi Rom. in quibus dicit quid à quaq; traxerit gente. Ex ordine.) prout sibi successerant. Sanè intelligendum est, ita ut nati fuerant, sic eorum imagines fuisse compositas. Ex cedro.) quod lignum non facile consumitur uetustate: hoc genus ligni tineæ nescit corruptionem, quod ex antiquitate nō sentit, ut cedria peruncta ligna custodita cōseruat: unde & Persius, Et cedro digna locutus. Vitisator.) Non inuentor uitis, sed qui genus uitis Italis demonstrauit populis. Sub imagine falcem.) Aut statuæ exprimit gestum, ut dicat: Ita tenebat falcē, ut eā sub uultu haberet: aut Sub imagine, sub theca dicit, quæ falci similis est. Quare sub imagine falcē? cum imagine enim pictus est Saturnus. Soluitur: aut Sub pro In posuit, aut ipsius quoq; falcis nō ueritas, sed imago, uagina quædā falcis putatur. Saturnusq; senex.) Antiqui reges nomina sibi plerūq; uendicabāt deorum. Ergo Saturnus rex fuit Italiæ. nam & suprà ait, Veterū effigies ex ordine auorū. & infert, Aliiq; ab origine reges. hinc est quod apud Cretam esse dicitur Iouis sepulchrū. Gabalus etiam imperator Romanus Solem se dici uoluit: nam Heliogabalus dictus est. Ab origine.) pro Aboriginum reges, sed est metro prohibitus. Pugnando uulnera passi.) quasi reges passi. Sacris in postibus.) ubi spolia consecrabantur. Captiui.) pro captiuorum: nota figura est. Cristæ.) galeæ: à parte totum posuit. Ereptaq; rostra carinis.) Bene de omni genere præliorum spolia illic

lia illic demonstrat fuisse. Quirinali lituo.) Lituus incuruus augurum baculus, quo utebantur ad designanda cœli spacia: nam manu non licebat. Quirinalem autem ex persona sua dixit, qualē postea Quirinus habuit: nam tunc adhuc nō fuerat Romulus. Vel lituus, id est, regium baculum, in quo potestas erat dirimēdarum litium. Succinctus trabea.) Toga est augurū de cocco & purpura. Ancyle.) scutum breue. Regnante Numa cœlo huiusmodi scutum lapsum est: & data responsa sunt, illic fore summam imperij, ubi esset. quod ne aliquando hostis agnosceret, p Mamurium fabrum multa similia fecerunt, cui & diē consecrauerūt, quo pellem uirgis feriunt ad artis similitudinem. Dicimus autē hoc ancyle, & hæc ancylia. Ancyliorū uero usurpauit Horatius: Ancyliorū & nominis & togæ oblitus. Aurea coniux.) nam aliter non constat uersus. & Auream per ironiam dixit. Coniux uero, non quæ erat, sed quæ esse cupiebat: ut, Quos ego sum toties iam dedignata maritos. Picum amauit Pomona dea pomorum, & eius uolentis est sortita coniugium: postea Circe eum cum amaret, & sperneretur, irata eum in auem picum martium conuertit. nam altera est pica. Hoc autem ideo fingitur, quia augur fuit, & domi habuit picum, per quem futura noscebat: quod & pontificales indicant libri. Bene autem ei suprà lituum dedit, quod est augurum proprium. nam ancyle & trabea cōmunia sunt, cum Diali uel martiali Sacerdote. Placido prius edidit ore.) Bene Placido. legatorum enim fuerat, ut ipsi ante loquerentur: sicut in Secundo, Vltro flens ipse uidebar. Dicite Dardanidæ.) Aut ex ueste eos Troianos esse cognoscit, quæ erat propria gentium singularū: aut κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus famam, quæ eos uenire renunciauerat, eandem etiam Troianos esse dixisse. unde infert, Auditiq; aduertitis æquore classem. Dardanidæ autem: ac si diceret, cognati. Siue errore uiæ seu tempestatibus acti.) Duo quærit: si uoluntate uenistis, quid petitis? si necessitate, tempestas uos an error aduexit? Vada cærula.) Cæruleum est uiride cum nigro: id est, mare. Qualia multa.) Ad duo respexit, errorem & necessitatem. Portuq; sedetis.) Antè enim pro portu erat illic exitus fluminis. Ne fugite.) ne fugiatis. Néue ignorate Latinos.) ignoretis. Saturni gentem.) laus generis.

Succinctus trabea, læuaq; ancyle gerebat
Picus, equûm domitor: quē capta cupidine cōiux
Aurea percussum uirga, uersumq; uenenis
Fecit auem Circe, sparsitq; coloribus alas.
Tali intus templo Diuûm, patriaq; Latinus
Sede sedens, Teucros ad sese in tecta uocauit.
Atq; hæc ingressis placido prior edidit ore:
Dicite Dardanidæ (neq; enim nescimus & urbē,
Et genus, auditiq; aduertitis æquore cursus:)
Quid petitis? quæ causa rates, aut cuius egentes
Littus ad Ausonium tot per uada cærula uexit?
Siue errore uiæ, seu tempestatibus acti,
Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto,
Fluminis intrastis ripas, portuq; sedetis.
Ne fugite hospitium, neue ignorate Latinos
Saturni gentem, haud uinclo, nec legibus æquā,

Sponte

Sponte ſua,ueteriſq; dei ſe more tenentem.
Atq; equidē memini(fama eſt obſcurior annis)
Auruncos ita ferre ſenes,his ortus ut agris
Dardanus Idæas Phrygiæ penetrauit ad urbes,
Threiciáq; Samum,quę nūc Samothracia fertur:
Hinc illū Coriti Tyrrhena ab ſede profectum
Aurea nunc ſolio ſtellantis regia cœli
Accipit,& numerum Diuorum altaribus auget.
Dixerat,& dicta Ilioneus ſic uoce ſecutus:
Rex,genus egregium Fauni,nec fluctibus actos
Atra ſubegit hyems ueſtris ſuccedere tectis:
Nec ſidus regione uiæ,littús ue fefellit:
Conſilio hanc omnes,animiſq; uolētibus urbem
Afferimur,pulſi regnis quæ maxima quondam
Extremo ueniens ſol aſpiciebat Olympo.
Ab Ioue Principiū generis,Ioue Dardana pubes
Gaudet auo,rex ipſe Iouis de gente ſuprema
Troius Aeneas tua nos ad littora miſit.
Quanta per Idæos ſæuis effuſa Mycenis

Sponte ſua ueteriſq; dei ſe more tenentem.) Xenocratis eſt,qui quū primus ſcholam aperuiſſet, quod antea in porticibus de philoſophia tractaretur, & interrogatus eſſet qd præſtare poſſet diſcipulis ſuis,reſpōdit:ut id homines uolūtate faciant,quod alij iure cogūtur. *Veteris.)* Antiqui:ac ſi diceret,aurei ſeculi imagine uiuimus. *Fama eſt obſcurior annis.)* Ac ſi diceret:niſi eſſet,iam uos ſciretis. *Auruncos ita ferre ſenes.)* Apud ueteres hiſtoriæ hoc generis fuit,ut maiores natu anteacta poſteris indicarēt: quod hic indicat locus. Luc.aptius,quū eſſet de Antæo narraturus, Cognita ꝑ multos docuit rudis incola patres. Aurūci uero Italiæ populi antiquiſſimi fuerunt. *Ferre autem,* quaſi cū oſtētatione iactare. *Dardanus.)* Iuppiter cū Electra Atlantis filia Coriti regis Italiæ uxore cōcubuit, ſed ex Iouis ſemine natus eſt Dardanus, ex Coriti Iaſius. Dardanus profectus ad Phrygiam,Ilium condidit:Iaſius uero Thraciam tenuit,ubi eſt Samos, quam & Samothraciam nominauit. nam Iunonis alia eſt Samos inſula:quāquam ciuitas Thraciæ, quæ eſt in Cephalenia,Same dicatur. unde poſtea cum reſpōſum eſſet, Antiquam exquirite matrem:& Aeneas Italiam peteret, profectus ad Thraciā,Samothracas deos ſuſtulit, & pertulit ſecū,propter originem matris. *Idæas Phrygiæ.)* Quia erāt & Cretæ,addidit Phrygiæ. *Coriti.)* oppidū & mons,dictus à rege,patre Dardani. *Aurea nunc.)* Quomodo dicit illam in cœlo eſſe, ſi apud inferos hunc uidit Aeneas? ait enim, Iluſq; Aſſaracuſq; & Troiæ Dardanus autor. Soluitur,qđ tribus tria reddidit : animā cœlo,corpus terræ,umbrā inferis. *Addit.)* Auget, adiectione ſcilicet nominis ſui. *Voce ſecutus.)* Plerunq; enim cōſentimus & taciti. *Rex.)* Cōciliatio ab honore:inde à genere. *Succedere terris.)* Vt,Succedoq; oneri. *Nec ſidus.)* aſpectus ſiderū:nam tempeſtatē ſuprà dixit. *Vrbem afferimur.)* ad urbē referimur. *Extremo ueniens.)* primo:nam aliâs Rediēs diceret, non ueniens: *Dardana pubes Gaudet auo rex ipſe Iouis.)* generis origine:nam auus non eſt Troianorum Iuppiter,ſed Aeneæ,per Venerem. *Quanta per Idæos.)* Ad illud reſpexit,

Auditiq;

Auditiq́ aduertitis æquore cursum. nam non mirum te audisse, quæ uniuersus orbis agnouit. Tempestas.) uis bellorum. Actus.) collisus. Fatis.) Per transitum: & excusat Troianos, & Græcorum laudem minuit. Tellus extrema.) Vt est Britanniæ, & omnium insularum Oceani. Refuso autem, refluo: ut indicat Lucanus, Quaq; iacet littus dubiũ, quod terra fretumq́; Vendicat alternis uicibus quũ funditur ingens Oceanus. uel, Quum refugis se fluctibus aufert. & est Homeri, ἀυτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπε ῥόον ὠκεανοῖο νῆυς ἀπὸ δ' ἵκετο κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο. Et si quẽ extenta plagarũ Quatuor.) Audierunt etiã illi qui separantur zona ea, quæ est in medio quatuor, id est, feruens. significat autem Antipodas. Iniqui.) intẽperati, uel ardentis. Diluuio ex illo.) ex illa uastitate. Alij hic distinguũt, & mutant sensum, ut sit: quos dirimit plaga solis ardẽtis, ex quo mũdus est cõstitutus, hoc est, ex quo chaos esse desijt. Dijs sedem exiguam patrijs.) Pia & uerecunda petitio. Littusq; rogamus Innocuum.) Non quod nulli noceat, sed quod uendicatũ nulli possit nocere. aliter serpenteis innocuos dicimus. Cunctis undamq; auramq; patentem.) Ista enim cõmunia sunt. Indecores.) Decus dĕcoris facit, decor decôris: sed hic Indecor dicimus, hic Indecus non possumus dicere. unde Indecores quum Co breuis sit, aut systole est, aut certè dicimus nominatiuum non inueniri, ut in multis nominibus fit. Nam Indecus lectum non est, quod & melius est. nam systole sine exemplis fieri non debet. Verecundè autem hoc dicit, sua coniunctione etiam ornari Italos. Abolescet.) abolebitur. & usus est inchoatiua forma, quum opus non esset. Troiam.) id est, Troianos. Fata per Aeneæ iuro.) Quæ iam nouit Latinus, oraculo sçilicet Fauni: per quod audit, Externi uenient generi. Siue fide, seu quis bello est expertus & armis.) In his dextra comprobatur fide & uirtute. Vittas.) quæ religabantur ad ramum. Hinc Dardanus ortus Huc repetit.) id est, Aeneas. & bene Repetit, non petit, quasi ad sua. Ingentibus.) Delijs, quæ magna constat fuisse.

Tempestas ierit campos, quibus actus uterq;
Europæ atq; Asiæ fatis concurrerit orbis,
Audijt, & si quem tellus extrema refuso
Summouet Oceano, & si quem extenta plagarum
Quatuor in medio dirimit plaga Solis iniqui,
Diluuio ex illo, tot uasta per æquora uecti,
Dijs sedem exiguam patrijs, littusq; rogamus
Innocuum, & cunctis undamq; auramq; patentẽ.
Non erimus regno indecores, nec uestra feretur
Fama leuis, tanti'ue abolescet gratia facti.
Nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.
Fata per Aeneæ iuro, dextramq; potentem
Siue fide, seu quis bello est expertus & armis:
Multi nos populi, multæ (ne temne, quòd ultrò
Præferimus manibus uittas, ac uerba prꝗcantũ:)
Et petiere sibi, & uoluere adiungere gentes,
Sed nos fata deûm uestras exquirere terras
Imperijs egere suis: hinc Dardanus ortus,
Huc repetit, iussisq; ingentibus urget Apollo (ci.
Tyrrhenũ ad Tybrim, & fontis uada sacra Numi

Dat tibi præterea fortunæ parua prioris
Munera, relliquias Troia ex ardente receptas.
Hoc pater Anchises auro libabat ad aras,
Hoc Priami gestamen erat, cum iura uocatis
More daret populis, sceptrumq́; , sacerq; tiaras,
Iliadumq́; labor, uestes.
Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
Obtutu tenet ora, soloq; immobilis hęret,
Intentos uoluens oculos: nec purpura regem
Picta mouet, nec sceptra mouent Priameia tantũ:
Quantum in cõnubio natæ, thalamoq; moratur,
Et ueteris Fauni uoluit sub pectore sortem.
Hunc illum fatis externa ab sede profectum
Portendi generum, paribusq; in regna uocari
Auspicijs: hinc progeniem uirtute futuram
Egregiam, & totum quæ uiribus occupet orbem.
Tandem lætus ait: dij nostra incepta secundent,
Auguriumq; suum. dabitur Troiane quod optas.
Munera nec sperno: non uobis rege Latino
Diuitis uber agri, Troiæ'ue opulẽtia deerit.
Ipse modò Aeneas (nostri si tanta cupido est.
Si iungi hospitio properat, socius'ue uocari)
Adueniat, uultus neue exhorrescat amicos.
Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.
Vos contra regi mea nunc mandata referte.

Fortunæ parua prioris.) Bene medium tenuit. nam ne laudare uideretur, ait Parua: ne deformare, (nam durum est aliquid ab infelicibus accipere) ait Fortunæ prioris. Hoc pater Anchises auro libabat ad aras.) Pateram significat. Hoc Priami gestamen erat.) Diadema dicit: nam sceptrum dicturus est. Sacerq; Tiaras.) Pileum Phrygium dicit. & sciendum hic Tiaras per usurpationem dictum. nam hæc Tiara dicimus. melius ergo Iuuena. Et Phrygia uestitur bucca tiara. Obtutu tenet ora.) Ordo est: Latinus defixa tenet ora, & obtutu, id est, intuitu solo hæret immobilis. Intentos uoluens oculos.) Cogitantis est gestus. sic de Bocco Sallust. Vultu & oculis pariter atq; animo uarius. Regem Picta mouet.) Quippe regẽ: & hoc est, Labor Iliadum. Portendi.) porrò tendi, prædici, significari. Parib. auspicijs.) pari potestate. & tractum est ex comitijs, ut diximus suprà. Dij nostra incepta secundent.) Antiquo more locuturus de publicis rebus, id est, de pace & nuptijs filiæ, & de regis nuptijs, facit ante deorum commemorationem: sicut etiam in omnibus Catonis traditionibus legimus. hinc est in Diuinatione, Si quid ex aliqua ueteri oratione est, Iouem ego maximũ optimũ. Ipse etiam Vergil. Præfatus diuos solio rex infit ab alto. Auguriũ.) propter quæ dicta sunt suprà. Quod optas.) id est, pax. Nec sperno.) Quia dixerat, Fortunæ parua prioris. & est Liptotes: id est, libenter accipio. Vber agri.) ubertas. alibi, Pecoriq; & uitibus almis Aptius uber erit. Et est maior petitione promissio: nam littus illi tantum petierant. Pacis erit.) fœderis: ab eo quod sequitur id quod præcedit. Tyrãni.) Græcè dixit, regis; nam apud illos tyranni & regis nulla discretio est. licet apud nos incubator im

bator imperij tyrannus dicatur. declinatur autē, hic & hæc tyrānos. Est mihi nata.) *Malè multi arguunt Vergilium, quòd Latinū ultro induxit filiam pollicentem: nec oraculū considerantes, quia Italo dari non poterat: nec Aeneæ meritum, quem decebat rogari. Terentius: Hac fama impulsus Chremes, ultrò ad me uenit, unicam gnatam suam. Hesiodus etiam* περὶ τῶν γυναικῶν, *inducit multas heroidas optasse nuptias uirorum fortium.* Sortes.) *Abusiuè pro oraculis posuit.* Plurima cælo Monstra sinunt.) *Aut per augmentum dixit, aut & alia uisa intelligamus: nam duo nō sunt plurima.* Hoc Latio restare can.) *Hoc Italiæ manere significat. nam sic dicimus, Hoc mihi restat, id est, manet me illa res.* Mens augurat.) *Auguro dicimus secundum Plinium, quū præsagio mētis futura colligimus: Auguror uerò tum, quū futura ueris captamus augurijs.* Numero omni.) *id est, tercentum. Et peritè dixit: nam in legione non nisi tercenti equites erant, quæ habebat sex millia uirorum. per quod ostenditur unam habuisse legionem Latinū. unde & alibi, Tercentum scutati omnes Volscente magistro.* In præsepibus altis.) *Multa non propter se, sed propter aliud dicuntur. nam & per præsepia alta equorum magnitudo monstratur. Homerus,* τανυπέπλοι: *id est, per longas uesteis.* Ordine.) *pro meritis singulorum.* Tapetis.) *Secundo declinatur hoc nomen Tapetum tapeti, ut hoc templū templi. unde est Pictisq; tapetis, hoc loco. item hoc tapete, ut hoc Sedile sedilis: unde est, Qui fortè tapetibus altis Extructus. Declinatur aūt Græcè* ὁ τάπης, τοῦ τάπητος: *unde est, Pulchrosq; tapetas.* Patri quos Dædala Circe.) *Et hoc fingit eam fecisse. tractū autē est de Homero, qui taleis equos habuisse inducit Anchisen,* ἐν ε'. τῆς γάρ τοι γενεῆς ἧς Τρωΐ περ εὐρύοπα Ζεὺς, δῶχ' υἷος ποινὴν Γανυμήδεος, οὕνεκ' ἄριστοι. *Et bene est cōpositū ad illud qđ suprà ait, Troiæ ue opulētia deerit. Gente aūt, de equis abusiuè dixit, quod est hominū propriū.* Nothos.) *Materno ignobiles genere. est aūt nomē hoc græcū. nam Latinè quemadmodū dicas, nō est.*

Est mihi nata, uiro gentis quam iungere nostræ
Non patrio ex adyto sortes, non plurima cælo
Monstra sinunt: generos externis affore ab oris
Hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant: hunc illum poscere fata
Et reor, & si quid ueri mens augurat, opto.
Hæc effatus, equos numero pater eligit omni:
Stabant tercentum nitidi in præsepibus altis.
Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci,
Instratos ostro alipedes, pictisq; tapetis.
Aurea pectoribus demissa monilia pendent:
Tecti auro, fuluū mandunt sub dentibus aurum.
Absenti Aeneæ currum, geminosq; iugales
Semine ab æthereo spirantes naribus ignem,
Illorum de gente, patri quos Dædala Circe
Supposita de matre nothos furata creauit.
Talibus Aeneadæ donis, dictisq; Latini
Sublimes in equis redeunt, pacemq; reportant.
Ecce autem Inachijs sese referebat ab Argis

Donis dictisq; Latini.) *Equis, & pacis nuptiarūq; promissione.* Inachijs sese refereb. ab Argis.) *Bene Inachijs: non enī est una Argos. fuit enim & in Italia, quā Diomedes cōdidit:*

Sæua Iouis coniux, aurasq; inuecta tenebat,
Et lætum Aeneam, classemq; ex æthere longe
Dardaniam Siculo prospexit abusq; Pachynno.
Moliri iam tecta uidet, iam fidere terræ,
Deseruisse rates. stetit acri fixa dolore,
Tum quassans caput, hæc effudit pectore dicta:
Heu stirpem inuisam, & fatis contraria nostris
Fata Phrygum: num Sygeis occumbere campis?
Num capti potuere capi? num incensa cremauit
Troia uiros? medias acies, mediosq; per igneis
Inuenere uiam: at credo mea numina tandem
Fessa iacent odijs, aut exaturata quieui.
Quin etiam patria excussos infesta, per undas
Ausa sequi, & profugis toto me opponere ponto:
Absumptæ in Teucros uires cæliq; marisq;.
Quid Syrtes, aut Scylla mihi? qd uasta Charybdis
Profuit? optato conduntur Tybridis alueo,
Securi pelagi atq; mei: Mars perdere gentem
Immanem Lapithûm ualuit: concessit in iras
Ipse deûm antiquam genitor Calydona Dianæ.

quæ primò Argi, pòst Argirippa, pòst Arpi dicta est. Fuit & in Thessalia. Lucanus, Vbi nobile quondam Nunc super Argos arat. Fuit & haud longe ab Athenis, quod à siti Dipsion dictum est: apud quod erat magna societas inter eos, qui uno puteo utebantur. unde & fratrias dixerunt, ἀπὸ τ φρέατος, quas tribus uocamus. Et notandum, quòd ubicunque bonus sequitur euentus Troianos, Iuno remouetur. & congruè quasi numen inimicum, quod præsens posset nocere. Aurasq; inuecta tenebat.) per elementum suum ibat. Abusq;.) & Adusq; usurpatiuè dicimus. præpositio enim nec aduerbio iũgitur, nec præpositioni: Vsq; autẽ aut præpositio est, aut aduerbium. Iam fidere terræ.) ut, Et fidere nocti. Stetit.) quod solet esse cogitantiũ. Fatis.) uoluntatibus. Capti potuere capi.) Cum felle dictũ est. nam si hoc remoueas, erit oxymoron. Dicit autem omnia quæ contigerunt non uideri contigisse, quia non offuerunt. Capti aũt capi sic dixit, ut & Cice. Vt in uberrima Siciliæ parte Siciliã quæreremus. At credo mea numina.) Nec fatigata destiti, nec satiata requieui. Patria excussos.) Satis signatè locutus est, Opponere ponto.) Plus est, q̃ si diceret tempestates. Me autem, per perissologiã: imbres, tonitrua, tempestates. Aut Scylla mihi.) Bene Mihi, ac si diceret: Iam quæ per suam naturã solent nocere me rogante, minimè offuerunt. Conduntur Tybridis alueo.) Condi propriè dicuntur, qui sibi statuunt ciuitatem: Conduntur ergo, sedem stabilẽ locant. & sunt propriè uerba, quæ nulla ratione mutantur: ut sacerdotes creari, uirgines capi dicimus. Pelagi.) Propter illud, Sed terræ grauiora manẽt. Mars perdere gentẽ.) Bene belli & uastationis quærit exempla in rebus huiusmodi: sicut in primo naufragij Perithous Lapitharũ rex, quũ uxorem duceret, uicinos populos Centauros etiam sibi cognatos, & Deos omneis, excepto Marte, ad conuiuiũ uocauit: inde iratũ numen immisit Furorem, quo Centauri & Lapithæ in bella uenerunt. Antiquam genitor Calydona Dianæ.) Oeneus Calydonis rex de primitijs omnibus numinibus sacrificauit, exce-

uit, excepta Diana: quæ irata aprum immisit qui cuncta uastabat, donec à Meleagro occideretur. Concessit autem ideo dixit, ut ostenderet minora numina, nisi impetrauerit, non posse nocere. Statius de Venere, Infandum natæ concessit honorem. Quod scelus aut Lapithis tantum, aut Calydone merente?) Hæc est uera lectio: sic & casus præcedit, ut uterque ablatiuus sit. nam si Calydona legas, uitium erit, nec sensus procedit. Scelus autẽ, pro pœna posuit, ab eo qđ præcedit id quod sequitur: ut, Scelus expendisse merentem.

Quod scel' aut Lapithis tãtũ, aut Calydone merẽ
Ast ego magna Iouis cõiux nil linquere inausũ (te?
Quæ potui infelix, quæ memet in omnia uerti,
Vincor ab Aenea. quòd si mea numina non sunt
Magna satis, dubitẽ haud eqdẽ implorare qđ usq̃
Flectere si nequeo superos, Acherõta mouebo. (est.
Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis:
Atq; immota manet fatis Lauinia coniux:
At trahere, atq; moras tantis licet addere rebus,
At licet amborum populos excindere regum.
Hac socer atq; gener coëant mercede suorum:
Sanguine Troiano, & Rutulo dotabere uirgo.
Et Bellona manet te pronuba: nec face tantum
Cisseis prægnans igneis enixa iugales,
Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter,
Funestæq; iterum recidiua in Pergama tædæ.
Hæc ubi dicta dedit, terras horrenda petiuit.
Luctificam Alectò dirarum ab sede sororum,
Infernisq; ciet tenebris: cui tristia bella,

Quæ potui infelix.) id est, nocens: ut contrà, Sis felix, id est, propitia: ut etiã diximus suprà. Implorare quod usquam est.) ac si diceret, etiam humilia. Quòd autem Iuno ubique alieno uti introducitur auxilio, physicũ est. natura enim aëris per se nihil facit, nisi aliena coniunctione, uentorũ scilicet, qui creant nubes & pluuias. Atq; moras tãtis licet addere rebus.) Ostendit Deos retardare fata, non penitus tollere: ut, Decemq; alios Priamum superesse per annos. Quæ autem dicit, etiã à Creusa dicta sunt: ut, Regnumq; & regia cõiux Parta sibi. Sanguine Troiano & Rutulo dotabere uirgo.) Ambitiosam execrationem. Nec face tantum.) tantũmodo. Cisseis.) Regina Hecuba filia fuit, (secundũ Euripidem) Cissei: ut in ἑκάβῃ, πολύδωρος ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς κισσέως. quẽ Ennius, Vergilius, & Pacuuius sequũtur. nam Homerus loquens de Asio Hecubæ fratre, Dimantis dicit, ἐν ἰλ. π. αὐτοκασίγνητος ἑκάβης, υἱὸς δὲ δύμαντος, ὃς φρυγίῃ ναίεσκε ῥοῇς ἐπὶ σαγγαρίοιο. Ouidius etiam, Proles enixa Dimantis. Hæc se facem parere in somnijs uidit, & Parin creauit, qui causa fuit incendij. Ergo nunc hoc dicit, talis erit Veneris partus. nam sicut per Parin Troia cõsumpta est, sic per Aeneã reliquiæ Troianorum. Comparatio autem iniuriosa. nam Veneri Hecubã, Paridem Aeneæ, Helenam Lauiniæ comparat. Iugales.) coniugales, matrimonio cõceptos.

Idem.) similis. Funestæq; iterum recidiua in Pergama tædæ.) Sic Recidiuæ, ut Pergama. Luctificam Alectò.) Græcus accusatiuus. huius autem declinationis tres casus usurpamus: genitiuum uidelicet, ut Alectus: nominatiuum & accusatiuum, ut Alectò.

Odit & ipse pater Pluton.) Venerationis est Pater. nam Furiæ Acherontis & Noctis filiæ sunt. His acuit uerbis.) incitauit & instigauit eius insaniam. Proprium.) aut tibi aptum: aut certè perpetuũ, indefessum, usq; ad finem perducendum. Et sciendum, Furiæ nihil pro præmio dari: quia præstatur hoc ipsum furiæ, ut bella cõmoueat, & ut dicatur defendisse Iunonem. Infracta.) aut ualde fracta, aut quæ fuit antehac semper infracta: ut in Duodecimo, Turnus ut infractos aduerso Marte Latinos. Cedat Fama loco.) uincatur. Cicero: Loco ille motus est, quũ est ex urbe depulsus. Ambire Latinum.) amplecti, circũ retinere. Nec ob ambitum hoc dixit: nam Ambio ad illũ dicimus, non ambio illum. Tu potes unanimes.) A maiore ad minus. Versare.) uertere. & usus est frequentatiuo, ad uĩ augendam. Tibi nomina mille.) facies: ut, Et sine nomine corpus. Mille autem, secũdum Euripidem: in cuius Tragœdia dicitur, furias non esse unius potestatis, sed plurimarum: * Ita factum secundũ necessitatem, ita Asper. Fœcundum concute pectus.) Plenũ malitiæ efficacis. Compositam pacem.) quam suprà Latinus dederat. Crimina belli.) causas: ut, Crimen amor uestrum. Exin.) Ordinis aduerbium. Gorgoneis.) sæuis, pessimis: à Gorgone. Tacitum.) pro tacitè. Obsedit limen.) Bene Obsedit, quasi quæ insidiabatur. Curæq; iræq; coquebant.) Peruerso ordine respondit. nam ira in Troianos est, & cura de nuptijs: & primò aduentum Teucrorum dixerat. Huic dea cæruleis unũ.) Figura hyperbaton. nanque talis est ordo: Huic dea unum anguem in sinus conijcit, & usque ad intima subdit præcordia: quæ sunt loca cordi uicina, quibus sensus percipitur. Anguem autem iniecit partem sui, id est, furoris. Leuia pectora.) id est, pulchra.

Iræq;, insidiæq;, & crimina noxia cordi.
Odit & ipse pater Pluton, odere sorores
Tartareæ monstrum: tot sese uertit in ora,
Tam sæuæ facies, tot pullulat atra colubris.
Quam Iuno his acuit uerbis, ac talia fatur:
Hunc mihi da proprium uirgo sata nocte laborẽ,
Hanc operam: ne noster honos, infractaue cedat
Fama loco, neu connubijs ambire Latinum
Aeneadæ possint, Italosq; obsidere fines.
Tu potes unanimes armare in prælia fratres,
Atq; odijs uersare domos: tu uerbera tectis,
Funereasq; inferre faces: tibi nomina mille,
Mille nocendi artes: fœcundum concute pectus,
Disijce compositam pacem, sere crimina belli:
Arma uelit, poscatq; simul, rapiatq; iuuentus.
Exin Gorgoneis Alecto infecta uenenis
Principio Latium, & Laurentis tecta tyranni
Celsa petit, tacitumq; obsedit limen Amatæ:
Quã super aduẽtu Teucrûm, Turniq; hymenęis,
Fœmineæ ardentem curæq; iræq; coquebant.
Huic dea cæruleis unum de crinibus anguem
Conijcit, inq; sinum præcordia ad intima subdit,
Quo furibunda domũ mõstro permisceat omnẽ.
Ille inter uestes, & leuia pectora lapsus

Attactu

(Attactu nullo.) sine morsu. Fallitque furentem.) inijcit furorem sine accipientis sensu. Furorem autem, ut furore teneatur: nam nondum furebat. Tænia uittæ.) Tænia est uittarum extremitas. Vdo.) scilicet ueneno. hypallage in sensu, Veneno udo: quod est de udo corpore. nanque serpentum uda sunt corpora, adeò ut quà eunt, uiã humore designent. Solito matrum de more.) iracundè (nam hoc est de matrum more:) mixta asperitate loquebatur. nam paulo pòst uero furore quatietur. Exulibus ne datur.) Propter dissuasionem significatè loquitur, exules uocans qui propria regna repetebant. Ducenda.) abducenda. Prædo.) Quasi piratam ducit hominem diu in mari morantem. At non sic Phrygius.) Legitur &, An non: sed hoc absolutum est. si autẽ legeris At, copulatiua particula est, ad ornatum solũ pertinens. Horatius, At ò deorum quicquid in cælo regit terras & humanum genus. Et cõsanguineo.) Filius enĩ Veniliæ, Amatæ sororis. Si gener ex. p. d. g. L.) De qualitate transit ad finẽ. nam uult Turnũ extraneũ esse definire, per callidã argumẽtationẽ: quia imperio Latini nõ subiaceat, quũ oraculũ de Latinis omnibus cauerit. postea etiã huic occurrit, Turnũ Græcũ esse, ab Acrisio ortũ cõmemorans. per quod duas res latẽter agit. nam dicẽdo originẽ cõsiderandã, docet et Turnũ græcũ esse ab Acrisio, & Aeneã Latinũ à Dardano. Premũt iussa.) urgẽt, in hoc cõpellunt. Inachus Acrisiusque patres.) Danaẽ Acrisij regis Argiuorũ filia, postquã est à Ioue uitiata, pater eã intra arcã inclusam præcipitauit in mare, quæ delata ad Italiã, inuẽta est à piscatore cum Perseo, quẽ illic enixa fuerat: & oblata regi Pilumno, qui eam sibi fecit uxorem, cum qua etiã Ardeã condidit, à quibus Turnũ uult originem ducere.

Voluitur attactu nullo, fallitque furentem,
Vipeream inspirans animam: fit tortile collo
Aurum ingens coluber, fit longè tænia uittæ,
Innectitque comas, & membris lubricus errat.
Ac dum prima lues udo sublapsa ueneno
Pertentat sensus, atque ossibus implicat ignem.
Necdum animus toto percepit pectore flammã,
Mollius, & solito matrum de more locuta est,
Multa super nata lacrymãs, Phrygijsque hymenęis:
Exulibus ne datur ducenda Lauinia Teucris?
O genitor: nec te miseret natæque, tuique?
Nec matris miseret? quã primò Aquilone relinquet
Perfidus, alta petens abducta uirgine prædo.
At nõ sic Phrygius penetrat Lacedęmona pastor,
Ledæamque Helenam Troianas uexit ad urbes?
Quid tua sancta fides? quid cura antiqua tuorũ?
Et consanguineo toties data dextera Turno?
Si gener externa petitur de gente Latinus
Idque sedet, Faunique premunt te iussa parentis,
Omnem equidẽ sceptris terrã quæ libera nostris
Dissidet, externam reor, & sic dicere diuos.
Et Turno, si prima domus repetatur origo,
Inachus Acrisiusque patres, mediæque Mycenæ.
His ubi nequicquam dictis experta Latinum
Contrà stare uidet, penitusque in uiscera lapsum

Sine more

Sine more furit.) sine exemplo. & hoc etiam contra decus est regium. Lymphata.) percussa furore lympharũ, sicut Ceritos à Cerere dicimus. Turbo.) Catullus hoc turben dicit, ut hoc carmen: hic turbo, unde turbinis facit. nam si turbonis fit, erit à proprio nomine. Impubesq; manus.) aut multitudo puerorum: aut à parte totum posuit, ut pro manu ipsum puerum intelligas. Simulato numine Bacchi.) Talem patiebatur furorem, ut speraret se Liberi sacra celebrare. non enim ipsa simulabat, quod est sanorũ. nam & paulo pòst dicturus est, Alectò stimulis agit undique Bacchi.

Quo.) ut. Heuohe Bacche.) Vox bacchãtis est. Tibi sumere thyrsos.) pro sumebat. et sunt infiniti pro indicatiuis. Pampineas hastas.) pãpinis tectas. Incinctæ pellibus.) nebridũ scilicet. Pinum sustinet.) facem pineã, ut fiebat in Liberalibus. Natæ Turniq; canit hymenæos.) Hic apertè expressit dementiam. nam quũ consecrauit filiam Libero, hymenæum canit eius ac Turni. Hymenæum autem, nunc carmen nuptiale dixit. Toruũ.) pro toruè. Iò.) uox clamantis. & est Tragicus sermo. Pijs animis.) id est, maternis. Crinaleis uittas.) quæ solarum matronarum erant. nam meretricibus non dabantur.

Serpentis furiale malum, totamq; pererrat.
Tum uerò infelix ingentibus excita monstris,
Immensam sine more furit lymphata per urbem:
Ceu quondam torto uolitans sub uerbere turbo,
Quem pueri magno in gyro uacua atria circum
Intenti ludo exercent: ille actus habena
Curuatis fertur spacijs, stupet inscia turba,
Impubesq; manus, mirata uolubile buxum:
Dant animos plagæ. non cursu segnior illo
Per medias urbeis agitur, populosq; feroces.
Quin etiam in syluas simulato numine Bacchi,
Maius adorta nefas, maioremq; orsa furorem,
Euolat, & natam frondosis montibus abdit:
Quo thalamũ eripiat Teucris, tædasq; moretur.
Heuohe Bacche, fremens: solum te uirgine dignũ
Vociferans, etenim molleis tibi sumere thyrsos,
Te lustrare choros, sacrum tibi pascere crinem.
Fama uolat, furijsq; accensas pectore matres
Idem omneis simul ardor agit noua quęrere tecta.
Deseruere domos: uentis dant colla, comasq;.
Ast aliæ tremulis ululatibus æthera complent,
Pampineasq; gerunt incinctæ pellibus hastas:
Ipsa inter medias flagrantem feruida pinum
Sustinet, ac natæ Turniq; canit hymenæos,
Sanguineam torquens aciem, toruùmq; repente
Clamat: Iò matres auditæ ubiquaq; Latinæ,
Siqua pijs animis manet infelicis Amatæ
Gratia, si iuris materni cura remordet,
Soluite crinaleis uittas, capite orgia mecum.
Talem inter syluas, inter deserta ferarum
Reginam Alectò stimulis agit undiq; Bacchi.

Postquam uisa satis primos acuisse furores,
Consiliumq́, omnemq́ domum uertisse Latini,
Protinus hinc fuscis tristis Dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros, quam dicitur urbem
Acrisioneis Danaë fundasse colonis,
Præcipiti delata Noto: locus Ardea quondam
Dictus auis, & nunc magnũ tenet Ardea nomen,
Sed fortuna fuit. tectis hic Turnus in altis
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem:
Alecto toruam faciem, & furialia membra
Exuit, in uultus sese transformat aniles,
Et frontem obscœnam rugis arat, induit albos
Cum uitta crines, tum ramum innectit oliuæ,
Fit Calybe Iunonis anus, templiq́ sacerdos
Et iuueni ante oculos his se cum uocibus offert:
Turne tot incassum fusos patiere labores?
Et tua Dardanijs transcribi sceptra colonis?
Rex tibi coniugium, & quæsitas sanguine dotes
Abnegat, externusq́ in regnum quæritur hæres.
I nunc, ingratis offer te irrise periclis,
Tyrrhenas i sterne acies, tege pace Latinos:

Acuisse furores.) Vt supra, Quã Iuno his acuit dictis. Consiliumq́.) Quod habuerat, ut filiam dando Aeneæ bella remoueret, quæ significauerat fumus augurij. Acrisioneis Danaë.) Patronymicum id est: nam filiam Acrisij significat, non Acrisioneis colonis. sola enim uenerat, non cum colonis. Præcipiti delata noto.) Vt diximus suprà, intra arcam. Magnum tenet Ardea nomẽ.) Bene alludit: nam Ardea quasi ardua dicta est, id est, magna & nobilis. Et quãquam Iginus in Italicis urbibus ab augurio auis ardeæ Ardeam dictam uelit (illud nanque Ouidij in Metamorphosi fabulosũ est, incensam ab Aenea Ardeam, & in hanc auem esse conuersam:) sciendum tamen ardeam per antiphrasin dictam, quod breuitate pennarum altius nõ uolat. Luc. Quod ausa uolare Ardea sublimis pennæ confisa natanti. Membra exuit.) Bene Exuit: nam dij cũ uolũt uideri, induunt se corporibus ꝓpter mortalium oculos. nam incorporei sunt. Albos Cum uitta.) id est, etiam albas uittas. Ramum innectit oliuæ.) Aut coronam accipit, aut ramum alligat uictis. Quod apertè in Octauo ostendit, Et uitta comptos uoluit prætendere ramos. suprà etiam, Præferimus manibus uittas. Iunonis anus templiq́ sacerdos.) Iunonis templi sacerdos anus. Fusos patiere labores.) Probus de temporum connexione libellum cõposuit, in quo docet, quid cui debeat accommodari: ex quo intelligimus hanc quam facit, arduam esse connexionem. nam Patiere futuri temporis est, Fusos uero participium est præteritũ. dicit autem: patieris ut tot tui labores fundantur incassum, uel in irritum cadant. Incassum autem, tractum est à cassibus, id est retibus. Transcribi.) tradi: sermo autem hic tractus est de pecunia, nam scribi est dari. Horatius: Scribe decem Nerio, non est satis, adde Cicutæ. Rescribi uero, reddi. Horatius, Dictantis quod tu nunquam rescribere possis. Terentius, Argentum illud denuo rescribi iube Phormio. Quæritur hæres.) De iure traxit, ut non generum, sed hæredem diceret: nam per coëmptionẽ facto matrimonio sibi inuicem succedebãt. Tyrrhenas i sterne.)

ne.)ut, I sequere Italiã uentis. Sanè notũ est bello multũ potuisse Tyrrhenos, & fuisse præcipue infestos Latinis: ut, Hi bellũ assidue ducũt cum gente Latina. Hæc adeò tibi me.) Addidit autoritatẽ, quia scit anui credi difficile. Adeò aũt, ualde, scilicet iussit: ut Terent. Adolescentẽ adeò nobilẽ. Lætus.) alacer, festiuus: nam lætari nõ potest qui ꝑdebat uxorẽ. sicut suprà in Primo, Vela dabãt læti. Flumine pulchro.) Vt suprà, Hũc inter fluuio Tyberinus amœno. Cœlestũ uis magna iubet.) Aut per diffinitionẽ ipsa Iuno est uis deorũ: aut ꝑ augmentum suasit primo ꝑ se, secũdo per Iunonẽ, postremo ꝑ uim omniũ deorũ. Turnũ expiatur.) cõtra se, quẽ pro se probare nõ potuit. Sẽtiat.) tandẽ sentiat contra, quẽ pro se laborantem non probauit. Hic iuuenis ua. irri.) Caluit, quia iuuenis. Horat. Nõ ego hunc ferrẽ calidus iuuenta Consule Planco. Victa situ sen.) tẽporis lõginquitate, ex qua nascitur situs. Veriq́ effœta.) cassa ueritatis. O mater.) irrisiõis est, nõ honoris. Falsa form.) quia uatẽ; nam eam defendebat à bellis, si nõ ætas, saltẽ religio sacerdotij. Exarsit in iras.) Cõmunis sermo habet, ardeo illa re, sed figuratius ardeo in illam rem dicimus: & est specialis Cornelij elocutio. Oranti.) loquenti: unde etiã oratores dicimus. Tremor occupat artus.) uicinitate scilicet furiæ: nam tremor furoris est. Tãtaq́ se facies aperit.) semoto anili uultu, quẽ finxerat, & quo se induerat: sicut supra in Primo, de Venere, Et uera incessu patuit dea. Geminos erexit crinib. ang.) similes: nam omnes dicit erexisse, non duos. Verberaq́ insonuit.) pro uerberibus insonuit, id est, per uerbera. Rabido.) Habitum futuræ orationis ostẽdit.

Hæc adeò tibi me, placida cum nocte iaceres
Ipsa palam fari omnipotens Saturnia iussit.
Quare age, & armari pubem, portisq́ moueri
Lætus in arma para, & Phrygios, qui flumine pulchro
Consedere duces, pictasq́ exure carinas.
Cœlestum uis magna iubet: rex ipse Latinus,
Ni dare coniugium, & dicto parere fatetur,
Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.
Hic iuuenis uatem irridens, sic orsa uicissim
Ore refert: classes inuectas Tybridis undam,
Non, ut rere, meas effugit nuncius aures.
Nec tantos mihi finge metus, nec regia Iuno
Immemor est nostri.
Sed te uicta situ, uerique effœta senectus,
O mater, curis nequicquam exercet, & arma
Regum inter falsa uatem formidine ludit.
Cura tibi, Diuûm effigies & templa tueri:
Bella uiri, pacemq́ gerant, queis bella gerenda.
Talibus Alecto dictis exarsit in iras.
At iuueni oranti subitus tremor occupat artus,
Diriguere oculi, tot Erinnys sibilat hydris,
Tantaq́ se facies aperit: tum flammea torquens
Lumina, cunctantem, & quærentem dicere plura
Reppulit, & geminos erexit crinibus angues,
Verberaq́ insonuit, rabidoq́ hæc addidit ore:
En ego uicta situ, quam ueri effœta senectus

Respice.)

Respice.) Multi hic distinguunt, & superioribus iungunt: ut sit sensus, Respice eam quam dicis falsa deludi formidine. Ad hæc adsum.) id est, ad regum arma & ad bella: quomodo ergo dicis q᷑ superflue his inserar rebus ad quas ueni? Alij Respice ad hæc legunt, ut sit quasi demonstrãtis: Respice, bella & letum gero. Facem iuueni coniecit.) Satis considerate facem iuuenī iniecit, quæ cito exardescit & desinit. Suprà uero Amatæ serpentem iniecit,

Arma inter regum falsa formidine ludit,
Respice adhæc, adsum dirarum ab sede sororum:
Bella manu, lętumq́ue gero.
Sic effata facem iuueni coniecit, & atro
Lumine fumanteis fixit sub pectore tædas.
Olli somnum ingens rupit pauor, ossaq́ue & artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor,
Arma amens fremit, arma toro, tectisq́ue requirit:
Sæuit amor ferri, & scelerata insania belli.
Ita super magno ueluti cum flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis aheni,
Exultantq́ue æstu latices: furit intus aquai
Fumidus, atq́ue alte spumis exuberat amnis.
Nec iam se capit unda, uolat uapor ater ad auras.
Ergo iter ad regem polluta pace Latinum
Indicit primis iuuenum, & iubet arma parari,
Tutari Italiam, detrudere finibus hostem:
Se satis ambobus Teucrisq́ue uenire, Latinisq́ue.
Hæc ubi dicta dedit, Diuosq́ue in uota uocauit,
Certatim sese Rutuli exhortantur in arma.
Hunc decus egregium formæ mouet, atq́ue iuuētæ.

ut in mulierib᷑ semper uiget uenenum. Atro Lumine.) atri luminis tædas: ut, Pulchra faciat te prole parentem. Atro autem lumine, furiali, inferno: aliâs autē ratione caret. Sub pectore.) ubi fellis locus est, id est, iracundiæ. Fremit.) cum clamore deposcit. bene autem Amēs, quia in tēpore quieuerat. Scelerata insa. belli.) Nihil enī tam insanū, q̄ desiderare id per quod possis perire. Virgea.) de uiminibus, uel uirgis facta: unde est flamma ualidior. Costis autem, lateribus. & bene antiquum respexit morem: nam ollas non suspendebant, sed positis circum circa ignem adhibebant. Furit intus aquai.) id est, fumidus aquæ amnis. nec immerito: nam potest esse & alterius rei amnis: ut, Fluuios uidet ille cruoris. hanc autem diæresim Tucca & Varus fecerunt. nam Vergilius sic reliquerat, Furit intus aquæ amnis & exuberat: ut Aquæ amnis, quod satis asperum fuit. Nec se iam capit unda.) Melius quàm si diceret, Nec iam uas undam capit. Homerica est comparatio: ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ κνίσην μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο πάντοθεν ἀμβολάδην, ὑπὸ δὲ ξύλα κάγκανα κεῖται. Ergo.) quia sic incēsus est. Polluta pace.) uel sua, uel Troianorū. Indicit.) Signate uerbum bellicū posuit. In uota uocauit.) quia nūcupatis uotis bella sumebāt. Hūc decus egregiū formæ mouet.) Dauni & Turni, scilicet decus. nā hoc dicit: alios pulchritudo Turni, alios nobilitas, alios uirtus mouebat ad bellum. nam hoc est, Animis audacibus implet, affectione sui inijcit omnibus magnanimitatē.

Arte noua.) dolo. Speculata locū quo littore.) Pronomen pro nomine ponitur, nō pro nominibus: unde modo noue inter duo nomina unū pronomen posuit. nam recte quo loco diceret, & hoc semel tantum fecit. Insidijs cursuq́.) cursu agitabat: nam insidijs circūuenimus, non agitamus. Canibus rabiem.) studiū mutauit in rabiem. Noto odore.) ceruino: solent enim ita institui. Horat. Venaticus ex quo Ceruinam catulus pellem latrauit in aula. Malorū Caussa fuit.) Hoc est, Et primæ reuocabo exordia pugnæ. Animos agrestes.) plus est q̄ si agrestum diceret animos. Cornibus ingēs.) Ingēs & ad præstantē formam ꝑtinet, & ad magnitudinem cornuum. Tyrrhidæ pueri.) Tyrrhi filij. et, ut diximus suprà, alludit ad nomen: nam Tyrrhus dictus est pastor, apud quē Lauinia peperit. Cui regia parēt Armēta.) Magistrum hunc pecoris uult fuisse, et saltuarium. nam hoc est, Et latè custodia credita cāpi. magister aūt pecoris est, ad quē omnia pertinēt animalia. Cicero: Nominat hominem, quem magistrum pecoris esse dicebat. Syluia.) bonum puellæ rusticæ nomen formauit. Pectebatq́ ferū.) quadrupedem: ut, In latus inq́ feri. Manum patiens.) Patiens illius rei dicimus: unde apparet unū u causa metri esse detractū. Mensæ herili.) Nouè dixit: nam herum non nisi dominū dicimus. nisi forte ideo dixit, quia dat ei humanū sensum: ut, Imploranti similis. Errabat syluis.) pascebatur: ut, Mille meæ Siculis erant in mōtibus agnæ. Ipse.) id est, sua spōte. Rabidæ uenātis.) Quare fœmin. genere canes posuit? Soluitur: ideo noluit masculino genere canes nominare, quia in fœminis plus sit iracundiæ. Secundo deflueret.) Secūdo, id est, cum aqua: unde & aduerso dicimus, cōtra aquā: nā ideo Deflueret dixit. & Secūdo, quia eius cursus post natantē uidetur.

Hunc ataui reges, hunc claris dextera factis.
Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet,
Alecto in Teucros Stygijs se concitat alis,
Arte noua speculata locum, quo littore pulcher
Insidijs, cursuq́ feras agitabat Iulus.
Hic subitam canibus rabiem Cocytia uirgo
Obijcit, & noto nares contingit odore,
Vt ceruum ardentes agerent: quæ prima malorū
Causa fuit, belloq́ animos accendit agrestes.
Ceruus erat forma præstanti, & cornibus ingens,
Tyrrhidæ pueri, quem matris ab ubere raptum
Nutribant: Tyrrheusq́ pater, cui regia parent
Armenta, & late custodia credita campi.
Assuetum imperijs soror omni Syluia cura
Mollibus intexens ornabat cornua sertis,
Pectebatq́ ferum, puroq́ in fonte lauabat.
Ille manum patiens, mensæq́ assuetus herili
Errabat syluis, rursusq́ ad limina nota
Ipse domum sera quamuis se nocte ferebat.
Hunc procul errantem rabidæ uenantis Iuli
Commouere canes, fluuio cum forte secundo
Deflueret, ripaq́ æstus uiridante leuaret.
Ipse etiam eximiæ laudis succensus amore
Ascanius curuo direxit spicula cornu:

Deus

Deus abſuit.) Alectò deum dicit: ſicut de Venere, Deſcendo ac ducente deo. nam, ut diximus, numina utriuſq; ſexus uidentur: ideo quia incorporea ſunt, & quod uolunt aſſumunt corpus. ut autē deū dicamus pro dea, hoc nō aperte ponit, ſed in ſubauditione. Erranti.) Licet enim certū eſſet feriturum, tamen bene Errantem dixit, quia nō uſq;quaq; ſemper certus eſt ictus. Horat. Nec ſemper feriet quodcunq; minabitur arcus.

Nec dextræ erranti deus abfuit, actaꝙ multo
Perꝙ uterum ſonitu, perꝙ ilia uenit arundo.
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit,
Succeſſitꝙ gemens ſtabulis, queſtuꝙ cruentus,
Atꝙ imploranti ſimilis, tectum omne repleuit.
Syluia prima ſoror palmis percuſſa lacertos
Auxilium uocat, & duros conclamat agreſtes.
Olli (peſtis enim tacitis latet aſpera ſyluis)
Improuiſi adſunt, hic torre armatus obuſto,
Stipitis hic grauidi nodis, quod cuiꝙ repertum
Rimanti telum ira facit: uocat agmina Tyrrheus,
Quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis
Scindebat rapta ſpirans immane ſecuri.
At ſæua è ſpeculis tempus Dea nacta nocendi
Ardua tecta petit ſtabuli, & de culmine ſummo
Paſtorale canit ſignum, cornuꝙ recuruo
Tartaream intendit uocem, qua protinus omne
Contremuit nemus, & ſyluæ intonuere profundę.
Audiit & Triuiæ longe lacus, audiit amnis
Sulphurea Nar albus aqua, fonteſꝙ Velini,
Et trepidæ matres preſſere ad pectora natos.

Perq́ ilia.) Hoc ile, & hæc ilia facit. hinc et Iuuen. Vis frater ab ipſis ilibus? Nam q́d Marullus mimographus dixit, Tu Hectorē imitaris, ab Ilio nunquam recedis: quum de guloſo diceret, alluſit ad ciuitatis nomen. nam Ab ili debuit dicere. Bene autē ea loca uulnerata dicit, quæ ſtatim mortem afferre nō poſſent, ut domum rediret, ut eſſet cauſa bellorū. nā ſi ſtatim periret, aut ipſe ceruus, aut uulneris auctor lateret. Syluia prima ſor.) Bene puellæ dat doloris impatientiam. Duros cōclamat agreſt.) aut quia ſemper duri ſunt: aut duros, qui cerui interitū nō dolebāt. Peſtis.) furia. Torre.) hic torris facit, ut hic fuſtis. Grauidi.) grauis, propter nodos ſcilicet. Quadrifidam.) quæ in partes poſſet findi quatuor. Cuneis coactis.) Et ſatis ſignate Coactis dixit. Exprimit aūt antiquū morem, ut diximus ſuprà: nam primū cuneis ſcindebant fiſſile lignū. De culmine ſum.) Bene Culmine, quia de tectis agreſtiū loquitur. Tartaream.) Aut terribilem, aut forte ſecundū uſum dixit. Nemus.) Locus haud lōge ab Aritia, in quo lucus eſt, q ſpeculū Dianæ dicitur. Et notandū q́d uocē eius paulatim facit procedere, quod locorū indicat cōmemoratio. Triuiæ lacus.) Hic eſt, q Dianæ ſpeculū dicitur. Sulphurea Nar al. aqua.) In uia Flaminia eſt ciuitas Narnia in montibus poſita, quibus ſubeſt Nar fluuius, qui Tyberino coniūgitur. Sulphurea uero, ſulphurei ſaporis: aut ſulphurea, id eſt, ſubuiridi. Fōteſq; Velini.) ultra inter amnem ſunt: nam, ut diximus, uox furiæ paulatim proceſſit. Preſſere ad pectora na.) Statius, Preſſitq́ Palæmona mater. Item cōtrà, Natos

causæ deponere matres. Ad uocē.) *buccinæ scilicet: ut, Sensit, & ad sonitū uocis uestigia torsit. nā quicūq; sonus dici uox ꝓprie potest. Sed cū dij inferi inducātur, quare signū buccinæ datur? Soluitur, q̄d buccina ex * capræ fiat, & quòd sit ꝓprie Ditis patris hostia, et quia capra semper febriculosa sit. nam & ipsum Februū esse dicūt. Ergo rectè ab hac dea hoc signum dixit dari.* Auxiliū castris effundit aper.) *id est, ipsa in auxiliū effunditur.*

Tum uero ad uocem celeres, qua buccina signum
Dira dedit, raptis concurrunt undiq; telis
Indomiti agricolæ, necnon & Troia pubes
Ascanio auxilium castris effundit apertis.
Direxere acies: non iam certamine agresti
Stipitibus duris agitur, sudibús ue præustis:
Sed ferro ancipiti decernunt, atraq; late
Horrescit strictis seges ensibus, æraq; fulgent
Sole lacessita, & lucem sub nubila iactant.
Fluctus uti primo cœpit cum albescere uento,
Paulatim sese tollit mare, & altius undas
Erigit, inde imo consurgit ad æthera fundo.
Hic iuuenis primam ante aciem stridente sagitta,
Natorum Tyrrhei fuerat qui maximus, Almon
Sternitur: hæsit enim sub gutture uulnus, & udæ
Vocis iter, tenuemq; inclusit sanguine uitam.
Corpora multa uirûm circà, seniorq; Galesus:
Dum paci medium se offert, iustissimus unus
Qui fuit, Ausonijs olim ditissimus aruis.
Quinq; greges illi balantum, quina redibant
Armenta, & terram centum uertebat aratris.

Direxere acies.) *ordinauerūt in latitudinem.* Præustis.) *Præ breuis fit propter sequentē uocalem, quod una parte orationis factum intolerabile est: hic aūt tolerabile, quia cōpositus est sermo.* Ferro anci.) *utriq; noxio: dicit aūt aut gladios, aut bipennes.* Seges.) *terra modò: ut, Quid faciat lætas segetes. per atrā uero, fertilem significat: ut ostenditur in Georg.* Sole lacessita.) *Naturale enim est, ut metallorum splēdor plus fulgeat alia luce repcussus.* Paulatim sese tollit mare.) *Sic bella dicit surrexisse paulatim, sicut uētis flātibus mare turgescit.* Hic iuuenis.) *Hic cōfundit nomina: nam & puerū & iuuenē indiscrete nonnunq̄ Vergil. ponit, ut hoc loco. Nam Almonē, quē modo iuuenē dicit, paulo pòst ait puerū: ut, Almonem puerū. mouet aūt miseratione ab ætate, quū dicit puer: à uirtute, quū dicit Primā ante aciem: à uulneris etiam crudelitate.* Almon.) *Bene rustici nomē usurpauit à fluuio.* Hæsit enim sub gutture uul.) *id est, sagitta: ut, Ardēs infesto uulnere Pyrrhus, Insequitur.* Vdæ uocis iter.) *id est, iter udum uocis: non enim uox uda est, sed per udam arteriarū labitur uiā. unde in febricitātibus deficit.* Corpora mul. uirûm circa.) *cōstrata sunt. & rhetorice uiles trudit in mediū. nobiles uero primo & ultimo loco cōmemorat.* Dum paci mediū se offert.) *Nam quid senex bellis intererat?* Olim ditissi. ar.) *Secundū antiquū morē. Horat. Diues antiquo cēsu.* Quina redibāt ar.) *pro quinq; sicut bina.* Terrā uertebat ara.) *Duo dixit à Catone memorata: qui interrogatus quis esset paterfamiliâs, respondit eum qui bene*

pascit,

pascit, & bene arat: nam pascere per armenta intelligit, arare uero per aratra. Aequo dum Marte gerũtur.) *aperta cõtentione, bello manifesto: nam sic dicimus. æquũ aũt, æqualem nõ possumus dicere, quũ soli interempti sint Itali.* Promissi dea facta potens.) Honesta locutio, Potens promissi. *promisisse aũt eam cõsensione intelligimus: nam non promisit.* Imbuit.) *initiauit. & bene* Sanguine: *nam potest bellũ & à discordia uel à dissensione inchoari.*

Atq; ea per campos æquos dum Marte gerũtur,
Promissi Dea facta potens, ubi sanguine bellum
Imbuit, & primæ commisit funera pugnæ,
Deserit Hesperiam, & cœli conuexa per auras
Iunonem uictrix affatur uoce superba:
En perfecta tibi bello discordia tristi.
Dic in amicitiam coëant, & fœdera iungant,
Quãdoquidẽ Ausonio respersi sãguine Teucros.
Hoc etiam his addam, tua si mihi certa uoluntas,
Finitimas in bella feram rumoribus urbes,
Accendamq; animos insani Martis amore,
Vndiq; ut auxilio ueniãt, spargã arma per agros.
Tum contrà Iuno: terrorũ & fraudis abunde est.
Stant belli causæ, pugnatur cõminus armis: (ma.
Quæ fors prima dedit, sanguis nouus imbuit ar-
Talia connubia, & tales celebrent hymenæos
Egregium Veneris genus, & rex ipse Latinus.
Te super æthereas errare licentius auras,
Haud pater ipse uelit summi regnator Olympi.
Cede locis: ego si qua super fortuna laborum est,
Ipsa regam. taleis dederat Saturnia uoces.

Et cœli cõuexa p au.) *Probus, Asper, Donatus, dicũt hoc loco* Per *bis accipiendũ: alloquitur Iunonẽ per cœli conuexa, & per auras. potest tamẽ esse epexegesis* Per auras, *id est, cœli conuexa: nec enĩ aliud sunt auræ. dicit etiã quidã cõmẽtarius,* Cõuecta *legẽdum: ut sit,* Ipsa cõuecta. *quod difficile in exemplaribus inuenitur.* Victrix.) *uoti cõpos.* Affatur.) *iam cũ superbia. bene aũt ei in principio denegauit orationẽ, quasi ad scelera festinãti, quã modo tribuit post bella iam cœpta.* Bello discordia tristi.) *Iuno enim belli poposcerat semina, hæc etiã ipsa bella perfecit.* Dic in amicitiã coẽant.) *Ac si diceret: ita bella cõmoui, ut ne tuo quidẽ imperio possint in pacẽ redire. & hoc est quod dicit,* Affatur uoce superba. *Alij dicũt,* Ego inter hos bella cõmisi, tu uicinos populos fœderibus iunge: et artibus Turni, & Aeneæ fauore cõpelle. *quod tamẽ si uis ego faciam. ut hinc sit dictũ,* Ego si qua super fortuna laborum est Ipsa regam. Certa uolũtas.) *si tua in hoc cõsentit autoritas.* Insani Martis amore.) *Homeri epitheton,* θούριον ἄρηα. Spargã arma.) *Meminit sui: nã suprà dixit,* Sere crimina belli. Terrorũ & fraud. abũde est.) *Terrorũ, more hominũ: fraudis uero, ex cerui uulneratiõe.* Stãt belli causæ.) *manifestæ sunt, placẽt: ut,* Stat cõferre manũ. Egregiũ Veneris gen.) *Ironice dictũ est.* Ipse Latin.) *Ac si diceret, quẽ Aeneæ causa cogor odisse. unde et Amatæ nulla sit mẽtio, quæ est Troianis inimica. Vrbanus tamẽ hũc locũ accipit p interrogationẽ,* Terrorũ et fraudis abũde est, *ut quasi p gratulationẽ nõ credat: sicut Terẽtian. illud,* Quia plus cupio, minus credo. Sup æthe.) *q̃a dixerat,* Cœli cõ. p auras.

Attollit

Attollit alas.) Honesta uolantis periphrasis. Italiæ medio.) Hūc locum umbilicū Italiæ chorographi dicūt. est aūt in latere Cāpaniæ & Apuliæ, ubi Hirpini sunt: et habet aquas sulphureas, ideo grauiores, quia ambitur syluis. ideo aūt ibi aditus dicitur inferorū, quod grauis odor iuxta accedētes necat: adeò ut uictimæ circa hunc locum non immolarētur, sed odore perirēt, ad aquā applicatæ. & hoc erat genus litationis. Sciēdum tamē, Varronē enumerare quot loca in Italia sint eiusmodi: unde & Donat. dicit Canusiæ, q dicitur locus à poēta circa fluuiū, q Calor uocatur: qđ ideo nō pcedit, quia ait Italiæ medio. Sub mon. al.) Hoc nisi ad totā Italiā referas, non pcedit: ut sit, Est in uallibus Italiæ mōtuosæ. nam hoc in loco montes penitus non sunt. Nobilis.) notus, quod sequentia indicant. Ansancti ualles.) Loci Ansancti, id est, omni parte sancti: quem dicit & syluis cinctū & fragosum fluuio torrente. Hic specus horrēdum.) Hoc nomē apud maiores trium generū fuit. Ennius fœminino posuit: Hora. masculino, Quæ nemora aut quos agor in specus: Vergilius neutro, quod hodie in numero singulari tribus tantum utimur casibus. Plurale tantum à genere masculino habemus in omnibus casibus. hinc est, Ipsi in defossis specubus. quanquā antiqui codices habeāt, Hic specus horrendus. Spiracula Ditis.) Aditus, à spirando. antiqui codices Piracula habēt, quæ dicta sunt ἀπὸ τῶν περάτων, hoc est, à finibus inferorum.

Vorago.) Acherontis exæstuatio. Condita Erinnys.) Alij condit legunt, & Se subaudiunt. Cœlumq́ leuabat.) recreabat, cui præsentia sua erat oneri. Extremā Saturnia bello manum.) Quod superest, perficit: & est translatio à pictura, quam manus complet & ornat extrema. Fœdati.) cruentati. Implorantq́ deos.) ad auxiliū & ultionē. Obtestanturq́ Latinū.) propter cædem factam testem adhibent, & dicunt autores rupti fœderis esse Troianos, quum ipsi pacis iura temerarint. Et ignis.) in ipso feruore seditionis.

Teucros in regna uocari.) Teucros autem iniuriose dictum accipe, quasi exules ac perfidos. Se limine pelli.) interiore familiaritate: ut Iuuenalis, Limine summoueor.

Illa autem attollit strideteis anguibus alas,
Cocytiq́ petit sedem supera ardua linquens.
Est locus Italiæ in medio sub montibus altis,
Nobilis, & fama multis memoratus in oris:
Ansancti ualles: densis hunc frondibus atrum
Vrget utrunq; latus nemoris, medioq́ fragosus
Dat sonitum saxis, & torto uertice torrens.
Hic specus horrendum, & sæui spiracula Ditis
Monstrantur, ruptoq́ ingens Acheronte uorago
Pestiferas aperit fauces: queis condita Erinnys,
Inuisum numen terras, cœlumq́ leuabat.
Nec minus interea extremam Saturnia bello
Imposuit Regina manum, ruit omnis in urbem
Pastorum ex acie numerus, cæsosq́ reportant
Almonem puerum, fœdatiq́ ora Galesi,
Implorantq́ deos, obtestanturq́ Latinum.
Turnus adest, medioq́ in crimine cædis & ignis
Terrorem ingeminat: Teucros in regna uocari,
Stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli.

Attonitæ Baccho.) Quaſi Baccho. furia enim agebantur. & ſic eſt dictum, ut At medias inter cædes exulat Amazon. Nemora auia.) per nemora. Thiaſis.) choreis. Neq; enim leue nomen Amatæ.) Iuuenalis, Quæ non faciet quod principis uxor. Martemq́; fatigant.) prælium cum clamore depoſcunt. Contra omnia fata.) ſuperius de Lauinia. Fata deum.) Propter oraculum Fauni. Peruerſo.) irato.

Tũ quorũ attonitæ Baccho nemora auia matres
Inſultant thiaſis, (neq; enim leue nomẽ Amatæ)
Vndiq; collecti coeũnt, Martemq́; fatigant.
Ilicet infandum cuncti contra omnia bellum,
Contra fata deûm, peruerſo numine poſcunt:
Certatim regis circunſtant tecta Latini.
Ille uelut pelagi rupes immota reſiſtit.
Vt pelagi rupes magno ueniente fragore,
Quæ ſeſe multis circunlatrantibus undis
Mole tenet, ſcopuli nequicq̃, & ſpumea circùm
Saxa fremunt, laterìq; illiſa refunditur alga.
Verum ubi nulla datur cæcũ exuperare poteſtas
Conſilium, & ſæuæ nutu Iunonis eunt res,
Multa deos, aurasq; pater teſtatus inanes:
Frangimur heu fatis, inquit, ferimurq; procellà:
Ipſi has ſacrilego pendetis ſanguine pœnas,
O miſeri: te Turne nefas, te triſte manebit
Supplicium, uotisq́; deos uenerabere ſeris.
Nam mihi parta quies, omnisq; in limine portus:
Funere felici ſpolior. nec plura locutus,
Sepſit ſe tectis, rerumq́; reliquit habenas.
Mos erat Heſperio in Latio, quem protinus urbes

Velut pelagi rupes.) Sic Cicero ſeditionem populi fluctibus cõparauit: In illis duntaxat fluctibus concionum. Bene Vergilius eum, qui reſtitit ſeditioni, Rupem uocauit. Mole tenet.) Hic diſtinguendum, ut Scopuli nominatiuus pluralis ſit. Cæcum Conſiliũ.) Fremitui populi bonum nomen poſuit. Frangimur.) Permanſit in rupis tranſlatione. Sacrilego ſanguine.) Quia bellũ ſumebant contra uoluntatem deorum. Votisq́; deos uenerabere ſeris.) Quia religio rigida dicit, Semel malè commiſſa nulla ratione reuocari. Horat. Dira deteſtatio nulla expiatur uictima. Parta quies.) ſcilicet uicinæ mortis beneficio. In limine portus.) Securitas omnis in portu eſt. Funere felici ſpolior.) exequijs tantum regalibus careo. Mos erat.) Varro uult, morem eſſe communem conſenſum omnium ſimul habitantium: qui inueteratus, conſuetudinem facit. Heſperio in Latio.) hoc eſt, in antiquo. nam, ut in Primo diximus, duo Latia fuerunt: unde non fruſtra Heſperio addidit. Quòd autem dicit hanc conſuetudinem antiquã fuiſſe, falſum eſt. nam à Numa Pompilio primũ inſtituta eſt: ſed carmini ſuo, ut ſolet, miſcet hiſtoriam. Notandum ſanè inconnexum eſſe hunc locum, ſi quis totius libri conſideret textum. nam ſuprà ait, Longa placidas in pace regebat. item dicturus eſt, Ardet inexcita Auſonia atq; immobilis antè. & nunc dicit, Mos erat Heſperio in Latio. ſuprà etiam, Captiui pendent currus. item, Tyrrhenas i ſterne acies. quæ ne ſint contraria, accipiamus Italiã primò caluiſſe bellis, medio

tempore quieuisse, & ad antiquũ studium nunc reuerti: sicut Romani bello flagrauere sub Romulo, quieuere sub Numa, sub Tullo Hostilio prima studia repetiuerũt. hinc est, quod & ipse Vergil. ait, Longa placidas in pace regebat: non perpetua. item, Desuetaq́ bello Agmina in arma uocat subito, ferrumq́ retractat. nam retractare est, repetere quod omiseras. Tale aliquid dicit de genere Syllano Sallust. nam uolens ostendere antiquos maiores eius consulares fuisse, uicinos uerò ignauissimos, Syllam uerò florentissimum, ait: Igitur Sylla patriciæ gentis fuit, familia iam extincta maiorũ ignauia. Protinus.) iugiter, deinde. nam nunc temporis aduerbium, alibi loci: ut, Quum protinus utraq́ tellus Vna foret. Maxima rerũ Roma.) imperij potita. Mouẽt in prælia Martem.) Nam moris fuerat indicto bello in Martis sacrario ancylia cõmouere. unde est in Octauo, Vterq́ impulit arma.

Albanæ coluere sacrum: nunc maxima rerum
Roma colit, cum prima mouent in prælia Martẽ,
Siue Getis inferre manu lacrymabile bellum,
Hyrcanisúe, Arabisúe parãt: seu tẽdere ad Indos,
Auroramq́ sequi, Parthosq́ reposcere signa.
Sunt geminæ belli portæ (sic nomine dicunt)
Relligione sacræ, & sæui formidine Martis.
Centum ærei claudunt uectes, æternaq́ ferri
Robora, nec custos absistit limine Ianus.
Has, ubi certa sedet patribus sententia pugnæ,
Ipse Quirinali trabea, cinctuq́ Gabino

Lacrymabile bellum.) Getarum fera gens etiam apud maiores fuit. nam ipsi sunt Mysij, quos Sallustius à Lucullo dicit esse superatos. Hyrcanisúe.) Gens dicta à sylua Hyrcinia, ubi sunt tigres. Arabisúe parant.) Hic datiuus uenit ab eo, quod est hic Arabus. nam ab eo quod est hic Arabs, ab hoc Arabe, Arabibus facit. sicut Hiberibus: unde in Lucan. Occurrat Hiberibus alter. & Hiberis: Horatius, Discet Hiberus Rhodaniq́ potor. Item lectũ est Aethiops, & Aethiopus: sed modò tantum Aethiops dicimus. Auroramq́ sequi.) Ingenti ambitu ipsum ortum diei dicit pro populis. Parthosq́ reposcere signa.) Hoc in honorem Augusti posuit, quo regnante à Parthis repetita sunt signa, quæ Crassus perdiderat: qui quum auiditate sua contra auspicia bellum suscepisset, captus cum filio est, et necatus infuso in os auro. Sunt geminæ belli portæ.) Sacrariũ hoc Numa Pompilius fecerat circa imũ Argiletum, iuxta theatrum Marcelli, quod fuit in duobus breuissimis templis. Duobus aũt, propter Ianum bifrontem. postea captis Faliscis ciuitate Thusciæ, inuentũ est simulacrum Iani cum frontibus quatuor. unde quod Numa instituerat, translatũ est ad forum transitorium, & quatuor portarum unũ templum est institutũ. Ianum sanè apud aliquos bifrontem, apud aliquos quadrifrontem esse non mirũ est. nam alij eum diei dominum uolũt, in quo ortus est & occasus: Horatius, Matutine pater seu Iane libentius audis. alij anni totius, quem in quatuor tempora constat esse diuisum. Anni autem esse deum illa res probat, quòd ab eo prima pars anni nominatur: nam à Iano Ianuarius nuncupatus est. Relligione sacræ.) tremendæ, execrabiles: nam & paulo pòst dicturus est, Tristeisq́ recludere portas. Ferri robora.) Bene addidit Ferri. nam omne quod forte est, Robur uocamus. Quirinali trabea.) Suetonius in lib. de genere uestiũ, dicit tria esse genera trabearum; unũ dijs consecratum,

quod est

quod est tantum de purpura: aliud regium, quod est purpureum, & habet tamen album aliquid: tertium augurale, de purpura & cocco mixtum. Quirinali ergò, regali. Cinctuq́ Gabino.) *Gabinus cinctus est, toga sic in tergum reiecta, ut una eius lacinia à tergo reuocata, hominem cingat. Hoc aũt uestimenti genere utebatur Consul bella indicturus: ideo quia quũ Gabij Campaniæ ciuitas sacris operaretur, bellum subito uenit. tunc ciues accincti togis suis, ab agris ad bella profecti sunt, & adepti uictoriã: unde hic ortus est mos.*

Insignis reserat stridentia limina Consul:
Ipse uocat pugnas, sequitur tum cætera pubes,
Aereaq́ assensu conspirant cornua rauco.
Hoc & tum Aeneadis indicere bella Latinus
More iubebatur, tristeisq́ recludere portas.
Abstinuit tactu pater, auersusq́ refugit
Fœda ministeria, & cæcis se condidit umbris.
Tum regina deûm cælo delapsa, morantes
Impulit ipsa manu portas, & cardine uerso
Belliferratos rupit Saturnia postes.
Ardet inexcita Ausonia, atq́ immobilis antè.
Pars pedes ire parat campis, pars arduus altis
Puluerulentus equis furit: omnes arma requirũt.
Pars leueis clypeos, & spicula lucida tergent
Aruina pingui, subiguntq́ in cote secures.
Signaq́ ferre iuuat, sonitusq́ audire tubarum.
Quinq́ adeò magnæ positis incudibus urbes
Tela nouant, Atina potens, Tyburq́ superbum,

Insignis reserat stridentia limina Consul.) *Is q prior creatus est.* Insignem *accipe, primo loco creatum, licet alter similẽ habeat potestatẽ.* Ipse uocat pugnas.) *Tria sunt, ut suprà diximus, militiæ genera: Sacramentum in quo unusquisque miles iurat se nõ recedere, nisi præcepto Consulis post cõpleta stipẽdia, id est militiæ tempora, scilicet uigintiquinq́ annos: Cõiuratio, quæ fit in tumultu, id est, Italico bello & Gallico, quando uicinũ urbis periculum singulos iurare non patitur, ut inter Fabios fuit: Euocatio, quod genus nunc tangit: nam ad subitum bellum euocabantur. unde etiam Consul solebat dicere: Qui uult remp. saluam, me sequatur.* Conspirant.) *nam & tubæ simul flabantur.* Fœda ministeria.) *cruenta, more suo.* Morantes.) *id est, differentes, scilicet bella.* Belliferratos rupit Saturnia postes.) *Acyrologiam fecit, mutando Ennij uersum: nam ille ait, Belliferratos postes portasq́ refregit.* Immobilis antè.) *Non semper, sed ante hac. potest tamen & immobilis esse à furia: nam ante gessit bella, sed iure indicta per fœciales & patrem patratum.* Tergent.) *ab eo quod est Tergo terges. fit & tergunt, à tergo tergis: quod de usu penitus recessit.* Aruina pingui.) *Secundum Suetonium de uitijs corporalibus, Aruina est durum pingue, quod est inter cutem & uiscus.* Adeò magnæ.) *ualdè magnæ.* Atina potens.) *Ciuitas hæc est iuxta Pontinas paludes, dicta à morbis, quæ græcè ἄται dicuntur, quos paludis uicinitas creat.* Tyburq́ superbum.) *Aut nobile: aut per transitum tetigit illud, quod aliquãdo quum à senatu auxilia poscerent Tyburtes sub cõmemoratione beneficiorũ, hoc tantũ à senatu responsum acceperũt: Superbi estis.*

Crustumeri.) Mutauit: nam Crustumerium dicitur. Turrigeræ Antemnæ.) Bene mutatæ. Antemnæ autem dictæ sunt, quòd amnis præterfluit, quasi ante amnē positæ. Salignas Vmbonum crates.) Vt dicit Sallust. de Lucanis, qui de uimine facta scuta corijs tegebant. Thoracas ahenos.) Quia apud maiores loricæ pectora tantum tegebant. Statius, Triplici seruantur pectora ferro: Pectora, nam tergo nullus metus. Lento ducunt argento.) flexili argento ducunt, id est, extendunt. est aūt & spōdaicus, & reciprocus uersus. Classica iamq́ sonāt.) Bene posuit amphibologiam. nam classicum dicimus, & tubam ipsam & sonū: classicū autem est flexilis tuba. Tessera signū.) symbolum bellicum, quod ad pugnam exeunti bus datur; scilicet propter confusionē euitandam. Græcè dicitur σύνθημα: ut fuit in bello Marij, Lar deus: in Syllæ, Apollo Delphicus: in Cæsaris, Venus genitrix. Trepidus.) festinus, more suo. Loricam induitur.) Dicimus & induo illa re, & illam rem. Helicona deæ.) Parnassus mons Thessaliæ diuiditur in Citheronem Liberi, & Heliconem Apollinis, cuius sunt musæ. Est autem Home. uersus: ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι. ὑμεῖς γὰρ θεαὶ ἐστὶ, πάρεστε ἴστε πάντα, ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν οἵ τινες ἡγεμόνες δαναῶν καὶ κοίρανοι ἦσαν. Quibus arserit armis.) aut splenduerit, aut amore flagrauerit. Primus init bellum.) Non mirū si & contemptor diuûm, & sacrilegus Mezentius contra pium primus arma corripuit. Et scienda est poëtæ affectatio: nam amblesiā nefas est dicere. hic aliquos cōmemorat, quos in bello non inuenis: & in sequentib. aliquos inuenimus, quos hic omnino non posuit. Tyrrhenis asper ab oris.) Oriundo Thuscus, nō qui tunc de Thuscia uenit, quem antè pulsum à ciuibus constat. Agminaq́ armat.) Aut eorum, qui eum secuti fuerant, sicut eius filium. nec enim credibile est, solum fugisse. nam & Statius dicit, Vel quos mouet exul: &, Hæsit tristibus acta fides. aut certè eorū, quos Turnus ei ante dederat; ut Adrastus Polynici in Stat. qui ait, Ne parua mouens inglorius arma iret.

Ardea, Crustumeriq́, & turrigeræ Antemnæ:
Tegmina tuta cauant capitū, flectuntq́ salignas
Vmbonum crates: alij thoracas ahenos,
Aut leueis ocreas lento ducunt argento.
Vomeris huc & falcis honos, huc omnis aratri
Cessit amor, recoquunt patrios fornacibus enses.
Classica iamq́ sonant, it bello tessera signum:
Hic galeam tectis trepidus rapit, ille trementeis
Ad iuga cogit equos, clypeumq́ auroq́ trilicem
Loricam induitur, fidoq́ accingitur ense.
Pandite nunc Helicona deæ, cantusq́ mouete,
Qui bello exciti reges, quæ quenq́ secutæ
Complerint campos acies, quibus Itala tantum
Floruerit terra alma uiris, quibus arserit armis.
Et meministis enim diuæ, & memorare potestis.
Ad nos uix tenuis famæ perlabitur aura.
Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris
Contemptor diuûm Mezētius, agminaq́ armat.
Filius hunc iuxta Lausus, quo pulchrior alter
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

bet. Agilina ex urbe.) *Cerete oppido.* Nequicq̃.) *Quia in prælio perijt, nec paternũ recepit imperium.* Patrijs qui lætior esset Imperijs.) *Dignus qui haberet imperatorẽ potius, quàm exulem patrem.* Pulchro.) *forti, ut diximus suprà.* Pulcher Auentinus.) *Auentinus mons urbis Romæ est, quẽ constat ab auibus esse nominatũ, quæ de Tyberi ascendentes, illic ascendebant: ut in Octauo legimus, Dirarũ est nidi domus opportuna uolucrũ.*

Lausus equûm domitor, debellatorq́ue ferarum,
Ducit Agilina nequicq̃ ex urbe secutos
Mille uiros, dignus patrijs qui lætior esset
Imperijs, & cui pater haud Mezentius esset.
Post hos insignem palma per gramina currum
Victoresq́ue ostentat equos satus Hercule pulchro,
Pulcher Auentinus, clypeoq́ue insigne paternum
Centũ angues, cinctamq́ue gerit serpẽtibus hydrã,
Collis Auentini sylua quem Rhea sacerdos
Furtiuum partu sub luminis edidit auras
Mixta deo mulier, postquam Laurentia uictor
Geryone extincto Tirynthius attigit arua,

Quidam etiam rex Aboriginũ, Auentinus nomine, illic & occisus & sepultus est: sicut etiã Albanorũ rex Auẽtinus, cui successit Procas. Varro tamẽ dicit in gente pop. Ro. Sabinos à Romulo suscepios istum accepisse montẽ, quẽ ab Auente fluuio prouinciæ suæ appellauerunt Auentinum. Cõstat ergo uarias opiniones postea secutas. nam à principio Auentinus dictus est, ab auibus, uel à rege Aboriginũ: unde hunc Herculis filium constat nomen à monte accepisse, non præstitisse. Insigne paternũ.) *Absolutè dixit.* Centũ angues.) *Secundum Simonidem, ut diximus suprà: nam alij dicunt nouem fuisse, quũ centum angues & quinquaginta fuerint serpentes, ut dictũ est. ut, Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra. Soluitur magnitudine clypei per id quod erat, ostendit non ideo pictũ, quia sublata capita interim crescebant.*

Collis Auentini sylua.) *In sylua collis Auentini. & dicendo Auentini ostendit iam antea ita esse nominatum.* Rhea sacerdos.) *Alludit ad nomen matris Romuli, quæ dicta est Ilia, Rhea, Syluia.* Furtiuũ.) *illicitè conceptũ, quippe à sacerdote: sic ait alibi, Et dulcia furta.* Mixta.) *Mœchisa Græcè dixit.* Mulier.) *Compendiose mortalis dixit: consequens nanq; fuerat, ut diceret Mixta deo mortalis.* Laurentia arua.) *Laurentũ ciuitas plurimũ potuit: nam omnia uicina loca eius imperio subiacuerunt. unde nunc ait, Arua Laurentia: quum iuxta Tyberim eius armenta Hercules pauerit. sed secundum antiquũ situm ante Albam & Romã Tyberis Laurentini fuit territorij.* Geryone.) *Geryones rex fuit Hispaniæ, qui ideo trimembris fingitur, quia tribus insulis præfuit, quæ adiacent Hispaniæ Balearicæ, minori, maiori, & Ebusæ. Fingitur etiam bicipitem canem habuisse, quia & terrestri & nauali certamine plurimũ potuit. hunc Hercules uicit, qui ideo fingitur ad eum olla ærea trãsuectus, quòd habuit nauem fortẽ & ære munitam. Sanè sciendũ, declinari hic Geryones Geryonæ: unde est, Ter gemini nece Geryonæ: ut Anchises Anchisæ. unde usurpauit Sallust. Geryonis dicens. ueniens autem Hercules de Hispania per Campaniã, in quadã Campaniæ ciuitate pompam triumphi sui exhibuit: unde Pompei dicitur ciuitas. postea iuxta Baias caulã bobus fecit, & eam sepsit, qui locus Boaulia dictus, hodieq; Boaule dicitur.* Tirynthius.)

Laurentum à Pico factum est: ut, Laurentis regia Pici. item à Lauino Latini fratre, est Lauinum dictum. item à Latino, Laurentũ. item à Lauinia Laurolauiniũ. Nec Prenestinæ fundator defuit urbis. *) Preneste locus est haud longè ab urbe, dictus ἀπὸ τῶν πρίνων, id est, ab arboribus ilicibus, quæ illic abundant. ibi erant pontifices & dij indigetes, sicut etiam Romæ. Erant etiam illic duo fratres, qui Diui appellabantur: horum soror dum ad focum sederet, resiliens scintilla eius uterum percussit, unde dicitur concepisse. postea enixa puerũ, iuxta templum Iouis abiecit, quem uirgines aquatum euntes iuxta ignem inuentum sustulerunt, qui à fonte haud longè erat: unde Vulcani dictus est filius. Cæculus autem ideo, quia minoribus oculis fuit, quam rem efficit frequenter fumus. hic postea collecta multitudine, postquam diu latrocinatus est, Prenestinam ciuitatem in montib. condidit: & quũ ad ludos uicinos populos inuitasset, cœpit eos hortari, ut secũ habitarent, & pro gloria iactare se filium Vulcani. quod quũ illi non crederent, inuocato Vulcano ut filiũ suum comprobaret, omnis illius multitudinis cœtus flãma est circundatus: quo facto cõmoti, omnes simul habitauerunt, & Vulcani filiũ esse crediderũt. hinc est, Omnis quem credidit ætas: quasi post dubitationẽ, & quia sine dubio ætas uaria in spectaculis fuit. Dicimus aũt & hoc Preneste: ut, Quiq; altũ Preneste uiri. & hæc Prænestis: unde est, Quum primã aciem Preneste sub ipsa Straui.* Quiq; arua Gabinæ Iunonis. *) Gabij diu in agris morati, tandem Gabios condiderũt: unde peritè Arua dixit, non mœnia. sanè illic Iuno religiosissimè colitur. Est autẽ locus haud longè ab urbe.*

Vulcano genitum pecora inter agrestia regem,
Inuentumq; focis omnis quem credidit ætas,
Cæculus: hunc legio latè comitatur agrestis.
Quiq; altum Preneste uiri, quiq; arua Gabinæ
Iunonis, gelidumq; Anienem, & rosida riuis
Hernica saxa colunt, quos diues Anagnia pascit,
Quos Amasene pater. non illis omnibus arma,
Nec clypei, currusue sonãt: pars maxima glãdes
Liuentis plumbi spargit: pars spicula gestat
Bina manu, fuluoq; lupi de pelle galeros
Tegmen habent capiti, uestigia nuda sinistri
Instituere pedis, crudus tegit altera pero.

Gelidumq; Anienen. *) Anio fluuius haud longe ab urbe est. sed hic euphoniã secutus est: nam Ennius Anionẽ dixit iuxta regulã.* Hernica saxa colunt. *) Sabinorũ lingua Herne saxa uocantur. Quidã dux Maius Gabinos de suis locis elicuit, & habitare secũ fecit in montibus saxosis: unde dicti sunt Hernici.* Diues Anagnia. *) Aut fertilis, aut allusit ad historiam. nam Antonius Augusti sorore cõtempta, postq; & Cleopatrã duxit uxorem, monetam eius in Anagnia ciuitate iussit feriri.* Quos Amasene pater. *) Aut pascis: aut sit antiptosis, quos pascit Amasenus. est aũt fluuius uicinus ciuitati Priuernatũ, quæ est in Campania.*

Arma. *) scuta.* Clypei. *) scuta maiora, dicti ab eo quòd cælent corpus, ἀπὸ τοῦ κλέπτειν.*

Fuluosq; lupi de pelle galeros. *) Galerus genus est pilei, quod Fronto neutro genere dicit.*

Vestigia nuda instituere. *) Atq; ipse est in pugnãtib. primus. sed bene nudus est, quia tegitur scuto. dextrũ aũt tectũ esse cõueniebat, quasi ab armis remotũ.* Pero. *) rusticũ est calciamentũ. et traxit hoc à Græciæ more, unde isti trãstierãt, & unde hoc armorũ fuerat genus.*

At Messapus

At Messapus equûm dom. Neptun. proles.) Hic Messapus per mare ad Italiam uenit, unde Neptūni dictus est filius. quem inuulnerabilē ideo dicit, quia nusquā perijt in bello. ignē autem ei nocere non posse propter Neptunnū dicit, quia est aquarū deus. ab hoc Ennius dicit se originem ducere: unde nunc & cantātes inducit eius socios, & eos comparat cygnis. Domitor autē equorum, quasi animaliū à patre inuentorum: quòd fuit in contentione cum Pallade, de impositione nominis Athenarum.

At Messapus equûm domitor, Neptunnia proles,
Quem neq; fas igni cuiquā, nec sternere ferro,
Iam pridem resides populos, desuetaq; bello
Agmina in arma uocat subito, ferrūq; retractat.
Hi Fesceninas acies, æquosq; Faliscos,
Hi Soractis habent arces, Flauiniaq; arua,
Et Cimini cum monte lacum, lucosq; Capenos,
Ibant æquati numero, regemq; canebant.
Ceu quondam niuei liquida inter nubila cygni,
Cum sese è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos: sonat amnis, & Asia longè
Pulsa palus.
Nec quisquam æratas acies ex agmine tanto
Misceri putet, aëream sed gurgite ab alto
Vrgeri uolucrum raucarum ad littora nubem.

Hi Fescenninas acies.) Fescenninum oppidum est Campaniæ, ubi nuptialia inuenta sunt carmina. hi autē populi ducunt originē ab Atheniensibus. *Aequósque Faliscos.)* Faliscos Halesus condidit. hi aūt immutato h in f, Falisci dicti sunt: sicut Febris dicitur, quæ antea Hebris dicebatur: Formiæ, quæ Hormiæ fuerunt, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς. nam posteritas in multis nominibus f pro h posuit. Iustos autem dixit, quia populus Romanus missis Decemuiris ab ipsis iura fœcialia collegit, & nonnulla supplementa duodecim tabularū accepit, quas habuerant. nam ab Atheniensibus decem habuerunt tabulas. *Hi Soractis habēt arces.)* Soracte, qui est mons apud Hirpinos, haud longè à Flaminia. *Flauinia arua.)* Locus est in Italia, Flauiniū nomine. *Et Cimini cum monte lacum.)* Et lacus & mons hoc nomine appellatur. Sanè hoc habet fabula, Aliquando Hercules ad hos populos uenit, qui quū à singulis prouocaretur ad ostendendā uirtutem, defixisse dicitur uectem ferreū, quo exercebatur: qui quū terræ esset affixus, & à nullo potuisset auferri, etiam rogatus sustulit: unde immēsa uis aquæ secuta est, quæ Ciminicū lacum fecit. *Lucosq; Capenos.)* Vnde & porta Capena, quæ iuxta Camœnas est, nomen accepit. *Aequati numero.)* digesti in ordinem cōgruenter, sicut decebat. *Liquida inter nubila.)* pura. sed nil tam contrariū nubibus: nam liquidæ non sunt. Ergo nubes pro aēre posuit, ut Liquidis in nubibus arsit arundo: ut diximus suprà. *Et longa canoros Dant per colla modos.)* Secundum Plin. qui ait in Naturali hist. cygnos ideo suauius canere, quia colla longa et inflexa habent. & necesse est eluctantem uocē per longū & flexuosum uarias reddere modulationes. *Sonat amnis.)* Caystrū in Mysia regione dicit, qui cohæret paludi: quam quū significamus, a longa est, quū sit breuis, si prouinciā significare uoluerimus. quod significatur in Georgi. ut, Atq; Asia circum Dulcibus in pratis rimātur prata Caystri. *Volucrū raucarum.)* Raucū, τῶν μέσων est, sicut graueolentis. nam legimus, Grauiter

spirantis

ſpirantis copia Thymbræ. Sciendum tamen Vergiliũ ſecundum morem prouinciæ ſuæ locutum, in qua bene canentes cygni rauciores uocantur. eſt autem hæc Homeri comparatio, quam ipſe etiã de cygnis facit, τῶν δ' ὥς τ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ χηνῶν ἢ γεράνων ἢ κύκνων δουλιχοδείρων ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμενα πτερύγεσσιν κλαγγηδὸν προκαθιζόντων σμαραγεῖ δέ τε λειμὼν ἀσίῳ ἐν λειμῶνι καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.

Ecce Sabinorũ priſco de ſanguine magnũ (ſtar,
Agmen agens Clauſus, magniq́ ipſe agminis in=
Claudia nũc à quo diffunditur & tribus, & gens,
Per Latiũ, poſtq̃ in partẽ data Roma Sabinis.
Vnà ingens Amiterna cohors, priſciq́ Quirites,
Ereti manus omnis, oliuiferæq́ Mutiſcæ,
Qui Nomentum urbem, qui roſea rura Velini,
Qui Tetricæ horrentis rupes, montemq́ Seuerũ,
Caſperiamq́ colũt, Foruloſq́, & flumẽ Hymellæ
Qui Tybrim, Fabarimq́ bibũt, quos frigida miſit

Ecce Sabinorũ) Vſurpat hoc: nam Clauſus dux Sabinorum poſt exactos reges, cum quinq́ milibus clientum & amicorum uenit, & ſuſceptus habitandã urbis partem accepit: ex quo & Claudia tribus eſt, & familia nominata. Priſco de ſanguine.) de antiqs Sabinis.

Magnum agmen.) propter quinq́ milia clientum. Poſtquam in partem data Roma Sabinis.) Hoc de alia traxit hiſtoria. nam poſt Sabinarum raptum, & factum inter Romulum & Titum Tacitum fœdus, recepti in urbem Sabini ſunt: ſed hac lege, ut in omnibus eſſent ciues Romani, excepta ſuffragij latione. nam magiſtratus non creabant. Amiterna cohors.) de Amiterno oppido. Priſciq́ Quirites.) id eſt, Sabini. Priſci aũt ideo, quia poſt fœdus Titi & Romuli placuit, ut quaſi unus de duobus fieret populis: unde & Romani Quirites dicti ſunt, quod nomẽ à Sabinorum ciuitate Curibus fuerat, & Sabini à Romulo dicti ſunt. Ereti manus omnis.) oppidum eſt dictum à Iunone, id eſt ἥρας, *quæ illic colitur. Oliuiferæq́ Mutiſcæ.) Hæc Trebia poſtea dicta eſt, quã modo Trebulam dicũt: apud hanc Hannibal deleuit populum Romanũ. Lucanus, Quod nõ in Punica nati Tempora Cannarum fuimus, Trabiæq́ iuuentus. Qui Nomentum urbem.) Hoc ex ſua perſona dicit Poëta. nam adhuc ciuitas Nomentana fuerat: ut in Sexto ait, Hi tibi Nomentum & Gabios. item, Hæc tum nomina erunt. Roſea rura Velini.) Velinus lacus eſt iuxta agrum qui Roſulanus uocatur. Varro tamen dicit lacũ hunc à quodam Cõſule in Nartam uel Narem fluuium deriuatum (nam utrunq́ dicitur) eſſe diffuſum, poſt quod tanta ſecuta eſt eo loco fertilitas, ut etiam perticæ longitudinem altitudo ſuperaret herbarum: quinetiam quantũ per diem demptum eſſet, tantũ per noctem creſcebat. Quod Vergil. ad ſuam prouinciã tranſtulit dicens: Et quantum longis carpent armenta diebus, Exigua tantum gelidus ros nocte reponet. Tetricæ horrentis rupes.) Tetricus mons Sabinis aſperrimus: unde triſteis homines, tetricos dicimus. Monteмq́ Seuerum.) nomen proprium montis, ſicut agri Roſeus.*

Caſperiamq́ colunt.) Caſperia & Foruli ciuitates fuerunt. Flumen Hymellæ.) Hymella fluuius eſt: & ſic dixit Hymellæ flumen, ut Bruthoti urbem. Qui Tybrim Fabarimq́ bibunt.) Bene Bibunt: nam Tyberis fluuius in Thuſcia oritur. ſed trãſit etiam per Sabinos, unde Bibũt, nõ Poſſident dixit. Et ſciendũ, Turno dari auxilium à tractu Piceni, Samnij, Cam-

 paniæ,

paniæ, & pro parte Appuliæ. Omnis uero Thuscia superior, & Venetia Aeneæ præstat auxilium. Fabarim autẽ, quem dicit etiam ipse, per Sabinos trãsit, & Farfarus dicitur. Plautus: Dissipabo te tanquam folia Farfari. Ouidius, Et amœnæ Farfarus umbræ. Frigida misit Nursia.) Piceni ciuitas. Frigida autẽ aut reuera: aut certe uenenosa, nocens. Gracchi namque ubique in concionibus suis Nursinos sceleratos appellauere. Et sciendum amare Vergiliũ historiarũ rem per transitum tangere.

Nursia, & Ortinæ classes, populiq; Latini.
Quosq; secans infaustum interluit Allia nomen.
Quãm multi Libyco uoluuntur marmore fluctus,
Sæuus ubi Orion hybernis conditur undis,
Vel cum sole nouo densæ torrentur aristæ.
Aut Hermi campo, aut Lyciæ flauentibus aruis
Scuta sonant, pulsuq; pedum conterrita tellus.
Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis
Curru iungit Halesus equos, Turnoq; feroces
Mille rapit populos, uertunt felicia Baccho
Massica qui rastris, & quos de collibus altis
Aurunci misere patres, Sidicinaq; iuxta
Aequora, quiq; Cales linquunt, amnisq; uadosi
Accola Vulturni, pariterq; Saticulus asper,
Oscorumq; manus: teretes sunt aclides illis

Ortinæ classes.) Ortini eqtes, qui classes dicũtur: unde & eorũ tubas classica dicimus. Et patres populi classes uocamus, q̃ quinque fuerũt. Populiq; Latini.) qui intererãt Albani mõtis uisceratiõi. Infaustũ interluit Allia nomẽ.) Allia fluuius haud longe ab urbe est, iuxta quẽ Galli Brenno duce quintodecimo Cal. Augustas die, delecto exercitu, post triduum deleuerũt etiam urbem excepto Capitolio. Sane Alia dicitur, cui additur unum l propter metrum, ut Relliquias. Lucan. bene posuit: ut, Quas Aliæ clades. Marmore.) mari. Vel cum sole nouo.) prima æstatis parte, etiam sol nouus est viij. Calen. Ianuarias die: sed tũc non sunt aristæ, quas ab ariditate dictas esse constat. Aut Hermi campo.) Hermus Lydiæ fluuius est, qui superfusus campis gignit fertilitatem: unde harenas aureas fingitur trahere. Lyciæ flauentibus aruis.) Prouincia est fertilis frugũ. Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis.) Agamemnonis pleriq; comitem, pleriq; nothum filium uolunt: qui quũ uenisset ad Italiam, audito aduentu Aeneæ in bellum ruit, non amore Turni, sed odio hostilitatis antiquæ: unde ait, Troiani nominis hostis. Rapit populos.) raptim abducit. Et iam Campaniæ loca commemorat: nam Massicus mons est uitibus plenus. Massica autẽ dixit, ut Mænala. Aurunci misere patres.) Isti græcè Ausones nominantur. Sidicinaq; iuxtà.) ab oppido Sidicino. Cales linquunt.) ciuitas est Cãpaniæ. nam in Flãminia est, quæ Cale dicitur: & in Gallia hoc nomine, quam Sallust. captã à Perpenna cõmemorat. Amnisq; uadosi ac. Vul.) Fluuius q iuxta Cumas cadit in mare. Saticulus asper.) populus Cãpaniæ asper moribus. Oscorũq; ma.) Capuenses dicit, q antea Ophici appellati sunt, qđ illic plurimi abũdauere serpẽtes: nam græcè ὄφις dicitur serpẽs. Aclides illis te.) Aclides sunt tela quædã antiqua, adeò ut nec usq̃ cõmemorẽtur in bello. Legitur tamẽ qđ sint claua cubito et semis factæ, eminentib. hinc inde acumi-

de acuminibus, quæ ita in hostem iaciuntur religata loro uel lino, ut peractis uulneribus possint ad dominos redire. Putatur tamen esse teli genus, quod per flagellum in immensum iaci potest. Læuas cetra tegit.) *scutum loreum, quo utuntur Afri & Hispani.* Falcati cõminus enses.) *Affectauit uarietatẽ: nam consequens fuerat ut diceret, dextras armarũt gladij falcati. Falcatus autem ensis est harpe, qua usus est Perseus. Lucanus ait, Harpen alterius monstri iam cæde rubentem.* Oebale.) *Oebalus filius est Telonis & nymphæ Sebetidis. hæc aũt est iuxta Neapolim, sed Telo diu regnauit apud Capreas, insulam contra Neapolim sitã. filius uero eius patrijs non contẽtus imperijs transijt ad Cãpaniã, & multis populis subiugatis suũ dilatauit imperiũ.* Theleboũ Capreas cum reg. teneret.) *quum teneret Capreas regna Theleboũ. nam Theleboæ Caprearũ sunt populi, quos Telo suo regebat imperio.* Sarastes populos.) *Campaniæ sunt, à Sarno fluuio.* Rufas, Batulumq; tenent.) *castella Campaniæ.* Arua Celennæ.) *locus est Campaniæ Celenna, sacer Iunoni.* Et quos maliferæ despectant mœnia Abellæ.) *Multi Nolam uolunt intelligi, & dicunt iratum Vergilium nomen eius mutasse, propter sibi negatum hospitium: & id aperte noluisse dicere, sed ostendere per periphrasim. nam illic Punica mala nascuntur, ut nũc Abella pro Nola posuerit. Alij idem à Vergilio in Georg. factũ memorant, ut etiam ab Aulo Gellio traditur: qui cum à Nolanis aquam petijsset, uti duceret in propinquũ rus, Nolanos petitum beneficium nõ fecisse: poëtam offensum, nomẽ urbis eorum, quasi ex hominum memoria, sic ex carmine suo detraxisse. nam quum primum ab eo recitatum & editum sic esset, Talem diues arat Capua & uicina Veseuo Nola iugo: Ora pro Nola mutauit, atq; ita reliquit, Et uicina Veseuo Ora iugo. Alij uolunt accipi Mœnia Abellæ, ut sit sinalœpha, & legatur Mœnia' bellæ.* Cateias.) *tela gallica, unde etiam teutonicum ritum dixit.* Raptus de subere cortex.) *Bene Raptus, quia recens suberis cortex in quamuis formam tota flectitur facilitate.* Montosæ Nursæ.) *ciuitas in montibus posita.* Insignem fama.) *Bene Fama, quia eum occidet Gyas: ut, Vfentemq; Gyas, cadit ipse.* Felicibus armis.) *dum affuit fortuna.* Horrida præcipue cui gens.) *Aequicolam gentem dicit, & morũ & uitæ qualitate præduram.*

Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello.
Læuas cetra tegit, falcati cõminus enses.
Nec tu carminibus nostris indictus abibis
Oebale, quẽ generasse Telon Sebetride nympha
Fertur, Theleboum Capreas cum regna teneret,
Iam senior patrijs, sed non & filius aruis
Contentus, late iam tum ditione premebat
Sarastes populos, & quæ rigat æquora Sarnus,
Quiq; Rufas Batulumq; tenẽt, atq; arua Celennę,
Et quos maliferæ despectant mœnia Abellæ,
Teutonico ritu soliti torquere Cateias:
Tegmina quis capitum raptus de subere cortex.
Aeratæq; micant peltæ, micat æreus ensis.
Et te montosæ misere in prœlia Nursæ
Vfens, insignem fama, & felicibus armis:
Horrida præcipue cui gens, assuetaq; multo

Sanè aliud pendet ex alio: ideo erant horrida, quia uenabãtur. item uenabantur, quia habebãt duras glebas, id est, infertiles: nam molles, feraces sunt, ut in Georgicis docet: Et cui putre solum, nanq; hoc imitantur arando. Quin & Marrubia uenit de gente sacerdos.) Scilicet Medea, quãdo relictis Colchis Iasonem secuta est, dicitur ad Italiam peruenisse, & populos quosdam circa Fucinum ingentem lacũ habitantes, qui Marrubij appellabãtur, quasi circa mare habitantes, propter paludis magnitudinem, docuit remedia cõtra serpentes. quanquã alij Marrubios à rege dictos uelint. Hi ergo populi Medeã Angitiã nominauerũt, ab eo quod eius carminibus serpentes angerent. ab his nunc Vmbronẽ uenisse dicit, nõ regẽ, sed ducem. sunt autem isti Marsorũ populi. Frõde super galeã, & felici comptus oliua.) Cõptus frondibus festæ oliuæ. Vipereo generi.) terrenis serpentibus. Grauiter spirantibus hydris.) aquæ serpentibus grauiter spirantibus, solo nocentibus flatu. Lucanus, Ante uenena nocent. Spargere.) cõijcere: ut, Spargere uenena didicerũt. Arte leuabat.) leuiores esse faciebat: ut, Nostrumq; leues quicũq; laborem. Medicari cuspidis ictum.) medicor illam rem, & illi rei: sicut modulor, & moderor, & comitor. Liquidi fleuere lacus.) etiã alibi. Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello.) Theseus mortua priore uxore Hippolyte, Phædram Minois & Pasiphaês filiam superduxit nouercam Hippolyto: qui cum illam de stupro interpellantẽ cõtempsisset, falso delatus est ad patrẽ, quod ei uim uoluisset inferre. ille Aegeũ patrem rogauit, ut se ulcisceretur: qui agitanti currum Hippolyto phocam immisit, qua equi territi eum traxerunt. tunc Diana eius castitate commota, reuocauit eum ab inferis in uitam, per Aesculapiũ filium Apollinis & Coronidis, qui natus erat execto matris uentre. ideo quod cum Apollo audiuisset à coruo eius custode eam adulterium committere, iratus Coronidem maturo iam partu confixit sagittis: coruum uero nigrum fecit ex albo, & execto uentre Coronidis produxit Aesculapiũ, qui factus est medicinæ peritus. Hũc postea Iuppiter propter reuocatum Hippolytum interemit: unde Apollo iratus ei, Cyclopas fabricatores fulminum confixit sagittis. ob quam rem ab Ioue iussus est Admeti regis nouem annis armenta pascere, diuinitate deposita. sed Diana Hippolytum reuocatum ab inferis, in Aritia nymphæ commendauit Egeriæ: & eum Virbium, quasi bis uirum, iussit uocari, cuius nunc filiũ cognominem dicit in bellũ uenire: adeo omnia ista fabulosa sunt.

Venatu nemorum, duris Aequicola glebis:
Armati terram exercent, semperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & uiuere rapto.
Quin & Marrubia uenit de gente sacerdos,
Fronde super galeam, & felici comptus oliua,
Archippi regis missu fortissimus Vmbro.
Vipereo generi & grauiter spirantibus hydris
Spargere qui somnos, cantuq; manuq; solebat:
Mulcebatq; iras, & morsus arte leuabat.
Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum
Eualuit, neq; eum iuuere in uulnera cantus
Somniferi, & Marsis quæsitæ in montibus herbæ.
Te nemus Angitiæ, uitrea te Fuscinus unda,
Te liquidi fleuere lacus.
Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello,

loſa ſunt. Nam cũ caſtus ubiq; inductus ſit, & qui ſemper ſolus habitauerit, habuiſſe tamen fingitur filium. Reuera autem, ut etiam ſuprà diximus, Virbius eſt numen coniunctum Dianæ, ut Matri deûm Atis, Mineruæ Erichthonius, Veneri Adonis. Quem mater Aritia miſit.) ciuitas iuxta Albam: mater autẽ propter Auguſtum dicit, qui fuerat ex Aricina, matre Aritia progenitus: ac ſi diceret, Quæ tãti autor eſt generis. Egeriæ lu.) nymphæ in Aricino nemore, quã amicam ſuam Numa eſſe fingebat ad affirmandam legum ſuarum authoritatem. Pinguis ubi & placabilis.) Pinguis, frequenti ſacrificio: Placabilis autem, ac ſi diceret, non qualis ante fuit uel illic, uel apud Tauros humano gaudẽs cruore. quam hiſtoriam plenè in Secundo diximus, cũ Iphigeniæ incidit cõmemoratio. Arte nouercæ Occid.) Bene uim ſceleris expreſſit, ſola nouercæ commemoratione. Pæonijs reuocatum herbis.) aut medicinalibus, à Pæone medico deorũ, qui Pæan ſecundũ Doricos dicitur, ſecũdũ rationẽ Pæon: aut reuera herbã Pæoniã dicit, cuius Creta ferax eſt. Et amore Dianæ.) Amore, id eſt, cura. Medicinæ talis, & artis.) Quæ etiã fata diſſolueret. Phœnigenam.) matris pœna genitum. Alij Phœbigenam legũt, ut Probus. Relegat.) Commendat, ab alijs ſegregatum. Solus.) in ſolis locis: nam ſolus quomodo, qui dicitur filiũ ſuſcepiſſe? Ignobilis.) nõ uilis, ſed ignotus. quanq̃ poſſit etiam ad illud referri, quod dicitur quibuſdã artibus hominum uita ultra fata protendi poſſe: ita tamen ut ſolam habeant uitæ imaginationẽ. uidentur enim omnia facere, nec faciũt. Verſoq; ubi no.) de re facto: ut, Oeſtrũ Graij uertere uocãtes. Vnde etiã Tr. luco.) Exponit τὸ αἴτιον. nã Callimachus ſcripſit αἴτια, in qbus etiã hoc cõmemorat. Haud ſe.) nõ ſegnius patre. Dicit aũt tãtæ fuiſſe audaciæ, ut nec paternæ mortis terreretur exẽplo. Vertitur.)

Virbius, inſignem quem mater Aritia miſit,
Eductum Egeriæ lucis, Hymetia circum
Littora, pinguis ubi & placabilis ara Dianæ.
Nanq; ferũt fama Hippolytũ poſtq̃ arte nouercæ
Occiderit, patriasq; explerit ſanguine pœnas,
Turbatis diſtractus equis, ad ſidera rurſus
Aetherea, & ſuperas cœli ueniſſe ſub auras,
Pæonijs reuocatum herbis, & amore Dianæ.
Tũ pater omnipotẽs aliquẽ indignat⁹ ab umbris
Mortalem infernis ad lumina ſurgere uitæ,
Ipſe repertorem medicinæ talis & artis,
Fulmine phœbigenã Stygias detruſit in undas.
At Triuia Hippolytum ſecretis alma recondit
Sedibus, & nymphæ Egeriæ, nemoriq; relegat,
Solus ubi in ſyluis Italis ignobilis æuum
Exigeret, uerſoq; ubi nomine Virbius eſſet.
Vnde etiam templo Triuiæ, lucisq; ſacratis
Cornipedes arcentur equi, quòd littore currum,
Et iuuenem monſtris pauidi effudere marinis.
Filius ardenteis haud ſecius æquore campi
Exercebat equos, curruq; in bella ruebat.
Ipſe inter primos pręſtanti corpore Turnus
Vertitur, arma tenens, & toto uertice ſupra eſt.

id est, agit. Et toto uertice suprà est.) Stat. Et toto despectat corpore bellũ. Aetnæos efflantem faucibus igneis.) nimios, quãtos habet Aetna. Tam magis illa fremens, & tristibus efferea flammis, Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.) Legitur in arte quod tam magis maxime, minus minime, positiuo tantum iungũtur. quod tamen tunc obseruatur, si ponantur ad augmẽtum istæ particulæ: tũc enim uitiosam faciũt elocutionem.

Cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram
Sustinet, Aetnæos efflantem faucibus igneis,
Tam magis illa fremẽs, & tristibus efferea flãmis,
Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnę.
At leuem clypeum sublatis cornibus Io
Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos
Argumentum ingens, & custos uirginis Argus,
Cęlataq́ amnem fundens pater Inachus urna.
Insequitur nimbus peditum, clypeataq́ totis
Agmina densantur campis, Argiuaq́ pubes,
Auruncæq́ manus, Rutuli, ueteresq́ Sicani,
Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici.

cæterum si ad exæquationem positæ sunt, possunt uel comparatiuo, uel superlatiuo, uel per ipsis gradibus ipsæ inter se iũgi. hinc ergo est, Tam magis illa fremẽs & tristibus efferea flãmis, Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ. nõ eni ad prælationẽ positæ sunt, sed ad exæquationem. maiores enim nostri non in dicto uitia, sed in significatione esse uoluerunt. hinc est in Sallustio, Ita quàm quisque pessime facit, tam maxime tutus est. Nam & hic exæquatio est, non comparatio. Io Auro insignibat.) Hæc Inachi filia Argiuorum fluminis fuit: hanc amauit Iuppiter, & dum cum ea esset, superuenit Iuno. ille timens ne deprehenderetur, Iò mutauit in uaccam, & eam poscenti dedit Iunoni, ne pellicem cõfiteretur. cui Iuno Argum oculatũ omnibus membris, Aristoris filiũ, custodem deposuit: quẽ cum Iuppiter per Mercurium interemisset, Iuno eum in pauonẽ mutauit: Ioni uero immisit œstrum, quo diu exagitata peruenit ad Aegyptũ, & Iouis uoluntate in Isim mutata est. Insignibat.) signo suo clarum esse faciebat. Argumentum.) aut fabula: ut Cicero, Argumenta erant in ualuis. aut reuera argumentũ, id est, probationem, quo se græcum comprobare cupiebat. hoc enim etiam Amata superius dixit, Inachus Acrisiusq́ patres, mediæq́ Mycenæ. Custos.) ne reuerti posset in formam priorem. Pater Inachus.) Pater non tantum eius, sed autor originis Turni. Totis Agmina densantur campis.) qui oculis poterant subiacere. Densantur.) Denseo denses dicimus, aliter non. Argiuaq́ pubes.) Et hoc ad generis, ut diximus suprà, pertinet probationem, quod eum sequebantur Argiui. Veteresq́ Sicani.) Bene Veteres: nam ubi nũc Roma est, ibi fuerunt Sicani, quos postea pepulerunt Aborigines.

Sacranæ acies.) Dicunt quendam Corybantem uenisse ad Italiam, & tenuisse loca quæ nunc urbi uicina sunt, & ex eo populos ducentes originem Sacranos appellatos: nam sacrati sunt Matri deûm Corybantes. alij Sacranas acies Ardeatiũ uolunt, qui aliquãdo cum pestilentia laborarent, uer sacrum uouerũt, unde Sacrani dicti sunt. uer sacrum autem immolationis est genus. mos enim Italis fuit, ut magnis in periculis adducti uouerint, quæcunq́ proximo uere nata essent apud se animalia, immolaturos. Picti scuta, Labici.) Glaucus

Minois

Minois filius uenit ad Italiā, & cū sibi imperiū posceret, nec acciperet, ideo quod nihil praestabat, sicut eius pater praestiterat, zonam eius transmittēdo, cum antehac discincti essent, ostendit scutum militare, à quo & ipse Labicus dictus est, & ex eo populi, ἀπὸ τῆς λαβῆς, quā latinè ansam uocamus. Picti autem scuta, id est, in bello frequenter probati: nam apud maiores uirorum fortium picta erant scuta, contra & inertium & tyronum pura erāt: unde est, Parmaq; inglorius alba, id est, non picta.

Qui saltus Tyberine tuos, sacrumq; Numici
Littus arant, Rutulosq; exercent uomere colles,
Circæumq; iugum, queis Iuppiter Anxuris aruis
Præsidet, & uiridi gaudens Feronia luco.
Qua Saturę iacet atra palus, gelidusq; per imas
Quęrit iter ualles, atq; in mare conditur Vfens.
Hos super aduenit Volsca de gente Camilla.
Agmen agens equitū, & florenteis ære cateruas,
Bellatrix: non illa colo, calathis'ue Mineruæ
Fœmineas assueta manus, sed pręlia uirgo
Dura pati, cursuq; pedum pręuertere uentos.
Illa uel intactæ segetis per summa uolaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas.
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti

Qui saltus Tyberine tu.) non originem, ut suprà diximus. Sacrumq; Numici Littus arant.) ut iam tūc sacrū: aut prolepsis est à cadauere Aeneæ. nam sacratus ē Numicus, postq̄ inuentū est illic cadauer Aeneæ. Littus ar.) littus fluminis: ut, Viridiq; in littore cōspicitur sus. cum ripæ propriè fluminum sint, littora maris: ut Ouid. Pro ripis littora pulsant.

Circæumq; iugū.) circa hunc tractū Cāpaniæ colebatur puer Iuppiter, qui Anxurus dicebatur, quasi ἄνευ ξυροῦ, id est, sine nouacula, quia barbā nunq̄ rasisset: & Iuno uirgo, quæ Feronia dicebatur. est autem fons in Campania iuxta Terracinam, quæ aliquādo Anxur dicta est. Et uiridi gaudens Feronia luco.) Non uacat quod addidit Viridi: nam cum aliquando hujus fontis lucus fortuito arsisset incēdio, & uellent inde incolæ transferre simulacra, subito reuiruit. Qua Saturæ iacet atra palus.) Secundum hanc lectionem reuera Saturam paludem intelligimus, sed alij Asturæ legunt: quod si est, paludem pro flumine posuit: nam haud longe à Terracina oppidū est Astura, & eius cognomine fluuius. Quærit iter ualles.) Satis signatis uerbis expressit flumē angustū. contrà de Tyberino ait, In mare prorumpit. Hos super aduenit Volsca de gente Camilla.) Prudenter post completam cōmemorationem uirorum, transit ad fœminas: ita enim de Troianis legitur, qui ultimum Amazonum postularunt auxiliū, quæ res ab Homero prætermissa est. Sanè iam præsagium infelicitatis futuræ, quod inter ipsa principia armātur & fœminæ. Volsca de gente.) de Priuerno, Volscorum oppido: ut, Priuerno antiqua Metabus cum excederet urbe. Florēteis ære cateruas.) Ennius & Lucretius florens dicunt, omne quod nitidum est. Hoc est secutus Verg. aliter acyrologia est. Lucanus, Florebat nauibus pōtus. Calathisúe Mineruæ.) Minerua & armorū dea est, & lanificij: sed Camilla animum ad arma solum cōtulerat. Cursuq; pedum.) Bene Pedum adiecit, ne per equum eius gloria minueretur: quod ei obijcitur, Quid tamen egregiū si fœmina forti Fidis equo? Aristas.) primas spicæ partes, dictas

ctas ab eo quod primo arescant. Tingeret.) *mergeret: ut,* Tinguat equos. Iuuentus Turbaq́ꝫ miratur matrum.) *Ante ornatum eius, pòst arma dicturus est. unde hysteron proteron esse uoluerunt in respondendo, ut ornatum matres, uiri uero arma mirentur: sed melior sensus est, ut sicut dictum est accipiamus. ea enim sexus uterq́ꝫ miratur, quæ sunt posita contra opinionem, ut miretur fœminæ arma in muliere, uiri ornatum in bellatrice.* Inhians.) *stupore quodam patefacto ore.* Lyciam pharetram.) *quasi Lyciã: ut legimus,* Cretenses *sagittas.* Pastoralem præfixa cuspide myrtum.) *quia hac pugnare pastores solent.* Statius, *Lernæam iacit ille trabem.*

Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
Illam omnis tectis agrisq́ꝫ effusa iuuentus,
Turbaq́ꝫ miratur matrum, & prospectat euntem
Attonitis inhians animis, ut regius ostro
Velet honos leueis humeros, ut fibula crinem
Auro internectat, Lyciam ut gerat ipsa pharetrã,
Et pastoralem pręfixa cuspide myrtum.

FINIS SEPTIMI AENEIDOS.

ARGVMENTVM. (A D I L O N.)

Præparat octauo bellum, quos mittat in hostes.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN Octauum Aeneidos librum, argumentum.

Dat belli signum Laurenti Turnus ab arce.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem:
Qui petat auxilium, & doceat quæ causa petendi.
Aeneas Diuûm monitis adit Arcada regem,
Euandrum Arcadiæ profugum noua regna petentem.
Accipit auxilium hinc natum, & socia agmina iungit
Euander, Palas fatis comes ibat iniquis.
Iamq́ꝫ habilis bello, & maternis lætus in armis
Fataq́ꝫ, fortunasq́ꝫ ducum, casusq́ꝫ suorum
Sortitus, clypeo diuina intentus in arte est.

*V*T belli signum Laurenti Turnus ab arce.) Apud maiores nostros tria erant militiæ genera in bellis gerendis. nam aut legitima erat militia, aut coniuratio, aut euocatio. Legitima erat militia eorum, qui singuli iurabant pro rep. se esse facturos, nec discedebant nisi completis stipendijs, id est, militiæ temporibus: & Sacramentum uocabatur. aut certè si esset tumultus, id est, bellum Italicū,

P. VERGILII M. AENEIDOS LIBER OCTAVVS.

VT belli signū Laurēti Turnus ab arce
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu:
Vtq; acres concussit equos, utq; impulit arma:
Extemplo turbati animi, simul omne tumultu
Coniurat trepido Latium, sæuitq; iuuentus
Effera. ductores primi Messapus & Vfens,
Contemptorq; deûm Mezentius, undiq; cogunt
Auxilia, & latos uastant cultoribus agros.
Mittitur & magni Venulus Diomedes ad urbem

uel Gallicū, in quib. ex periculi uicinitate erat timor multus, quia singulos interrogare non uacabat: qui fuerat ducturus exercitum, ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo uexilla, unū roseum, quod pedites euocabat, & unum cæruleū, quod erat equitū (nam cæruleus color est maris, à cuius deo equum constat inuentum.) dicebat: Qui rem publicā uult saluam esse, me sequatur. & qui conuenissent simul iurabant, & dicebatur ista militia Coniuratio. fiebat etiā Euocatio: nam ad diuersa loca diuersi propter cogendos mittebantur exercitus. Modò ergo duo sunt genera militiæ, Coniuratio & Euocatio: quippe in tumultu. Sanè incongruū non est, quòd signū belli id est, uexilli eleuationem Turno dat: quū de rege Latino dixerit suprà, Rerumq; reliquit habenas. Belli autem signū dixit generaliter: nam multa sunt. sed uexillū significat, quod est tractum à ueli diminutione, ut uelum uexillum. Strepuerunt cornua.) quæ simul sonabant: ut, Aereaq; assensu conspirant cornua rauco. Vtq; acres concussit equos.) Hoc ad equites pertinet. Vtq; impulit arma.) Hoc ad pedites. Est aūt sacrorum: nam is qui belli susceperat curam, sacrariū Martis ingressus, primò ancylia commouebat, pòst hastam simulacri ipsius, dicens, Mars uigila. Extēplo.) aut subito: aut reuera ex ipso templo, id est, post diuina arma cōmota. Tumultu trepido.) festino, more suo. Coniurat.) Nota de re bona coniurationē dici posse. nam coniuratio τῶν μέσων est. Iuuentus effera.) efferata per furiam. Messapus, & Vfens.) Bona electio personarū ad delectum habendum. unus eques bonus, id est, Messapus mittitur: alter pedes egregius, id est, Vfens. Contemptorq; deûm Mezentius.) Quis enim iustius, quàm sacrilegus contra pios & præpararet bellum, & gereret. Vastant cultoribus agros.) Abducendo cultores, uastos & desertos efficiunt. Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem.) Diomedes postq̄ repperit ira Veneris à se uulneratæ uxorem Aegialiā apud Argos turpiter uiuere, noluit reuerti, sed tenuit partes Apuliæ, & edomita omnis Gargani montis multitudine, in eodē tractu ciuitates plurimas condidit. nam Beneuentū, & Equitutium ipse condidit, & Arpos, quæ Argirippa di-

citur, ad quam nunc Venulus mittitur: non Arpinũ, quam constat esse Campaniæ, unde Cicero Arpinas. Sanè sciendum, Apuliam uno dictam uocabulo: sed huius partem quã Diomedes tenuit, Messapiam & Peucetiã à duobus fratribus dictam, qui illic imperarunt. Alij aliter sentiũt de Messapiæ nomine. in Anthedonis enim ora, quæ Bœotiæ est, mons stat Messapius, à duce Messapo nominatus, qui aduentans in Iapygiam ab se Messapiã regionem appellauit: item Dauniam, à Dauno rege Apuliæ. Venulus.) Hunc fuisse cõstat Argiuum. nam Tyburs est: ut ille indicat locus, Prædã Tyburtũ ex agmine raptã Portat ouãs. Consideratè hic ergo ad Diomedẽ mittitur, ut eum quasi ciuis possit mouere. Consistere.) iam esse conditos, id est, fundasse ciuitatem. Fatis regem se dicere posci.) Vnde illud est, Expectate solo Laurenti. & dicendo Posci, agit subtiliter. nam si non uenit errore, sed fato, omnem sibi utique est uendicaturus Italiam, sine dubio & Diomedis imperium. Viro se adiungere gentes Dardanio.) Bene non Aeneæ dixit, sed uiro Dardanio, ut non sit mirum, si sequebantur hominem sibi cognatione sociatum: ut, Hinc Dardanus ortus Huc repetit. Quid struat his cœptis.) quum hæc iam cœperit. & participialiter dixit, ab eo quod est incipio, cœptus facit: hinc est cœptis.

Quem si fortuna sequatur Euentum pugnæ cupiat.) Si eum fortuna comitetur, quem sua finem uelit esse uictoriæ, ipsum melius nosse, qui iam antiquus est hostis. Vult autem intelligi, Aeneam etiam contra Diomedem bella gesturum, non tantum propter præsens imperium, sed causa hostilitatis antiquæ. Talia per Latium.) Gerebantur subaudis. & est formosa eclipsis. Cuncta uidens.) animo pertractans: nam non uidebat. Curarum fluctuat æstu.) His uerbis futurã præoccupat comparationem, quæ est Apollonij de uerbo ad uerbum. Sole repercussum.) Aut uacat Re, aut bene Repercussum, quia primò aquã ferit, inde postea tendit ad tecta. Radiantis imagine lunæ.) Negant omnes physici lumen lunæ aliud ex se reddere. & uituperatur hoc dicto Vergil. quod tamen tolerabile est: quia non lunam, sed imaginem dixit lunæ, quam à sole lumen accipere manifestum est. Laquearia.) Multi Lacunaria legunt: unde est in Horatio, Nec mea renidet in domo lacunar.

Qui petat auxilium, & Latio consistere Teucros:
Aduectum Aeneam classi, uictosq; penates
Inferre, & fatis regem se dicere posci,
Edoceat, multasq; uiro se adiungere gentes
Dardanio, & latè Latio increbrescere nomen:
Quid struat his cœptis, quem si fortuna sequatur,
Euentum pugnæ cupiant, manifestius ipsi,
Quàm Turno regi, aut regi apparere Latino.
Talia per Latium: quæ Laomedontius heros
Cuncta uidens, magno curarum fluctuat æstu,
Atq; animũ celerem nunc huc, nunc diuidit illuc,
In parteisq; rapit uarias, perq; omnia uersat.
Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis
Sole repercussum, aut radiantis imagine lunæ
Omnia peruolitat latè loca, iamq; sub auras
Erigitur, summiq; ferit laquearia tecti.
Nox erat, & terras animalia fessa per omneis

Alituum.)

Alituum, pecudumq́ genus sopor altus habebat:
Cum pater in ripa, gelidiq́ sub ætheris axe
Aeneas tristi turbatus pectora bello,
Procubuit, seramq́ dedit per membra quietem.
Huic deus ipse loci fluuio Tyberinus amœno
Populeos inter senior se attollere frondes
Visus: eum tenuis glauco uelabat amictu
Carbasus, & crines umbrosa tegebat harundo.
Tum sic affari, & curas his demere dictis:
O sate gente deûm, Troianam ex hostibus urbem
Qui reuehis nobis, æternaq́ Pergama seruas,
Expectate solo Laurenti, aruisq́ Latinis:
Hic tibi certa domus, certi (ne absiste) penates,
Neu belli terrere minis: tumor omnis, & iræ
Concessere deûm.
Iamq́ tibi (ne uana putes hæc fingere somnum)
Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus

Alituum.) pro alitum. sed metri causa, ut supra diximus, addidit syllabam. Sub æthæris axe.) id est, sub aëre. Seramq́ dedit per membra quietem.) tardam: quippe in bellicis curis. ab Homero ductum est, qui dicit, οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα, ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μέμηλεν. Tyberinus.) Bene Tyberinus, quia suprà dixerat Deus. nam in sacris, Tyberinus: in cænolexia, id est, cōmuni sermone, Tyberis: in poëmate, Tybris uocatur. Senior.) Atqui ubique flauum eum esse dixit: sed Senior aut propter spumas dictus est, aut ad reuerentiam pertinet: sic Lucan. de urbe Roma adhuc florente, Turrigero canos effundēs uertice crines. Curas his demere dictis.) Habitum futuræ orationis ostēdit. O sate gente deûm.) alibi, Certissima proles: et, Vigilas ne deûm gens. Vrbem qui reuehis nobis.) ut, Ilium in Italiam portans. Vrbem ergo pro ciuibus posuit. Reuehis autem propter Dardanum, à quo Troiani descendunt. Expectate solo Laurenti.) Dat affectum etiam locis: ut, Ipse te Tityre pinus, Ipsi te fontes, Ipsa hæc arbusta uocabant. Hic tibi certa domus.) Quod superius ab Apolline popòscerat, hoc nunc indicat Tyberis: ut, Da propriam Thymbræe domum, da mœnia fessis. Tumor omnis & iræ Concessere deûm.) Aliqua hemistichia in Vergilio tam sunt imminuta sensu, quàm uerbis, ut ecce hoc loco. nanq́ non possumus intelligere quieuisse omnem tumorem & iram deorum, quum & adhuc inimica sit Iuno, et ad Troianorum perniciem addantur aliqua alia numina, ut furia, ut Iuturna. unde quidam mirè conclusit hunc uersum, dicens, Concessere deum profugis noua mœnia Teucris. Quid si ita acceperimus, ut dicat, Teucros constituere ciuitatem nec ea numina quæ sunt irata, uetant: nihil erit contrarium. nam & ipsa Iuno hoc dicit, Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis, Atque immota manet fatis Lauinia coniux. Hic autem sensus etiam si detrahas subauditionem, potest accipi à superioribus, ut sit, Tumor omnis & iræ Concessere deum: ut, Hic tibi sit certa domus, certi penates. Littoreis ilicibus.) Licet possimus de fluuio etiā Littus dicere, ponit tamen discretionem, ut Sub ilicibus: paulo pòst, Viridiq́ in littore conspicitur sus. Hanc autem porcam (ut diximus) secum habuere Troiani, quam amissam in

Campania inuenere cum fœtu circa Laurentum agrũ. quam ideo Aeneas immolauit Iunoni, quia ipsa dicitur terra: ut, Coniugis in gremium lætæ descendit. Scimus autem hoc animal inimicũ esse frugibus: ut caprũ uitibus, qui Libero immolatur. Enixa iacebit.) *Participio utens, tangit historiam.* Solo recubans.) *solo uidetur abundare.* Ex quo.) *qua ratiocinatione.* Quod instat.) *Cura enim Aeneæ præsentis fuerat necessitatis.*

Triginta capitum fœtus enixa iacebit,
Alba solo recubans, albi circum ubera nati.
Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum:
Ex quo ter denis urbem redeuntibus annis
Ascanius clari condet cognominis Albam.
Haud incerta cano. nunc qua ratione quod instat
Expedias uictor, paucis (aduerte) docebo.
Arcades his oris, genus à Palante profectum,
Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti
Delegere locum, & posuere in montibus urbem,
Palantis proaui de nomine Palanteum.
Hi bellum assiduè ducunt cum gente Latina.
Hos castris adhibe socios, & fœdera iunge.
Ipse ego te ripis, & recto flumine ducam,
Aduersum remis superes subuectus ut amnem.
Surge age nate dea, primisq́ cadentibus astris
Iunoni fer ritè preces, irasq́, minasq́

Arcades his oris, genus à Palante profectũ.) *Euãder Arcas fuit, nepos Palãtis regis Arcadiæ. Hic autẽ, cum patrem suũ occidisset, suadẽte matre Nicostrata, quæ etiam Carmentis dicta est, quia carminib. uaticinabatur: dimissa prouincia sua, uenit ad Italiã, & pulsis Aboriginibus, tenuit loca in quibus nunc Roma est, & modicum oppidum fundauit in monte Palatino. hic autẽ Palatinus mons secũdum Vergiliũ, à Palante auo Euandri est dictus: secundum Varronem & alios, à filia Euandri Palantia, ab Hercule uitiata, & postea illic sepulta: uel certè à Palante eius filio illic sepulto. alij à balatu ouium Balanteum uolunt dictum, exinde per antistœchon Palanteum dictum. sed si à balatu hoc nomen uenerit, pa breuis est, sicut eam Martialis ponit plerunq;: si autẽ à Palante, pa longa sit, ut eam ponit ubiq; Vergilius secundũ suam opinionem.* Genus à Palante profectum.) *Profectum ad has oras genus à Palante, non à Palante profectũ.* In montibus.) *ut diximus suprà, in minoribus illis colliculis.* Palantis proaui.) *Confundit nomina, ut plerunq; solet. nam auus fuit: sicut & illud dixit, Lucorũ sorte parentis Pilumni Turnus. & alibi, Pilumnusq; illi quartus pater.* Bellum assidue ducunt cum gente Latina.) *Ducunt, aut gerunt, aut in longũ trahunt. & bene præstandorum auxiliorum exprimit causam, ne magis Turno, quasi Græco, fauere credãtur.* Fœdera iunge.) *Legitur & Fœdere.*

Recto flumine ducã.) *recto fluminis itinere. & sic dixit, ut Tunc se ad Caietæ recto fert littore portum: hoc est, à littore non recedens. Sicut ergo nunc, à littore fluuij non recedentem significat. Est & alia expositio, ut Recto flumine, edomito, frenato, & in tranquillitatẽ redacto intelligamus: quod etiã fecit, ut Mitis ut in morem stagni placidæq; paludis. ut sit Recto, præteriti temporis participiũ.* Iunoni fer ritè preces.) *sicut etiã Helenus monuit.*

Mihi uictor

Mihi uictor honorem Perſolues.) Bene adimit ei bellicam curam, promittendo uoti fore compotem. *Stringentem ripas.*) radentem, imminuentem. nam eſt Tyberini fluuij proprium, adeò ut ab antiquis Rumon dictus ſit, quaſi ripas ruminãs & exedens. etiam in ſacris Serra dicebatur: unde ait nunc, Et pinguia culta ſecantẽ. In aliqua etiam urbis parte Terentum dicitur, eo quòd ripas terat. *Cæruleus Tybris.*) altus, profundus. *Cælo gratiſſimus.*) pro his qui in cælo ſunt. *Hic mihi magna dom.*) ſcilicet circa exitũ ſuum. alij Romã dicunt Tyberini eſſe domicilium. *Celſis caput urb. exit.*) De Thuſcia, quã illis conſtat multum floruiſſe tẽporibus. nam & Lucumones reges habebat, & maximam Italiæ ſuperauerat partem. *Nox Aeneam, ſomnusq; reliqt.*) ut, Feſſos uentus cum ſole reliquit. *Vndam de flumine palmis Suſtulit.*) Quia dicitur etiam nox ſolo ſomno polluere: unde eſt, Et noctem flumine purgat. Secretior etiam ratio eſt, quia ſacrificaturus ſuperis de uiuo hauſit flumine. *Nymphæ.*) Hic diſtinguendum eſt, ut generalitatem ſequatur ſpecialitas: ut in Georgicis, Mater Cyrene mater. nam uitioſum eſt, poſt ſpeciẽ genus inferre. *Genus amnibus unde eſt.*) Quidã hic hypallagen putãt, ut ſit: Nymphæ, quæ ab amnibus genus habetis. Sanè cum Vnde hodie ad locũ referamus, ueteres & perſonis applicabant, ita ut ad omne genus, & ad omnem numerum referrent: ut hoc loco genus fœmininum & pluralem numerum poſuit, quum alibi maſculinum & ſingularem numerũ poſuerit, Genus unde Latinum: quod plenius in initio primi libri Aeneidos dictũ eſt. *Tu ò genitor cum flumine.*) Sic enim inuocabatur in precibus, Adeſto Tyberine cum tuis undis. Tybrim uerò alij à rege Aboriginum uolunt dictum, qui iuxtà dimicans interemptus eſt. alij ab eo rege, quem Glaucus Minois filius in Italia interemit. alij, inter quos & Liuius, ab Albano rege, qui in eum cecidit. *Arcete periclis.*) Hypallage eſt, pro à me prohibete pericula. *Quo te cunq; tenet lacus.*) Lacus eſt quoddam adhuc latentis aquæ receptaculum, & dictus quaſi lacuna quædam, ex qua erumpens aqua efficit fontem: qui quum fluere cœpit, alueum facit. unde iſta tria dixit, alueum, fontem, lacum: hoc enim eſt, Quocunque ſolo pulcherrimus exis. quanquàm multi hoc uerſu eius ſuperfuſionem uelint ſignificari. Ideo autem hoc dixit Aeneas, quia audierat: Hic mihi magna domus, celſis caput urbibus exit.

Supplicibus ſupera uotis: mihi uictor honorem
Perſolues: ego ſum pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas, & pinguia culta ſecantem
Cæruleus Tybris, cælo gratiſſimus amnis.
Hic mihi magna domus, celſis caput urbib. exit.
Dixit, deinde lacu fluuius ſe condidit alto,
Ima petens: nox Aeneam, ſomnusq; reliquit.
Surgit, & ætherei ſpectans orientia ſolis
Lumina, ritè cauis undam de flumine palmis
Suſtulit, ac taleis effudit ad æthera uoces.
Nymphæ Laurẽtes, nymphę genus amnib. unde
Tuq; ò Tybri, tu ò genitor cũ flumine ſancto, (eſt:
Accipite Aeneam, & tandem arcete periclis.
Quo te cunq; lacus miſerantem incõmoda noſtra
Fonte tenet, quocunq; ſolò pulcherrimus exis,

Semper honore meo, ſemper celebrabere donis,
Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarũ.
Adſis o tandem, & propius tua nomina firmes.
Sic memorat, geminasq́ legit de claſſe biremes,
Remigioq́ aptat, ſocios ſimul inſtruit armis.
Ecce autem ſubitũ, atq́ oculis mirabile monſtrũ
Candida per ſyluam cum fœtu concolor albo
Procubuit, uiridiq́ in littore conſpicitur ſus.
Quam pius Aeneas tibi enim, tibi maxima Iuno
Mactat, ſacra ferens, & cum grege ſiſtit ad aram.
Tybris ea fluuiũ, quàm longa eſt, nocte tumentẽ
Leniit, & tacita refluens ita ſubſtitit unda,
Mitis ut in morem ſtagni, placidæq́ paludis
Sterneret æquor aquis, remo ut luctamen abeſſet.

*Semper honore meo.) Satis Aeneas piè pollicetur, quum Tyberis uerecundè popoſcerit: ait nanq́, Mihi honorem uictor perſolues. Corniger.) Flumina ideo cum cornib. pinguntũr, ſiue quòd mugitũ boum imitatur murmur undarũ, ſiue quòd plerũq́ in cornuũ ſimilitudinẽ curuatas cernimus ripas: unde amnes, quia am, id eſt, circum nant, id eſt, circumfluũt in modum cornuum flexorum. Heſperidum regnator aquarũ.) Bene addit Heſperidum, id eſt, italicarũ. nã Eridanus rex eſt fluminũ Heſperiæ: ut, Fluuiorũ rex Eridanus. Fluuius.) uocatiuus antiquus eſt, q apud maiores in omni forma ſimilis erat nominatiuo: ſed modò aliter eſt in ſecunda tantũ forma. nanq́ ſi propriũ fuerit nomen, & iante us habuerit, ius pdita facit uocatiuũ, ut Terentius, ti: nullo excepto. Si aũt appellatiuũ, in e mittit uocatiuũ, ut pius pie, fluuius fluuie: excepto filius, nam fili facit. Plerũq́ tamẽ poëtæ euphoniæ cauſa antiquitatẽ ſequũtur. addunt & aliqui Deus, qui non dee, ſed deus facit. Et propius.) Et Proprius legitur, & Propius: ſi Proprius, familiarius ſignificat: ut, Et proprius res aſpice noſtras. ſi aũt Propius, citius. Cicero in Verr. Nec quicq̃ eſt propius factum, q̃ ut illud exemplum de Hadriano Syracuſas inferretur. & hoc eſt melius. nam & ſtatim eſt porca conſpecta, & Aeneas non dubitat de fide oraculi, ſed expoſcit celeritatem. Tua numina.) tua oracula & promiſſa. Monſtrum.) Quia ſubito & cum triginta porcellis eſt uiſa. Viridiq́ in littore.) fluuiali ſcilicet. Conſpicitur ſus.) Horat. Et amica luto ſus. Sciendũ tamen, hoc eſſe uitioſum in monoſyllabum finiri uerſum, niſi fortè ipſo monoſyllabo minora explicentur animalia, ut Parturient montes, naſcetur ridiculus mus. gratioſiores enim ſunt iſti uerſus ſecundũ Lucil. Tibi enim.) Vacat Enim, & tantum ad ornatum pertinet. Integrũ eſt ergo Tibi, ut ex iteratione creſcat augmentũ. Teren. O Miſis Miſis. Maxima Iuno.) Quæſitũ eſt, quæ ſit Iuno maxima. nam (ut diximus) uariæ ſunt eius poteſtates, ut Curetis, Lucina, matrona, regina. & dicunt theologi ipſam eſſe matrẽ deûm, quæ Terra dicitur: unde etiã ei porca ſacrificatur. Ergo peritè elegit epithetõ, ut Maxima diceret. Mactat.) Mactatio poſt immolationẽ: unde bono uſus eſt cõpendio. Sanè hyſteron proteron eſt in hoc uerſu: primũ enim cũ grege ſiſtit ad arã, & ſic mactat, id eſt, auget, perficit. Quam longa eſt nocte.) inquantũ longa eſt: ut, Nunc hyemẽ inter ſe luxu q̃ longa fouere. Refluens.) uelut in alueum ſuum recurrens, ut Aeneas cõtra undas pergens, deſcendentis celeritate propemodũ uteretur. Aequor aquis.) ipſius æqualitatem.

Rumore

Rumore secundo.) hoc est, bona fama, cum neminem læderet: aut certè dicit eos ante ue nisse, q̃ fama nunciaret esse uenturos. aut Rumore pro rumone posuit: nam, ut suprà diximus, Rumon est dictus. unde & ficus Ruminalis, ad quam eiecti sunt Remus & Romulus, quæ fuit ubi est nunc Lupercal in circo. hac enim labebatur Tyberis, anteq̃ Vertumnus factis sacrificijs auerteretur: quamuis ficũ Ruminalem alij à Romulo uelint dictã, quasi Romularem. alij à lacte mammantibus dato: nam pars gutturis Ruma dicitur. ergò si fuerit Rumone secũdo, fauente fluuio intelligimus. Labitur uncta uadis abies.) descendentis celeritate prope conscendit. Stati. de disco, Similisq́ cadẽti Crescit in aduersum. Mirantur & undæ.) Laus Troianorum per phantasiã quandã, ex undarũ, uel rumoris admiratione uenientem.

Ergo iter inceptum celerant rumore secundo.
Labitur uncta uadis abies: mirantur & undæ,
Miratur nemus insuetum fulgentia longè
Scuta uirûm fluuio, pictasq́ innare carinas:
Olli remigio noctemq́, diemq́ fatigant.
Et longos superant flexus, uarijsq́ teguntur
Arborib. uirideisq́ secãt placido æquore syluas:
Sol medium cæli conscenderat igneus orbem,
Cum muros, arcemq́ procul, & rara domorum
Tecta uident, quæ nunc Romana potentia cælo
Aequauit: tum res inopes Euander habebat,
Ocyus aduertunt proras, urbiq́ propinquant.
Forte die solennem illo rex Arcas honorem
Amphitryoniadæ magno, diuisq́ ferebat
Ante urbem in luco: Palas huic filius unà,
Vnà omnes iuuenum primi, pauperq́ senatus,

Noctemq́ diemq́ fatigant.) ut, Syluasq́ fatigant: pro, ipsi fatigantur. Superant flexus.) Hic ostendit non esse alueum fluminis rectũ. Varijsq́ teguntur Arboribus.) Hoc est, Hunc inter fluuio Tyberinus amœno. Secant placido æquore syluas.) Ostendit adeò perspicuã fuisse naturã fluminis, ut in eo apparerent imagines nemorum, quas Troianæ naues secabant. Terentianus, Sic est natura fluminis, ut obuias imagines recepiet in lucem suam. Sol mediũ cæli conscenderat igneus.) alterius scilicet diei. Cum muros arcemq́ procul.) Palatinum uidit. nec situm præsentem cõsiderare debemus: tunc enim nullis obstantibus ædificijs, per Lupercal Tyberi (ut diximus) fluente, facilè mons poterat uideri Palatinus. Fortè die solennem illo.) εὐκαίρως, id est, bono omine uictori deo Troianis uenientibus sacra celebrantur. bona etiã usus est œconomia. Amphitryoniadæ magno diuisq́ ferebat.) Amphitryo rex Thebanorum fuit, cuius uxorem Alcmenam Iupiter adamauit: & dum uir eius Oechaliam ciuitatem oppugnaret, de trinoctio facta una nocte cum ea concubuit. quæ post duos edidit filios, unum de Ioue, id est Herculem: alterum de marito, qui Iphiclus appellatus est. Ergo assumpsit epitheton Amphitryoniadæ, satis peritè. nam cuiuis deo sacrificaretur, necesse erat post ipsum etiã reliquos inuocari. Ante urbem.) secundũ antiquum situm: tunc enim ciuitas breuis fuerat. Palas huic filius.) pro, Cum hoc. Iuuenũ primi, pauperq́ senatus.) Totã ostendit ætatẽ; nam per Senatum seniores significãtur. Pauper aũt, aut ad

aut ad numerum rettulit, centū enim sub Romulo fuerunt: aut reuera Pauper, quòd Romani imperij ostenditur parsimonia pro laude tunc habita. Tepidusq́ cruor.) Frustra quidā cruorem pecudum, sanguinem hominū uolunt. nam Iuuenalis ait, Sanguis & à magno ceruix ferienda ministro. Vergilius, Atq; atros siccabat ueste cruores. Celsas uidere rates.) Quia dixit, Geminasq́ legit de classe biremes. Inter opacum adlabi nemus.) Per nemus: ut, Hūc inter fluuio Tyberinus amœno. & est honesta elocutio, ut si dicas: Inter cœnā locutus sum, id est, per cœnā. & melius, dum cœnatur, & in cœnæ tempore: ut inter agendum, id est, dū agis: & inter eundum, id est, dum itur. Tacitis remis.) pro ipsi taciti, hoc est, sine celeusmate. nam Celeusma nauticus est clamor, ad hortandum. Audax quos rūpere Palas Sacra uetat.) ne interruptiōe sacrificij piaculum committeretur. unde etiā in Tertio Helenus, Ne qua inter sanctos igneis in honore deorū Hostilis facies occurrat. Deniq; quum ludi Circenses Apollini celebrarētur, et Annibal nunciatus esset circa portam Collinā urbi ingruere, omnes raptis armis concurrerunt. reuersi postea cum piaculum formidarent, inuenerunt saltantem in circo senem quendam: qui quum interrogatus dixisset, se non interrupisse saltationem, ductū est hoc prouerbium, Salua res est saltante sene. Audacem autem dixit ubiq; Vergil. quotiens uult ostendere uirtutem sine fortuna: unde etiā Turnum audacem uocat. Iuuenes quæ caussa subegit.) Succincta & plena interrogatio, cui per singula respōdet Aeneas. Qui genus.) quo genere. Vnde domo?) de qua ciuitate. An arma?) Tropum fecit, causa metri. nam consequens erat ut diceret, an bellum? Paciferæq; manu ramum prætendit oliuæ.) Ne moram faceret in respōsione. Tela uides inimica Latinis.) Bona conciliatio: nam audierat, Hi bellum assiduè ducunt cum gente Latina. Quos illi bello profugos egere superbo.) sicut & uos. Et mouet conciliationem etiam ex similitudine fortunæ. Ferte hæc.) Hoc ad ramum pertinet. Dicite.) ad uerba. Tanto perculsus nomine Palas.) Dardani scilicet commemoratione. Egredere ò quicunque es.) Hoc ad nomen Aeneæ pertinet: nam esse Troianos audierat.

Thura dabant, tepidusq́ cruor fumabat ad aras,
Vt celsas uidere rates, atq; inter opacum
Adlabi nemus, & tacitis incumbere remis:
Terrentur uisū subito, cunctiq́ relictis
Consurgunt mensis: audax quos rumpere Palas
Sacra uetat, raptoq́ uolat telo obuius ipse.
Et procul è tumulo; iuuenes quæ caussa subegit
Ignotas tentare uias? quò tenditis? inquit.
Qui genus? unde domo? pacē'ne huc fertis, an arma?
Tum pater Aeneas puppi sic fatur ab alta,
Paciferæq; manu ramum prætendit oliuæ:
Troiugenas, ac tela uides inimica Latinis,
Quos illi bello profugos egere superbo.
Euandrum petimus: ferte hæc, & dicite lectos
Dardaniæ uenisse uiros socia arma rogantes.
Obstupuit tanto perculsus nomine Palas:
Egredere ò quicunq; es, ait, coramq́ parentem
Alloquere, ac nostris succede penatibus hospes.

Dextramq; amplexus inhæsit.) Ostendit uirū & uirtutis & hospitalitatis amatorē. Subeunt luco.) *More antiquo datiuo iūxit, cum alibi iuxta usum præsentem cōiunxerit, ut Aeneæ subijt mucronē, fluuiūq; relinquūt. Est aūt hypallage in sensu: nam primū est fluuiū relinquere, demū lucum subire.* Optime graiugenûm.) *quātum ad Aeneam pertinet, Græci neq; boni neq; meliores sunt. ergo* Optime graiugenûm, *suplatiuus est pro posito: nā optimus malorū nō possumus dicere. superlatiuus enī suo tantum iungitur generi. sic ergo dixit, ut* Homer. δικαιότατος κενταύρων, *id est, iustissimus centaurorū, p iustus: quū cētauri fuerint crudeles & impij.*

Excepitq; manu, dextramq; amplexus inhęsit.
Progressi subeunt luco, fluuiumq; relinquunt.
Tum regem Aeneas dictis affatur amicis:
Optime graiugenûm, cui me fortuna precari,
Et uitta comptos uoluit prætendere ramos.
Nō equidē extimui Danaûm qđ ductor, & Arcas,
Quodq; à stirpe fores geminis cōiunctus Atridis:
Sed mea me uirtus, & sancta oracula diuûm

Cui me fortuna precari.) *Antiquū est: nam modo* Quem precari *dicimus.* Terent. *Credo qui mihi sic oret. Item,* Facite ut uobis decet. Sallust. *Locū editiorē quàm uictoribus decebat. & est græcum,* ἔοικεν ἀπάντων. Vitta cōptos ramos.) *ut in pacis petitione ramus oliuæ cū uittis offeratur, partim fabulæ, partim naturæ efficit ratio. nam cum de nomine* Athenarū Neptūnus & Minerua *cōtenderent, & iussisset* Iuppiter, *ut illius nomine diceretur ciuitas qui munus melius obtulisset, equū* Neptunnus, *oliuam* Minerua *protulit, & statim uicit: unde quum ramus eius alicui offertur, indicat eum esse meliorem. hinc est illud prouerbium,* Herbam do: *id est, cedo uictoriam. quod* Varro *in* Aetijs *ponit, quū in agonibus herbam in modum palmæ dat aliquis ei, cum quo contendere non conatur, & fatetur esse meliorem. est etiam oliua per etymologiam ab* elea, *id est, olea dicta, quæ misericordia dicitur, id est,* ἔλεος. *uittas autem habet ramus oliuæ, ideo ut inertiā & imbecillitatē ostendat offerētis.* Scimus *enim oues egere alieno semper auxilio.* Voluit.) Hinc *eum laudat, quod tantus eum uir rogare cōpellitur.* Danaûm quod ductor, & Arcas.) Nec *quod multitudinē haberes extimui, nec quod esses* Arcas: *ut illuc hoc tendat, id est,* Agamemnoni & Menelao *cōiunctus. & hoc ad* Euandri *laudem pertinet, qui per qualitatem morum meruit nō timeri.* Fores.) *profuisses: sed notandū* Fores *p præterito.* Geminis cōiunctus Atridis.) *Aliter gemini, uno partu editi.* Quæritur *sanè, quare* Euāder *Atridis genere fuit cōiunctus: quāuis* Hesiodus *dicat, qualiter* Atridis *cōiūctus sit* Euāder, *tamē quidā* Thyestæ *filias* Ledā & Hypermnestrā *aiunt fuisse:* Ledæ & Tyndari *filias,* Clytemnestrā, Helenā, *et* Timandrā, *quā duxit uxorē* Echimus Arcas, *cuius filius* Euander. Clytēnestram & Helenā *notū est* Agamēnoni & Menelao *cōiūctas fuisse.* Alij *tradūt* Steropes & Atlātis Aenomaū & Maiā *fuisse,* Oenomai Hippodamiā *filiā, unde* Atreus *natus.* At Maiæ *filius* Mercurius, *ex quo* Arcades, *de qbus* Euāder: *qđ* Actius *in* Atreo *plenius refert.* Alij *narrāt ita:* Atlas *cōplures habuit filios, sed de uno* Pelopē *genuit,* Pelops *genuit* Atreū, Atreus Agamēnonē & Menelaū, Mercuriū *deinde ex* Nicostrata. *quare* Euādri Mercuriū Maia *filia* Atlātis, *sic* Euāder *Atridis cōiūctus est.* Troianis *aūt sic iūgitur: ex* Electra Atlātis *filia et* Ioue Dardanus *nascitur, eius filius* Erichthonius, *ex eo* Assaracus, *ex eo* Capys, *illo* Anchises, *ex illo* Aeneas. Mea

me uirtus.) Hæc arrogatio ad honorē Euandri pertinet. Sancta oracula diuûm.) Tyberini scilicet, uel Apollinis: ut, Via prima salutis, Quod minime reris Graia pādetur ab urbe.

Dedita fama.) Diuulgata: ut, Deditur hic subito Troiana per agmina rumor. Fatis egere uolentem.) quod uoluntas fuerat, egit necessitas fati. Dardanus Iliacæ primus pater urbis, & autor.) Reddit quod ait suprà, Cognatiq; patres. Sanè sciendū Atlātes tres fuisse: unum Maurum, qui est maximus: alterū Italicum patrē Electræ, unde natus est Dardanus: tertium Arcadicum patrem Maiæ, unde natus est Mercurius. sed nūc ex nominū similitudine fecit errorē, et dicit Electram & Maiam filias fuisse Atlantis Maximi. nec præter rationē ait & Maximus, & Atlas idē generat: nā & ipse habuit etiā horū nominū filias, id est, Electrā et Maiam. Vt Graij p.) ut uestræ cōtinēt literæ. Cādida Maia.) splēdidior enim est Maia inter Pleiadas, quæ est una de Atlātidibus, id est, de Pleiadibus. Cyllene.) mons Arcadiæ, ubi Maia Mercuriū est enixa. Fudit autem non iniuriose dictum est: ut in Pisonem, Quæ te belua nō hominem ex utero fudit. sed celeritatem parientis ostendit, quod infantibus dicitur omen felicitatis afferre. spectat etiam ad rationem physicam: nam celer est ubiq; Mercurius, ut diximus suprà, ideo dicit eum in ortu fuisse uelocem. Tentamēta tui pepigi.) Cum nullo autem pactus sum, ut te aut per artem aliquam, aut per legatos probarem, sed intrepidum me tibi commisi. Tentamenta pepigi, experimenta pactus sum: nam geminū est hoc præteritū, ab eo quod est paciscor. facit enim & pepigi, & pactus sum: sicut placeo, & placui, & placitus sum. pago enim, unde multi uolunt uenire pepigi, nusquam lectum est.

Gens eadem quæ te.) Sic agit, ut & ipse præstare uideatur. nam & suprà ait, Socia arma rogantes. Daunia.) Rutula, à Dauno. Crudeli bello.) Suprà, Bello profugos egere superbo. Nihil absore.) sibi absuturum nihil arbitrantur. Accipe daq; fidem.) Hoc est quod ait in Decimo, Humanis quæ sit fiducia rebus. Rebus spectata iuuentus.)

Cognatiq; patres, tua terris dedita fama,
Coniunxere tibi, & fatis egere uolentem.
Dardanus Iliacæ primus pater urbis, & autor,
Electra (ut Graij perhibent) Atlantide cretus
Aduehitur Teucros, Electram maximus Atlas
Edidit, æthereos humero qui sustinet orbes.
Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllene gelido conceptum in uertice fudit.
At Maiam (auditis si quicquam credimus) Atlas,
Idem Atlas generat, cœli qui sidera tollit:
Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.
His fretus, non legatos, neq; prima per artem
Tentamenta tui pepigi: me me ipse, meumq;
Obieci caput, & supplex ad limina ueni.
Gens eadem, quę te crudeli Daunia bello
Insequitur, nos si pellant, nihil abfore credunt
Quin omnē Hesperiā penitus sua sub iuga mittāt,
Et mare quod suprà teneant, quodq; alluit infrà.
Accipe, daq; fidem: sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi, & rebus spectata iuuentus.
Dixerat Aeneas: ille os, oculosq; loquentis

decemali

decēnali prælio. & bene promissionē cōfirmat rebus & testimonijs, quæ est inualida uerbis. Totum lustrabat lumine corpus.) paterna in eo liniamēta cognoscens. Pauca refert.) non pauca, sed paucis, id est, breuiter. hoc uult dicere: multa eū dixisse, sed paucis. Agnoscoq́ libens.) Postq̄ probauit ex habitu corporis, uera esse quæ dicebat Aeneas, ꝑ Anchisen eū laudat, adulatione deposita. Sanè inter agnosco & cognosco supfluò quidā uolūt facere discretionē, ut cognoscamus nouos, agnoscamus antiquos. sed hæc à poētis metri necessitate uariātur. nam agnosco ꝑpter synalœphen dixit. Hesionæ uisentē reg. sororis.) Vt diximus suprà, Hercules euersa Troia Hesionē Laomedōtis filiā Telamoni suo comiti dedit, ex qua natus est Teucer. Priamus postea quū Salamina tenderet ad uisendum regnū sororis, per Arcadiā iter fecit: & tūc ab Euandro susceptus est Anchises. Visentem regna.) uidere cupientem. Protinus.) uno eodemq́ tempore: hoc est, dum pergit, uidit Arcadiā: nam possumus simul intelligere, quū Salamina insula sit, Arcadia in continenti. Mirabarq́ duces Teucros.) Hos laudat, quo melior sit ille quem præfert. Iuuenili ardebat.) Inest enim iuuenibus studium acquirendarū amicitiarū. Horat. Animusq́ uirilis Quærit opes & amicitias. Phenei.) oppidi Arcadiæ. Homerus: οἳ φένεόν τ' ἐνέμοντο, καὶ ὀρχομενὸν πολύμηλον. Nec nos debet mouere, quod Euander de Palanteo sic dicit, Phenei sub mœnia: quū sciamus poētas uicinas omnes pro una habere ciuitates: sicut de Didone facit, quā nonnunq̄ Tyriā, aliquoties Sidoniā uocat. Ille mihi insig. phar.) Ius hospitij habet inter se remunerationē, sed uerecūde tacet Euāder de muneribus suis. Auro dedit intertextā.) Legitur & intertexto. Frenaq́ bina meus.) Poēticè: nam duo debuit dicere. Bina enim secundū Cicer. nō dicitur, nisi de his quæ sunt numeri tantū plur. nā Cic. culpat filiū per epistolā dicēs, male eū dixisse, Direxi literas duas. quū literæ quoties epistolā significāt, numeri tantū plur. sint: cōtrà epistolas binas nō dicimus, sed duas. Iūcta est mi. fœd. dextra.) antiquis amicitijs, per Anchisæ hospitiū. Quādo huc uenistis amici.) siquidem

Iamdudum & totum lustrabat lumine corpus.
Tum sic pauca refert: ut te fortissime Teucrûm
Accipio, agnoscoq́ libens, ut uerba parentis
Et uocem Anchisæ magni, uultumq́ recordor.
Nam memini Hesionæ uisentem regna sororis
Laomedontiaden Priamum, Salamina petētem,
Protinus Arcadiæ gelidos inuisere fines.
Tum mihi prima genas uestibat flore iuuenta,
Mirabarq́ duces Teucros, mirabar & ipsum
Laomedontiaden, sed cunctis altior ibat
Anchises, mihi mens iuuenili ardebat amore,
Compellare uirum, & dextræ coniungere dextrā:
Accessi, & cupidus Phenei sub mœnia duxi.
Ille mihi insignem pharetram, Lyciasq́ sagittas
Discedens, chlamydemq́ auro dedit intertextā,
Frenaq́ bina, meus quę nunc habet aurea Palas,
Ergo & quā petitis, iūcta est mihi fœdere dextra.
Et lux cum primum terris se crastina reddet,
Auxilio lętos dimittam, opibusq́ iuuabo.
Interea sacra hæc, quando huc uenistis amici

amici iam uenistis: extraneos enim ad sacra nō licebat adhibere. hos autē adhibet ad sacra, quasi antiquis iunctos amicitijs: unde infert, Et iam nunc sociorū assuescite mensis. Annua quæ differre nefas.) anniuersaria sacrificia ideo non differuntur, quia nec iterari possunt: nam calendaria si qua fuerint ratione dilata, possunt repeti, nec piaculum eorū intermissione cōmittitur. Dapes.) epulæ deorū proprie, ut Iouis cœna. Sedili.) Bene Sedili: nā in tēplo Herculis lectisterniū esse non licebat. Accipit.) aut suscipit ad sedendum, aut pascit: ut, Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Torū autē herbarū super soliū fuisse intelligamus, ne sit sedili cōtrariū. Cōgrue aūt dicit de leonis pelle esse coopertū, quasi in Herculis sacris.

Annua, quæ differre nefas, celebrate fauentes
Nobiscum, & iam nunc sociorū assuescite mensis.
Hæc ubi dicta, dapes iubet & sublata reponi
Pocula, gramineoq́ue uiros locat ipse sedili,
Præcipuumq́ue toro & uillosi pelle leonis
Accipit Aeneam, solioq́ue inuitat acerno.
Tum lecti iuuenes certatim, aræq́ue sacerdos
Viscera tosta ferūt taurorum, onerantq́ue canistris
Dona laboratæ Cereris, Bacchumq́ue ministrant.
Vescitur Aeneas simul, & Troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.
Postq̄ exempta fames, & amor compressus edēdi,
Rex Euandrus ait: non hæc solennia nobis,
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram
Vana superstitio ueterúm ue ignara deorum

Tū lecti iuuenes.) Non uacat Lecti. in sacris enim Herculis liberi, nec serui intererāt, nec liberti: adeò ut Appius, qui sacra hæc trāstulit in libertos, & caruerit oculis, & intra annū omnem familiam perdiderit Potitiorū. Certatim.) id est, studiose. Aræq́ue.) Maximæ scilicet: nondū enim templum Herculis fuerat, sed ara tantummodo, quam Maximā dicit ex magnitudine fabricæ. Laboratæ Cereris.) quæ eget laboris: ut, Mox & frumentis labor additus ut mala culmos Esset rubigo. glandes enim sine ullo labore nascuntur. Perpetui tergo bouis.) Aut secundum Homerum intelligendum, qui dicit carnes dorsi apponi solitas honorabilioribus: ut sit sensus talis, Apposuit ante eos magni bouis carnes eas, quæ apud maiores in honore fuerunt. aut reuera perpetui: nam de hoc boue immolato Herculi carnes carius uendebantur, causa religionis, & inde alter redimebatur, qui ex illius precio cōparatus, quasi perpetuus esse uidebatur. Tergo autē, potest à parte totum intelligi. Lustralibus.) aut pinguibus: moris enim fuerat completo lustro pingues uictimas offerre censores. aut certe de quinquennali boue, id est, perfectæ ætatis: nam Homer. dixit, τοῖσι δὲ βοῦν ἱέρευσεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων ἄρσενα πενταέτηρον ὑπερμενέϊ Κρονίωνι νώτοισιν δ' Αἴαντα διηνεκέεσσι γέραιρεν ἥρως Ἀτρεΐδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο. Postq̄ exēpta fames & amor com. edēdi.) postq̄ necessitati satisfactū est, & uoluptati. Nō hæc.) Variat in uno pronomine, Nō hæc solennia nobis Has ex more dapes, hanc tāti numinis arā. Superstitio.) est timor superfluus & delirus: aut ab aniculis dicta superstitio, quæ multis superstites per ætatē delirāt & stultæ sunt. aut secundū Lucret. Superstitio est superstantiū rerum, id est, cœlestiū & diuinarū,

quæ

quæ super nos stant, inanis & superfluus timor. Veterúmue ignara deorũ.) Duo dicit: nõ ideo Herculem colimus, aut quia omnẽ religionẽ uerã putamus, aut quia deos ignoramus antiquos. Cautũ enim fuerat, & apud Athenienses, & apud Romanos, ne quis nouas introduceret religiones: nam ideo & Socrates damnatus est, in Chaldæi & Iudæi sunt urbe depulsi. Nouamus honores.) detraxit Re. nam renouamus debuit dicere, quã particulũ alibi addidit: ut, Fata renarrabat diuûm.

Imposuit, sæuis hospes Troiane periclis
Seruati facimus, meritosq́ nouamus honores.
Iam primũ saxis suspensam hanc aspice rupem.
Disiectæ procul ut moles, desertaq́ montis
Stat domus, & scopuli ingentem traxere ruinam.
Hic spelunca fuit uasto summota recessu
Semihominis Caci facies, quam dira tenebat
Solis inaccessam radijs, semperq́ recenti
Cæde tepebat humus, foribusq́ affixa superbis
Ora uirûm tristi pendebant pallida tabo.
Huic monstro Vulcanus erat pater, illius atros
Ore uomens igneis, magna se mole ferebat.
Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium, aduentumq́ dei: nam maximus ultor
Tergemini nece Geryonis, spolijsq́ superbus
Alcides aderat, taurosq́ hac uictor agebat
Ingenteis, uallemq́ boues, amnemq́ tenebant.
At furijs Caci mens effera, nequid inausum,
Aut intentatum sceleris ue, doli ue fuisset,
Quatuor à stabulis præstanti corpore tauros

Suspẽsam hãc aspice rupem.) Cacus secundũ fabulã Vulcani filius fuit, ore ignem ac fumũ uomẽs, q uicina oĩa populabatur. Veritas tamẽ secũdum philologos & historicos hoc habet: hũc fuisse Euandri nequissimum seruũ ac furem. nouimus autem malũ à Græcis κακὸν dici, quẽ ita Arcades illo appellabãt tẽpore: postea trãslato accẽtu Cacus dictus, ut ἑλένη Helena. Ignẽ aũt dictus est uomere, q agros igne populabatur. hunc soror sua eiusdẽ nominis prodidit: unde etiã sacellũ meruit, in quo ei per uirgines Vestæ sacrificabatur. Suspensam rupẽ.) quasi iam iamq́ lapsurã. Semihominis.) feritate corrupti. Inaccessam.) Participiũ sine uerbi origine: accedor enĩ nõ dicimus. sed tale est, ut placida, nupta, triũphata. Huic mõstro.) Bene uitauit casum, in quo erat turpis significatione, si diceret huic Caco, cacophoniã faceret. Et nobis.) sicut multis qbus Hercules profuit monstra purgãdo. Aetas.) beneficiũ tẽporis: ut, Voluẽda dies en attulit ultro. Maximus ultro.) non tantũ nostri, sed & omnium: unde Lucan. Terras monstris æquorq́ leuantem Magnanimũ Alciden Libycas exciuit in oras. Tergemini nece Geryonis.) Hanc fabulam diximus illo loco: Postquã Laurentia uictor Geryone extincto Tirynthius attigit arua. Spolijsq́ superbus.) Atqui boues abduxerat: sed spolium est, quicquid de hostibus tollitur: ut, Addit equos & tela quibus spoliauerat hostẽ. Item, Postquam illum uita uictor spoliauit Achilles. At furijs Caci mens.) Pro ingenti scelere furis nomen posuit: capitale enim crimen apud maiores fuerat, ante pœnam quadrupli.

Auertit,totidem forma ſuperante iuuencas:
Atq; hos,nequa forent pedibus ueſtigia rectis
Cauda in ſpeluncam tractos,uerſisq; uiarum
Indicijs,raptos ſaxo occultabat opaco.
Quærentem nulla ad ſpeluncam ſigna ferebant.
Interea cum iam ſtabulis ſaturata moueret
Amphitryoniades armenta,abitumq; pararet,
Diſceſſu mugire boues,atq; omne querelis
Impleri nemus,& colles clamore relinqui.
Reddidit una boum uocem,uaſtoq; ſub antro
Mugijt.& Caci ſpem cuſtodita fefellit.
Hic uero Alcidæ furijs exarſerat atro
Felle dolor;rapit arma manu,nodisq; grauatū
Robur,& aërij curſu petit ardua montis.
Tum primum noſtri Cacum uidere timentem,
Turbatumq; oculis:fugit ilicet ocyor Euro,
Speluncamq; petit,pedibus timor addidit alas.
Vt ſeſe incluſit,ruptisq; immane catenis
Deiecit ſaxum ferro,quod & arte paterna
Pendebat,fultosq; emunijt obijce poſtes:
Ecce furens animis aderat Tirynthius,omnemq;

Auertit.) Erat proprium Abegit,ſed reſpexit ad prædam,quæ auerti dicitur: ut, Raptas ad littora uertere prædas. Atq; hos.) Quoties maſculinū & fœmininū iungūtur,hæc diſciplina eſt,ut etiā ſi poſterius eſt fœmininū,maſculino reſpōdeamus. Verſisq; uiarū indicijs.)id eſt,cōtra naturā inijcientibus errorē. Indicijs.) Ipſa,inquit,decipiebāt indicia, quæ indicare cōſueuerūt:nā indiciū ab indicādo nomē accepit. Querelis im. ne.) Nō ut multi dicūt,quia cōſortes pdiderāt,ſed quia uellebantur à paſcuis.inſita eſt enim bobus auiditas edendi: unde eſt in Bucolicis, Ite domū ſaturi,ſi qs pudor, ite iuuenci. Et colles clamore relin.) cū clamore:ut, Atque Ixionis uento rota conſtitit orbis,id eſt, cū uēto. & hoc eſt melius:nam multi dicūt Relinquuntur colles etiā à clamore,hoc eſt,tantū receſſerant à collibus boues, ut nec Echò reſultaret,ſcilicet ad colles iam clamore non perueniente. quod nō procedit, quia hoc ſenſu illud excluditur,Reddidit una boum uocem. Si enim tam longe fuerant, ut nulla ratione recedentium boum mugitus colles derelictos feriret, quemadmodum incluſi bouis clamor eſt auditus ab Hercule? Mugijt.) more ſuo, pro mugiuit: ut, Audijt & Triuiæ longe lacus. Atro felle dolor.) quo ita iraſcimur ſecundum phyſicos,'ut ſplene ridemus.Perſius,Sed ſum petulanti ſplene cachinno. Rapit arma manu.) ſagittas. & non uacat Que: nam ſi armorum epexegeſis eſt Nodis grauatum robur,uacat Que. Grauatum autem,pro graue ponit: nam graue eſt per naturam ponderoſum,grauatum quod oneratur extrinſecus. Turbatumq; oculis.) ea parte turbatum, quæ perditrix eſt mentis. Alij Oculi legunt,& accipiunt à ſuperioribus,Videre turbatum oculis. Arte paterna.) Perſeuerat in fabula. Emunijt.) ſicut mugijt. Obijce poſtes.) hanc obicem dicimus:ut, Ecce maris magna claudit nos obijce pontus. Dubitant enim multi utrum maſculinum ſit an fœmininum. Tirynthius.) à Tyrintha,in qua nutritus eſt, ciuitate:ut ſuprà diximus.

Auentini

Auentini mõtem.) ut, fontem Timaui, Buthroti urbem: id est, Auentinũ montem. Ter fessus ualle resedit.) egens cõsilij. Sallust. Fessus in Pamphiliam se receperat. nam corpore fatigatum dicimus, animo uero fessum: quamuis hoc sæpe confundat autoritas. Stabat acuta silex.) Penè omnes hũc silicẽ dixerũt: nam & Varro & Lucretius ita dicũt. Iuuenal.

Accessum lustrans, huc ora ferebat & illuc,
Dentibus infrendens, ter totum feruidus ira
Lustrat Auentini montem, ter saxea tentat
Limina nequicquam, ter fessus ualle resedit.
Stabat acuta silex præcisis undiq; saxis,
Speluncæ dorso insurgens, altissima uisu,
Dirarum nidis domus opportuna uolucrum.
Hanc, ut prona iugo læuũ incũbebat ad amnem,
Dexter in aduersum nitens concussit, & imis
Auulsam soluit radicibus: inde repente
Impulit, impulsu quo maximus insonat æther,
Dissultant ripę, refluitq; exterritus amnis.
At specus, & Caci detecta apparuit ingens
Regia, & umbrosæ penitus patuere cauernæ:
Non secus, ac si qua penitus ui terra dehiscens
Infernas reseret sedes, & regna recludat
Pallida, Dijs inuisa, superq; immane barathrum
Cernatur, trepident immisso lumine manes,
Ergo insperata deprensum in luce repente,
Inclusumq; cauo saxo, atq; insueta rudentem
Desuper Alcides telis premit, omniaq; arma
Aduocat, & ramis, uastisq; molaribus instat.
Ille aũt (neq; enim fuga iam super ulla pericli est)

Silicem qui cõtulit anum. Tãta tamen est Vergilij autoritas, ut persuadeat nobis, etiã hanc silicem dici. Dirarũ uolucrũ.) modo dirarum, nõ mali ominis dicit, ut sunt bubones: sed q̃ humanis cadaueribus uescebãtur. dixit enĩ, Foribusq; affixa superbis Ora uirum tristi pendebant pallida tabo. Cõcussit.) soluit, impulit. satis signatis usus est uerbis. Refluitq; exterritus amnis.) Rem naturæ uertit in fabulam, cũ ruina rupis in se currere nõ possit, et recurrere in se faciat necesse sit impetũ fluminis. Ingens regia.) Regia, sicut Cacus putabat: sic est & illud dictũ, Illa se iactet in aula Aeolus. Penitus pat.) Admissum lumẽ est usq; ad secreta spelũcæ. cauernas aũt, spelũcas per tapinosin dixit. Siqua ui.) Terræ hiatus nõ nisi ex terræ motu fit, qui quoniã aut motu aquæ de inferioribus nascitur, aut crebris tonitribus, aut de cõcauis terris erũpẽtibus uẽtis: ideo ait, Siqua ui. Quod aũt dicit, Infernas reseret sedes: notandũ est etiã de impossibilibus posse fieri cõparationẽ. Dijs inuisa.) superis scilicet. Trepidẽtq; immisso lum. ma.) Lucan. Et subito feriere die. Insueta rudentẽ.) clamantẽ: & abusiuè dictũ est, sicut suprà de leonibus, Et fera sub nocte rudentũ. nam rudere proprie asinorũ est. Persius, Findor ut Arcadiæ pecuaria rudere credas. Telis premit.) omne quod iaci potest, telum uocatur, dictũ ἀπὸ τ̃ τηλόθεν. unde, Omniaq; arma aduocat, addidit. Molaribus.) asperrimis saxis, nõ unde molæ fiunt. & secundũ Hom. dixit; χέρσι δ' ἀμφ' ἄλλοι αὐτ' ἐμβαλόμενοι μυλάκεσσι.

Per ignem.) per eam rem, unde ille sperabat auxilium. Incendia uana.) *quantum ad Herculem pertinet.* Angit inhærens Elisos oculos & siccum sanguine guttur.) *Bene di cimus: nam angit oculos nõ procedit. ergo Angit, ad unam rem pertinet: ut, Disce puer uirtutem ex me uerumq́ laborem, Fortunam ex alijs. nam fortuna nõ discitur. Vnde multi Elidens legunt, & integer sensus est: nam Elisos σολοικοφάνες facit, id est, figurã, quæ masculinum & neutrũ, uel accusatiuũ cum nominat. iũgit: ut sit, Ita angit guttur, & elisos oculos facit.* Siccũ sanguine.) *Per hoc iam exanime cadauer ostẽdit.* Abiurataq́ rapinæ.) *Abiurare est rem creditam negare periurio. Plaut. in Curcul. Qui abiurant si quid creditũ est. Sed hoc isti loco non congruit: unde modo Abiuratas rapinas, cõtra ius detẽtas intelligamus.* Informe cad.) *magnũ: & cadauer est corpus nondum sepultũ, quod careat honore sepulturæ.*

Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
Euomit, inuoluitq́ domum caligine cæca
Prospectũ eripiens oculis, glomeratq́ sub antro
Fumiferam noctem commixtis igne tenebris.
Non tulit Alcides animis, seq́ ipse per ignem
Præcipiti iecit saltu, quà plurimus undam
Fumus agit, nebulaq́ ingens specus æstuat atra.
Hic Cacum in tenebris incendia uana uomentem
Corripit in nodum complexus, & angit inhærens
Elisos oculos, & siccum sanguine guttur.
Panditur exemplo foribus domus atra reuulsis,
Abstractæq́ boues, abiurateq́ rapinæ
Cœlo ostenduntur, pedibusq́ informe cadauer
Protrahitur, nequeunt expleri corda tuendo
Terribiles oculos, uultum, uillosaq́ setis
Pectora semiferi, atq; extinctos faucibus ignes.
Ex illo celebratus honos, lætiq́ minores
Seruauere diem, primusq́ Potitius autor,
Et domus Herculei custos Pinaria sacri.

Nequeunt expleri corda tuendo.) *non poterant homines uidendo cadauer sua corda satiare, propter odium ex acceptis iniurijs susceptum.* Lætiq́ minores.) *Noue & satis licenter dixit Minores, quũ ab ipso Euandro Herculẽ cõstet esse susceptum, & minores nõ dicamus nisi quoties graduũ deficit nomẽ: ut puta filius, nepos, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos: ubi isti tres gradus defecerũt, merito iam dicimus Minores. sic maiores dicimus etiã post patris, aui, proaui, abaui, atauiq́ uocabulũ. Sed certe est inter nepos et tritauus.* Primusq́ Potitius autor, Et do. Herc. cust. Pin. sa.) *Apud maiores raro aduenæ suscipiebãtur, nisi haberent ius hospitij: incertũ enim erat quo animo uenirent. unde etiam Hercules primo ab Euandro non est susceptus: postea uero cum se & Iouis filium esse dixisset, & morte Caci uirtutem suam probasset, susceptus & pro numine est habitus. deniq; ei ara maxima est cõstituta, quod Herculi Delphicus Apollo in Italia fore prædixerat. quũ ergo de suo armẽto ad sua sacrificia boues dedisset, inuẽti sunt duo senes Pinarius et Potitius, quibus qualiter se coli uellet ostẽdit: scilicet ut mane & uespere ei sacrificaretur. Perfecto itaque matutino sacrificio, quum circa solis occasum essent sacra repetenda, Potitius prior aduenit.*

aduenit: Pinarius postea, extis iam redditis. unde iratus Hercules statuit, ut Pinariorũ familia tantum ministra esset epulantibus Potitijs & complentibus sacra. unde etiã Pinarij dicti sunt, ἀπὸ τῆς πείνης, id est, à fame. nam senem illum Pinariũ constat alio nomine esse nuncupatum. hinc est, quod paulo pòst Potitij tantum facit cõmemorationem: ut, Primusq; Potitius ibat. Quòd autem dicit, Domus Herculei custos Pinaria sacri: non est cõtrarium. nam

Hanc aram luco statuit, quæ Maxima semper
Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper.
Quare agite ò iuuenes, tantarũ in munere laudũ
Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris.
Cõmunemq; uocate deum, & date uina uolentes.
Dixerat, Herculea bicolor cum populus umbra
Velauitq; comas, folijsq; innexa pependit,
Et sacer impleuit dextram scyphus: ocius omnes
In mensam læti libant, diuosq; precantur.
Deuexo interea propior fit uesper olympo.
Iamq; sacerdotes, primusq; Potitius, ibant,
Pellibus in morem cincti, flammasq; gerebant.
Instaurant epulas, & mensæ grata secundæ

Custos est ministra: ut in decimo, At Triuiæ custos iandudũ in mõtibus Opis Alta sedet: id est, ministra. Luco.) Templum enim nondum habuerat Hercules, sed aram tantũmodo, ut diximus suprà. Maxima.) ingens enĩ est ara Herculis, sicut uidemus hodieq;. Porgite dextris.) præbete inuicem pocula. & est Homeri, τοὺς μὲν ἄρα χρυσέοισι κυπέλλοις, οἱ δ' ἀχαιῶν δειδέχατ' ἀλλήλους. Communemq; uocate deum.) Aut quia Argiuus est Hercules, & suprà dixit Aeneas tam Græcos quàm Troianos de uno sanguinis fonte descendere: aut communem deum dixit, utriusq; naturæ medium, id est, inter mortalitatem & diuinitatem. Sunt numina aliqua tantum cælestia, aliqua tantum terrestria, aliqua media, quos deos Apuleius Medioximos uocat. alij communem deum ideo dictum uolunt, quia secundum pontificalem ritum idem est Hercules, qui & Mars: nam stellam unam habere dicuntur. & nouimus Martem communem dici: Cicero, Martemq; deum communem. Vergilius, Ipse & dijs communibus. item paulo pòst Dat Salios Herculi, quos Martis esse dubium non est. Est & alia ratio, Herculem deum communem uocari. nam constat Herculem hominum commodis tutelæq; seruisse. unde Lucanus, Terras monstris æquorq; leuantem Magnanimum Alciden Libycas exciuit in oras.

Herculea bicolor populus.) Herculi consecrata, qui quum ad inferos descendens fatigaretur labore, dicitur de hac arbore corona facta caput uelasse: unde foliorum pars temporibus cohærens & capiti, albuit sudore, pars uerò exterior propter inferorum colorem nigra permansit. Et honestè Pependit populus, id est, corona de populo. Et sacer impleuit dextram scyphus.) Legitur in libris antiquis, Herculem ad Italiam ingens ligneum poculum attulisse, quo utebantur in sacris: quod ne carie consumeretur, pice oblitum conseruabatur. cuius magnitudinem significat dicendo, Impleuit dextram scyphus. Deuexo olympo.) inclinato in noctem cælo. Pellibus in morem cincti, flammasq; gerebant.) Aut in morem Herculis, aut certè sacerdotum. Et mensæ grata secundæ Dona ferũt.) Quia (ut diximus) una pomorum, altera fuit carnis, apud Romanos.

Dona ferunt, cumulantq́; oneratis lancibus aras.
Tum Saliј ad cantus incensa altaria circum
Populeis adsunt euincti tempora ramis.
Hic iuuenum chorus, ille senū, qui carmine laudes
Herculeas, & facta ferunt: ut prima nouercæ
Mōstra manu, geminosq́; premēs eliserit angues:
Vt bello egregias idem disiecerit urbes,
Troiamq́;, Oechaliamq́;: ut duros mille labores
Rege sub Eurystheo, fatis Iunonis iniquæ,
Pertulerit: tu nubigenas inuicte bimembres,
Hylæumq́;, Pholumq́; manu: tu Cressia mactas
Prodigia, & uastum Nemeæ sub rupe leonem.
Te Stygiј tremuere lacus, te ianitor Orci,
Ossa super recubans antro semesa cruento.

Cumulantq́; oneratis lancibus aras.) id est, reddūt exta. Saliј.) qui tripudiantes aras circumibant salientes. Laudes Herculeas & facta.) Senes tantum uoce laudes Herculis exequebantur, iuuenes & gestu corporis eius facta monstrabant. Prima monstra.) Bene Prima: nam & omnia alia Iunonis insidiјs pertulit. Fabula autem hoc habet: Hercules natus est cum Iphiclo, Amphitryonis filio. sed quum Iuno duos serpenteis immisisset Herculi, Iphiclus de cunis terrore lapsus, suo uagitu excitauit parentes: qui quū surrexissent, uiderunt Herculem angētem manibus angues immissos et nouercalibus odiјs. Eliserit.) id est, præfocauerit. Troiamq́;.) Vt suprà diximus, Troiam Hercules euertit, propter negatos sibi à Laomedonte equos, diuino semine procreatos, & Hesionæ nuptias, quam à ceto liberauerat. Sanè Critici frustra culpant Vergilium, quòd præsentibus Troianis Troiæ introduxerit excidium: non respicientes quòd hoc fecit ratio hymnorū, quibus aliquid subtrahere sacrilegiū est. Oechaliāq́.) Eurytus rex Oechaliæ Iolem filiā denegauit Herculi antè promissam, ideo quòd eum fuerat filius dehortatus, dicens ab Hercule & Megarā uxorem, & ex ea filios interemptos, quod factum fuerat Iunonis instinctu: unde iratus Hercules propter nuptias sibi denegatas, euersa ciuitate interemit Eurytum, & Iolem sustulit. Nubigenas.) De Ixione & nube procreatos Centauros, ut diximus suprà.

Hylæumq́;, Pholumq́;.) Hylæum Theseus interemit: Pholus uerò Herculem suscepit hospitio, eo tempore quo ad expugnandos Centauros profectus est. Lucan. Hospes & Alcidæ magni Phole. unde apparet per poëticam licentiam nomina esse pro nominibus posita.

Cressia mactas Prodigia.) Bene ad leonem quem interemit, refertur: nam Cretensem taurum non interemit, sed incolumem ad Eurystheum perduxit. Vno tamen uerbo utrunq́; sæpe concluditur: ut, Disce puer uirtutem ex me uerumq́; laborem, Fortunam ex aliјs. Nemeæ sub rupe.) Nemea sylua est uicina Thebis, in qua Hercules interemit leonem. Nemeæ autē anapæstus est: nam & Ne & Me breues sunt, æ autem longa diphthongo. Interemit & alterum leonē apud Cleonas urbem, cuius pellem gestabat in tutamen: unde Lucanus, ille Cleonæi proiecit terga leonis. Stygiј tremuere lacus.) inferni, quo tempore descendit ad rapiendum Cerberum. Ossa super recubans.) Aut ad terrorem dictum est: aut certè illud est, quod etiam suprà diximus, Cerberum esse terram, quæ corpora sepulta consumit. nam

inde

inde Cerberus dictus est, quasi κρεωβόρος. Alij pueriliter uolunt à Cerbero Amphiarai ossa consumi, qui hiatu terræ secundum Statium uiuus descendit ad inferos. Semesa cruento.) *Semensum non dicimus, nec ensum: nam Esum facit, & Comesum.* Nec te ullæ facies.) *id est, species: more suo.* Ipse Typhoëus.) *Et hoc poëticè. nam si interemit Centauros, quemadmodũ etiam Gigantum interfuit prælio, qui ante innumeros annos fuisse dicuntur?* Non te rationis egentem.) *Liptotes figura: nam minus dixit, & plus intelligimus. hoc enim dicit: prudentissimum te non circumuenit. & est talis figura, qualis,* Munera nec sperno. Lernæus anguis.) *id est, hydra. Præter hæc quæ hoc loco Herculem fecisse commemorauit, alia facta Herculis hæc sunt: Superatus est aper in Erymantho, post Cerberũ. item Stymphalides aues, quæ alumnæ Martis fuisse dicuntur: quæ hoc periculum regionibus irrogabant, quòd quum essent plurimæ, uolantes tantum plumarum stercorumq́ de se emittebant, ut homines & animalia necarent, agros & semina omnia cooperirent. inde ab Augea Eliensium rege rogatus, ouilia, quòd stercore animalium congesto tam suis quàm uicinis regionibus pestilentiã creauerant, immisso Alpheo flumine purgauit, & regionibus salubritate reddita, ipsum regem negata sibi mercede interemit. inde equos Diomedis, qui humanis carnibus uescebantur, abduxit. inde ad Hippolytæ cingulum petendum perrexit, eamq́ ablato cingulo superauit. ad Geryonem autem, sicut iam suprà dictum est, naui ænea nauigauit, tergo leonis uelificans: ibiq́ primum Cautem Mathonæ filium interemit. deinde Eurytiona pastorẽ, Martis filium. nouissimè Geryonem, cuius abduxit armenta. item ad Hesperidas perrexit, & Antæum filium Terræ, uictum luctatione necauit. inde in Aegypto Busyridem, qui aduenientes hospites immolare consueuerat. pòst Prometheum Iouis imperio in Caucaso monte religatum, occisa sagittis aquila, liberauit. Acheloum etiam fluuij deum, qui se propter Deianiram Oenei filiam certando cum Hercule in uarias formas commutabat, mutatum in taurum, auulso ab illo cornu, uictoria cedere compulit. pòst Lycum regem, qui apud inferos se constituto eius uxorem tentauerat, reuersus peremit: propter cuius necem Iuno ei insaniã immisit, ut uxorem necaret & filios. qui pòst recepta sanitate, quum expiationem parricidij ab Apolline petijsset, nec ab eo responsa meruisset, ira concitus, cortinam ipsam & tripodem Apollinis sustulit: ob quod iratus Iuppiter, eum Omphalæ seruire præcepit. Cuius finis humanitatis talis fuit: quum Deianiram coniugem per fluuium, in quo Nessus centaurus transuehebat, etiam Hercules transuehere uellet, ausus est Nessus occultè Deianirã de stupro interpellare. quod Hercules quum cognouisset, Nessum peremit. sed Nessus moriens Deianiram monuit, ut sanguinem suum exceptum seruaret: & siquando aduertisset Herculem altera delectari, sanguine ipso uestem illitam marito daret, per quam uindicari posset. sed Deianira quũ audisset maritũ Iolem Euryti filiam amare, uestem Nessi tinctam sanguine Lycæ seruo dedit ad eũ perferendã. qui quũ Herculi in Oeta occurrisset, manibus uxoris datã tradidit: quã quũ ille Ioui sacrificaturus induisset, tanto corporis ardore correptus est, ut pyrã cõstrui iuberet, donatisq́ Philoctetæ sagittis, peteret ab eo ut cremaretur,*

Nec te ullæ facies, non terruit ipse Typhoëus,
Arduus arma tenens: non te rationis egentem,
Lernæus turba capitum circunstetit anguis.
Salue uera Iouis proles, decus addite Diuis:

ne inueniretur, quo facto inter deos relatus eſt. Vera Iouis proles.) *Nullus enim humano ſanguine procreatus, tanta perficeret.* Dexter adi.) *id eſt, propitius.* Pede ſecũdo.) *id eſt, proſpero omine.* Super omnia Caci.) *id eſt, hoc factum laudant ultra omnia. & ſic eſt dictum, ut eſt,* Et te ſuper omnia dona Vnum oro. *Et bene quantũ ad ipſos pertinet, rem maiorem ſeruauere poſt omnia.* Obſitus æuo.) *ætate inuolutus: ut Terenti.* Annis pannisq; obſitus.

Et nos, & tua dexter adi pede ſacra ſecundo.
Talia carminibus celebrant: ſuper omnia Caci
Speluncam adijciunt, ſpirãtemq; ignibus ipſum.
Conſonat omne nemus ſtrepitu, colleſq; reſultãt.
Exin ſe cuncti diuinis rebus ad urbem
Perfectis referunt: ibat rex obſitus æuo
Et comitem Aeneam iuxtà, natumq; tenebat
Ingrediens, urioq; uiam ſermone leuabat.
Miratur, facileiſq; oculos fert omnia circum
Aeneas, capiturq; locis, & ſingula lætus
Exquirit, auditq; uirûm monumenta priorum.
Tum rex Euandrus Romanæ conditor arcis,
Hęc nemora indigenæ Fauni, nymphęq; tenebãt,
Genſq; uirûm, truncis & duro robore nata:
Queis neq; mos, neq; cult⁹erat: nec iũgere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto.
Sed rami, atq; aſper uictu uenatus alebat.
Primus ab æthereo uenit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis:
Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis

Facilesq; oculos fert omnia circũ.) *Phyſici dicunt, ex uino mobiliores oculos fieri. Plautus,* Faciles oculos habet: *id eſt, mobiles uino.* Capiturq; locis.) *delectatur.* Romanæ conditor arcis.) *cõditor Palantei, ubi nunc Palatium eſt: q̃d non reuera arx eſt, ſed tenet rerũ omnium principatũ.* Hæc nemora indigenæ Fauni.) *inde geniti. & ſciendum ſecundũ Heſiodi theogoniã, primos deos genitos, inde hemitheos, pòſt heroas, inde homines innocentes, ultimo ſceleratos: quem hic nunc ordinẽ ſeruat.* Truncis & duro robore nata.) *Hoc figmentũ ortum ex antiqua hominũ habitatione, qui ante factas domos aut in cauis arboribus, aut ſpeluncis manebant: qui quũ exinde egrederentur, ut ſuam educerent ſobolẽ, dicti ſunt inde procreati.* Neq; cultus erat.) *id eſt, nullã ſui curam habebant.* Componere opes.) *id eſt, reſeruare, ordinare.* Parcere parto.) *De die, inquit, uiuebant, nec in uenta ſeruabant.* Rami atq; aſper uictu uenatus alebat.) *cognato quodãmodo uictu alebantur, aut uenatu montiũ, aut arborum ramis.* Primus ab æthereo uenit Saturn. olympo.) *Hoc dicit ſecundum poëticũ morem. nam Saturnus rex fuit Cretæ, quem Iupiter filius eius bello pepulit. hic fugiens ab Iano ſuſceptus eſt, qui regnabat in Italia: quem quũ docuiſſet uſum uinearum & falcis, in partem eſt admiſſus imperij, & ſibi oppidum fecit, poſtea ſuum repetiuit imperiũ.* Is genus indocile.) *pro Indoctũ. nam Indocile eſt, quod penitus non poteſt diſcere: Indoctum, quod nondũ didicit. Hos autẽ dicit eſſe compoſitos: unde apparet quia indocile dicit, pro indoctũ. Hoc eſt aũt quod dicit Cicero in primo Rhetoricorũ,*

ferros adhuc homines magni cuiusdam uiri oratione compositos. Legesq́ dedit.) Atqui dixit, Haud uinclis nec legibus aequam. sed intelligimus Saturnũ dedisse leges, quibus adeo obtemperauerũt, quũ iam antea per naturam sine legibus uiuerent. Latiumq́ uocari maluit.) Bene Maluit. nam & Saturnia dicta est: ut, Et nomen posuit Saturnia tellus. Et Vergilius Latium uult dici, quòd illic Saturnus latuit. Varro autem Latium dici putat, quòd la-

Composuit, legesq́ dedit, Latiumq́ uocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
Aureaq́ (ut perhibent) illo sub rege fuere
Secula, sic placida populos in pace regebat.
Deterior donec paulatim, ac decolor aetas,
Et belli rabies, & amor successit habendi.
Tum manus Ausonia, & gentes uenere Sicanae
Saepius, & nomen posuit Saturnia tellus.
Tum reges, asperq́ immani corpore Tybris,
A quo post Itali fluuium cognomine Tybrim
Diximus, amisit uerum uetus Albula nomen.
Me pulsum patria, pelagiq́ extrema sequentem
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum

tet Italia inter praecipitia Alpiũ & Apennini. Sic placida populos in pace regebat) Vt merito aurea secula crederẽtur. Decolor aetas.) uitiosa. In omni enĩ uitioso corpore inest pessimus color. & alludit ad naturã metalli, quã cernimus discolorẽ. nec immeritò: suprà enĩ dixerat, Aurea secula. ideo nũc dixit, Decolor aetas. Tum manus Ausonia.) Omnes terrae habitatores, aut indigenae sunt, aut aduenae, aut conuenae. Indigenae sunt inde geniti, quos uocant Aborigines Latini, Graeci αὐτόχθονας, ut de Faunis dixit: Aduenae, de uno loco uenĩẽtes, ut Saturnus: Cõuenae, de diuersis, ut Ausones & Sicani. Sicani autem secundũ nonnullos populi sunt Hispaniae, à Sicori fluuio dicti. Lucan. Hesperios inter Sicoris nõ ultimus amneis. Hi duce Siculo uenerunt ad Italiam, & eam tenuerunt exclusis Aboriginibus: mox illi pulsi ab illis, quos ante pepulerãt, insulam uicinã Italiae occupauerunt, & eam Sicaniã à gentis nomine, Siciliam uerò à ducis nomine dixerunt. quanq̃ Thucydides de Sicilia Italum dixit uenisse, & ab eo Italiam esse appellatam. Immani corpore Tybris.) Hic Thuscorum rex fuit, qui iuxta hunc fluuiũ pugnans cecidit, & ei nomen imposuit. alij uolunt istum ipsum regem latrocinatũ esse circa huius fluminis ripas, & transeuntibus crebras iniurias intulisse: unde Tybris, quasi ὕβρις dictus est, ἀπὸ τῆς ὕβρεως, id est, ab iniuria. nam amabant maiores ubi aspiratio erat, s ponere, ut ἑπτὰ, septem: uel s, ut ἑλένη, selena. alij (ut suprà diximus) uolunt eos qui de Sicilia uenerunt, Tybrim dixisse ad similitudinem fossae Syracusanae, quam fecerunt per iniuriã Afri & Athenienses iuxta ciuitatis murũ. Nam quod Liuius dicit, ab Albano rege Tyberio Tybrum dictũ, non procedit: ideo quia etiã ante Albam Tybris dictus inuenitur. Albula nomen.) Antiquũ hoc nomen à colore habuit. Me pulsum patria.) Aut, ut diximus suprà, propter parricidiũ, aut certè oraculorũ necessitate compulsum. Pelagiq́ extrema.) per extrema pelagi actũ: aut, ut dicit Donatus, per pelagus extrema pelagi sequentem: aut Pelagi aduerbiũ est. Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatũ.) Secundũ Stoicos locutus est, qui nasci & mori fatis dant, media omnia fortunae: nam uitae humanae incerta sunt

omnia. unde & miscuit, ut quasi plenum ostenderet dogma. nam nihil tam contrarium est fato, quàm casus: sed secundum Stoicos dixit. Egere.) *coëgere, ut quasi ostendat se inuitum.* Carmentis nymphæ monita.) *matris eius.* Nymphæ *autem, maritæ dixit: nam Græcè sponsa νύμφη dicitur.* Hæc *autē non uerè nympha fuit, sed uaticinatrix.* Autor.) *scilicet oraculorum.* Monstrat & aram.) *quam matri fecit extinctæ. est autem iuxta portā, quæ primò à Carmente Carmentalis dicta est, pòst Scelerata, à Fabijs 306. uiris, qui per ipsam in bellum profecti non sunt reuersi.*

His posuere locis, matrisq; egere tremenda
Carmētis nymphę monita, & deus autor Apollo.
Vix ea dicta: dehinc progressus monstrat & arā,
Et Carmentalem Romano nomine portam,
Quā memorāt nymphæ priscū Carmētis honorē,
Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros
Aeneadas magnos, & nobile Palanteum.
Hinc lucū ingentem, quem Romulus acer Asylū
Rettulit, & gelida monstrat sub rupe Lupercal,
Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.
Necnon & sacri monstrat nemus Argileti:

Vatis fatidicæ.) *Bene addidit* Fatidicæ: *nam uatē & poëtam possumus intelligere.* Lucil. Nec si te pectore uates Accipiam. *unde solum plenum non erat.* Ergo *tale est, ut est illud in* Sallust. In tugurio mulieris ancillæ. *non quia mulieris, statim & ancillæ: si autem ancilla, statim & mulier est.* Quæ prima.) Quia *postea etiā* Sibylla *dixit.* Nobile Palanteū.) *futurū scilicet, sicut &* Aeneadas. Asylū rettulit.) *Postquam* Hercules *migrauit è terris, nepotes eius timentes insidias eorū quos auus afflixerat,* Athenis *sibi primi asylum, hoc est, templū misericordiæ collocarunt, unde nullus posset abduci: quod etiam* Statius *dicit,* Herculeos *fama est fundasse nepotes.* Ideo *ergò ait, quòd* Romulus *acer asylum rettulit; hoc est, fecit ad imitationem* Atheniensium *asyli: quod ideo* Romulus *fecit, ut haberet aduenas plures, cum quibus conderet* Romam. Iuuena. Et *tamen ut longè repetas longéq; reuoluas* Nomen, *ab infami gentē deducis asylo.* Gelida monstrat sub rupe Lupercal.) Sub *mōte* Palatino *est quædā spelunca, in qua de capro luebatur, id est, sacrificabatur: unde &* Lupercal *dictū nonnulli putant.* Alij *uerò dicūt, quòd illic lupa* Remū & Romulū *nutrierit. alij, quod est uerisimilius, lucum hunc esse sacratum* Pani *deo* Arcadiæ, *cui etiā mons* Lycæus *in* Arcadia *est consecratus. & dictus est quòd λύκους, id est, lupos non sinat in oueis sæuire.* Ergo *ideo &* Euander *deo gentis suæ sacrauit locum, & nominauit* Lupercal, *quòd præsidio ipsius numinis lupi à pecudibus arcerentur.*

Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.) Ordo *est,* Monstrat Lupercal Panos Lycæi dictū *de more* Parrhasio: *id est, ostendit* Lupercal Panos Lycæi *dicatum ex more* Arcadico. *nam* Parrhasia, Arcadia *est.* Dictum.) *dicatum, consecratum.* Panos Lycæi.) Huius Panos *genitiuus est* Græcus: & Panos Lycæi *sic dictum est, ut* Iouis Olympi, Apollinis Delphorū.

Sacri mōstrat nemus Argileti.) Sacri, *execrabilis.* Sanè Argiletum *multi uolūt, quasi argilletum, à pingui terra. alij à fabula: nam* Euander Argum *quendam suscepit hospitio, qui quum de eius cogitaret interitu, ut ipse regnaret,* Euandro *hæc non sentiente socij intellexerunt, &* Argum *necarunt; cui* Euander *& sepulchrum fecit, & locum sacrauit: non*

quòd illè

quòd ille merebatur, sed hospitalitatis causa. Bene autem Euander in hac re immoratur, & docet causas, ne apud hospitem in suspitionem ueniat. ergo Argiletum, ab Argo illic sacrato & sepulto. Testatur locum.) *iurat non sua culpa iura hospitij esse uiolata.* Aurea nunc.) *Nunc ad utrunq; pertinet, & ad auream, & ad Tarpeiam sedem: nam Tarpeia sedes dicta est à Tarpeia uirgine.* Quũ enim Romulus contra Sabinos bella tractaret, & Tarpeio cuidam dedisset arcem tuendã, filia eius Tarpeia aquatum profecta, in hosteis incidit: quã quum cohortarẽtur ad proditionem, illa pro præmio poposcit ornatũ manuũ sinistrarum, id est, armillas. facta itaque arcis proditione, hostes ingeniosa morte promissa soluerunt. nam scuta, id est, sinistrarũ manuum ornatum super illam iacientes, eam luce priuauerunt, quæ illic sepulta Tarpeiæ sedi nomen imposuit.

Testaturq́; locum, & letum docet hospitis Argi.
Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit:
Aurea nunc, olim syluestribus horrida dumis.
Iam tum relligio pauidos terrebat agrestes
Dira loci: iam tum syluam, saxumq́; tremebant.
Hoc nemus, hũc (inquit) frondoso uertice collem,
Quis deus incertũ est, habitat deus: Arcades ipsũ
Credunt se uidisse Iouem, cum sæpe nigrantem
Aegida concuteret dextra, nimbosq́; cieret.
Hæc duo præterea disiectis oppida muris
Relliquias, ueterumq́; uides monumenta uirorũ.
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus cõdidit urbem:
Ianiculumq́; illi, huic fuerat Saturnia nomen.
Talibus inter se dictis ad tecta subibant
Pauperis Euandri, passimq́; armenta uidebant
Romanoq́; foro, & lautis mugire carinis.
Vt uentum ad sedes: hæc, inquit, limina uictor

Dira.) *magna: ut, An sua cuiq; deus fit dira cupido.* Relligio.) *id est, metus: ab eo quòd mentem religet, dicta Religio.* Hoc nemus.) *Bene ubiq; Nemus dixit: nam tunc ædificia non erant.* Ipsum credunt se uidisse Iouem.) *in hoc scilicet nemore. Sanè ad illud alludit, quòd primi dicuntur Ioui templa fecisse. nec enim longè sunt à monte Olympico: unde eos dixit Iouem uidisse, & quòd ipsi sunt* προσέληνοι, *id est, ante lunã creati: ut Stati.* Arcades astris lunaq́; priores. *Licet dicat Sallust. primò Cretenses inuenisse religionem, unde apud eos natus fingitur Iuppiter.* Aegida concuteret.) *Hic distinguendum est: nam Aegida, id est, pellem Amaltheæ capræ, à qua nutritus est, in sinistra Iuppiter tenet.* Dextra, nimbosq́; cieret.) *& de dextra fulmina commoueret. nam modo Nimbos pro fulminibus posuit, quæ de dextra iacit. Aegidis autẽ concussio commouet pluuias.* Disiectis oppida muris.) *Vnum Iani, aliud Saturni, iam tunc uetusta.* Monumenta uirorũ.) *Hoc sermone ostendit etiam Saturnũ uirum fuisse.* Passimq́; armenta uidebant.) *quæ post mortem Caci nullo timore passim uagabantur.* Romanoq́; foro.) *Romanum forũ est, ubi nunc rostra sunt.* Lautis mugire carinis.) *Carinæ sunt ædificia facta in carinarum modum, quæ erant intra templũ Telluris. Lautas dixit, aut propter elegantiam ædificiorũ, aut propter Augustum, qui natus est cunis ueteribus, & nutritus est in lautis carinis.* Victor

Alcides

Alcides subijt.) εὐσυμβόλως: *id est, bonū Aeneæ omen ostenditur.* Aude hospes contemnere opes.) *Bene Aude, quasi rem arduam & difficilem.* Dignū finge deo.) *compone te in similitudinem numinis.* Angusti subter fastigia tecti duxit.) *Ex cōtrarietate quæsitus ornatus. ait enim, Angusti tecti subter fastigia ingentem Aeneā duxit.* Pelle Libystidis ursæ.) *Species pro genere: nam cuiuslibet feræ possumus accipere.* Exterrita mater.) *Ideo territa, quia mater.*

Alcides subijt: hæc illum regia cepit.
Aude hospes contemnere opes, & te quoq; dignū
Finge deo, rebusq; ueni non asper egenis.
Dixit, & angusti subter fastigia tecti
Ingentem Aeneam duxit, stratisq; locauit
Effultum folijs, & pelle Libystidis ursæ.
Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.
At Venus haud animo nequicq̄ exterrita mater,
Laurentumq; minis, & duro mota tumultu
Vulcanū alloquit, thalamoq; hæc coniugis aureo
Incipit, & dictis diuinum aspirat amorem:
Dum bello Argolici uastabant Pergama reges
Debita, casurasq; inimicis ignibus arces,
Non ullum auxilium miseris, non arma rogaui
Artis, opisq; tuæ: nec te charissime coniux,
Incassumúe tuos uolui exercere labores,
Quamuis & Priami deberem plurima natis,
Et durum Aeneæ fleuissem sæpe laborem.
Nunc Iouis imperijs Rutulorum constitit oris:

Dictis diuinū aspirat amorem.) *Petitura pro filio de adulterio procreato, orationē suā ingenti arte cōposuit. qđ etiā Vulcanus ipse testatur dicēs, Quid causas petis ex alto? Non enim aperta est eius petitio, sed longo proœmio puerpam amore mariti circūuenit mentē. Ergo quæstionē hanc, quæ nascitur ex petitione Veneris impudica, soluimus his modis: primò qđ Vulcanū amore circūuenit: deinde qđ est nacta occasionē eius temporis, quo Marti arma faciebat, quem fuisse sciebat adulterum. per quod datur intelligi, Vulcanū omnem suspitionem & iram, quam habuit circa Venerem, deposuisse, adeò ut arma etiam ipse fabricaret adultero. præterea Vulcanum uxorium fuisse testatur & ipse Vergilius, dicens, Tunc pater æterno fatur deuinctus amore. & Statius, ubi Martē Venus alloquitur: ut, At non eadem Vulcania nobis Obsequia & læsi seruat tamē ira mariti. Nam quod dicit Donatus potuisse fieri, ut cum Anchisa concumberet Venus, anteq̄ Vulcano nuberet, non procedit. constat enim à principio Venerem uxorem fuisse Vulcani.* Debita.) *fataliter ad exitū destinata.* Miseris.) *Atqui honestū est miseris subuenire: sed hoc dicit, cur te fatigarem pro hominibus fati necessitate perituris?* Priami deberem plurima natis.) *Scimus quòd Paridi tantū debuit: sed hoc idem habet ad aliarū cōmemorationem personarū, ne ex turpi causa Paridi debuisse uideatur.* Aeneæ fleuissem sæpe laborē.) *Bene post Pergama, post Troianos, post Priami liberos cum excusatione cōmemoratio fit Aeneæ. dicit enim se eius infelicitate commotam.* Iouis imperio.) *ne uideretur impudens, si aliena regna deposceret. & hoc latenter dicere uidetur: faue huic, cui etiam Iuppiter fauet.*

Eadem.)

Eadem.) quæ tunc scilicet fui. *Arma rogo.*) Hic distinguendum, ut cui petat non dicat, sed relinquat intelligi. *Genitrix nato te filia Nerei.*) Thetis, quæ Achilli arma impetrauit. & bonis utitur cõparationibus, dicẽdo filia Nerei, quum ipsa Iouis sit filia. item uxor Tithonia, quum ipsa sit Vulcani. Neri autem pro Nerei. Omnia autẽ quæ in eus exeunt hodie, apud maiores in es exibant, ut Nereus neres, Tydeus tydes, & genitiuum in is mittebant, ut tydis neris: sed quia plerunq; S in latinitate detrahitur, remanebat I hinc est filia Neri, immitis Achilli. Sallustius: Ad bellum Persi Macedonicum. sic Asper. *Tithonia cõiux.*) Aurora quæ petiuit Memnone. *Clausis ferrũ acuant portis.*) Dixit enim superius, Quinq; adeò magnæ positis incudibus urbes. *In me.*) Artificiose arma petit, etiam sibi pfutura: nã à Græcis fuerat uulnerata. unde est, Equidẽ credo mea uulnera restant. *Cunctantem.*) scilicet de promissione, quam rem per amplexum suum immisso amore persoluit. *Accepit solitam flammam.*) Alludit ad rem naturalem: nanque ideo Vulcanus fingitur maritus Veneris, quod uenereum officium non nisi calore consistit. unde, Frigidus in Venerem senior. *Labefacta per ossa.*) si ossa labefecit, quanto magis animum? *Atq; olim.*) ferè, ut solet: nam nõ est aduerbium temporis. *Ignea rima micãs.*) id est, fulmen, cuius naturam expressit: Nanq; nubes uento coactæ plerunq; rumpuntur, & ex se fulmen emittunt. *Formæ conscia coniux.*) Intellexit se dolis & pulchritudine præuertisse mentem mariti. *Deuinctus.*) Hoc sermone ostendit eum cuncta posse cõcedere. *Ex alto.*) argumentatione longe repetita. *Nec fata uetabant stare.*) Atqui suprà ait, debita. Sed sciendum secundum aruspicinæ libros, & sacra Aruntia, quæ Tages composuisse dicitur, fata decem annis quadam ratione differri, quod nunc dicit Vulcanus potuisse fieri. Ergo non est contrarium. nam fata differuntur tantum, nunquam penitus immutantur: quod etiam Iuno dicit, Atq; immota manet fatis Lauinia coniux, At trahere atque moram tantis licet addere rebus. *Si bellare paras.*) Quia dixerat, In me excidiumq; meorũ.

Ergo eadem supplex uenio, & sanctũ mihi numen
Arma rogo genitrix nato: te filia Nerei,
Te potuit lacrymis Tithonia flectere coniux.
Aspice qui coëant populi, quæ mœnia clausis
Ferrum acuant portis in me, excidiumq; meorũ.
Dixerat, & niueis hinc atq; hinc Diua lacertis
Cunctantem amplexu molli fouet: ille repente
Accepit solitam flammam, notusq; medullas
Intrauit calor, & labefacta per ossa cucurrit.
Non secus atq; olim tonitru cum rupta corusco
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
Sensit læta dolis & formæ conscia coniux.
Tum pater æterno fatur deuinctus amore:
Quid causas petis ex alto? fiducia cessit
Quo tibi Diua mei? similis si cura fuisset,
Tum quoq; fas nobis Teucros armare fuisset.
Nec pater omnipotens Troiam, nec fata uetabãt
Stare, decemq; alios Priamũ superesse per annos.
Et nunc, si bellare paras, atq; hæc tibi mens est,

Quicquid in arte mea possum promittere curæ,
Quod fieri ferro, liquido ue potest electro,
Quãtum ignes, animæq; ualent: absiste precãdo,
Viribus indubitare tuis. ea uerba locutus
Optatos dedit amplexus, placidumq; petiuit
Coniugis infusus gremio per membra soporem.
Inde ubi prima quies medio iam noctis abactæ
Curriculo expulerat somnũ, cum fœmina primũ
Cui tolerare colo uitam, tenuiq; Minerua,
Impositum cinerem, & sopitos suscitat ignes
Noctẽ addens operi, famulasq; ad lumina longo
Exercet penso, castum ut seruare cubile
Coniugis, & possit paruos educere natos.
Haud secus ignipotens, nec tempore segnior illo
Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit.

Possum promittere curæ.) uel possum quicqd curæ est, id est, officij & solicitudinis. Liquido electro.) puro: & secundum Plin. in naturali historia, sunt tria electri genera: unum ex arboribus, quod succinũ dicitur: aliud, quod naturaliter inuenitur: tertium, quod fit de tribus partibus auri & una argenti, quas partes etiam si naturam resoluas inuenies. unde errant qui dicunt melius esse naturale. Electri autem natura probatur ueneno, quo recepto & stridorẽ emittit, & uarios in dissimilitudinem reddit colores. Animæ.) uenti, ἀπὸ τῶν ἀνέμων, quia secũdum aliquos anima uentus est: ut, Atque in uẽtos uita recessit. Precando uiribus indubitare tuis.) id est, dubitare: nã in uacat. & hoc dicit, precũ nimietas postulatiõis significat dubitationẽ. Cõiugis infusus gr.) hoc est, ante concubuit, & sic quieuit. Probus uero et Carminius propter cacemphaton, Infusum legũt: ut sit sensus, dormit cum coniuge dormiente, id est, petijt soporem infusum etiam in coniugis gremio. Curriculo.) tempore modò: aliâs loco, aliâs officio. Colo.) Hunc sequimur: nam huius coli dicimus, nõ ut Statius huius colus, in Sexto Theb. Extrema iam fila colu datus ordo senectæ. & in Quarto, Nigræq; sororũ Intrauere colus. Tenuiq; Minerua.) non filo tenui, sed paruo precio lanificij. & alij hic distinguunt, & subaudiunt Mos est, aut Placet: ut sit sensus, Cui tolerare colo uitam tenuiq; Minerua mos est, uel placet: & sic inferunt, Impositũ cinerem & sopitos. ut contrà Horat. Incedis per ignes Suppositos cineri doloso. Alij sic legũt, Tenuiq; Minerua impositum, id est, cui hæc necessitas fataliter data. Noctem addens operi.) Per transitum ostendit esse noctem partẽ diei. Exercet penso.) fatigat. Terent. in Andria: Primo hæc parce ac duriter uitam agebat, lana & tela uictũ quæritans. hinc ergo traxit Vergil. ut diceret, Castum ut seruare cubile. Ignipotẽs.) Vulcanus, ut diximus, ignis est: & dicitur Vulcanus, quasi Volicanus, quod per aërẽ uolet. ignis enim è nubibus nascitur. unde & Homerus dicit eum de aëre præcipitatũ in terras, quod omne fulmẽ de aëre cadit, quod quia crebro in Lemnum insulam iacitur, ideo in eam dicitur cecidisse Vulcanus, ubi eum Sinties nutriuerũt. Claudus aũt dicitur, quia per naturã nunq̃ rectus est ignis. hoc enim ex Homero tractũ, ubi dicit: ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτ' ἀλεξέμεναι μεμαῶτα ῥῖψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο. πᾶν δ' ἦμαρ φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι κάππεσον ἐν Λήμνῳ, ὀλίγος δ' ἔτι θυμὸς ἐνῆεν. ἔνθα με Σίντιες ἄνδρες ἄφαρ κομίσαντο πεσόντα. Ad fa-

brilia

brilia.) dura. Ex contrarijs epithetis fecit ornatũ dicens, Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit. Sicaniũ iu. la. Aeoliamq́ Erigitur Lip.) Physiologia est, cur Vulcanus in his locis officinã habere fingatur, inter Liparen & Aetnã, scilicet propter ignem & uẽtos, quæ apta sunt fabris. Aeoliam aũt ideo Liparen, quia una est de illis septẽ insulis, quibus Aeolus imperauit. Antra Aetnæa tonãt.) Magnitudinẽ ictuũ ostẽdit, quibus & uicini montes resultabant: aut certe Aetnæa, Quasi Aetnæa dixit. Auditi referũt gemitum.) Per Echo, et breuiter significauit. Stricturæ chalyb.) Strictura est terra ferri in massã coacta. Chalybes ꝓprie sunt populi apud quos nascitur ferrum: ut ipse, At chalybes nudi ferrũ uirosaq́ Pontus Castorea. unde modo Chalybũ posuit stricturas pro ferri massis.

Insula Sicanium iuxta latus, Aeoliamq́
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis.
Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis
Antra Aetnæa tonant, ualidiq́ incudibus ictus
Auditi referunt gemitum, striduntq́ cauernis
Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat.
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.
Hoc tunc ignipotens cœlo descendit ab alto.
Ferrum exercebant uasto Cyclopes in antro:
Brõtesq́, Steropesq́, & nudus mẽbra Pyracmon.
His informatum manibus iam parte polita
Fulmen erat, toto genitor quæ plurima cœlo
Deijcit in terras, pars imperfecta manebat.
Treis imbris torti radios, treis nubis aquosæ,
Addiderant rutili treis ignis, & alitis austri.

Hoc tunc.) id est, huc tum. & Hoc pro Huc posuit secundũ antiquũ morẽ: nam antea Hoc aduerbiũ loci fuit, quod nũc aboleuit. nã crebro in antiquis lectionib. inuenitur, sicut in epist. probat Verrius Flaccus exẽplis, autoritate, & ratione: dicẽs in aduerbio pro V, O plerũq́ maiores ponere cõsuetos, & sic pro Huc, Hoc ueteres dicere solebãt, sicut pro illuc illò dicimus. unde etiã Hoc o longũ apparet esse, sicut illò dicimus, quod pro illuc ponitur. Brontesq́.) Quid facturi sint ex nominibus docet: nam Brontes à tonitru dictus est, ἀπὸ τῆς βροντῆς: Steropes à fulgetra, id est, ἀπὸ τῆς στεροπῆς: Pyracmon uero, qui nũquam à calenti incude discedit, ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ ἄκμονος: nam πῦρ ignis est, ἄκμων incus. Nudus membra.) Per hunc etiam cæteros nudos fuisse significat. Informatum.) in quandam formam designatum & cõpositum: dicit aũt in fulmine partẽ non perfectã, partem iam politã fuisse. Toto genitor quæ plur. cœlo.) id est, ab omni parte cœli: nam dicũt physici de sexdecim partibus cœli iaci fulmina. Quæ aũt, qualia: ut, Hũc Euryale aspicio, id est, talem. Ergo hoc dicit: faciebãt fulmen in eorũ similitudinẽ, quæ Iuppiter iacit toto cœlo, hoc est, diuersis partibus cœli, scilicet sexdecim. Treis im. tor. ra.) cõstricti & coacti in grãdinẽ. Stat. Siccos quos asper hiatu Præsolidat Boreas. Et sciendũ in hoc eum uelle ostẽdere, toto anno iaci fulmẽ: nã per has periphrases tẽpora ostẽdit anni totius, quæ & quatuor esse, & ternos mẽses habere manifestũ est. unde dicit, Treis imbris torti radios, hoc est, grãdinis quæ abũdat per hyemẽ. Treis nu. aq.) hoc est, ueris, quo tẽpore nimiæ sunt pluuiæ: ut, Et ruit imbriferũ uer. Rutili tr. ig.) hoc est, æstatis. Et a. a.) hoc est, autũni, quo uẽtorũ crebra sunt flamina. Et

& prudenter his omnibus naturam exprimit fulminis, quod necesse est ut per nubes & uentos nascatur. Fulgores nunc terrificos.) *quos fulgetras dicunt.* Sonitumq́ metumq́.) *per sonitũ tonitrua ostendit, per metum fulgetras. & hunc ordinẽ sic posuit, ut hominibus uidetur: nam reuera prior est collisio nubiũ, unde ignis emittitur. Nos autẽ ideo prius fulgetras uidemus q̃ tonitrua audiamus, quia uelocior oculorũ quàm auriũ sensus est.*

Fulgores nunc terrificos, sonitumq́ metumq́
Miscebant operi, flammisq́ sequacibus iras.
Parte alia Marti currumq́ rotasq́ uolucres
Instabant, quibus ille uiros, quibus excitat urbes.
Aegidaq́ horrificam, turbatæ Palladis arma,
Certatim squammis serpentũ, auroq́ polibant,
Connexosq́ angueis, ipsamq́ in pectore Diuæ
Gorgona, desecto uertentem lumina collo.
Tollite cuncta, inquit, cœptosq́ auferte labores:
Aetnæi Cyclopes, & huc aduertite mentem.
Arma acri facienda uiro, nunc uiribus usus,
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra
Præcipitate moras: nec plura effatus. at illi
Ocyus incubuere omnes, pariterq́ laborem
Sortiti: fluit æs riuis, auriq́ metallum,
Vulnificusq́ chalybs uasta fornace liquescit.

Sequacibus.) *ꝓsecutricibus.* Aegidaq́ horrificã.) *Aegis proprie est munimentũ pectoris æreum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimẽtum si in pectore numinis fuerit, ægis uocatur: si in pectore hominis, sicut in antiquis imperatorũ statuis uidemus, lorica dicitur.* Turbatæ.) *pro Turbãtis: nã timuit homæoteleuton, & fecit supinã significationem. alij ad fabulã referũt, quia dicitur in bello Gigantũ arma perdidisse turbata, ut quasi ipsa nũc repararet: cuius dicti nullus autor idoneus reperitur.* Squammis serpentum auroq́ polibant.) *Aegida horrificam aureis squãmis serpentũ certatim polibãt. alij uolũt, reuera de corio serpentũ dicere eũ arma esse leuigata.* Cõnexosq́ angues.) *Gorgonis scilicet capiti.* Desecto uertentẽ lum. col.) *aut sua lumina circũferentem, & mortis indignatione quærẽtem, quorũ se interitu posset ulcisci: aut certe intuentem, lumina in saxa uertentẽ. hoc aũt caput ideo Minerua fingitur habere in pectore, quod illic est omnis prudẽtia, quæ confundit alios, & imperitos ac saxeos cõprobat.* Tollite cũcta, inquit.) *Vile est quod pleriq; dicunt propter arma Martis iratũ esse Vulcanũ: præsertim quũ & armẽt Mineruã, & fabricẽt fulmina Cyclopes, & Vulcanus dixerit Cũcta tollite. ergo Tollite aut differte est, aut celerius terminate.* Cœptosq́ auferte labo.) *Quia dixerat, His informatũ manibus iam parte polita Fulmen.* Aetnei cyclopes.) *ut, Aetneos fratres.* Nũc uiribus usus.) *nũc est uestrarum uiriũ exercitiũ, id est, tempus exercendæ uirtutis circa arma uiri fortis.* Arte magistra.) *ambitiosius, q̃ si magistri diceret: rem ꝓsonæ in artẽ trãstulit. ut si dicas, opus est peritia medicinæ, nõ medici.* Præcipitate mo.) *Præcipitãter, id est, festinãter abijcite.* Nec plura fa.) *sicut festinantẽ decebat.* Ocyus incubuere.) *q̃ ille præceperat.* Pariter.) *pari modo.* Sortiti.) *diuiserũt inter se laboris officiũ: ut, Sortiti remos.* Vulnificusq́ chalybs.) *populũ apud quẽ nascitur, pro ferro posuit. & Liquescit dixit proprie; nam ferrũ non soluitur,*

sed

ſed molleſcit. Informãt.) *deſignant.* Ingentẽ *autẽ, & magnitudine & ſoliditate. nam & clypeũ dixit, qui magnitudine corpus furatur: unde & clypeus dictus eſt,* ἀπὸ τοῦ κλέπτειν. & *dicturus eſt,* Septenosq́ *orbibus orbes.* Impediũt.) *id eſt, uelut ſeptẽ ſcuta facta in unita te cõnectũt.* Accipiũt redduntq́.) *iungendũ. uno enim eodẽq́ tẽpore partim reddũt, partim uentos accipiunt.* Stridentia tingũt.) *tingendo ſtridere faciũt.* In numerum.) *in ordinẽ: ut,* Tum uero in numerũ Faunosq́ ferasq́ uideres Ludere. Forcipe.) Forfices ſunt, *q̃bus incidimus: forcipes ſunt, q̃bus aliquid forũum tenemus, quaſi foruicapes. nam foruũ eſt calidũ: unde & formoſos dicimus, quibus calor ſanguinis ruborem pulchritudinis creat.* Hæc dum properat.) *pro perãter facit: & eſt honeſta locutio.* Aeolijs.) Nam, *ut diximus,* Vulcania *una eſt de ſeptẽ Aeolijs.* Lẽnius.) *qui*

Ingentem clypeũ informant unum, omnia cõtra
Tela Latinorum, ſeptenosq́ orbibus orbes
Impediunt, alij uentoſis follibus auras
Accipiunt, reddũtq́, alij ſtridentia tingunt
Aẽra lacu, gemit impoſitis incudibus antrum.
Illi inter ſeſe multa ui brachia tollunt
In numerum, uerſantq́ tenaci forcipe maſſam.
Hæc pater Aeolijs properat dum Lemnius oris,
Euandrum ex humili tecto lux ſuſcitat alma,
Et matutini uolucrum ſub culmine cantus.
Conſurgit ſenior, tunicaq́ inducitur artus,
Et Tyrrhena pedum circũdat uincula plantis,
Tum lateri, atq́ humeris tegeæũ ſubligat enſem,
Demiſſa ab lęua pantheræ terga retorquens.
Necnon & gemini cuſtodes limine ab alto
Pręcedunt, greſſumq́ canes comitantur herilem.
Hoſpitis Aeneæ ſedem, & ſecreta petebat
Sermonum memor, & promiſſi muneris heros.

in Lemnũ inſulam (ut diximus) cecidit, à Iunone propter deformitatem deiectus, quã aẽrem conſtat eſſe, ex quo fulmina procreantur. Ideo autem Vulcanus de femore Iunonis fingitur procreatus, quod fulmina de imo aẽre naſcãtur: quod etiam Lucan. dicit, Fulminibus terræ propior ſuccenditur aër, Pacem ſumma tenent. Volucrum ſub culmine.) Poteſt & generaliter accipi, Volucrum quantũuis: & ſpecialiter, ut hirundinũ. Tyrrhena uin.) Thuſca calciamenta. & dicit crepidas, quas primo habuere ſenatores, pòſt equites Romani, nũc milites. Tegeæum enſem.) Arcadicũ gladium. Totum hoc ex Homero legitur de Agamemnone: ἕζετο δ᾽ ὀρθωθεὶς, μαλακὸν δ᾽ ἔνδυνε χιτῶνα καλὸν νηγάτεον, περὶ δ᾽ αὖ μέγα βάλλετο φᾶρος, ποσσὶ δ᾽ ὑπαὶ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα, ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ ὤμοισι βάλλετο ξίφος ἀργυρόηλον. Demiſſa ab læua pantheræ terga retorquẽs.) A ſiniſtro humero pellem demiſſam habuit, quam retorquẽs & in dextram reuocans partem, ſe amiciebat. Gemini cuſtodes.) Hoc & in Homero lectũ eſt de Telemacho Vlyſſis filio, ἐν τῷ β. βῆ ῥ᾽ ἴμεν εἰς ἀγορὴν, παλάμῃ δ᾽ ἔχε χάλκεον ἔγχος. οὐκ οἶος ἅμα, τῷ δὲ δύω κύνες ἀργοὶ ἕποντο. Et in hiſtoria Romana, quæ ait: Syphax inter duas canes ſtans Scipionem appellauit. Sermonũ memor.) Scilicet promiſſi auxilij: ut, Auxilio tutos dimittam opibusq́ iuuabo. Heros.) Hoc nomen

non tantum præsentis est uirtutis, sed & præteritæ: unde est quod Euandrum heroēm dicit, quum sit uirtutis emeritæ. plerūq; heros & generis est. Matutinus agebat.) Rem temporis ad personā transtulit. Licito tandē sermone.) Tandē, quia amborū desiderio nox moram fecerat. Nunq̄ res equidē Troiæ uictas.) Satis mature Equidē dixit, id est, ego quidē

Nec minus Aeneas se matutinus agebat,
Filius huic Palas, olli comes ibat Achates.
Congressi iungunt dextras, medijsq; residunt
Aedibus, & licito tandem sermone fruuntur.
Rex prior hæc:
Maxime Teucrorū ductor, quo sospite nunquam
Res equidem Troiæ uictas, aut regna fatebor,
Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
Exiguæ uires: hinc Thusco claudimur amni,
Hinc Rutulus premit, & murū circūsonat armis,
Sed tibi ego ingentes populos, opulentaq; regnis
Iungere castra paro, quam fors inopina salutem
Ostentant, fatis huc te poscentibus affers.
Haud procul hinc saxo colitur fundata uetusto
Vrbis Agyllinæ sedes, ubi Lydia quondam
Gens bello præclara iugis insedit Hetruscis.
Hanc multos florētem annos, rex deinde superbo
Imperio, & sæuis tenuit Mezentius armis.

Troiam te uiuo uictam non arbitror, quantum est in opinione mea. Pro nomine tāto.) pro tui nominis gloria. Et murū circūsonat armis.) Et breuitatē sui ostēdit imperij, & hostilem necessitatem, ob quā se penitus exarmare non poterat. Thusco claudimur amni.) Thusco ideo dixit, quia ipse fuit Romani finis imperij. Iuuenalis, Et quæ imperij fines Tyberinū uirgo natauit.

Sed tibi ego.) Artificiose agit, ut etiam quæ monstrantur auxilia, ipsius uideantur esse. Ingentes autem populos nō sine causa dixit: nam Thuscia duodecim Lucumones habuit, id est, reges, q̄bus unus præerat. unde est, Gens illi triplex, populi sub gente quaterni. Quam fors inopina.) Hoc beneficium casus præstat, qui effecit ut eo tempore quæras auxilium, quo Tyrrheni ducem requirunt. Fatis huc te poscentibus affers.) perge illuc poscentibus fatis: nam talis est sensus. sed si legeris Affer, similiter iungit fortunam fato: ut suprà ubi ait, Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum. si autem legeris Affers, talis erit sensus: Fati necessitate factum est, ut uenires: fortunæ beneficio, ut illi ducem requirant. legimus ergo & affer & affers.

Saxo colitur fundata uetusto.) antiquo opere: ut, Templa dei saxo uenerabar structa uetusto. Vrbis Agyllinæ sedes.) quæ nunc Cære dicitur. Lydia quondā gens.) quondam insedit, nō bello quondam præclara: nam & tunc florebat. Sanè etiam suprà diximus Mæoniam prouinciam esse, cuius dum breuitas duos fratres Lydum & Tyrrhenum ferre non posset, ex sorte Tyrrhenus cum ingenti multitudine profectus partem Italiæ tenuit, & Tyrrheniam nominauit. hi diu Piraticā exercuerunt, ut etiam Cicero in Hortensio docet: quomodo captiuos nouis pœnis affligerent, occisorum eos religantes cadaueribus. quod Vergilius dat Mezētio, sciens lectū esse de Tyrrhenorū gēte. Sane illo tēpore Tyrrheni dicti sunt, pòst Thusci, ἀπὸ τοῦ ... Lydij aūt, à Lydo Tyrrheni fratre, qui in prouincia remanserat.

Quid

Quid menorẽ infandas cædes?) Figura oratoria, quæ paralepsis uocatur. Cicero, Nã illa nimis antiqua prætereo. Effera.) cruẽta. Dij capiti ipsius.) Vt, Quod Dij prius omen in ipsum Cõuertant. Tormẽti genus.) Exclamatio est inuẽti supplicij. Sanie, tabo.) Sanies mortui est, tabo uiuentis, scilicet sanguinis. Confugere.) cõfugiebat. & ut diximus, historicus est stylus. Defendier.) defendi, id est, defẽdebatur. et uertit historiam nã, ut diximus, Turnus magis confugit ad Mezentiũ. Præsenti Marte.) sine aliqua dilatione. Addam.) Aut dabo, aut reuera addam habẽtibus Tarchontem. Longæuus aruspex.) Argumẽto ætatis uult doctũ uideri. Optate duc.) uotis scilicet. Hoc acies cã.) quasi iam in bellum parati. Regniq; coronã.) Insigne, non reuera coronã, quũ Thusci nunq̃ reges habuerint. ergo species est pro genere. Mandatq; insig.) aut mittit insignia, id est, ornamẽta regalia: aut reuera mãdat insignia, id est, magna: ut, Castris succedã & capessam regna Tyrrhena. Sed mi. tar. ge.) Occurrit tacitis quæstionibus, dicẽs, se nõ ijsse propter ætatẽ senilem: filiũ uero ꝑpter mixtũ genus per origmẽ matris, unde Aeneã dicit ire debere, cui ætas & origo regna cõcedũt. Sæclisq; effœta sen.) Notandũ dicta sæcula etiã in uno homine, secũdũ eos, qui dicũt sæculũ triginta annos habere. nã alij uolũt C. x. alij mille annis putãt sæculũ cõtineri. Inuidet imp.) Bona elocutio: ut, Liber Pãpineas inuidit collibus umbras.

Quid memorẽ infandas cædes? q̃d facta tyranni
Effera? Dij capiti ipsius, generiq; reseruent.
Mortua quinetiam iungebat corpora uiuis,
Componens manibusq; manus, atq; oribus ora
(Tormenti genus) & sanie, taboq; fluentes,
Complexu in misero longa sic morte necabat.
At fessi tandem ciues infanda furentem
Armati circũsistunt, ipsumq; domumq;:
Obtruncãt socios, ignem ad fastigia iactant.
Ille inter cædes Rutulorum elapsus in agros
Confugere, & Turni defendier hospitis armis.
Ergo omnis furijs surrexit Hetruria iustis,
Regem ad supplicium præsenti Marte reposcunt.
His ego te Aenea ductorem millibus addam.
Toto nanq; fremunt condensæ littore puppes,
Signaq; ferre iubent, retinet longæuus aruspex,
Fata canens: ô Meoniæ delecta iuuentus,
Flos ueterũ uirtusq; uirûm, quos iustus in hostem
Fert dolor, & merita accendit Mezentius ira,
Nulli fas Italo tantam subiungere gentem.
Externos optate duces, tum Hetrusca resedit
Hoc acies campo, monitis exterrita Diuûm.
Ipse oratores ad me, regniq; coronam
Cum sceptro misit, mandatq; insignia Tarcon.
Succedam castris, Tyrrhenaq; regna capessam:
Sed mihi tarda gelu, sæclisq; effœta senectus
Inuidet imperium, seræq; ad fortia uires.
Gnatum exhortarer, ni mixtus matre sabella
Hinc partem patriæ traheret: tu, cuius & annis,

Quem

ne inueniretur, quo facto inter deos relatus est. Vera Iouis proles.) Nullus enim humano sanguine procreatus, tanta perficeret. Dexter adi.) id est, propitius. Pede secũdo.) id est, prospero omine. Super omnia Caci.) id est, hoc factum laudant ultra omnia. & sic est dictum, ut est, Et te super omnia dona Vnum oro. Et bene quantũ ad ipsos pertinet, rem maiorem seruauere post omnia. Obsitus æuo.) ætate inuolutus: ut Terenti. Annis pannisque obsitus.

Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.
Talia carminibus celebrant: super omnia Caci
Speluncam adijciunt, spirãtemque ignibus ipsum.
Consonat omne nemus strepitu, collesque resultãt.
Exin se cuncti diuinis rebus ad urbem
Perfectis referunt: ibat rex obsitus æuo
Et comitem Aeneam iuxtà, natumque tenebat
Ingrediens, uarioque uiam sermone leuabat.
Miratur, facileisque oculos fert omnia circum
Aeneas, capiturque locis, & singula lætus
Exquirit, auditque uirûm monumenta priorum.
Tum rex Euandrus Romanæ conditor arcis,
Hęc nemora indigenæ Fauni, nymphęque tenebãt,
Gensque uirûm, truncis & duro robore nata:
Queis neque mos, neque cult'erat: nec iũgere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto.
Sed rami, atque asper uictu uenatus alebat.
Primus ab æthereo uenit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis:
Is genus indocile, ac dispersum montibus altis

Facileisque oculos fert omnia circũ.) Physici dicunt, ex uino mobiliores oculos fieri. Plautus, Faciles oculos habet: id est, mobiles uino. Capiturque locis.) delectatur. Romanæ conditor arcis.) cõditor Palantei, ubi nunc Palatium est: quod non reuera arx est, sed tenet rerũ omnium principatũ. Hæc nemora indigenæ Fauni.) inde geniti. & sciendum secundũ Hesiodi theogoniã, primos deos genitos, inde hemitheos, pòst heroas, inde homines innocentes, ultimo sceleratos: quem hic nunc ordinẽ seruat. Truncis & duro robore nata.) Hoc figmentũ ortum ex antiqua hominũ habitatione, qui ante factas domos aut in cauis arboribus, aut speluncis manebant: qui quũ exinde egrederentur, ut suam educerent sobolẽ, dicti sunt inde procreati. Neque cultus erat.) id est, nullã sui curam habebant. Componere opes.) id est, reseruare, ordinare. Parcere parto.) De die, inquit, uiuebant, nec inuenta seruabant. Rami atque asper uictu uenatus alebat.) cognato quodãmodo uictu alebantur, aut uenatu montiũ, aut arborum ramis. Primus ab æthereo uenit Saturn. olympo.) Hoc dicit secundum poëticũ morem. nam Saturnus rex fuit Cretæ, quem Iupiter filius eius bello pepulit. hic fugiens ab Iano susceptus est, qui regnabat in Italia: quem quũ docuisset usum uinearum & falcis, in partem est admissus imperij, & sibi oppidum fecit, postea suum repetiuit imperiũ. Is genus indocile.) pro Indoctũ. nam indocile est, quod penitus non potest discere: Indoctum, quod nondũ didicit. Hos autẽ dicit esse compositos: unde apparet quia indocile dicit, pro indoctũ. Hoc est aũt quod dicit Cicero in primo Rhetoricorũ,

Feroc

ferros adhuc homines magni cuiuſdam uiri oratione compoſitos. Legesq́ dedit.) Atqui dixit, Haud uinclis nec legibus æquam. ſed intelligimus Saturnũ dediſſe leges, quibus adeo obtemperauerũt, quũ iam antea per naturam ſine legibus uiuerent. Latiumq́ uocari maluit.) Bene Maluit. nam & Saturnia dicta eſt: ut, Et nomen poſuit Saturnia tellus. Et Vergilius Latium uult dici, quòd illic Saturnus latuit. Varro autem Latium dici putat, quòd la

Compoſuit, legesq́ dedit, Latiumq́ uocari
Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris.
Aureaq́ (ut perhibent) illo ſub rege fuere
Secula, ſic placida populos in pace regebat.
Deterior donec paulatim, ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor ſucceſſit habendi.
Tum manus Auſonia, & gentes uenere Sicanæ
Sæpius, & nomen poſuit Saturnia tellus.
Tum reges, aſperq́ immani corpore Tybris,
A quo poſt Itali fluuium cognomine Tybrim
Diximus, amiſit uerum uetus Albula nomen.
Me pulſum patria, pelagiq́ extrema ſequentem
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum

tet Italia inter præcipitia Alpiũ & Apennini. Sic placida populos in pace regebat) Vt merito aurea ſecula crederẽtur. Decolor ætas.) uitioſa. In omni enĩ uitioſo corpore ineſt peſſimus color. & alludit ad naturã metalli, quã cernimus diſcolorẽ. nec immeritò: ſuprà enĩ dixerat, Aurea ſecula. ideo nũc dixit, Decolor ætas. Tum manus Auſonia.) Omnes terræ habitatores, aut indigenæ ſunt, aut aduenæ, aut conuenæ. Indigenæ ſunt inde geniti, quos uocant Aborigines Latini, Græci αὐτόχθονες, ut de Faunis dixit: Aduenæ, de uno loco ueniẽtes, ut Saturnus: Cõuenæ, de diuerſis, ut Auſones & Sicani. Sicani autem ſecundũ nonnullos populi ſunt Hiſpaniæ, à Sicori fluuio dicti. Lucan. Heſperios inter Sicoris nõ ultimus amneis. Hi duce Siculo uenerunt ad Italiam, & eam tenuerunt excluſis Aboriginibus: mox illi pulſi ab illis, quos ante pepulerãt, inſulam uicinã Italiæ occupauerunt, & eam Sicaniã à gentis nomine, Siciliam uerò à ducis nomine dixerunt. quanq̃ Thucydides de Sicilia Italum dixit ueniſſe, & ab eo Italiam eſſe appellatam. Immani corpore Tybris.) Hic Thuſcorum rex fuit, qui iuxta hunc fluuiũ pugnans cecidit, & ei nomen impoſuit. alij uolunt iſtum ipſum regem latrocinatũ eſſe circa huius fluminis ripas, & tranſeuntibus crebras iniurias intuliſſe: unde Tybris, quaſi ὕβρις dictus eſt, ἀπὸ τῆς ὕβρεως, id eſt, ab iniuria. nam amabant maiores ubi aſpiratio erat, s ponere, ut ἑπτὰ, ſeptem: uel f, ut ἑλένη, felena. alij (ut ſuprà diximus) uolunt eos qui de Sicilia uenerunt, Tybrim dixiſſe ad ſimilitudinem foſſæ Syracuſanæ, quam fecerunt per iniuriã Afri & Athenienſes iuxta ciuitatis murũ. Nam quod Liuius dicit, ab Albano rege Tyberio Tybrum dictũ, non procedit: ideo quia etiã ante Albam Tybris dictus inuenitur. Albula nomen.) Antiquũ hoc nomen à colore habuit. Me pulſum patria.) Aut, ut diximus ſuprà, propter parricidiũ, aut certè oraculorũ neceſſitate compulſum. Pelagiq́ extrema.) per extrema pelagi actũ: aut, ut dicit Donatus, per pelagus extrema pelagi ſequentem: aut Pelagi àduerbiũ eſt. Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatũ.) Secundũ Stoicos locutus eſt, qui naſci & mori fatis dant, media omnia fortunæ: nam uitæ humanæ incerta ſunt

omnia. unde & miscuit, ut quasi plenum ostenderet dogma. nam nihil tam contrarium est fato, quàm casus: sed secundum Stoicos dixit. Egere.) *coëgere, ut quasi ostendat se inuisum.* Carmentis nymphæ monita.) *matris eius. Nymphæ autem, maritæ dixit: nam Græcè sponsa νύμφη dicitur. Hæc autẽ non uerè nympha fuit, sed uaticinatrix.* Autor.) *scilicet oraculorum.* Monstrat & aram.) *quam matri fecit extinctæ. est autem iuxta portã, quæ primò à Carmente Carmentalis dicta est, pòst Scelerata, à Fabijs 306. uiris, qui per ipsam in bellum profecti non sunt reuersi.*

His posuere locis, matrisq́ egere tremenda
Carmẽtis nymphę monita, & deus autor Apollo.
Vix ea dicta: dehinc progressus monstrat & arã,
Et Carmentalem Romano nomine portam,
Quã memorãt nymphæ priscũ Carmẽtis honorẽ,
Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros
Aeneadas magnos, & nobile Palanteum.
Hinc lucũ ingentem, quem Romulus acer Asylũ
Rettulit, & gelida monstrat sub rupe Lupercal,
Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.
Necnon & sacri monstrat nemus Argileti:

Vatis fatidicæ.) *Bene addidit Fatidicæ: nam uatẽ & poëtam possumus intelligere. Lucil. Nec si te pectore uates Accipiam. unde solum plenum non erat. Ergo tale est, ut est illud in Sallust. In tugurio mulieris ancillæ. non quia mulieris, statim & ancillæ: si autem ancilla, statim & mulier est.* Quæ prima.) *Quia postea etiã Sibylla dixit.* Nobile Palanteũ.) *futurũ scilicet, sicut & Aeneadas.* Asylũ rettulit.) *Postquam Hercules migrauit è terris, nepotes eius timentes insidias eorũ quos auus afflixerat, Athenis sibi primi asylum, hoc est, templũ misericordiæ collocarunt, unde nullus posset abduci: quod etiam Statius dicit, Herculeos fama est fundasse nepotes. Ideo ergò ait, quòd Romulus acer asylum rettulit; hoc est, fecit ad imitationem Atheniensium asylis: quod ideo Romulus fecit, ut haberet aduenas plures, cum quibus conderet Romam. Iuuena. Et tamen ut longè repetas longéq; reuoluas Nomen, ab infami gentè deducis asylo.* Gelida monstrat sub rupe Lupercal.) *Sub mõte Palatino est quædã spelunca, in qua de capro luebatur, id est, sacrificabatur: unde & Lupercal dictũ nonnulli putant. Alij uerò dicũt, quòd illic lupa Remũ & Romulũ nutrierit. alij, quod est uerisimilius, lucum hunc esse sacratum Pani deo Arcadiæ, cui etiã mons Lycæus in Arcadia est consecratus. & dictus est quòd λύκους, id est, lupos non sinat in oueis sæuire. Ergo ideo & Euander deo gentis suæ sacrauit locum, & nominauit Lupercal, quòd præsidio ipsius numinis lupi à pecudibus arcerentur.*

Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.) *Ordo est, Monstrat Lupercal Panos Lycæi dictũ de more Parrhasio: id est, ostendit Lupercal Panos Lycæi dicatum ex more Arcadico. nam Parrhasia, Arcadia est.* Dictum.) *dicatum, consecratum.* Panos Lycæi.) *Huius Panos genitiuus est Græcus: & Panos Lycæi sic dictum est, ut Iouis Olympi, Apollinis Delphorũ.*

Sacri mõstrat nemus Argileti.) *Sacri, execrabilis. Sanè Argiletum multi uolũt, quasi argilletum, à pingui terra. alij à fabula: nam Euander Argum quendam suscepit hospitio, qui quum de eius cogitaret interitu, ut ipse regnaret, Euandro hæc non sentiente socij intellexerunt, & Argum necarunt; cui Euander & sepulchrum fecit, & locum sacrauit: non*

quòd illè

quòd ille merebatur, sed hospitalitatis causa. Bene autem Euander in hac re immoratur, & docet causas, ne apud hospitem in suspitionem ueniat. ergo Argiletum, ab Argo illic sacratò & sepulto. Testatur locum.) iurat non sua culpa iura hospitij esse uiolata. Aurea nunc.) Nunc ad utrunq; pertinet, & ad auream, & ad Tarpeiam sedem: nam Tarpeia sedes dicta est à Tarpeia uirgine. Quũ enim Romulus contra Sabinos bella tractaret, & Tarpeio cuidam dedisset arcem tuendã, filia eius Tarpeia aquatum profecta, in hosteis incidit: quã quum cohortaretur ad proditionem, illa pro præmio poposcit ornatũ manuũ sinistrarum, id est, armillas. facta itaque arcis proditione, hostes ingeniosa morte promissa soluerunt. nam scuta, id est, sinistrarũ manuum ornatum super illam iacientes, eam luce priuauerunt, quæ illic sepulta Tarpeiæ sedi nomen imposuit.

Testaturq́; locum, & letum docet hospitis Argi.
Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit:
Aurea nunc, olim syluestribus horrida dumis.
Iam tum relligio pauidos terrebat agrestes
Dira loci: iam tum syluam, saxumq́; tremebant.
Hoc nemus, hũc (inquit) frondoso uertice collem,
Quis deus incertũ est, habitat deus: Arcades ipsũ
Credunt se uidisse Iouem, cum sæpe nigrantem
Aegida concuteret dextra, nimbosq́; cieret.
Hæc duo præterea disiectis oppida muris
Relliquias, ueterumq́; uides monumenta uirorũ.
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus cõdidit urbem:
Ianiculumq́; illi, huic fuerat Saturnia nomen.
Talibus inter se dictis ad tecta subibant
Pauperis Euandri, passimq́; armenta uidebant
Romanoq́; foro, & lautis mugire carinis.
Vt uentum ad sedes: hæc, inquit, limina uictor

Dira.) magna: ut, An sua cuiq; deus fit dira cupido. Relligio.) id est, metus: ab eo quòd mentem religet, dicta Religio. Hoc nemus.) Bene ubiq; Nemus dixit: nam tunc ædificia non erant. Ipsum credunt se uidisse Iouem.) in hoc scilicet nemore. Benè ad illud alludit, quòd primi dicuntur Ioui templa fecisse. nec enim longè sunt à monte Olympico: unde eos dixit Iouem uidisse, & quòd ipsi sunt προσέληνοι, id est, ante lunã creati: ut Stati. Arcades astris lunáq; priores. Licet dicat Sallust. primò Cretenses inuenisse religionem, unde apud eos natus fingitur Iuppiter. Aegida concuteret.) Hic distinguendum est: nam Aegida, id est, pellem Amaltheæ capræ, à qua nutritus est, in sinistra Iuppiter tenet. Dextra, nimbosq́; cieret.) & de dextra fulmina commoueret. nam modo Nimbos pro fulminibus posuit, quæ de dextra iacit. Aegidis autẽ concussio commouet pluuias. Disiectis oppida muris.) Vnum Iani, aliud Saturni, iam tunc uetusta. Monumenta uirorũ.) Hoc sermone ostendit etiam Saturnũ uirum fuisse. Passimq́; armenta uidebant.) quæ post mortem Caci nullo timore passim uagabantur. Romanoq́; foro.) Romanum forũ est, ubi nunc rostra sunt. Lautis mugire carinis.) Carinæ sunt ædificia facta in carinarum modum, quæ erant intra templũ Telluris. Lautas dixit, aut propter elegantiam ædificiorũ, aut propter Augustum, qui natus est ciuis ueteribus, & nutritus est in lautis carinis. Victor

Alcides

Alcides subijt.) εὐσυμβόλως: id est, bonū Aeneæ omen ostenditur. *Aude hospes contēnere opes.*) Bene Aude, quasi rem arduam & difficilem. *Dignū finge deo.*) compone te in similitudinem numinis. *Angusti subter fastigia tecti duxit.*) Ex cōtrarietate quæsitus ornatus. ait enim, Angusti tecti subter fastigia ingentem Aeneā duxit. *Pelle Libystidis ursæ.*) Species pro genere: nam cuiuslibet feræ possumus accipere. *Exterrita mater.*) Ideo territa, quia mater.

Alcides subijt: hæc illum regia cepit.
Aude hospes contemnere opes, & te quoq; dignū
Finge deo, rebusq́; ueni non asper egenis.
Dixit, & angusti subter fastigia tecti
Ingentem Aeneam duxit, stratisq́; locauit
Effultum folijs, & pelle Libystidis ursæ.
Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.
At Venus haud animo nequicq̄ exterrita mater,
Laurentumq́; minis, & duro mota tumultu
Vulcanū alloquit, thalamoq́; hæc coniugis aureo
Incipit, & dictis diuinum aspirat amorem:
Dum bello Argolici uastabant Pergama reges
Debita, casurasq́; inimicis ignibus arces,
Non ullum auxilium miseris, non arma rogaui
Artis, opisq́; tuæ: nec te charissime coniux,
Incassumúe tuos uolui exercere labores.
Quamuis & Priami deberem plurima natis,
Et durum Aeneæ fleuissem sæpe laborem.
Nunc Iouis imperijs Rutulorum constitit oris:

Dictis diuinū aspirat amorem.) Petitura pro filio de adulterio procreato, orationē suā ingenti arte cōposuit. qđ etiā Vulcanus ipse testatur dicēs, Quid causas petis ex alto? Non enim aperta est eius petitio, sed longo procemio puersam amore mariti circūuenit mentē. Ergo quæstionē hanc, quæ nascitur ex petitione Veneris impudica, soluimus his modis: primò qđ Vulcanū amore circūuenit: deinde qđ est nacta occasionē eius temporis, quo Marti arma faciebat, quem fuisse sciebat adulterum. per quod datur intelligi, Vulcanū omnem suspitionem & iram, quam habuit circa Venerem, deposuisse, adeò ut arma etiam ipse fabricaret adultero. præterea Vulcanum uxorium fuisse testatur & ipse Vergilius, dicens, Tunc pater æterno fatur deuinctus amore. & Statius, ubi Martē Venus alloquitur: ut, At non eadem Vulcania nobis Obsequia & læsi seruat tamē ira mariti. Nam quod dicit Donatus potuisse fieri, ut cum Anchisa concumberet Venus, anteq̄ Vulcano nuberet, non procedit. constat enim à principio Venerem uxorem fuisse Vulcani. *Debita.*) fataliter ad exitū destinata. *Miseris.*) Atqui honestū est miseris subuenire: sed hoc dicit, cur te fatigarem pro hominibus fati necessitate perituris? *Priami deberem plurima natis.*) Scimus quòd Paridi tantū debuit: sed hoc idem habet ad aliarū cōmemorationem personarū, ne ex turpi causa Paridi debuisse uideatur. *Aeneæ fleuissem sæpe laborē.*) Bene post Pergama, post Troianos, post Priami liberos cum excusatione cōmemoratio fit Aeneæ. dicit enim se eius infelicitate commotam. *Iouis imperio.*) ne uideretur impudens, si alienu regna deposceret. & hoc latenter dicere uidetur: faue huic, cui etiam Iuppiter fauet.

Eadem.)

Eadem.) quæ tunc scilicet silui. Arma rogo.) Hic distinguendum, ut cui petat non dicat, sed relinquat intelligi. Genitrix nato te filia Nerei.) Thetis, quæ Achilli arma impetrauit. & bonis utitur cõparationibus, dicẽdo filia Nerei, quum ipsa Iouis sit filia. item uxor Tithonia, quum ipsa sit Vulcani. Neri autem pro Nerei. Omnia autẽ quæ in eus exeunt hodie, apud maiores in es exibant, ut Nereus neres, Tydeus tydes, & genitiuum in is mittebant, ut tydis neris: sed quia plerunq; S in latinitate detrahitur, remanebat I hinc est filia Neri, immitis Achilli. Sallustius: Ad bellum Persi Macedonicum. sic Asper. Tithonia cõiux.) Aurora quæ petiuit Memnone. Clausis ferrũ acuant portis.) Dixit enim superius, Quinq; adeò magnæ positis incudibus urbes. In me.) Artificiose arma petit, etiam sibi ꝓfutura: nã à Græcis fuerat uulnerata. unde est, Equidẽ credo mea uulnera restant.

Ergo eadem supplex uenio, & sanctũ mihi numen
Arma rogo genitrix nato: te filia Nerei,
Te potuit lacrymis Tithonia flectere coniux.
Aspice qui coëant populi, quæ mœnia clausis
Ferrum acuant portis in me, excidiumq; meorũ.
Dixerat, & niueis hinc atq; hinc Diua lacertis
Cunctantem amplexu molli fouet: ille repente
Accepit solitam flammam, notusq; medullas
Intrauit calor, & labefacta per ossa cucurrit.
Non secus atq; olim tonitru cum rupta corusco
Igne a rima micans percurrit lumine nimbos.
Sensit læta dolis & formæ conscia coniux.
Tum pater æterno fatur deuinctus amore:
Quid causas petis ex alto? fiducia cessit
Quo tibi Diua mei? similis si cura fuisset,
Tum quoq; fas nobis Teucros armare fuisset.
Nec pater omnipotens Troiam, nec fata uetabãt
Stare, decemq; alios Priamũ superesse per annos.
Et nunc, si bellare paras, atq; hæc tibi mens est,

Cunctantem.) scilicet de promissione, quam rem per amplexum suum immisso amore persoluit. Accepit solitam flammam.) Alludit ad rem naturalem: nanque ideo Vulcanus fingitur maritus Veneris, quod uenereum officium non nisi calore consistit. unde, Frigidus in Venerem senior. Labefacta per ossa.) si ossa labefecit, quanto magis animum? Atq; olim.) ferè, ut solet: nam nõ est aduerbium temporis. Igne a rima micãs.) id est, fulmen, cuius naturam expressit: Nanq; nubes uento coactæ plerunq; rumpuntur, & ex se fulmen emittunt. Formæ conscia coniux.) Intellexit se dolis & pulchritudine præuertisse mentem mariti. Deuinctus.) Hoc sermone ostendit eum cuncta posse cõcedere. Ex alto.) argumentatione longe repetita. Nec fata uetabant stare.) Atqui suprà ait, debita. Sed sciendum secundum aruspicinæ libros, & sacra Aruntia, quæ Tages composuisse dicitur, fata decem annis quadam ratione differri, quod nunc dicit Vulcanus potuisse fieri. Ergo non est contrarium. nam fata differuntur tantum, nunquam penitus immutantur: quod etiam Iuno dicit, Atq; immota manet fatis Lauinia coniux, Attrahere atque moram tantis licet addere rebus. Si bellare paras.) Quia dixerat, In me excidiumq; meorũ.

Quicquid in arte mea possum promittere curæ,
Quod fieri ferro, liquido ue potest electro,
Quãtum ignes, animæq; ualent: absiste precãdo,
Viribus indubitare tuis. ea uerba locutus
Optatos dedit amplexus, placidumq; petiuit
Coniugis infusus gremio per membra soporem.
Inde ubi prima quies medio iam noctis abactæ
Curriculo expulerat somnũ, cum fœmina primũ
Cui tolerare colo uitam, tenuiq; Minerua,
Impositum cinerem, & sopitos suscitat ignes
Noctẽ addens operi, famulasq; ad lumina longo
Exercet penso, castum ut seruare cubile
Coniugis, & possit paruos educere natos.
Haud secus ignipotens, nec tempore segnior illo
Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit.

Possum promittere curæ.) uel possum quicqd curæ est, id est, officij & solicitudinis. Liquido electro.) puro: & secundum Plin. in naturali historia, sunt tria electri genera: unum ex arboribus, quod succinũ dicitur: aliud, quod naturaliter inuenitur: tertium, quod fit de tribus partibus auri & una argenti, quas partes etiam si naturam resoluas inuenies. unde errant qui dicunt melius esse naturale. Electri autem natura probatur ueneno, quo recepto & stridorẽ emittit, & uarios in dissimilitudinem reddit colores. Animæ.) uenti, ἀπὸ τῶν ἀνέμων, quia secũdum aliquos anima uentus est: ut, Atque in uẽtos uita recessit. Precando uiribus indubitare tuis.) id est, dubitare: nã in uacat. & hoc dicit, precũ nimietas postulatiõis significat dubitationẽ. Cõiugis infusus gr.) hoc est, ante concubuit, & sic quieuit. Probus uero et Carminius propter cacemphaton, Infusum legũt: ut sit sensus, dormit cum coniuge dormiente, id est, petijt soporem infusum etiam in coniugis gremio. Curriculo.) tempore modò: aliâs loco, aliâs officio. Colo.) Hunc sequimur: nam huius coli dicimus, nõ ut Statius huius colus, in Sexto Theb. Extrema iam fila colu datus ordo senectæ. & in Quarto, Nigræq; sororũ Intrauere colus. Tenuiq; Minerua.) non filo tenui, sed paruo precio lanificij. & alij hic distingunt, & subaudiunt Mos est, aut Placet: ut sit sensus, Cui tolerare colo uitam tenuiq; Minerua mos est, uel placet: & sic inferunt, Impositũ cinerem & sopitos. ut contrà Horat. Incedis per ignes Suppositos cineri doloso. Alij sic legũt, Tenuiq; Minerua impositum, id est, cui hæc necessitas fataliter data. Noctem addens operi.) Per transitum ostendit esse noctem partẽ diei. Exercet penso.) fatigat. Terent. in Andria: Primo hæc parce ac duriter uitam agebat, lana & tela uictũ quæritans. hinc ergo traxit Vergil. ut diceret, Castum ut seruare cubile. Ignipotẽs.) Vulcanus, ut diximus, ignis est: & dicitur Vulcanus, quasi Volicanus, quod per aërẽ uolet. ignis enim è nubibus nascitur. unde & Homerus dicit eum de aëre præcipitatũ in terras, quod omne fulmẽ de aëre cadit, quod quia crebro in Lemnum insulam iacitur, ideo in eam dicitur cecidisse Vulcanus, ubi eum Sinties nutriuerũt. Claudus aũt dicitur, quia per naturã nunq̃ rectus est ignis. hoc enim ex Homero tractũ, ubi dicit: ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτ' ἀλεξέμεναι μεμαῶτα ῥῖψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο. πᾶν δ' ἦμαρ φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι κάππεσον ἐν Λήμνῳ, ὀλίγος δ' ἔτι θυμὸς ἐνῆεν· ἔνθά με Σίντιες ἄνδρες ἄφαρ κομίσαντο πεσόντα. Ad fa

brilia

Insula Sicanium iuxta latus, Aeoliamq;
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis.
Quam subter specus, & Cyclopum exesa caminis
Antra Aetnæa tonant, ualidiq; incudibus ictus
Auditi referunt gemitum, striduntq; cauernis
Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat,
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.
Hoc tunc ignipotens cœlo descendit ab alto.
Ferrum exercebant uasto Cyclopes in antro:
Brontesq;, Steropesq;, & nudus mẽbra Pyracmon.
His informatum manibus iam parte polita
Fulmen erat, toto genitor quæ plurima cœlo
Deijcit in terras, pars imperfecta manebat.
Treis imbris torti radios, treis nubis aquosæ,
Addiderant rutili treis ignis, & alitis austri.

brilia.) dura. Ex contrarijs epithetis fecit ornatũ dicens, Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit. Sicaniũ iu. la. Aeoliamq; Erigitur Lip.) *Physiologia est, cur Vulcanus in his locis officinã habere fingatur, inter Liparen & Aetnã, scilicet propter ignem & uẽtos, quæ apta sunt fabris. Aeoliam aũt ideo Liparen, quia una est de illis septẽ insulis, quibus Aeolus imperauit.* Antra Aetnæa tonãt.) *Magnitudinẽ ictuũ ostẽdit, quibus & uicini montes resultabant: aut certe Aetnæa, Quasi Aetnæa dixit.* Auditi referũt gemitum.) *Per Echo, et breuiter significauit.* Stricturæ chalyb.) *Strictura est terra ferri in massã coacta. Chalybes ꝓprie sunt populi apd quos nascitur ferrum: ut ipse, At chalybes nudi ferrũ uirosaq; Pontus Castorea. unde modo Chalybũ posuit stricturas pro ferri massis.* Hoc tunc.) *id est, huc tum. & Hoc pro Huc posuit secundũ antiquũ morẽ: nam antea Hoc aduerbiũ loci fuit, quod nũc aboleuit. nã crebro in antiquis lectionib. inuenitur, sicut in epist. probat Verrius Flaccus exẽplis, autoritate, & ratione: dicẽs in aduerbio pro V, O plerũq; maiores ponere cõsuetos, & sic pro Huc, Hoc ueteres dicere solebãt, sicut pro illuc illò dicimus. unde etiã Hoc o longũ apparet esse, sicut illò dicimus, quod pro illuc ponitur.* Brontesq;.) *Quid facturi sint ex nominibus docet: nam Brontes à tonitru dictus est, ἀπὸ τῆς βροντῆς: Steropes à fulgetra, id est, ἀπὸ τῆς στεροπῆς: Pyracmon uero, qui nũquam à calenti incude discedit, ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ ἄκμονος: nam πῦρ ignis est, ἄκμων incus.* Nudus membra.) *Per hunc etiam cæteros nudos fuisse significat.* Informatum.) *in quandam formam designatum & cõpositum: dicit aũt in fulmine partẽ non perfectã, partem iam politã fuisse.* Toto genitor quæ plur. cœlo.) *id est, ab omni parte cœli: nam dicũt physici de sexdecim partibus cœli iaci fulmina.* Quæ aũt, qualia: *ut, Hũc Euryale aspicio, id est, talem. Ergo hoc dicit: faciebãt fulmen in eorũ similitudinẽ, quæ Iuppiter iacit toto cœlo, hoc est, diuersis partibus cœli, scilicet sexdecim.* Treis im. tor. ra.) *cõstricti & coacti in grãdinẽ. Stat. Siccos quos asper hiatu Præsolidat Boreas. Et sciendũ in hoc eum uelle ostẽdere, toto anno iaci fulmẽ: nã per has periphrases tẽpora ostẽdit anni totius, quæ & quatuor esse, & ternos mẽses habere manifestũ est. unde dicit, Treis imbris torti radios, hoc est, grãdinis quæ abũdat per hyemẽ.* Treis nu. aq.) *hoc est, ueris, quo tẽpore nimiæ sunt pluuiæ: ut, Et ruit imbriferũ uer.* Rutili tr. ig.) *hoc est, æstatis.* Et a. a.) *hoc est, autũni, quo uẽtorũ crebra sunt flamina. Et*

& prudenter his omnibus naturam exprimit fulminis, quod necesse est ut per nubes & uentos nascatur. Fulgores nunc terrificos.) quos fulgetras dicunt. Sonitumq́ metumq́.) per sonitũ tonitrua ostendit, per metum fulgetras. & hunc ordinẽ sic posuit, ut hominibus uidetur: nam reuera prior est collisio nubiũ, unde ignis emittitur. Nos autẽ ideo prius fulgetras uidemus ꝙ̃ tonitrua audiamus, quia uelocior oculorũ quàm auriũ sensus est.

Fulgores nunc terrificos, sonitumq́ metumq́
Miscebant operi, flammisq́ sequacibus iras.
Parte alia Marti currumq́ rotasq́ uolucres
Instabant, quibus ille uiros, quibus excitat urbes.
Aegidaq́ horrificam, turbatæ Palladis arma,
Certatim squammis serpentũ, auroq́ polibant,
Connexosq́ angueis, ipsamq́ in pectore Diuæ
Gorgona, desecto uertentem lumina collo.
Tollite cuncta, inquit, cœptosq́ auferte labores:
Aetnæi Cyclopes, & huc aduertite mentem.
Arma acri facienda uiro, nunc uiribus usus,
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra
Præcipitate moras: nec plura effatus. at illi
Ocyus incubuere omnes, pariterq́ laborem
Sortiti: fluit æs riuis, auriq́ metallum,
Vulnificusq́ chalybs uasta fornace liquescit.

Sequacibus.) psecutricibus. Aegidaq́ horrificã.) Aegis proprie est munimentũ pectoris æreum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimẽtum si in pectore numinis fuerit, ægis uocatur: si in pectore hominis, sicut in antiquis imperatorũ statuis uidemus, lorica dicitur. Turbatæ.) pro Turbãtis: nã timuit homæoteleuton, & fecit supinã significationem. alij ad fabulã referũt, quia dicitur in bello Gigantũ arma perdidisse turbata, ut quasi ipsa nũc repararet: cuius dicti nullus autor idoneus reperitur. Squammis serpentum auroq́ polibant.) Aegida horrificam aureis squãmis serpentũ certatim polibãt. alij uolũt, reuera de corio serpentũ dicere eũ arma esse leuigata. Cõnexosq́ angues.) Gorgonis scilicet capiti. Desecto uertentẽ lum. col.) aut sua lumina circũferentem, & mortis indignatione quærẽtem, quorũ se interitu posset ulcisci: aut certe intuentem, lumina in saxa uertentẽ. hoc aũt caput ideo Minerua fingitur habere in pectore, quod illic est omnis prudẽtia, quæ confundit alios, & imperitos ac saxeos cõprobat. Tollite cũcta, inquit.) Vile est quod pleriq; dicunt propter arma Martis iratũ esse Vulcanũ: præsertim quũ & armẽt Mineruã, & fabricẽt fulmina Cyclopes, & Vulcanus dixerit Cũcta tollite. ergo Tollite aut differte est, aut celerius terminate. Cœptosq́ auferte labo.) Quia dixerat, His informatũ manibus iam parte polita Fulmen. Aetnei cyclopes.) ut, Aetneos fratres. Nũc uiribus usus.) nũc est uestrarum uiriũ exercitiũ, id est, tempus exercendæ uirtutis circa arma uiri fortis. Arte magistra.) ambitiosius, ꝙ̃ si magistri diceret: rem psonæ in artẽ trãstulit. ut si dicas, opus est peritia medicinæ, nõ medici. Præcipitate mo.) Præcipitãter, id est, festinãter abijcite. Nec plura fa.) sicut festinantẽ decebat. Ocyus incubuere.) ꝙ̃ ille præceperat. Pariter.) pari modo. Sortiti.) diuiserũt inter se laboris officiũ: ut, Sortiti remos. Vulnificusq́ chalybs.) populũ apud quẽ nascitur, pro ferro posuit. & Liquescit dixit proprie; nam ferrũ non soluitur, sed

ſed molleſcit. Informāt.) *deſignant.* Ingentē autē, *& magnitudine & ſoliditate. nam & clypeū dixit, qui magnitudine corpus furatur: unde & clypeus dictus eſt,* ἀπὸ τοῦ κλέπτειν. *& dicturus eſt,* Septenosq; orbibus orbes. Impediūt.) *id eſt, uelut ſeptē ſcuta facta in unitate cōnectūt.* Accipiūt reddūtq;.) *iungendū. uno enim eodēq; tēpore partim reddūt, partim uentos accipiunt.* Stridentia tingūt.) *tingendo ſtridere faciūt.* In numerum.) *in*

Ingentem clypeũ informant unum, omnia cõtra
Tela Latinorum, ſeptenosq; orbibus orbes
Impediunt, alij uentoſis follibus auras
Accipiunt, redduntq;, alij ſtridentia tingunt
Aëra lacu, gemit impoſitis incudibus antrum.
Illi inter ſeſe multa ui brachia tollunt
In numerum, uerſantq; tenaci forcipe maſſam.
Hæc pater Aeolijs properat dum Lemnius oris,
Euandrum ex humili tecto lux ſuſcitat alma,
Et matutini uolucrum ſub culmine cantus.
Conſurgit ſenior, tunicaq; inducitur artus,
Et Tyrrhena pedum circũdat uincula plantis,
Tum lateri, atq; humeris tegeæũ ſubligat enſem,
Demiſſa ab læua pantheræ terga retorquens.
Necnon & gemini cuſtodes limine ab alto
Præcedunt, greſſumq; canes comitantur herilem.
Hoſpitis Aeneæ ſedem, & ſecreta petebat
Sermonum memor, & promiſſi muneris heros.

ordinē: ut, Tum uero in numerū Faunosq; ferasq; uideres Ludere. Forcipe.) Forfices ſunt, *qbus incidimus: forcipes ſunt, qbus aliquid foruum tenemus, quaſi foruicapes. nam foruū eſt calidū: unde & formoſos dicimus, quibus calor ſanguinis ruborem pulchritudinis creat.* Hæc dum properat.) *properāter facit: & eſt honeſta locutio.* Aeolijs.) *Nam, ut diximus,* Vulcania *ima eſt de ſeptē Aeolijs.* Lēnius.) *qui in Lemnū inſulam (ut diximus) cecidit, à Iunone propter deformitatem deiectus, quā aërem conſtat eſſe, ex quo fulmina procreantur. Ideo autem Vulcanus de femore Iunonis fingitur procreatus, quod fulmina de imo aëre naſcātur: quod etiam Lucan. dicit,* Fulminibus terræ propior ſuccenditur aër, Pacem ſumma tenent. Volucrum ſub culmine.) *Poteſt & generaliter accipi,* Volucrum *quantūuis: & ſpecialiter, ut hirundinū.* Tyrrhena uin.) *Thuſca calciamenta. & dicit crepidas, quas primo habuere ſenatores, pòſt equites Romani, nūc milites.* Tegeæum enſem.) *Arcadicū gladium.* Totum hoc ex Homero legitur de Agamemnone: ἕζετο δ' ὀρθωθεὶς, μαλακὸν δ' ἔνδυνε χιτῶνα καλὸν νηγάτεον, περὶ δ' αὖ μέγα βάλλετο φᾶρος, ποσσὶ δ' ὑπαὶ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα, ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισι βάλλετο ξίφος ἀργυρόηλον. Demiſſa ab læua pantheræ terga retorquēs.) *A ſiniſtro humero pellem demiſſam habuit, quam retorquēs & in dextram reuocans partem, ſe amiciebat.* Gemini cuſtodes.) *Hoc & in Homero lectū eſt de Telemacho Vlyſſis filio,* ἐν τῷ β. βῆ ῥ' ἴμεν ἐς ἀγορὴν, παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος. οὐκ οἶος ἅμα, τῷ δὲ δύω κύνες ἀργοὶ ἕποντο. *Et in hiſtoria Romana, quæ ait: Syphax inter duas canes ſtans Scipionem appellauit.* Sermonū memor.) *Scilicet promiſſi auxilij: ut,* Auxilio tutos dimittam opibusq; iuuabo. Heros.) *Hoc nomen*

Quid memorē infandas cædes?) Figura oratoria, quæ paralepsis uocatur. Cicero, Nā illa nimis antiqua prætereo. Effera.) cruēta. Dij capiti ipsius.) Vt, Quod Dij prius omen in ipsum Cōuertant. Tormēti genus.) Exclamatio est inuēti supplicij. Sanie, tabo.) Sa-

Quid memorē infandas cædes? qd facta tyranni
Effera? Dij capiti ipsius, generiq; reseruent.
Mortua quinetiam iungebat corpora uiuis,
Componens manibusq; manus, atq; oribus ora
(Tormenti genus) & sanie, taboq; fluentes,
Complexu in misero longa sic morte necabat.
At fessi tandem ciues infanda furentem
Armati circūsistunt, ipsumq; domumq;:
Obtruncāt socios, ignem ad fastigia iactant.
Ille inter cædes Rutulorum elapsus in agros
Confugere, & Turni defendier hospitis armis.
Ergo omnis furijs surrexit Hetruria iustis,
Regem ad supplicium præsenti Marte reposcunt.
His ego te Aenea ductorem millibus addam.
Toto nanq; fremunt condensæ littore puppes,
Signaq; ferre iubent, retinet longæuus aruspex,
Fata canens: ò Meoniæ delecta iuuentus,
Flos ueterū uirtusq; uirûm, quos iustus in hostem
Fert dolor, & merita accendit Mezentius ira,
Nulli fas Italo tantam subiungere gentem.
Externos optate duces, tum Hetrusca resedit
Hoc acies campo, monitis exterrita Diuûm.
Ipse oratores ad me, regniq; coronam
Cum sceptro misit, mandatq; insignia Tarcon.
Succedam castris, Tyrrhenaq; regna capessam:
Sed mihi tarda gelu, sæclisq; effœta senectus
Inuidet imperium, seræq; ad fortia uires.
Gnatum exhortarer, ni mixtus matre sabella
Hinc partem patriæ traheret: tu, cuius & annis,

nies mortui est, tabo uiuentis, scilicet sanguinis. Confugere.) cōfugiebat. & ut diximus, historicus est stylus. Defendier.) defendi, id est, defēdebatur. et uertit historiam: nā, ut diximus, Turnus magis confugit ad Mezentiū. Præsenti Marte.) sine aliqua dilatione. Addam.) Aut dabo, aut reuera addam habētibus Tarchontem. Longæuus aruspex.) Argumēto ætatis uult doctū uideri. Optate duc.) uotis scilicet. Hoc acies cā.) quasi iam in bellum parati. Regniq; coronā.) Insigne, non reuera coronā, quū Thusci nunq̄ reges habuerint. ergo species est pro genere. Mandatq; insig.) aut mittit insignia, id est, ornamēta regalia: aut reuera mādat insignia, id est, magna: ut, Castris succedā & capessam regna Tyrrhena. Sed mi. tar. ge.) Occurrit tacitis quæstionibus, dicēs, se nō isse propter ætatē senilem: filiū uero ꝓpter mixtū genus per originē matris, unde Aeneā dicit ire debere, cui ætas & origo regna cōcedūt. Sæclisq; effœta sen.) Notandū dicta sæcula etiā in uno homine, secūdū eos, qui dicūt sæculū triginta annos habere. nā alij uolūt C. x. alij mille annis putāt sæculū cōtineri. Inuidet imp.) Bona elocutio: ut, Liber Pāpineas inuidit collibus umbras.

Quem

Quem numina poscũt.) ut, Externos optate duces. Italum fortissime ductor.) ὑστερμαβόλως iam ductorem Italiæ uocat Aeneam. Spes & solatia.) Spes, quia multa de eius uirtute sibi promittebat pater: Solatiũ, quia amissa cõiuge unici filij utebatur solatio. est autẽ solatium præsentis diminutio tristitiæ. Tolerare.) quasi rem asperã & difficilem. Miretur.) imitetur. Lucan. Miratorq; Catonis. Optima enim ingenia necesse est, ut ea quæ mirantur, imitentur.

Et generi fatum indulget, quem numina poscunt
Ingredere ò Teucrũ atq; Italũ fortissime ductor.
Hunc tibi præterea spes, & solatia nostri
Palanta adiungam, sub te tolerare magistro
Militiam, graue Martis opus, tua cernere facta
Assuescat, primis & te miretur ab annis.
Arcades huic equites bis centum robora pubis
Lecta dabo, totidemq; suo tibi nomine Palas.
Vix ea fatus erat, defixiq; ora tenebant
Aeneas Anchisiades, & fidus Achates.
Multaq; dura suo tristi cum corde putabant,
Ni signum cœlo Cytherea dedisset aperto.
Nanq; improuiso uibratus ab æthere fulgor
Cum sonitu uenit, & ruere omnia uisa repente,
Tyrrhenusq; tubæ mugire per æthera clangor.
Suspiciunt, iterũ atq; iterũ fragor intonat ingens,
Arma inter nubem cœli regione serena
Per sudum rutilare uident, & pulsa tonare.
Obstupuere animis alij, sed Troius heros
Agnouit sonitum, & Diuæ promissa parentis.

Suo nomine.) Bene in oĩbus filij gratiam facit. nam dicit: Dat tibi Palas milites ducẽtos suo nomine, ipse uero à me ducentos accipies. Tristi cũ corde.) Propter breuitatem auxiliorum. Cœlo apto.) sereno: ut, A parte serena Prospicere. Improuiso.) Nullum enim indicium præcesserat nubium. Fulgor.) fulgetra. Cum sonitu.) tonitru scilicet, ut diximus. suprà ordinẽ tenuit, qui nobis apparet, ut fulgetras dicat priores, cum sint ante tonitrua.

Ruere omnia.) Sic enim sonat, ut uideatur ruina. alibi, Cœliq; ruina. Bene aũt tẽperauit, dicẽs Visa. Tyrrhenusq; tubæ mugire per æthera clangor.) Tyrrhenum clangorẽ dixit tubæ: ideo quia apud Thuscos tubã cõstat esse inuentã. Ergo tyrrhenus clãgor, sonus tyrrhenarũ tubarũ. & bene cõgruis nominibus arma nũciantur per sonos tubarũ. Fragor into.) Fragor proprie armorũ est sonus. qđ aũt dicit Intonat, illuc spectat, Fulminat Aeneas armis: & uult fragore tonitrua, splẽdore fulgetrã imitari. Nõ aũt mirum est, à dea libidinis Venere allatis armis inesse fulgorẽ: nam et Homer. dicit à Thetide oblata arma habere motũ quendã & spiritũ, quæ duo in aqua esse manifestũ est. Thetidẽ aũt nouimus nympham. Homer. autem sic: ὣς ἄρα φωνήσασα θεὰ κατὰ τεύχη ἔθηκε πρόσθεν ἀχιλλῆος. τὰ δ᾽ ἀνέβραχε δαίδαλα πάντα, μυρμιδόνας δ᾽ ἄρα πάντας ἕλε τρόμος, οὐδέ τις ἔτλην ἄντην εἰσιδέειν, ἀλλ᾽ ἔτρεσαν, αὐτὰρ ἀχιλλεὺς ὡς ἴδεν ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χολὸς. Inter nubẽ.) per nubẽ: more suo. et dicit in serena parte cœli fuisse nubẽ, p quã arma portata sunt. Per sudũ.) Sudũ est, quasi sub udũ, serenũ post pluuias: ut, Ver nactæ sudũ. Agnouit sonitũ.) hoc est

hoc est, quid sonitus significaret. Diuæ promissa parentis.) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligẽmus Venerem ei promisisse. Hospes.) Et qui suscipit, & qui suscipitur Hospes uocatur, ut hoc loco Euander. item suprà, Hospitis Aeneæ sedem: sicut & Vector qui uehit, & qui uehitur: & Alumnus qui alit, & qui alitur. Ne uero, ne quære profectò.) Ambæ particulæ ad ornatum pertinent tantum. Portenta.) Modò bona omina, quæ uictoriã portendũt de hostibus. Ego poscor Olympo.) aut de Olympo poscor, id est hæc signa mei causa fiunt: aut certè in Olympũ poscor, dẽpta præpositiõe: ut, It clamor cælo. Diua creatrix.) rerum omniũ generaliter.

Tum memorat: ne uerò hospes, ne quære pfectò,
Quẽ casum portenta ferant: ego poscor Olympo.
Hoc signum cecinit missurã diua creatrix,
Si bellum ingrueret, Vulcaniaq́ arma per auras
Laturam auxilio.
Heu quantæ miseris cædes Laurentibus instant?
Quas pœnas mihi Turne dabis? q̃ multa sub un
Scuta uirũ, galeasq́ & fortia corpora uolues (das
Tybri pater: poscant acies, & fœdera rumpant.
Hæc ubi dicta dedit, solio se tollit ab alto.
Et primum Herculëis sopitas ignibus aras
Suscitat, hesternumq́ larem, paruosq́ penates
Lætus adit: mactat lectas de more bidentes
Euander pariter, pariter Troiana iuuentus.
Post hinc ad naueis graditur, sociosq́ reuisit,
Quorum de numero, qui sese in bella sequantur,
Præstanteis uirtute legit: pars cætera prona
Fertur aqua, segnisq́ secundo defluit amni

Heu.) Adeò de uictoria fretus est, ut etiam hostium miseratur: quòd Aeneæ κατὰ τὸ πλεῖον rectè tribuitur, qui ubiq; pius inducitur. & hinc nascitur ille sensus, Nõ hæc ò Palla dederas promissa parenti. item Aeneas, Hi nostri reditus expectatiq; triumphi, Hæc mea magna fides. Fœdera rumpant.) quæ se facturũ Latinus promiserat: non enim erant facta. Herculëis sopitas ignibus aras.) Hypallage est: id est, suscitauit aras Herculeas, in quibus erant ignes sopiti. Hesternumq́ larem.) cui pridie sacrificauerat. & est iteratio: nam malè quidã Externum legunt, id est, extraneum. Post hinc ad naueis graditur.) Vnũ uacat, aut Post, aut Hinc: ut, Post hinc digrediens iubeo frõdentia capris. Tale est & illud, Primus ibi ante omneis. Qui sese in bella sequantur.) in expeditionem & bellicã præparationem. nam (ut suprà diximus) Bellum est tempus omne, quo uel præparatur aliquid pugnæ necessarium, uel quo pugna geritur: Præliũ autem dicitur, conflictus ipse bellorũ. unde modò bene dixit, Qui sese in bella sequãtur: non in præliũ. nam ad auxilia petenda uadit, nõ ad pugnã. Quanq̃ etiam si diceret, Qui se in præliũ sequantur, non ualde ab re esse uidebatur. hi enim equites, quum à Tarconte accepisset Aeneas auxilia, cum alijs Hetruscis equitibus per terrã missi, obuios statim habuere bellantes, & quasi iam hinc recta pergere uidentur in prælium. unde etiam à Cymodocea naviganti Aeneæ dicitur, Iam loca iussa tenet forti permixtus Hetrusco Arcas eques. Segnis.) sine remigio. & respexit ad ascendenteis, de quibus ait, Remigio noctemq́ diemq́ fatigat. licet fuerit le-

rit lenissimus fluuius. Rerum.) *quas gesserat.* Patris.) *ubi esset.* Exortē Aeneæ.) *id est, extra sortem aliorum. per id quod est factum, indicatur quod non est factū: per* Exor*tem autem, optimū & præcipuum significat.* Pellis obit totum.) *Pellis ostenditur magnitudo in hoc, quod dicit* Totum obit. Vnguibus aurĕis.) *Aut quia ungues ipsi quum aruerint, auri imitantur colorem: aut quia solebant deaurari.* Statius, *Auro mansueuerat ungues.* Fama uolat paruā subito uulgata per urbē.) *Cur* Subito? *Ipse dicit, quasi per paruam urbem.* Ocyus.) *Positiuus antiquus est, id est, celeriter: nec enim potest esse comparatiuus, ubi nulla est cōparatio. aut comparatiuum pro positiuo ponitur: ut senior, pro senex. Est autem à Græco nomine cōparatū,* ὠκὺς. Vota metu duplicant matres.) *Bene duplicant metu: nā inest semper in matribus uotū.* Propiusq́ periclo It timor.) *propius periclo, pro proprior. nam matres quod timent, hoc putant liberis posse cōtingere.* Iam apparet.) *Adhuc illis pergentibus iam prælium cogitatur à matribus.* Dextram euntis.) *scilicet quia dixerat pater.* Hæret inexpletus.) *Multi hic distingunt, ut sit Inexpletus hæsit, & talia locutus est lacrymans. alij legunt, Inexpletus lacrymis. Honestius tamen est inexpletùm lacrymans, ut sit nomen pro aduerbio: id est, inexplebiliter.* O mihi præteritos referat si Iuppiter annos Qualis eram.) *Et* O *&* Si *optantis sunt, quæ nunc iunguntur. nam singula antè ponebantur: ut,* Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus. *Ergo unū uacat quantum ad antiquitatem. & notandum, uotum de præterito fieri.* Qualis eram.) *Aut utinā sim talis, qualis tunc eram quando ista perfeci. aut certè laudantis est: ut,* Qualis eram quū primam aciem Preneste sub ipsa Straui, scutorumq́ incendi uictor aceruos? *Hoc traxit de historia: Tarquinius enim Priscus uictis Sabinis, in honorem Vulcani eorum arma succendit, quem postea secuti sunt cæteri.* Cui treis animas.) *Per transitum ostendit illam Platonis & Aristotelis contentionem, qui dubitabant utrū quatuor an tres animæ sint in homine,* φυσικὴ, αἰσθητικὴ, νοητικὴ, κινητικὴ. *Hoc aūt loco per treis animas magnū & perfectū indicat uirū: nam quantum ad fabulam pertinet, treis animas propter tria habuit corpora. attendendum est sanè hoc sibi Euandrum uindicare, quod fuit in Hercule: nam ut ille Geryonem extinxit, ita hic Herilum occidit. inde est quod paulo pòst dicit,* Neq́ finitimo Mezentius un-

Nuncia uentura Ascanio rerumq́, patrisq́.
Dantur equi Teucris, Tyrrhena petentibus arua.
Ducunt exortem Aeneæ, quem fulua leonis
Pellis obit totum præfulgens unguibus aurĕis.
Fama uolat paruam subito uulgata per urbem,
Ocyus ire equites Tyrrheni ad littora regis.
Vota metu duplicant matres, propiusq́ periclo
It timor, & maior Martis iam apparet imago.
Tum pater Euandrus dextram complexus euntis
Hæret inexpletùm lacrymans, ac talia fatur.
O mihi præteritos referat si Iuppiter annos,
Qualis eram, cum primā aciem Preneste sub ipsa
Straui, scutorumq́ incendi uictor aceruos,
Et regem hac Herilum dextra sub tartara misi.
Nascenti cui tres animas Feronia mater

quam

quam Huic capiti insultans? Mos enim Herculis fuit, ut etiã non rogatus laborantibus subueniret. tunc enim (sicut etiam Varro dicit) omneis qui fortiter fecerant, Hercules uocabantur, licet eos primò quadraginta quatuor enumerauerint. hinc est quod legimus Herculem Tirynthium, Argiuum, Thebanum, Libym. Feronia mater.) *Nympha Campaniæ, quam etiam suprà diximus. hæc etiam libertorum dea est, in cuius templo raso capite pileũ accipiebant. cuius rei etiam Plautus in Amphytrione facit mentionem: Quod utinam ille faxit Iuppiter, ut ego hodie ràso capite caluus capiam pileum.* Terna arma mouenda.) *Figura poëtica: nam Trina debuit dicere. Arma enim tantum numeri pluralis, cui non iunguntur nomina numeralia, ut suprà diximus· non enim dicimus tria arma. Mouenda autẽ, uel contra ipsum, uel ab ipso.* Finitimo.) *Aut in finitimo, aut finitimo capiti.* Viduasset ciuibus urbem.) *scilicet uiris fortibus peremptis. & propriè Viduasset dixit, quia Vrbs est generis fœminini. Horatius abusiuè & satis incongruè in genere masculino posuit, dicens, Viduus pharetra Risit Apollo.* At uos ò superi, & diuûm tu maxime rector Iuppiter.) *Iam hic quasi pater loquitur. diuisa enim hæc est allocutio, & ultima pars eius habet pàrentis affectum: quod & ipse ostendit, dicens,* Et patrias audite preces. *Prima uerò uiri fortis est: ut, Qualis eram quum primam aciem Preneste sub ipsa Straui.* Patiar quemuis durare laborem.) *ipsius scilicet senectutis. Terentius, Senectus ipsa morbus est. Durare autem est sustinere: Horatius, Ac sine funibus uix durare carinæ Possunt imperiosius æquor. & Vergilius: Durate, & uosmet rebus seruate secundis.* Infandum casum.) *Parentis est, quod formidat nolle memorare.* Crudelem uitam.) *quæ filio est superstes.* Sola & sera.) *Quia & unus erat, & serius susceptus.* Iamq; adeò exierat portis.) *Adeò ad ornatum pertinet tantum.*

(Horrendũ dictu) dederat, terna arma mouenda,
Ter leto sternendus erat: cui tunc tamen omneis
Abstulit hęc animas dextra, & totidẽ exuit armis.
Non ego nunc dulci amplexu diuellerer usquam
Gnate tuo, neq; finitimo Mezentius unquam
Huic capiti insultans tot ferro sæua dedisset
Funera, tam multis uiduasset ciuibus urbem.
At uos ò superi, & diuûm tu maxime rector
Iuppiter, Arcadij quæso miserescite regis,
Et patrias audite preces: si numina uestra
Incolumem Palanta mihi, si fata reseruant,
Si uisurus eum uiuo, & uenturus in unum,
Vitam oro, patiar quemuis durare laborem.
Sin aliquem infandum casum fortuna minaris,
Nunc, nunc ò liceat crudelem abrumpere uitam,
Dum curæ ambiguæ, dum spes incerta futuri,
Dum te chare puer mea sola & sera uoluptas
Complexu teneo, grauior ne nuncius aures
Vulneret. hæc genitor digressu dicta supremo
Fundebat, famuli collapsum in tecta ferebant.
Iamq; adeò exierat portis equitatus apertis,

Ipse agmine Palas In medio.) Hic enim fuit mos, ut tyrones ponerentur in medio, & ambirent uiri fortes exercitum. aut certè honoris est medium locum in exercitu tenere: ut ipse alibi, Medio dux agmine Turnus. & suprà, Composuit sponda, mediamq; locauit. *Conspectus.)* conspicuus, conspicabilis: nam pro nomine participium posuit. *Ante alios astrorum diligit ignes.)* Venus in cælo habet unã propriam stellam, quæ oriens luciferum, occidens uesperum facit: inde Stat. Et alterno deprẽditur unus in ortu. Habet etiam duas alias, unam in signo tauri, & unam in septentrione: unde etiam Taurus domus dicitur esse Veneris. ideo dixit, Quem Venus ante alios astrorum diligit igneis. *Sacrum.)* uenerabile. *Tenebras autẽ resoluit,* propter iubar, quod sola possidens aliquod efficiat lumen. *Agmine facto.)*

Aeneas inter primos, & fidus Achates,
Inde alij Troiæ proceres: ipse agmine Palas
In medio, chlamyde & pictis cõspectus in armis.
Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit igneis,
Extulit os sacrum cælo, tenebrasq; resoluit.
Stant pauidæ in muris matres, oculisq; sequũtur
Puluercam nubem, & fulgenteis ære cateruas.
Olli per dumos, quà proxima meta uiarum
Armati tendunt: it clamor, & agmine facto
Quadrupedãte putrẽ sonitu quatit ungula cãpũ.
Est ingens gelidũ lucus prope Cæritis amnem,
Relligione patrum latè sacer: undiq; colles
Inclusere caui, & nigra nemus abiete cingunt.
Syluano fama est ueteres sacrasse Pelasgos,
Aruorum pecorisq; deo, lucumq; diemq;.

Agmen propriè est exercitus ambulans. quicqd fuerit aliud, abusiuè dicitur, siue stans, siue castra metatus. *Propè Cæritis amnẽ.)* Agylla ciuitas est Thusciæ, à conditore appellata: cui ex inscitia Romana aliud est inditũ nomen. nam quũ Romani euntes per Thusciã, interrogarent Agyllinos quæ diceretur ciuitas, & illi utpote Græci quid audirent ignorantes, & optimũ ducentes si prius eos salutarent, dixerunt χαῖρε: quam salutationẽ Romani ciuitatis nomen esse arbitrati sunt, & detracta aspiratione eam Cære nominauerunt. ut dicit Iginus in urbibus Italicis, amnis Minio dicitur: ut, Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in aruis. *Late sacer.)* hoc est, non solum colebatur à ciuibus, sed etiã ab accolis. *Nigra.)* umbrosa, more suo. *Veteres sacrasse Pelasgos.)* De his uaria est opinio. nam alij eos ab Atheniensibus, alij à Laconibus, alij à Thessalis dicunt originem ducere: quod est propensius. nam multas in Italia Pelasgorũ constat esse ciuitates. hi primi Italiã tenuisse perhibentur. *Aruorũ pecorisq; deo.)* Publica cerimoniarũ opinio hoc habet, pecorũ & agrorum deum esse Syluanũ: prudentiores tamen dicunt esse ὑλικὸν θεὸν, hoc est deum τῆς ὕλης. Hyle autem est fex omnium elementorũ, id est, igni sordidior & aëre, item aqua & terra sordidior: unde cuncta procreantur. quã ὕλην, Latini materiã appellauerunt. nec incõgruè, quũ materiæ syluarum sint. Ergo quod Græci à toto, hoc Latini à parte dixerunt. *Lucũq; diemq;.)* Hoc à Romanis traxit, apud quos nihil fuit tam solenne, quàm dies consecrationis: hinc illud.

hinc illud, Nostrosq́ huius meminisse minores. Tarco & Tyrrheni.) *Tarco Latinus nominatiuus est de Græco ueniens, ab eo quod est* Tarcon: *perdito* N, & ω *commutato in* ο. *ut* ἀπόλλων Apollo, πλάτων Plato: *aliter uersus non stat.* Tuta tenebant Castra locis.) *hoc est, natura & industria munitissima. sed nouimus castra per naturā munita esse non posse, nisi in collibus fuerint: quòd si in montibus sunt, quomodo procedit, Latis tendebat in aruis? ne sit ergo contrarium, intelligamus quod hodieq́ uidemus & legimus hāc collium fuisse naturam, ut planicies esset in summo, in qua erant castra Tarcōtis. quāquam multi uelint, Celsoq́ omnis de colle uideri Iam poterat legio, ad Aeneā referre: ut intelligamus in collibus uenientes, fuisse Troianos: castra uerò Hetrusca*

Qui primi fines aliquando habuere Latinos.
Haud ꝓcul hinc Tarco, & Tyrrheni tuta tenebāt
Castra locis, celsoq́ omnis de colle uideri
Iam poterat legio, & latis tendebat in aruis.
Huc pater Aeneas, & bello lecta iuuentus
Succedunt, fessiq́ & equos & corpora curant.
At Venus æthereos inter dea candida nimbos
Dona ferens aderat, natumq́ in ualle reducta,
Vt procul è gelido secretum flumine uidit,
Talibus affata est dictis, seq́ obtulit ultro:
En perfecta mei promissa coniugis arte
Munera, ne mox aut Laurenteis nate superbos,
Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum:
Dixit, & amplexus nati Cytherea petiuit,

fuisse in campis. quod si uelimus accipere, quemadmodū procedit Tuta tenebant Castra locis, *id est, per naturā locorum?* Tendebat in aruis.) *ut,* Hic sæuus tendebat Achilles, *id est, tentoria habebat.* Bello lecta.) *Quia ait suprà,* Qui sese in bella sequantur Præstātes *uirtute legit. aut propriè, quia delectus militum est.* Equos & corpora curant.) *Ingenti arte quod sequebatur omisit, redditurus in Decimo. nāq; si uellet dicere uenisse Aeneam, uidisse Tarcontem, petiisse auxilia: satis longum fuerat. & probat illud quod ait suprà,* Toto nanq; fremunt condensæ littore puppes: *quū Hetruscorū festinationi dicentis breuitas congruat. Verū hoc, quod in isto loco prætermisit, reddidit in Decimo dicens,* Nanq; ut ab Euandro castris ingressus Hetruscis Regem adit, & regi memorat nomēq; genusq́. Aethereos nimbos.) *Per aërē numinū, scilicet purgatiorē, qui circa deos est.* Dona ferens aderat.) *Homerus ait:* ἣ δ᾽ ἐς νῆας ἵκανε θεοῦ παρὰ δῶρα φέρουσα. Reducta.) *secreta.* E gelido secretum flumine uidit.) *Egelido, est nimiū gelido. & est una pars orationis: ut,* Eduramq́ pirum, *id est, ualde durā. & sic dixit,* Secretum flumine egelido, *hoc est, præsidio fluminis: ut dicimus,* Secretus est monte uel syluis. *Latenter aūt ostendit Aeneam non nisi in flumine ablutū numen uidere potuisse.* Obtulit se ultrò.) *id est, deam confessa est: ut in Secundo dixit,* Quū mihi se non ante oculis tam clara uidendā Obtulit. *& est ordo,* Obtulit se & locuta est. Promissa.) κατὰ τὸ σιωπώμενον: *ut suprà,* Hoc signū cecinit missurā diua creatrix.

Laurenteis superbos.) *ut,* Quo illi bello profugos egere superbos. Acrem Turnū.) *fortem. & propriè apud nos* Acer *est, qui* δριμὺς *apud Græcos: nam fortē, & uehementem, & asperū, & amarū potest significare.* Poscere.) *prouocare.* Cicero Prima & Secūda actiōe

Eee 5 in Verrem,

in Verrem, Poscunt maioribus poculis: id est, prouocant. Deæ donis.) *id est, propter arma.* Tanto lætus honore.) *Munere diuæ, quòd manifesto uideat matrem, & plenam numinis sui.* Interq; manus & brachia uersat.) *Ex Homero,* τέρπετο δ' ἐν χείρεσσιν ἔχων ἀγλαὰ δῶρα. *Distinguendũ est, ut intelligas Aeneam manibus minora, brachijs maiora arma considerasse, utputa loricam uel scutũ: hæc enim arma maiora sunt. minora uerò, galeã, gladiũ, ocreas.*

Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.
Ille deæ donis, & tanto lætus honore
Expleri nequit, atq; oculos per singula uoluit.
Miratur, interq; manus & brachia uersat
Terribilem cristis galeam, flammasq; uomentẽ,
Fatiferumq; ensem, loricam ex ære rigentem,
Sanguineam, ingentẽ: qualis cum cærula nubes
Solis inardescit radijs, longeq; refulget.
Tum leueis ocreas electro, auroq; recocto,
Hastamq;, & clypei non enarrabile textum.
Illic res Italas, Romanorumq; triumphos
Haud uatum ignarus, uenturiq; inscius æui
Fecerat ignipotens: illic genus omne futuræ
Stirpis ab Ascanio, pugnataq; in ordine bella:
Fecerat & uiridi fœtam Mauortis in antro
Procubuisse lupam, geminosq; huic ubera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem

Versat.) *conside rat, ut* Huc illuc *uinclorum immensa uolumina uersat.* Rigentem, sanguineam, ingentem.) *Distinguendũ propter plura epitheta.* Solis inardescit radijs.) *Irim physica ratiõe describit, quæ fit quum aquosam nubem solis ardor irradiat. nec est incognita hæc comparatio, cum lorica diuersis metallis fieri plerunq; consueuit.* Leueis ocreas.) *nitida tibialia.*

Recocto.) *sæpe purgato. sic Homerus,* αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τεῦξε σάκος μέγα τε στιβαρόν τε, τεῦξ' ἄρα οἱ θώρηκα φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς. τεῦξε δ' οἱ κόρυθα βριαρὴν κροτάφοις ἀραρυῖαν, καλὴν, δαιδαλέην, ἐπὶ δὲ χρύσεον λόφον ἧκε. τεῦξε δέ οἱ κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο. Non enarrabile textum.) *Bene* Non enarrabile: *quum enim in clypeo omnem* Romanã *historiam uelit esse descriptam, dicendo,* Illic genus omne futuræ Stirpis ab Ascanio, pugnataq; in ordine bella: *carptim tamen pauca commemorat, sicut in* Primo *ait,* Videt Iliacas ex ordine pugnas: *nec tamen uniuersa descripsit.* Haud uatum ignarus.) *futurorum inscius.* Venturiq; inscius æui.) *Non æui, sed quæ in æuo erant futura.* Stirpis ab Ascanio.) *Vsque ad* Augustum Cæsarem. Mauortis in antro.) *Potest accipi, &* Fecerat lupã Mauortis, *&* Mauortis in antro. *Dicendo autẽ* Et, *ostendit multa alia fuisse depicta.* Procubuisse.) *id est, prima parte se inclinasse, quod Græci* προκλίνειν τινὰ *dicunt, ut inclinatione corporis ubera præbere infantibus. Nam si* Procubuisse, *iacuisse accipias, contrarium est quod dicit,* Ludere pendenteis pueros. *Sciendũ tamen est, eum gestum uoluisse propriè exprimere, quem in ipsius lupæ cernimus statuis.* Geminos huic.) *Reuera* Geminos *modò, aliàs simileis.* Sanè *hic totus locus* Ennianus *est.* Ludere.) *moueri.* Terentius, *Congrum istum maximum in aqua sinito ludere.* Matrem.) *quasi matrem, cuius affectũ pueris exhibebat.*

Tereti cer-

Tereti ceruice.) Rotunda, cum longitudine: ut, Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ. *Mulcere alternos.)* Non quod in pictura erat dicit, sed ita hic intelligimus factum fuisse: ut, Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros. *Corpora fingere lingua.)* id est, tergere. Cicero in Festiana, Spongijs sanguis effingebatur: id est, tergebatur. *Nec procul hinc Romam.)* Congruè, iuxta proprios conditores. *Raptas sine more Sabinas.)* Raptas spectaculo, sine ullo exemplo. *Consessu caueæ.)* Cauea est ubi populus spectat. Plautus in Amphitryone, Vt conquisitores singuli in subsellia eant per totã caueam spectatoribus. *Magnis Circensibus actis.)* Magnis, quantũ ad paupertatem pristinam pertinet: nam legimus propter equorum inopiam diuersis eos tunc usos animalibus. Raptæ autem sunt Sabinæ Consualibus, hoc est, mense Martio. Consus autẽ est deus consiliorum, qui ideo templum sub tecto in Circo habet, ut ostendatur tectum debere esse consilium. hinc est, quòd & Fidei panno uelata manu sacrificabatur, quia fides tecta esse debet & uelata. Ideo autem dicato Consi simulacro rapuerunt Sabinas, ut tegeretur initum de rapto consilium. Iste Consus & Eques Neptunus dicitur: unde etiam in eius honorẽ Circenses celebrabantur. Errant ergo, qui dicunt Magnis Circensibus, aut Megalesiacis, aut Romanis, quos constat fieri ante Calend. Ianuarias. Actis autem, quum agerentur: quia non erat præsens à passiuo participium, ut Et qua uectus Abas. *Circensibus.)* Circenses dicti uel à circuitu: uel quòd ubi nunc metæ sunt, olim gladij ponebantur, quos circumibant. Dicti autem Circenses, ab ensibus, circa quos circumibant. Sanè notandũ, positos Circenseis sine adiectione ludorũ, quum ita dicamus ludos theatrales, ludos gladiatorios, ludos Circenseis. *Romulidis.)* Hic datiuus pluralis uenit ab eo, quod est hic Romulida.

Impauidos: illam tereti ceruice reflexam
Mulcere alternos, & corpora fingere lingua.
Nec pcul hinc Romã, & raptas sine more Sabinas
Consessu caueæ magnis Circensibus actis,
Addiderat, subitoq; nouum consurgere bellum
Romulidis, Tatioq; seni, Curibusq; seueris
Post ijdem inter se posito certamine reges
Armati Iouis ante aram, paterasq; tenentes
Stabant, & cæsa iungebant fœdera porca.

Curibusq; seueris.) Mirè dixit seueris: quum enim filias perdiderint Ceninenses, Antemnates, Crustuminij & Sabini, cæteris quiescentibus Sabini soli bella sumpserunt: qui interuenientibus postea triginta fœminis iam enixis, de illis quæ raptæ erant pax facta est, ex quarum nominibus Curiæ appellatæ sunt. In communem etiam mulierum honorem Calendæ eis dicatæ sunt Martiæ. Horatius, Martijs cælebs quid agam calendis. Iuuenalis, Munera fœmineis tractat secreta calendis. Nec enim aliter congruit Martias calendas esse fœminarum, nisi quia (ut diximus) fœminæ bella sedarũt. Sanè sciendũ omneis uirgines raptas, excepta Hersilia, quam sublatam à marito sibi Romulus fecit uxorem. *Posito certamine.* id est, finito: ut, Ante diem clauso componet uesper Olympo. *Iouis ante aram.)* ante templum Iouis statoris, quod fecerat Romulus, postquàm orans elatis armis, meruit ne suus exercitus fugeret. *Et cæsa iungebant fœdera porca.)* Fœdera, ut diximus suprà, dicta sunt à porca fœde & crudeliter occisa, cuius mors optabatur ei, qui à pace resilijsset.

resilijsset. Falsò autē ait Porca: nam ad hoc genus sacrificij porcus adhibebatur. Ergo aut usurpauit genus pro genere: ut, Timidi uenient ad pocula dāmæ: quū has dāmas dicamus. item suprà Lupam, quū artis sit hic & hæc lupus. aut certè illud ostendit, quia in omnib. sacris fœminini generis plus ualent uictimæ. Deniq; si per marē litare nō possent, succidanea dabatur fœmina: si aūt per fœminā non litassent, succidanea adhiberi non poterat. Citæ Metum in diuersa quadrigæ.) Donatus hoc loco contra metrū sentit, dicens Citæ, diuisæ: ut

> Haud procul inde citæ Metū in diuersa quadrigæ
> Distulerant: at tu dictis Albane maneres.
> Raptabatq; uiri mendacis uiscera Tullus
> Per syluam, & sparsi rorabant sanguine u:pres.
> Necnon Tarquiniū eiectum Porsenna iubebat

est in iure erecto, nō cito, id est, patrimonio uel hæreditate non diuisa. nam Citus quum diuisus significat, Ci lōga est. ergo Citæ, ueloces intelligamus. Quem aūt dicit Vergil. Metum, Metius Suffetius dictus est: quod nomen mutilauit, causa metri. Nouimus aūt esse nominū uel mutationem uel mutilationem concessam poëtis. sic pro Polluce Castorem, pro Citheride Lycoridem posuit: ut, Sed quæ legat ipsa Lycoris. Hic autem Metius Suffetius, quū apud Albanos summā rerum teneret, à Romanis in auxilium cōtra Fidenates uocatus, iure societatis uenit quidem, sed in ipso prælio ad hostes defecit. quod cernens Tullus Hostilius, ait uoce maxima militibus suis, ita ut etiā hostis audiret: Ne trepidetis, meo consilio factum est, ut factiose Metius Suffetius ad hosteis transiret. quo consilio & suis iam penè amissas reddidit uires, & effecit ne hostes crederent Metio. quem post uictoriam captū Tullus Hostilius religauit ad binas quadrigas, ita ut ab unis quadrigis traherentur manus, pedes ab alteris: quibus agitatis ueclociter eum crudeli morte discerpsit. Videns itaq; poëta Romano nomini incongruam esse uindictam, culpā in criminis torquet autorem, dicens ex sua persona ad ipsum Metiū, At tu dictis Albane maneres. Ideo etiam Mendacis infert, ut tacitæ quæstioni & inuidiæ crudelitatis occurrat. Necnō Tarquiniū eiectum Por.iu.) Tarquinius Superbus habuit perditos filios, inter quos Aruntem: qui dum in castris esset, patre suo Ardeam obsidente, & ortus esset inter eum & Collatinū maritum Lucretiæ de uxoribus sermo, eousq; processit contentio, ut ad probandos earum mores arreptis equis statim domos suas simul proficiscerentur. Ingressi itaq; ciuitatem Collatiam, ubi fuit Lucretiæ domus, inuenerunt eam lanificio operā dantem, & tristē propter mariti absentiā. Inde ad Aruntis domū profecti, quū uxorē eius inuenissent cantilenis & saltationib. indulgentē, reuersi ad castra sunt. quod Aruns dolens, quum de expugnanda Lucretiæ castitate cogitaret, mariti eius nomine epistolam finxit, & dedit Lucretiæ: in qua hoc continebatur, ut Aruns susciperetur hospitio. quo facto, per noctem stricto gladio eius ingressus est cubiculum cum Aethiope, ac arte egit, ut secum coiret dicens: Nisi mecū concubueris, Aethiopem tecum interimo, tanq̄ in adulterio deprehenderim. Timens itaq; Lucretia, ne castitatis famā morte deperderet, quippe quam sine purgatione futuram esse cernebat, inuita turpibus imperijs paruit: & altera die conuocatis propinquis, marito Collatino, patre Tricipitino, Bruto auūculo, qui Tribunus equitū Celerū fuerat, rem indicans petit, ne uiolatus pudor, neue inultus esset eius interitus, et erecto gladio se interemit, quē Brutus de eius corpore exertū tenēs processit ad populū, & multa cōquestus de Tarqnij supbia & filiorum

& filiorū eius turpitudine, egit ne in urbem reciperentur, autoritate qua plurimū poterat. nam, ut diximus, Brutus tribunus equitum fuerat. sed quum non susciperetur Tarquinius, contulit se ad Porsenam regem Thusciae, qui pro Tarquinio cum ingentibus copijs capto Ianiculo, & illic castris positis Romam uehementer obsedit. & quum per sublicium pontem, hoc est, ligneum transire conaretur, solus Cocles hostilem impetū sustinuit, donec à tergo pons solueretur à socijs: quo soluto se cum armis praecipitauit in Tyberim. & licet laesus in coxa, tamen eius fluenta superauit: unde est illud ab eo dictum, quum ei in comitijs coxae uitium obijceretur, Per singulos gradus admoneor triumphi mei. In tantam autem obsidionis necessitatem populus uenerat, ut etiam obsides daret, ex quibus Chloelia inuenta occasione transnatauit fluuiū, & Romā reuersa est. mox reddita est rursus, pacis lege eam Porsena repetente, qui admiratus uirtutē puellae dedit ei optionē, ut cum quibus uellet rediret: illa elegit caeteras uirgines. unde Porsena hoc quoq; miratus concessit, & rogauit per literas Pop. Rom. ut ei aliquid uirile decerneretur: cui data est statua equestris, quā in sacra uia hodieq; cōspicimus. Biectum.) Atqui facile poterat suscipi, & occidi. sed ideo non est susceptus, quia occidi nō poterat, religione impediente: Rex enim etiam sacrorum fuerat. unde postea alij facti sunt Cōsules, alij Reges sacrorum. Porsenna.) Vnum N addidit metri causa, unde & penultimae datus accentus est: nam Porsena dictus est. Martial. Hanc spectare manū Porsena non potuit.

Accipere, ingentiq; urbem obsidione premebat.
Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.
Illum indignanti similem, similemq; minanti
Aspiceres, pontem auderet quod uellere Cocles,
Et fluuium uinclis innaret Chloelia ruptis.
In summo custos Tarpeiae Manlius arcis

Aeneadae.) Satis lōge petitum epithetū. Illum.) Coclitem: & modo Cocles in hoc homine, de quo dicit, proprium est nomē: in alijs, appellatiuum. nam luscos, coclites dixerunt antiqui: unde & Cyclopas, Coclitas legimus dictos, quod unum oculum habuisse perhibentur. Plautus in Curculione: De Coclitum prosapia te esse arbitror, nam hi sunt unoculi. Vinclis innaret Chloelia ruptis.) Atqui obsides non ligantur. sed uincla pro custodijs accipiamus: aut certe ruptis uinclis pontis, id est, iam ponte resoluto. Summo custos Tarpeiae Manlius arcis.) in summa clypei parte. & bona ratione utitur, in pictura apta unicuique rei loca distribuens. Ideo enim in summa clypei parte dicit factum esse Capitolium, quia hoc arcem urbis esse manifestum est. Historia talis est: Brenno duce Senones Galli uenerunt ad urbem, & circa Alliam fluuium occurrentem sibi deleuerunt exercitum omnem populi Romani. Alia quoq; die quū uellent ingredi ciuitatem, primo cūctati sunt timentes insidias, quia & patentes portas, & nullum in muris uidebant. postea paulatim ingressi, cuncta uastarunt octo integris mensibus, adeò ut ea quae incēdere non poterāt, militari manu diruerēt, solo remanente Capitolio, ad quod cum utensilibus reliqui cōfugerant ciues: qui tamē à Gallis obsidebātur, etiam id penetrare cupiētibus, quos alij per dumeta & saxa aspera, alij per cuniculos dicūt conatos esse ascendere. Tūc Manlius custos Capitolij Gallos detrusit ex arce, clāgore anseris excitatus, quem priuatus quidam Iunoni dederat dono. nanq; secundum Pliniū nullum animal ita odorem hominis sentit: quod Ouidius in Metamorph. intelligens dixit, Nec seruaturis uigili Capitolia uoce

ba uoce Cederet anseribus. Pro templo.) pro defensione templi: nam Ante tẽplum non procedit, quũ obsessus intra templũ esset: sic in Nono, Ipsi intus dextra ac laeua pro turribus astant. Terent. Nam nisi haec ita essent, pro illo haud stares Phaedria. Tenebat.) defendebat. & est militare uerbũ, ut etiã Sallust. dicit: unde cõtrà uictos, loco motos dicimus. Cicero, Loco illo motus est. Horrebat regia cul.) Curiã Calabrã dicit, quã Romulus texerat culmis, ad quam calabatur, id est, uocabatur Senatus et populus à rege sacrificulo: ut, quoniã adhuc fasti non essent, ludorũ & sacrificiorum praenoscerent dies.

Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat.
Romuleoq; recens horrebat regia culmo.
Atq; hic auratis uolitans argenteus anser
Porticibus, Gallos in limine adesse canebat.
Galli per dumos aderant, arcemq; tenebant,
Defensi tenebris, & dono noctis opacae.
Aurea caesaries illis, atq; aurea uestis.
Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla
Auro innectuntur, duo quisq; alpina coruscant
Gesa manu, scutis protecti corpora longis.
Hinc exultantes Salios, nudosq; Lupercos,
Lanigerosq; apices, & lapsa ancylia coelo

Atq; hic.) in Capitolio. & satis prudẽter argenteum anserẽ dixit: nã quasi epitheton est coloris. & significauit rem ueram: nam in Capitolio in honorẽ illius anseris, ꝗ Gallorũ nũciarat aduẽtum, positus fuerat anser argenteus. Auratis porticibus.) Hoc ad tempus rettulit florentis Romanae Reipub. nam illo loco ubi dixit, Horrebat regia culmo: ideo addidit Romuleo, ut incipientis & pauperis adhuc imperij tempora designaret. Canebat.) quasi praediuinabat: nam canere, & dicere & diuinare significat. Arcemq; tenebant.) deest Penè: nam propè tenuerunt. unde & tempore praeterito imperfecto usus est Tenebant, nõ autem Tenuerũt. Defensi tenebris, & dono noctis opacae.) Multi iterationem uolunt. alij dicunt Tenebris, propter cuniculos. Dóno noctis.) somno Manlij: nam somnus noctis est donũ. Aurea uestis.) Hoc est, barba: unde contrà inuestes dicimus, imberbes. unde est, Quum mihi prima genas uestibat flore iuuentus. Virgatis lucent sagulis.) quae habebant in uirgarum modũ deductas uias. & bene allusit ad Gallicam linguam, per quam uirgae purpura dicitur. Virgatis ergo, ac si diceret purpuratis. Gesa.) hastas uiriles: nam etiã uiros fortes Galli Gesos uocãt. Scutis longis.) Per haec corporum ostenditur magnitudo: ut suprà, Stabant tercentum nitidi in praesepibus altis. per quod equorum magnitudinem expressit. Hinc.) id est, in eodem scuto. & congrue sacerdotes statim post templa commemorat. Salios.) qui sunt in tutela Iouis, Martis, Quirini: dicti Salij ideo, quod circa aras saliant & tripudiẽt. Nudosq; Lupercos.) Quũ in honorem Panos Lupercaliorum solennitas celebraretur, pecora Romanorum subito à latronibus rapta sunt. Illi proiectis uestibus persecuti sunt latrones, quibus oppressis & receptis animalibus propter rem à nudis prospere gestam permansit cõsuetudo, ut nudi Lupercalia celebrarent. Lanigerosq; apices.) Flamines in capite habebant pileum, in quo erat breuis uirga desuper habens lanae aliquid: quod quum per aestus ferre non possent, filo tantũ capita religare coeperũt. nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat.

unde à filo quo utebantur flamines dicti sunt, quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito pilea necesse erat accipere, quæ secundum alios ad ostendendam sacerdotij eminẽtiam sunt reperta: sicut columnæ mortuis nobilibus superponũtur, ad ostendendũ eorũ culmen. Alij dicunt non propter eminẽtiam dignitatis hoc factũ, sed quia quum sacrificarent apud Laurolauinium, & eis exta frequenter aues de uicinis uenĩetes lucis arriperent, eminentia uirgarũ eas terrere uoluerunt. Exinde etiam cõsuetudo permansit, ut apud Laurolauinium ingentes haberentur uirgæ, non breues ut in urbe. Sunt etiam qui flamines à gestamine pilei dicti sint, quasi pila minas. Lapsa ancylia cœlo.) Regnante Numa Pompilio scutũ breue & rotũdum cœlo lapsum est, & quum aruspices respondissent, illic fore urbis imperium ubi illud fuisset, diligẽtia Numæ (nequãdo ab hostibus posset auferri) adhibito Mamurio fabro multa similia facta sunt, & intẽplo Martis locata. quod autẽ dicit Ancylia, plurali numero utitur pro singulari: nam unum lapsum est. Ancyle autem dicitur aut quasi undiq; circũcisum, aut quasi ἀμφίχειλον, id est, undiq; labrũ habens. Extuderat.) studiose fecerat, & à tundo tutudi.

Extuderat, castæ ducebant sacra per urbem
Pilentis matres in mollibus, hinc procul addit
Tartareas etiam sedes, alta hostia Ditis,
Et scelerum pœnas, & te Catilina minaci
Pendentem scopulo, furiarumq; ora trementem,
Secretosq; pios, his dantem iura Catonem.
Hæc inter tumidi late maris ibat imago
Aurea, sed fluctu spumabant cærula cano,
Et circum argento clari delphines in orbem
Aequora uerrebant caudis, æstumq; secabant.
In medio classes æratas Actia bella

Ducebant.) deducebant: hæc enĩ fuerat cõsuetudo. Pilẽtis matres in mollibus.) Pilenta sunt uehicula: sicut nũc basternas uidemus. Erant aũt tũc Veneti coloris: nõ ut nũc russati, quibus nisi castæ utebãtur. Mollibus autem, pensilibus: ut contra plumas pensiles dicimus, & molles significamus. Hinc procul.) Bene longe à templis inferos facit. Scelerum pœnas.) pro sceleratorum. & bene ait Scelerum pœnas: in crimina enim personæ incidunt, non ipsarum sunt proprie crimina: unde & sceleribus sunt statuta supplicia, quæ in se incidentes homines obnoxios faciunt. Et te Catilina minaci Pendentem scopulo.) Hoc quasi in Ciceronis gratiam dictum uidetur. His dantem iura Catonem.) Vt suprà diximus, Censorium significat, non Vticensem, qui contra Cæsarem bella suscepit. & supergressus est hoc loco Homeri dispositionem. siquidem ille Minoẽm, & Rhadamantum, & Aeacum de impijs iudicare dicit: hic Romanum ducem innocentibus dare iura commemorat. Hæc inter.) Bene inter inferos & superos mare factum dicit, quod ut suprà diximus, nos ab Antipodibus diuidit, qui inferi sunt nostri comparatione.

Imago aurea.) Non est contrarium quod & cæruleam, & auream, & argenteam maris dixit esse imaginem, quum scimus pro uentorum qualitate mutari, & colores reddere, quod expressum in scuto fuisse significat. Cærula.) id est, maria. Fluctu cano.) Omnis enim spuma alba est, quæ fluctibus nascitur. In orbem.) in circuitum. Aestumq; secabat.) Naturalẽ enim rem ostendit: nam semper mare turbatur, quum delphini apparuerũt.

Cernere erat.) Græca figura est: ſicut græcè dicitur, ὁρᾶν ἦν. Leucaten.) in promõtorio Epiri eſt mons Leucate. Hinc Auguſtus agẽs Italos.) quũ de ſtatu Reipubl. eſſet lõga cõtentio inter Auguſtũ & Antoniũ & Lepidũ, placuit ut totum oriẽtem teneret Antonius, Auguſtus Gallias & Hiſpanias cum Italia, Lepidus Africã, Sardiniã, Siciliã. Ad cauſam maioris fidei Antonius ſororẽ Auguſti duxit uxorem. Profecti itaq; ſunt in prouincias ſuas, ſed

Cernere erat, totumq́; inſtructo Marte uideres
Feruere Leucaten, auroq́; effulgere fluctus.
Hinc Auguſtus agens Italos in prelia Cæſar
Cũ patribus, populoq́;, Penatib. & magnis Dijs,
Stans celſa in puppi, geminas cui tẽpora flãmas
Læta uomunt, patriumq́; aperitur uertice ſidus.
Parte alia uentis, & Dijs Agrippa ſecundis
Arduus agmen agens, cui belli inſigne ſuperbum
Tempora nauali fulgent roſtrata corona.

Antonius in Aegypto captus eſt amore Cleopatræ, non uſquequaque adeò, ut ea dimiſſa cõtra Parthos proficiſceretur: quibus uictis dum Cleopatræ cupiditate feſtinat, exercitum omnem frigore in Armẽia perdidit. ipſe tamẽ animaliũ cadaueribus paſtus, cum paucis ad Aegyptũ eſt reuerſus, ubi ei cœpit ſuadere Cleopatra, ut ſe ſortiretur uxorẽ, derelicta ſorore Auguſti. quo facto Auguſtus uehemẽter accenſus, cõtra eum cœpit bella moliri. Antonius re cõperta, collectis Orientis uiribus prior cum uxore Cleopatra uenit ad bellũ: conflictũ eſt nauali certamine circa Actiũ Epiri promontoriũ, ubi uicti ſũt Antonius et Cleopatra, et in fugã coacti. poſtea occiſo Antonio, illa ſibi ſerpentẽ adhibuit. Sed quia belli ciuilis triũphus turpis uidetur, laborat poëta ut probet iuſtũ bellũ fuiſſe dicẽs, Auguſtũ eſſe cũ patribus populoq́;, penatibus & magnis Dijs: cõtrà cum Antonio auxilia peregrina, et mõſtruoſa Aegypti numina. Et reuera in exercitu Antonij oẽs barbari fuerunt: quod & Vergil. dicit, Aegyptũ uireſq; Orientis, & ultima ſecũ Bactra uehit. Vnde etiã de hoc bello egit triumphum: nec enim ciuile putatũ eſt, quòd tantũmodo Romano duce geſtũ eſt, qui & ipſe barbaræ ſeruiebat uxori, adeò ut prætoria ei caſtra cõcederet, quorũq; potiebatur imperio ipſa uocabat exercitũ. Vnde eſt illo loco de Cleopatra, Patrio uocat agmina ſiſtro: nam Antonius cõſulare ſibi tantũ detinuit imperiũ, in quo ſola eſt poteſtas iubendi. ille enim ducit exercitũ, qui habet in poteſtate caſtra prætoria. Penatibus & magnis Dijs.) Alij uolunt unũ eſſe, alij ſeparãt: ut magnos deos accipias, Iouem, Mineruam, Mercuriũ, quos Aeneas de Samothracia ſuſtulit. Tẽpora flãmas Læta uomũt.) Naturaliter enim Auguſtus igneos oculos habuiſſe dicitur, adeò ut quidã Romanus interrogatus ab eo cur uerteret faciem, reſponderit, Quia fulmen oculorũ tuorũ ferre nõ poſſum: ſicut ait Suetonius. Aperitur uertice ſidus.) Sidus in uertice, hoc eſt, ſuper galeam: nam ex quo tẽpore per diem ſtella uiſa eſt, dum ſacrificaretur Veneri genitrici, & ludi funebres Cæſari exhiberentur, cuius ſidus putatũ eſt Auguſto perſuadente, in honorẽ patris, Auguſti ſtellam in galea cœpit habere depictã. Parte alia.) Nõ eſt contrà, ſed in alia parte. Ventis & Dijs Agrippa ſecũdis.) Secũdis dixit, Auguſti cõparatione: nam hoc dicit: Auguſtus nimio uentorũ & numinũ utebatur fauore. Agrippa ſecũdis, hoc eſt, ille habuit primũ fauorem, iſte ſecundũ. Nauali roſtrata corona.) Sextus Põpeius Pompei filius in Siciliã piraticam

ticam exercuit, cōtra quem primo cum Agrippa dimicauit Augustus. postea Agrippæ cura data est, qui eum deleuit: ob quod ei Augustus rostratā dedit coronam, quia uicerat nauali certamine. Hinc.) *á parte cōtraria.* Victor ab Auroræ populis.) *quia uicerat Parthos, ut diximus.* Littore rubro.) *Erythræo mari, quod est inter Aegyptū & Indiā.* Vltima secum Bactra uehit.) *Vltima, nō quantū ad fines spectat orbis terrarū, sed ultima imperio*

Hinc ope barbarica, uarijsq; Antonius armis
Victor ab Auroræ populis, & littore rubro
Aegyptum, uiresq; Orientis, & ultima secum
Bactra uehit, sequiturq; (nefas) Aegyptia coniux.
Vnà omnes ruere, ac totum spumare reductis
Conuulsum remis, rostrisq; stridentibus æquor,
Alta petunt, pelago credas innare reuulsas
Cycladas, aūt montes cōcurrere montibus altos.
Tanta mole uiri turritis puppibus instant.
Stuppea flamma manu, telisq; uolatile ferrum
Spargitur, arua noua Neptūnia cæde rubescunt,
Regina in medijs patrio uocat agmina sistro.
Nec dum etiam geminos à tergo respicit angues,
Omnigenūq; deûm monstra, & latrator Anubis,
Contra Neptunnū, & Venerē, contraq; Mineruā
Vela tenent: sæuit medio in certamine Mauors
Cælatus ferro, tristesq; ex æthere Diræ.
Et scissa gaudens uadit Discordia palla,
Quam consanguineo sequitur Bellona flagello.

Antoniano. Cōstat enī Bactrianos post se habere gentes innumeras. Nefas.) *Exclamatio est non in eo tantum quòd Aegyptiā Romanus duxerat, sed etiam quòd mulier castra sequebatur, qđ ingēti turpitudine apud maiores fuit: unde bellaturus Pōpeius in Lesbo relinquit uxorem.* Ruere.) *ruebant, id est, cum impetu ueniebant.* Concurrere altos.) *Alij Altis legunt: unum tamen est.* Turritis puppibus instant.) *Hoc de historia traxit: nam Agrippa primus hoc genus turriū inuenit, ut de tabulatis subito erigerentur, simulac uentum esset in præliū, turres hostibus improuisæ.* Arua noua Neptūnia cæde.) *Noua cæde, magna, nimia: nam nō dicit reuera noua, quū alia fuerint bella ciuilia et cædes aliæ in ipsis.*

Patrio uocat agmina sistro.) *Cleopatra sibi tantum assumpserat, ut se Isim uellet uideri. Isis aūt est genius Aegypti, qui per sistri motū, quod gerit in dextra, Nili accessus significat & recessus: per situlam, quam sinistra retinet, ostendit fluentiā omniū lacunarū. Isis autem lingua Aegyptiorū est terra, quā Isim uolunt esse.* A tergo respicit angues.) *Hoc est, nondum uidebat mortē futurā.* Deûm monstra.) *Ideo Monstra dixit, quia sub Augusto necdum Romani Aegyptia sacra susceperant.* Latrator Anubis.) *quia capite canino pingitur. hunc uolunt esse Mercuriū, ideo quia nihil est cane sagacius.* Cōtra Neptūnum.) *Homerū sequtur, q Deos dicit cōtrà se pro diuersis partib. habere certamē.* Cælatus ferro.) *Aut in armis locatus, aut de ferro sculptus, scilicet & metallo sibi cōgruo.* Diræ.) *Diræ proprie sunt ultrices deæ: & bene has interesse dicit prælio ad puniendū Antoniū, q matrimoniale læserat fœdus.* Discordia palla.) *Ideo discordia, quia unius ciuitatis erant. Et*

bene Diram Discordia seq̃tur, quã Bellona comitatur: nam per discordiã uenitur ad bellũ. Horat. Ira truces inimicitias ac funebre bellũ. Actius hæc cernẽs.) *quem postea Actium nominauit Augustus.* Vertebant terga Sabæi.) *Omnes isti populi Orientis sunt.* Iam iamq́.) *scilicet auiditate fugiendi.* Inter cædes.) *inter suorum cadauera.* Morte futura.) *omine mortis futuræ.* Iapige ferri.) *uento, qui de Apulia flans optime ad orientẽ ducit. Horat. Obstrusis alijs præter Iapiga.* Magno corpore.) *septenfluo.* Vocantem cæruleũ in gremiũ.) *Hoc de historia est: nam legitur Cleopatram p̃sagio mortis futuræ oblitã esse recessus Aegypti petere, in quibus poterat facile bella reparare, de qua re se moriẽs dicitur increpasse.* Latebrosáq; flumina.) *quia Nili origo nescitur: licet Plin. dicat haud lõge ab Aethiopia Maurorum post maiorem Atlãtem lacũ esse, ex quo erũpit. quod uidetur esse uerisimile ex beluarũ similitudine.*

Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo
Desuper: omnis eo terrore Aegyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes uertebant terga Sabæi.
Ipse uidebatur uentis regina uocatis
Vela dare, & laxos iamiamq́; immittere funes.
Illam inter cædes pallentem morte futura
Fecerat ignipotens, undis & Iapige ferri.
Cõtra autem magno mœrentem corpore Nilum,
Pandentemq́; sinus, & tota ueste uocantem
Cæruleum in gremiũ, latebrosáq; flumina uictos.
At Cæsar triplici inuectus Romana triumpho
Mœnia dijs Italis uotum immortale sacrabat.
Maxima tercentum totam delubra per urbem
Lætitia, ludisq́; uiæ, plausuq́; fremebant
Omnis in templis matrũ, chorus omnibus aris,
Ante aras terram cæsi strauere iuuenci.
Ipse sedens niueo candentis limine Phœbi
Dona recognoscit populorũ, aptatq́; superbis
Postibus, incedunt uictæ longo ordine gentes,
Quàm uariæ linguis, habitu, tam uestis & armis.
Hinc Nomadum genus, & discinctos Mulciber
Aphros.

Triplici triũpho.) *Tres enim Augustus habuit triũphos, nã primo die triumphauit exercitus, q̃ Antoniũ uicerat: secũdo, q̃ Dalmatas uicerat: tertio ipse cũ Alexãdrino est ingressus triũpho.* Ludisq́; uiæ plau. fre.) *Hoc est, per cõpitalitia ludi celebrati sunt.* Cãdẽtis li. Phœ.) *in tẽplo de solido marmore effecto, qđ allatũ fuerat de portu lunæ, q̃ est in Liguria.* Dona recog. populorũ.) *Aurũ coronariũ dicit, quod hodie à uictis gẽtibus datur. Imponebant aũt hoc imperatores, propter concessam uitã. Ideo ergo dixit dona: nam si hoc nõ esset, spolia diceret.* Hic Nomadũ genus.) *Atqui Antonius Orientis habuit populos. sed intelligas has gentes Africæ operas suas locasse, & simul cum Antonio ab Augusto esse superatas.* Discinctos.) *uel habitum eorum ostendit, qui usq; in talos fluebat. quod Plautus in Penulo ridet dicens, Quæ est illa auis: cũ Afrũ uidisset uestẽ demissam trahentẽ. aut Discinctos dixit, inhabiles militiæ. Omnes enim qui militãt, cincti sunt. aut certe inefficaces: ut contra præcinctos, strenuos dicimus. Horat. Altius ac nos Præcinctis unum. unde*

& græcè

& græcè εὔζωνος appellatur, non qui bonã zonam habet, sed qui est strenuus. Mulciber.) *Vulcanus, ab eo quod totũ ignis permulcet.* Lelegas.) *Thessalos. Lucanus de Thessalia, Mox Lelegum dextra pressum descendit aratrũ.* Carasq́.) *Caræ insulani populi fuerunt piraticã exercentes, famosi, uicti à Minoẽ, ut Thucydides & Sallust. dicunt.* Gelonos.) *populos Scythiæ.* Euphrates iam mollior undis ibat.) *Sentiens se quasi esse superatum.*

Hinc Lelegas, Carasq́, sagittiferosq́ Gelonos
Finxerat, Euphrates ibat iam mollior undis,
Extremiq́ hominũ Morini, Rhenusq́ bicornis,
Indomitiq́ Daci, & pontem indignatus Araxes.
Talia per clypeum Vulcani dona parentis
Miratur, rerumq́ ignarus imagine gaudet.
Attollens humero famamq́, & fata nepotum.

Horat. Minorẽ uolu ere uerticẽ. Morini.) *populi Galliæ in finibus, q Britaniã spectant.* Rhenus.) *fluuius Galliæ.* Bicornis aũt, *quia per duos fluit alueos: per unũ qua Romanũ imperiũ est, per alterum qua interfluit barbaros, ubi Iambal dicitur, & facit insulam Batauorum.* Indomitiq́ Daci.) *populi Scythiæ.* Araxes.) *fluuius Armeniæ, quẽ pontibus nixus est Xerxes cõscedere: uel cui Alexander Magnus pontem fecit, quẽ fluminis incrementa ruperũt, quem postea Augustus firmiore ponte eum ligauit: unde ad Augusti gloriam dixit, Pontem indig. Ar.* Parẽtis.) *Nũc honoris. in aliquibus aũt libris ita habetur, Per clypeũ Vulcani: hic distinguendũ est. nam Vulcani parentis nõ procedit. nam dona parẽtis, id est, matris accipiẽdũ est.* Imagine gaudet ignarus.) *ignarus erat ueritatis, sed triumphorũ imagine delectabatur.* Attollens hum. fam. & fata ne.) *Hũc uersum notãt Critici, quasi superfluo additũ, nec conuenientẽ grauitati eius: nanq; est magis neotericus.* Rerũ.) *scilicet futurarũ, quæ nondũ fuerãt.* Famãq.) *gloriã.* Nepotũ.) *posteriorũ.*

FINIS OCTAVI AENEIDOS.

ADILON.

Nonus habet pugnas, nec adest dux ipse tumultu.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN

Nonum Aeneidos librum, argumentum.

Atq; ea diuersa penitus dum parte geruntur,
Iunonis monitu Turnus festinat in hostem.
Teucrorum naues Rutulis iaculantibus ignem
Nympharum in speciem diuino numine uersæ.
Euryali & Nisi cœptis fuit exitus impar.
Pugnatur: castra Aeneadæ, uallumq́ tuentur,
Audacem Rutulum dat leto pulcher Iulus.
Fit uia ui: Turnus Bitian, & Pandaron altum
Deijcit, & totis uictor dat funera castris.
Iamq́ fatigatus recipit se in castra suorum.

ATque ea diuersa penitus dum.) In hoc libro mutatio est rerum omniũ: nam & personæ, & loca alia sunt, & aliud negociũ incipitur. Ab Aenea enim transit ad Turnum, à Thuscia ad Ardeam, à petitione auxiliorũ ad bellũ. quem transitum ad Turnũ quidam culpant, nescientes Virgil. prudenter iunxisse superioribus negocijs sequentia, per illam particulam: Atque ea diuersa penitus dum parte gerũtur, scilicet dum offeruntur arma, dũ dantur auxilia. Sanè formatus est iste liber ad illud Homeri, ubi dicit, p noctẽ egressos esse Diomedem et Vlyssem, cum capto Dolone castra penetrarunt. nam partẽ maximã & œconomiæ & negociorũ exinde habet. Diuersa penitus.) ualde diuersa, longius remota: unde paulo pòst dicit, Nec satis extremas Choriti penetrauit ad urbes Lydorumq; manũ. Irim.) Iris, quasi ἔρις dicta est: nunquam enim ad conciliationem mittitur, sicut Mercurius, sed ad disturbationem: & est ministra non tantũ dearũ, sed deorũ. & Vergilius hoc probat dicens, Aëream cælo nam Iuppiter Irim Demisit, germanæ haud mollia iussa ferentem. Audacem Turnum.) fortem, sine felicitate: sicut de Palante diximus. Parentis Pilumni.) Pilũnus & Pitumnus fratres fuerunt Dij. horũ Pitumnus stercorandorum inuenit usum agrorũ: unde & Sterquilinius dictus est. Pilũnus uero, pinsendi frumenti: unde & à pistoribus colitur, & ab ipso pilum dictum est. Sacrata ualle.) ideo Sacrata, quia ut diximus, nũquam est lucus sine religione. Sedebat.) Vt Asper dicit, erat: quæ clausula antiqua est, & de usu remota. secũdum Plautũ Sedere est, cõsilium capere: qui inducit seruum dicentem, Sine iuxta aram sedeam, & dabo meliora consilia. sed secundũ augures Sedere est, auguriũ captare: nanq; post designatas cæli partes à sedentibus captantur auguria, quod & ipse suprà ostendit latenter inducens Picum solum sedentem: ut, Paruaq; sedebat Succinctus trabea: quod est augurum, quum alios stantes induxerit. ergo Sedebat, aut erat, aut cõsilia capiebat, aut augurabatur. Thaumantias ore locuta est.) Secundum poëticam, id est, Thaumantis filia. cæterum ex admiratione hoc nomẽ accepit, quæ admiratio de eius coloribus nascitur, & græcè θαῦμα dicitur. Diuûm promittere nemo.) Nemo pro nullus posuit, & est acyrologia: nam Diuûm nemo non possumus dicere, cum proprie nemo sit nec homo. Auderet.) Docet per transitũ multa interdũ tẽporis ratione prouenire, quæ numina præstare non possunt, quod etiã paulo pòst in Matris deûm petitione Iuppiter probat dicẽs, Cui tãta deo permissa potestas?

P. VERGILII M. AENEIDOS LIBER NONVS.

ATq; ea diuersa penitus dum parte geruntur,
Irim de cœlo misit Saturnia Iuno,
Audacem ad Turnum: luco tunc forte parentis
Pilumni Turnus sacrata ualle sedebat.
Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est:
Turne, quod optanti Diuûm promittere nemo
Auderet, uoluenda dies en attulit ultro.
Aeneas urbe, & socijs, & classe relicta,
Sceptra Palatini, sedemq; petit Euandri,

poteſtas? Voluenda.) pro uolubilis. Nec ſatis.) Quia occurrebat ab Euandro eum facile poſſe remeare. Coriti.) montis Thuſciæ, qui (ut dixi) nomen accepit à Corito rege, cum cuius uxore concubuit Iuppiter, unde natus eſt Dardanus. Armat agreſteis.) Ne ei formidinem iniiciat, agreſteis eſſe cōmemorat. Turbataq́; arripe caſtra.) Aut arripe, & turba: aut turbata inuade, propter abſentiam Aeneæ. Secuit ſub nubibus arcum.)

Nec ſatis, extremas Coriti penetrauit ad urbes,
Lydorumq́; manum, collectosq́; armat agreſteis.
Quid dubitas nūc tēpus equos, nunc poſcere curꝛ
Rūpe moras omneis, turbataq́; arripe caſtra. (rus?
Dixit: & in cælum paribus ſe ſuſtulit alis,
Ingentemq́; fuga ſecuit ſub nubibus arquum.
Agnouit iuuenis, duplicesq́; ad ſidera palmas
Suſtulit, ac tali fugientem eſt uoce ſecutus:
Iri decus cæli, quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras? unde hæc tam clara repente
Tempeſtas? uideo medium diſcindere cælum,
Palanteſq́; polo ſtellas: ſequar omina tanta,
Quiſquis in arma uocas: tum ſic effatus, ad undā
Proceſſit, ſummoq́; hauſit de gurgite lymphas,
Multa deos orans, onerauitq́; æthera uotis.
Iamq́; omnis campis exercitus ibat apertis,

hoc eſt, dixit: ut, Ille uiam ſecat ad naueis. & reuera arcus ipſe uarijs coloribus ſectus eſt. Bene autem Sub nubibus, quia ſine nubis beneficio arcus non uidetur. Agnouit iuuenis.) Irim tantū agnouit, non et à quo miſſa eſſet, utrū à Ioue, aut à Iunone: hinc eſt quod dicit, Quis te mihi nubib. actā. Repēte.) Itē aliud augurium: nā quum Iris ſine nubibus non poſſet uideri, poſt eius abſceſſum ſtatim eſt ſecuta ſerenitas. Clara autem bene addidit, quia tempeſtas τῶν μεσῶν eſt.

Diſcindere cælum.) Chaſma dicit factum, id eſt, ſubitam aëris diruptionem, & quendā receſſum: per quod uult uideri chaſma Irim ſe recepiſſe. Medium autem bene dixit: nam eſt & ſummum. unde eſt, Sic uertice cæli Conſtitit. Nubes autem in medio ſunt, ubi ſunt omnia ſigna quæ dicit, id eſt, Iris, chaſma, ſerenitas. nam ſi in ſummo fieret, nullus uidere potuiſſet: humani enim oculi altiorem nimium ſplendorem ferre non poſſunt. ſanè Chaſma eſt, (ita enim Plinius uocat) diruptio & quidā cæli receſſus. Palanteiſq́; polo ſtellas.) Bene Palanteis, quaſi in alienum tempus errore uenientes. Omina tanta.) ſcilicet cæleſtia.

Quiſquis in arma uocas.) uel Iuno, uel Iupiter. Onerauitq́; æthera uotis.) Iterum atq́; iterum eſt uota pollicitus. Locus autem iſte dictus eſt ſecundum augurū morem, apud quos fuerat conſuetudo, ut ſi poſt acceptum augurium ad aquam ueniſſent, inclinati haurirent exinde manibus, & fuſis precibus uota promitterent, ut uiſum perſeueraret auguriū, quod aquæ interceſſu diſrumpitur: unde etiam in Duodecimo, Viſum augurium quod aquæ interceſſu rumpitur, firmum eſt, quia cygnus dimiſſus ab aquila, in fluuium cecidit: ut, Prædamq́; ex unguibus ales Proiecit fluuio. hinc uidetur etiam Turnus minimè potuiſſe liberari. Iamq́; omnis campis exercitus ibat apertis.) Intelligamus hunc exercitum primum in campos confuſe ruiſſe, pòſt digeſtum in ordines, ut ſit ſequentium fluminum con-

grua comparatio, quæ flumina dicit post camporum inundationem in alueos suos reuerti. nam hoc uult dicere: ut de campis flumina in alueos redeunt, sic digesta est in acies militum multitudo, quæ fuerat antè diffusa. Diues equûm.) *Per genitiuum frequentius utimur hac figura, quàm per ablatiuum.* Coërcent.) *cogunt, colligunt.* Altus per tacitum Ganges.) *Fluuius est Indiæ, qui secundum Senecam in situ Indiæ nouem alueis fluit, secundum Melonem septem: qui tamē & ipse commemorat nōnullos dicere, qđ tantū tribus alueis fluat. Vergilius tamen Nilo eum iungens, septem alueos habere significat. Hanc uarietatē Donatus fugiēs, longū hyperbaton facit dicens, Ceu surgens septem amnibus Nilus, aut Ganges altus per tacitum. Sanè bene addidit Per tacitum altus, hoc est, per profundam altitudinem. nam licet crescat, intra ripas tamē est, nec superfunditur, ut Nilus campis: unde Asper distinxit, Altus per tacitum.* Pingui flumine Nilus.) *Nilus dictus est quasi* νέαν ἰλὺν, *hoc est, nouum limū trahens: quod uolens exprimere dixit, Pingui flumine, id est, fluore, quæ res fœcundam efficit terram. quod & ipse in Georgicis ostendit dicens, Liquuntur montibus amnes, Felicemq́; trahunt limum. Item, Et uiridem Aegyptum nigra fœcundat harena.* Quis globus.) *id est, quantus. admirantis enim est, non interrogantis: nec enim interrogat, qui nunciat.* Hostis adest.) *Hic distinguendum, ut Eia sit militum properantium clamor. & est Ennianum qui ait, Eia machæras. ergo, Eia ingenti clamore dicentes, ad portas ruebant. alij, Hostis adest eia, legunt.*

Nanq; ita discedens præceperat.) *Excusatio Troianorum, ne portas clausisse timore uiderentur.* Optimus armis.) *peritus armorum, dux egregius, qui & futura prouideret.*

Siqua interea fortuna fuisset.) *scilicet bellicus casus.* Pudor, iraq; mōstrat.) *licet eos hortaretur ira & pudor.* Tardū agmē.) *Peditū dicit, qui equitū cōparatione tardi sunt.*

Diues equûm, diues pictai uestis, & auri.
Messapus primas acies, postrema coërcent
Tirrhidæ iuuenes, medio dux agmine Turnus
Vertitur, arma tenens, & toto uertice suprà est:
Ceu septem surgens sedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus,
Cum refluit campis, & iam se condidit alueo.
Hic subitam nigro glomerari puluere nubem
Prospiciūt Teucri, ac tenebras insurgere campis,
Primus ab aduersa conclamat mole Caicus:
Quis globus ô ciues caligine uoluitur atra?
Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros:
Hostis adest. eia ingenti clamore per omneis
Condunt se Teucri portas, & mœnia complent.
Nanq; ita discedens præceperat optimus armis
Aeneas, si qua interea fortuna fuisset,
Neu struere auderent aciem, neu credere campo.
Castra modò, & tutos seruarent aggere muros.
Ergo, & si conferre manum pudor iraq; monstrat,
Obijciunt portas tamen, & præcepta facessunt,
Armatiq; cauis expectant turribus hostem.
Turnus ut ante uolans tardum præcesserat agmē

Vrbi.)

Viginti lectis equitum comitatus, & urbi
Improuisus adest: maculis quem Thracius albis
Portat equus, cristaq; tegit galea aurea rubra.
Ecquis erit mecũ ò iuuenes, qui primus in hostẽ?
En, ait: & iaculum attorquens emittit in auras,
Principium pugnæ, & campo sese arduus infert.
Clamorem excipiunt socij, fremituq; sequuntur
Horrisono, Teucrûm mirantur inertia corda
Non æquo dare se campo, non obuia ferre
Arma uiros, sed castra fouere: huc turbid' atq; huc
Lustrat equo muros, aditumq; per auia quærit.
Ac ueluti pleno lupus insidiatus ouili,
Cum fremit ad caulas, uẽtos perpessus & imbres,
Nocte super media, tuti sub matribus agni
Balatum exercent: ille asper & improbus ira
Sæuit in absenteis, collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces.
Haud aliter Rutulo, muros & castra tuenti,
Ignescunt iræ, & duris dolor ossibus ardet,
Qua tentet ratione aditus, & quà uia clausos

Vrbi.) Troiæ, quam fecerat Aeneas castrorum in morem. Maculis quem Thracius albis.) Nouè Albas maculas dixit, quũ propriè macularum hæc sit natura, ut obscuritate sua album aliquid infuscent. Cristaq; tegit galea aurea rubra.) Duo ablatiui sunt, & duo nominatiui, quos metrica ratione discernimus. nam & Rubra crista longæ sunt ultimæ, quia ablatiui sunt: sanè huiusmodi uersus pessimi sunt. Principium pugnæ.) Hoc de Romana solẽnitate tractum est: quum enim uellent bellũ indicere, Paterpatratus, hoc est, princeps fœcialium proficiscebatur ad hostiũ fineis, & præfatus quædã solennia clara uoce dicebat, se bellũ indicere propter certas causas: aut quia socios læserant, aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios reddiderant. & hæc Clarigatio dicebatur, à claritate uocis, postq; clarigationem hasta in eorum fines missa indicabatur iam pugnæ principium. Clamorem excipiunt socij.) Legitur & Clamore. si Clamore, sensus erit talis, Hastæ iactum socij clamore comitantur. si Clamorem, intelligimus Turni eos clamorem excepisse, & cum fremitu eum sequuntur. Inertia corda.) Non reuera, sed sicut hostib. uidebatur. Aditumq; per auia quærit.) etiam per auia. sanè exprimitur Turni uiolentia. nam uiam per auia nullus requirit.

Ad caulas.) munimenta & septa ouium. est enim Græcum nomen, e detracto: nam Græci aulas uocant animalium receptacula. Nocte super media.) ultra mediam noctem, id est, maiorem eius partem. & est bona facta elocutio per syllepsin: ut si dicas, Legi noctem super mediam, id est, ultra mediam noctem. Nulla enim syllepsis est, quæ non & casus mutet, & egeat subauditione: ut, Hanc ego nunc ignaram huius quodcunque pericli. Sæuit in absenteis.) Phantasiam sæuitiæ expressit, quia & lupi circa caules fremunt, ut in ipsis animalibus solent. Ex longo rabies.) Absoluta elocutio, ut si dicas, Ille fame fatigatur ex longo. Et quà uia clausos Excutiat Teucros uallo.) Quà aduerbium loci est, non pronomẽ: nam non stat uersus, si uia septimus sit, non nominatiuus. ergo Quà uia, id est, per quã

partem uiæ uallo Troianos excutiat. Legitur tamen & Quæ uia, & est sensus absolutior. Facibus accingitur atris.) armatur, instruitur. Atris uerò, quasi letiferis: nam faces ardentes sunt. Piceum fert humida lumen.) Sordidior enim ex tædis & igni fumus est. Quis deus ò Musæ.) Quia res deorum est & ardua, ideo per se eam non potest dicere. hic autem gloria Turni latenter ostēditur, cuius uis nisi à numinibus repelli non potuit. Prisca fides facto, sed fama perennis.) Omnis antiquitas difficilis, pura et incorrupta manat in posteros. hoc enim dicit: factū hoc licet priscum sit, tamē fama eius non est obliterata uetustate. Quò primū.) hoc est, initio. non enim secundo factæ sunt naues apud Idā, ab Aenea. Formabat.) id est, formare cogitabat. non enim in Ida, sed apud Antandrū factæ sunt. Alta pelagi.) Absolutum est, ut Lata camporum. Ipsa deûm fertur genitrix.) Figmentum hoc licet poëticum sit, tamen quia exemplo caret, notatur à Criticis: unde de longo proœmio excusatur. nam ideo & prisca ratione religionis, & Iouis beneficio dicit esse perfectum, ut naues mutarentur in nymphas, quo uel aliqua ex parte possit esse uerisimile. Berecyntia.) mater deûm à mōte Phrygiæ Berecynto, cuius ultima syllaba caret aspiratione, quam addimus quoties montem Deli Cynthum dicimus. Est autē tenuis ista discretio, quibus nominibus subtrahi debeat aspiratio. nam ecce Ripæi mōtes Arcadiæ nō scribuntur cum aspiratione, quam addimus quoties Riphæos montes Scythiæ significamus.

Excutiat Teucros uallo, atq; effundat in æquor
Classem, quæ lateri castrorum adiuncta latebat
Aggeribus septam circum, & fluuialibus undis
Inuadit, sociosq; incendia poscit ouantes,
Atq; manum pinu flagranti feruidus implet.
Tum uerò incumbunt: urget præsentia Turni,
Atq; omnis facibus pubes accingitur atris.
Diripuere focos, piceum fert fumida lumen
Tæda, & cōmixtam Vulcanus ad astra fauillam.
Quis deus ò Musæ tam sæua incendia Teucris
Auertit? tantos ratibus quis depulit igneis?
Dicite: prisca fides facto, sed fama perennis.
Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida
Aeneas classem, & pelagi petere alta parabat,
Ipsa deûm fertur genitrix Berecyntia magnum
Vocibus his affata Iouem: da nate petenti,
Quod tua chara parēs domito te poscit Olympo.
Pinea sylua mihi multos dilecta per annos
Lucus in arce fuit summa, quò sacra ferebant,

Da nate peten.) ac si diceret, Ei quæ iubere debuerat. Domito te poscit Olym.) Videtur dicere, Præsta ei cuius beneficio seruatus ad Olympi regna uenisti. Saturnus enim quū omneis consumeret filios, Iouem solum esse non potuit cœlatū matris auxilio. Domito ergo Olympo, in tuas scilicet leges per beneficium meū mundo redacto. Pinea sylua mihi.) Congruè: nam pinus in tutela matris est deûm. Arce fuit summa.) hoc est, apud Gargara, quæ dicta sunt quasi κάρα κάρατος, id est, caput capitis, altitudinis altitudo. Cara est à κεφαλὴ. Homerus, γάργαρον ἄκρον. Gargara autem sunt montis Idæ cacumina: propterea dixit,

dixit, in arce summa. Nigranti picea.) umbrosa: & Picea genus est arboris, unde pix de-sudat. harum aũt secundum Plinium quinq; sunt species, sicut etiam supra diximus. Has ego.) Non trabes: nam de acere naues non fiunt. unde melius arbores intelligimus, referentes ad piceas, uel ad pinos. Sanè notandum, Trabes eum dixisse de arboribus, quum non dicantur nisi iam cæsæ & iam compositæ. Cum classis egeret.) Iusta Aeneæ petitio, & concedentis benignitas numinis exclusit piaculum. nam his remotis sacrilegium committeretur. Timor anxius urget.) Aut perpetuum est timoris epithetõ: aut certè uerum timorẽ uoluit significare, ut separet ab eo, qui ex cupiditate nascitur prosperorum: ut, Exultantiáq; haurit Corda pauor pulsans. Prosit nostris in montibus ortas.) Bona breuitas. nam detraxit & His et Esse. nam plenum est: Prosit, & his ortas esse in montibus nostris: quod fecit elocutionis causa.

Nigranti picea, trabibusq; obscurus acernis.
Has ego Dardanio iuueni, cum classis egeret,
Læta dedi: nunc sollicitam timor anxius urget.
Solue metus, atq; hoc precibus sine posse parentẽ,
Neu cursu quassatæ ullo, neu turbine uenti
Vincantur: prosit nostris in montibus ortas.
Filius huic contrà, torquet qui sidera mundi:
O genitrix, quò fata uocas? aut quid petis istis?
Mortali'ne manu factæ immortale carinæ
Fas habeant? certusq; incerta pericula lustret
Aeneas? cui tanta Deo permissa potestas?
Immò, ubi defunctæ finem, portusq; tenebunt
Ausonios, olim quæcunq; euaserit undis,
Dardaniumq; ducem Laurentia uexerit arua,
Mortalem eripiam formam, magniq; iubebo
Aequoris esse deas: qualis Nereia Clotho,
Et Galathea secant spumantem pectore pontum.
Dixerat: idq; ratum Stygij per flumina fratris,

Torquet qui sidera mundi.) qui sustinet, regit. Quo fata trahis?) Ostendit fata aliquatenus trahi, non tamẽ usq; quaque. hoc enim dicit: Quo, id est, ad quam rem. Petis istis.) pro istos. nam sic dicimus, Peto tibi, pro te. Fas habeant.) ius. nec enim possent æterna esse, quæ ab hominibus facta sunt. Horatius, Debemur morti nos nostráq;. nam sicut animi facta sunt immortalia, ita corporis pereunt. Sallust. Cæterũ studia nostra, sicut anima, immortalia sunt. Certusq; incerta pericula.) hoc dicit, Casibus licentiam hæc petitio uult adimere. nam Aeneas forte, qua homo est, nauigationis debet timere periculum, quod perit si eius nauibus æternitas detur. Cui tanta Deo permissa potestas?) Cui, ac si diceret, ne regi quidem deorum.

Defunctæ.) liberatæ: ut, O tandem magnis pelagi defunctæ periclis. Portusq; tenebunt.) Nautico usus est uerbo, quum de nauibus diceret. Quæcunque.) Hic ostendit aliquas esse perituras. Euaserit undis.) De undis exierit, quum uenerit ad eum locum, de quo nauigaturus iam non sit: alij legunt, Euaserit undarum periculum. Mortalem eripiam formam.) Bene dixit Mortalem: nec enim potest fieri, ut eadem res & mortalis sit, & immortalis. ante est, ut desinat esse mortalis. Qualis Nereia Clotho.) Nõ tales dixit erũt:

 sic suprà,

sic suprà, Qualis mugitus fugit cum saucius aram Taurus. Per pice torrentes.) *ardentes: & est figmentum poëticum.* Aderat promissa dies.) *promissum tempus aduenerat.* Turni iniuria.) *scilicet quam inferebat. & modò iniuria est* ἀδικημα, *id est, iniustitia. hinc & apud Comicos iniurius est, qui audet aliquid contra ordinem iuris. & bene* Iniuria, *quoniam & contra necessitatem fati, & contra rationem fœderis bella commouerat.*

Per pice torrenteis, atraq; uoragine ripas
Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.
Ergo aderat promissa dies, & tempora Parcæ
Debita complerant, quũ Turni iniuria matrem
Admonuit, sacris ratibus depellere tædas.
Hic primũ noua lux oculis effulsit, & ingens
Visus ab aurora cælum transcurrere nimbus,
Idæiq; chori: tum uox horrenda per auras
Excidit, & Troum Rutulorumq; agmina cõplet.
Ne trepidate meas Teucri defendere naues:
Neúe armate manus: maria ante exurere Turno,
Quàm sacras dabitur pinus: uos ite solutæ,
Ite deæ pelagi, genitrix iubet: & sua quæq;
Continuo puppes abrumpunt uincula ripis,
Delphinûmq; modo demersis æquora rostris
Ima petunt: hinc uirgineæ (mirabile monstrum)
Reddunt se totidem facies, pontoq; feruntur,
Quot prius æratæ steterant ad littora proræ.
Obstupuere animis Rutuli conterritus ipse
Turbatis Messapus equis cunctatur, & amnis
Raucà sonans, reuocatq; pedẽ Tyberinus ab alto,
At non audaci cessit fiducia Turno:

Noua lux.) *id est, nimbus deorum: qd' & paulo pòst dicit.* Ne trepidate meas Teucri def.na.) *pro ne festinetis: & per hoc significatur ideo ad nauium defensionem egressos non esse Troianos, quia numen uetuit.* Ite deæ pelagi.) *Alij hucusq; uolunt matrem deûm locutã: alij iungũt* Genitrix iubet. Quàm sacras dabitur pinus.) *Fabula talis est: Atys puer speciosus quũ Matris deûm præesset sacris, à rege ciuitatis suæ amatus est: sed quum intelligeret uim sibi à rege instare, illam in syluas profugit. quum uerò inuentus esset, & uim studeret inferre, rex uerenda stupratoris abscidit: qui moriens eandem ipsam corporis puero abscidit, quem semianimem sub pinu latentem cum inuenissent antistites Matris magnæ, prolatũ in templum deæ, frustra conati reficere, defunctum sepeliuerunt. Cuius ut perpetua memoria maneret, Mater magna instituit ut quotannis in sacris suis plangeretur, pinumq; arborem sub qua iacuerat tutelæ suæ adscripsit, & effecit ut cultores sui uirileis sibi parteis amputarent, qui Archigalli nuncupantur.* Obstupuere Rutuli.) *timuerunt Rutuli, timuit Mesapus numinis filius, timuit Tyberis. Per hos autem gradus maior Turni designatur audacia. Tale est & in Quarto, At non infelix animi Phœnissa.* Et amnis Raucà sonans.) *Licet antiquitas habuerit hic & hæc amnis, melius tamen est accipere Raucà sonans, pro rauce, quàm rauca amnis.* Reuocatq; pedem Tyberinus ab alto.) *Nunc ipsum deum territum dicit, suprà undas fuisse perterritas, &*

tas, & in se repressas. Animos tollit dictis.) *Magnanimitatem suam comprobat dictis. Tale est illud è contrario, Turbatumq; oculis.* Hæc monstra petunt.) *appetunt: ut, Reginam petit.* Iuppiter ipse.) *scilicet qui omnibus præstare consueuit: unde & Iuppiter dictus est, quasi iuuans pater. ergo Auxilium solitum non circa Troianos accipimus, sed quod ipse præstare consueuit,* Non tela neq; ignes expectant Rutulos.) *Non expectant Troiani, ut Rutulorum telis aut ignibus pereant, quia iam nauiũ amissione perierũt.* Maria inuia Teucris.) *Color est: nã rem quam Troiani pro se putabant, in contrarium uertit, dicens nauigationis auxilium & fugæ pdidisse Troianos, quos constat pro felicitate habuisse nauigationis uitare discrimina.* Rerum pars altera.) *Humanæ enĩ naturæ duo elementa concessa sunt, mare uidelicet & terra.* Nil me fatalia terrent.) *Tacitis quæstionib. occurrit dicens: si fataliter se ad italiam uenisse dicunt, iam uenerunt, completa sunt fata. Et callidè tacuit, quod erat fatale. Troiani enim dicebant Italiæ sibi regna deberi. & est Oratorum, quæstiones ita proponere, ut facilem solutionis sortiãtur euentum.* Si qua Phryges præ se iactant.) *quasi & ista confingant.* Sunt & mea contra Fata mihi.) *Hoc falsum est quod dicit Turnus. Sed in arte rhetorica, tunc cõceditur uti nobis mendacio, quũ redarguere nullus potest: ut hoc loco. quis enim uerè potest scire, Turno data esset nec ne responsa? quĩa scit falsum esse quod dixit, argumentis probare dicta contendit, dicens esse sceleratam gentem ob raptã sibi coniugem: in quo facto utitur Græcorum exemplo, qui rapta Helena gentem deleuere Troianam.* Coniuge prærepta.) *Inuidiose sponsam coniugem uocat.*

Nec solos tangit Atridas iste dolor.) *Cur non in similitudine criminis sit pœnæ similitudo? si culpa repetitur, supplicia quoq; geminentur.* Penitus modo non ge. omne pero. Fœmineũ?) *Modò omne genus fœmineũ nõ eos penitus perosos dicebat. locutus est aũt figuratè.*

Fossarũq; moræ.) *Quasi nõ tutela, sed mortis dilatio.* An nõ uiderũt.) *Legitur et At nõ. si An nõ, absoluta est: si At nõ, est inceptiua particula ad ornatũ ptinẽs. Hor. At ò deorũ quicquid in cælo regit.*

Vltro animos tollit dictis, atq; increpat ultro:
Troianos hæc monstra petunt, his Iuppiter ipse
Auxilium solitum eripuit: non tela, neq; ignes
Expectant Rutulos. ergo maria inuia Teucris,
Nec spes ulla fugæ: rerũ pars altera adempta est.
Terra autem in nostris manibus, tot milia gẽteis
Arma ferunt Italæ: nil me fatalia terrent,
Si qua Phryges præ se iactant responsa Deorum.
Sat fatis Veneriq; datum est, tetigere quod arua
Fertilis Ausoniæ Troẽs: sunt & mea contrà
Fata mihi, ferro sceleratam excindere gentem,
Coniuge prærepta: nec solos tangit Atridas
Iste dolor, solisq; licet capere arma Mycenis.
Sed periisse semel satis est: peccare fuisset
Ante satis: penitus modo nõ genus omne perosos
Fœmineum? quibus hæc medii fiducia ualli,
Fossarumq; moræ, leti discrimine paruo
Dant animos. an non uiderunt mœnia Troiæ,
Neptunni fabricata manu, considere in ignes?

cælo regit. Tale est, At non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor? Vallum.) Valli dicitur ipsa munitio. nam Valli sustes sunt, quibus uallum munitur. ipse de sustentaculis uitium, Primus uallos sub tecta referto. Non armis mihi Vulcani.) Bene Arma generaliter dixit, nam ipse habuit à Vulcano: sed solum gladium, ut Ensem Quem Dauno ignipotens Deus ipse parenti Fecerat, & Stygia candentem tinxerat unda. Per hoc autem, quasi

Sed uos ò lecti ferro quis scindere uallum
Apparat? & mecum inuadit trepidantia castra?
Non armis mihi Vulcani, non mille carinis
Est opus in Teucros: addant se protinus omnes
Hetrusci socios: tenebras, & inertia furta
Palladij cæsis summæ custodibus arcis
Ne timeant, nec equi cæca condemur in aluo.
Luce palam certum est igni circundare muros.
Haud sibi cum Danais rem faxo, & pube Pelasga
Esse putent, decimũ quos distulit Hector in annũ.
Nunc adeo, melior quoniam pars acta diei,
Quod superest læti bene gestis corpora rebus
Procurate uiri, & pugnam sperate parati.
Interea uigilum excubijs obsidere portas
Cura datur Mesapo, & mœnia cingere flammis.
Bis septem Rutuli, muros qui milite seruent,
Delecti: ast illos centeni quenq; sequuntur
Purpurei cristis iuuenes, auroq; corusci,
Discurrunt, uariantq; uices, fusiq; per herbam
Indulgent uino, & uertunt crateras ahenos.
Collucent ignes, noctem custodia ducit
Insomnem ludo.
Hæc super è uallo prospectant Troës, & armis
Alta tenent: nec non trepidi formidine portas

latenter dicit, se Achille meliorem, qui se Troianos etiam sine diuinis armis superare posse confidit. Addãt se protinus omnes.) Ne timere uideatur auxiliorum multitudinem, dicit esse incrementa uictoriæ. Luce palã.) propter tenebras, et furta inertia. Quos distulit Hector.) Bene solius Hectoris facta est commemoratio, ut ostendatur ipse perijsse, qui potuit esse terrori: propter quod uult Aeneam nihil fortiter fecisse in bello Troiano. Melior quoniam pars diei.) id est, maior & prima. Bene gestis corpore rebus.) In eo tantum, quòd hostes nõ ausi sunt egredi. Homeri est, νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον ἵνα συνάγωμεν ἄρηα. Pugnam sperate parati.) scilicet contra Troianos, non Troianis: ne uideatur contra supradicta omnia nunc socijs inferre timorem. Sperate autem dixit, quia cupidos eos ostendit pugnæ & uictoriæ, ut uiros fortes. Vigilum excubijs.) Excubiæ sunt diurnæ, Vigiliæ nocturnæ. Centeni quenq.) Centurionum scilicet, ex more Romanæ militiæ. nam ex numero militum, qui eos sequuntur, gradus dignitatis apparet: unde & Milites dicti, à mille: & Tribuni militum dicti sunt χιλίαρχοι. Vertunt crateras ahenos.) id est, potant. & est hemistichium Ennianum. Trepidi formidine.) festini, propter formidinem: nam non est iteratio.

Pontes.)

Pontes.) qui fiunt in muris angustioribus. Propugnacula.) pinnas. Rectores iuuenum.) Legitur & Iuueni. si Iuueni, Ascanio: si Iuuenũ, magistros militũ accipe. Sortita periclum.) sorte diuisa ad defensionem periculi. Quod cuiꝗ tuẽdum est.) exercet unusquisꝗ uices ad id quod accipit tuendum. Ida uenatrix.) A plerisꝗ Ida mater Nisi accipitur, quia dixit Venatrix: nam si montem uolueris accipere, abusiue Idam uenatricẽ dictam intellige, pro uenationibus abũdantẽ. nã uenatrix proprie est quæ uenatur, nõ quæ uenatiõibus abundat. Iaculo celerem.) Bene inducit Nisum optimum esse iaculatorem, et hanc præmittit armorũ peritiam, qua post plurimum poterit in Euryali defensione. Troiana nec induit arma.) Hoc est, ꝗ nondũ bellicosa arma induerat. i. acceperat. et hoc dicit: Pulcher quidẽ erat, sed nondũ bellandi peritus. Dij ne hũc ardorẽ mentibus addũt Euryale? an sua cuiꝗ deus fit dira cup.) Apud

Explorant, pontesꝗ & propugnacula iungunt.
Tela gerunt: instant Mnestheus, acerꝗ Serestus.
Quos pater Aeneas, si quando aduersa uocarent,
Rectores iuuenum & rerum dedit esse magistros.
Omnis per muros legio sortita periclum
Excubat, exercetꝗ uices, quod cuiꝗ tuendum est.
Nisus erat portæ custos acerrimus armis
Hyrtacides, comitem Aeneæ quem miserat Ida
Venatrix, iaculo celerem, leuibusꝗ sagittis.
Et iuxta comes Euryalus, quo pulchrior alter
Non fuit Aeneadum, Troiana neꝗ induit arma,
Ora puer prima signans intonsa iuuenta.
His amor unus erat, paritérꝗ in bella ruebant.
Tum quoꝗ communi portam statione tenebant.
Nisus ait: Dij ne hunc ardorem mentibus addunt
Euryale? an sua cuiꝗ deus fit dira cupido?
Aut pugnã, aut aliqd iamdudũ inuadere magnũ
Mens agitat mihi, nec placida cõtenta quiete est.
Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum:
Lumina rara micant, somno, uinoꝗ sepulti
Procubuere, silent latè loca: percipe porro

Plotinũ philosophũ & alios quæritur, utrũ mentis nostræ acies per se ad cupiditates & consilia moueatur, an impulsu alicuius numinis. & primo dixerũt, mẽtes humanas moueri sua spõte. deprehẽderũt tamẽ, ad oĩa honesta impelli nos Genio & numine quodã familiari, qđ nobis nascẽtibus datur: praua uero nostra mẽte nos cupere & desiderare. nec enim potest fieri, ut praua numinũ uoluntate cupiamus, quibus nihil malũ cõstat placere: unde nũc hic ortus est sensus. hoc enim dicit Nisus: O Euryale Dij ne nostris mẽtibus cupiditates inijciũt & desideria, an deus fit ipsa mẽtis cupiditas? Mentibus addũt.) Bene Addũt: nam animus sui natura prudẽs est, sed ei additur ut aliquid impatiẽter desideret, quasi præter eius naturam adiunctũ ex altero. Dira.) magna. Aliquid magnũ.) Scilicet ꝑ hosteis transitũ. Mens agitat mihi.) molitur. Quiete.) modo ocio, non somno: nam in uigilijs fuerat collocatus. Cernis quæ Rut. ha. fi. re.) Ipsius desiderij uult esse rationabiles causas. Sõno ui. sep.) alterũ pendet ex altero: & sepulti, quasi sine pulsu & nil sentiẽtes. Porrò.) Hortantis est.

Quid dubitem.) id eſt, cogitem: omnis enim cogitatus in dubitatione eſt ante ſentētiam. Populusq́; patresq́.) Transfert in Troianos Romanam conſuetudinem, ut ſolet plerunq;: prius enim iubebat populus, pòſt confirmabat ſenatus. Reportent.) portent: nam Re uacat. Si tibi quæ poſco promittunt.) Poſcere eſt ſecundū Varronē, quoties aliquid pro merito noſtro depoſcimus: Petere uero eſt, quum aliquid humiliter & precibus poſtulamus. & bene Euryalū, quod nolit dicere latēter oſtēdit. Mœnia Palantea.) Vbi nunc credit eſſe Aeneā. Sūmis adiungere rebus.) Summū, & extremū dicimus et laudabile. bene ergo in re dubia ſermone uſus eſt dubio: nam hoc dicit, Nō debes me nec à tua gloria, nec à periculis ſegregare. Genitor bellis aſſuetus.) ipſe puer eſt, necdum probatus: unde ſe et ab illis temporibus, & à patris uirtute commendat. Argolicū terrorē.) quem Græci inferebant. Sublatum.) ſuſceptum. Eſt hic animus.) Hic poteſt eſſe & aduerbiū demōſtrātis, ut ſit, Eſt hic, id eſt, in meo pectore: poteſt & ſic accipi, ut dicas, Hic eſt, eſt animus lucis cōtemptor, hoc eſt, iſte animus. ergo Hic & produci poteſt & corripi. Iſtū Qui uita be. cre. emi, quò ten. hon.) Quò tendis, id eſt, ad quē niteris, libēter emat uita, id eſt, uitæ precio. Nil tale uerebar.) quale tu ſuſpicaris. Hæc.) humana negocia, uel quæ loquitur. Mādet humo.) Multi hic diſtinguunt. alij iungūt, Mādet humo ſolita, ut cōmendet in terra. Solita aūt fortuna, quæ pijs inuidere conſueuit. Statius hinc trahēs colorē ait: Inuida fata pijs, & fors ingentibus auſis Rara comes. Abſenti ferat inſe.) Hoc eſt, cenotaphion faciat, & impleat honorē ſepulchri.

Quid dubitē,& quæ nūc animo ſententia ſurgat.
Aeneam acciri omnes, populusq́ patresq́
Expoſcunt, mittiq́ uiros qui certa reportent.
Si tibi quæ poſco promittunt(nam mihi facti
Fama ſat eſt)tumulo uideor reperire ſub illo
Poſſe uiam ad muros, & mœnia Palantea.
Obſtupuit magno laudum percuſſus amore
Euryalus, ſimul his ardentem affatur amicum.
Me'ne igitur ſocium ſummis adiungere rebus
Niſe fugis? ſolum te in tanta pericula mittam?
Non ita me genitor bellis aſſuetus Opheltes
Argolicum terrorem inter, Troiæq́ labores
Sublatum erudijt, nec tecum talia geſſi,
Magnanimum Aenean, & fata extrema ſecutus.
Eſt hic, eſt animus lucis contemptor, & iſtum
Qui uita bene credat emi, quò tendis, honorem.
Niſus ad hæc: equidem de te nil tale uerebar,
Nec fas, non ita me referat tibi magnus ouantem
Iuppiter, aut quicunq; oculis hæc aſpicit æquis.
Sed ſi quis, quæ multa uides diſcrimine tali,
Si quis in aduerſum rapiat caſus'ue, deus'ue,
Te ſupereſſe uelim, tua uita dignior ætas.
Sit qui me raptum pugna, precioq́ redemptum
Mādet humo ſolita: aut ſi qua id fortuna uetabit,
Abſenti ferat inferias, decoretq́ ſepulchro.
Neu matri miſeræ tanti ſim cauſa doloris,

E matribus.)

E matribus.) è nobilibus: nam matres non nisi nobiles dicimus, unde & matronæ dictæ sunt. Scimus aũt nõ omnes mulieres in Sicilia remãsisse: nam legitur in 11. Et mœstũ Iliades crinem de more solutæ. Ille autẽ.) Hoc loco esse interruptã orationẽ Nisi intelligimus. Vigiles simul excitat.) qui uigiliarũ officiũ simul habebant. Seruantq; uices.) Hic distinguendũ est: aliâs sensus nõ procedit, si adiũxeris Statione relicta.

Quæ te sola puer multis è matribus ausa
Prosequitur, magni nec mœnia curat Acestæ.
Ille autem: causas nequicquam nectis inanes,
Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
Acceleremus, ait: uigiles simul excitat, illi
Succedunt, seruantq; uices statione relicta.
Ipse comes Niso graditur, regemq; requirunt.
Cætera per terras omneis animalia somno
Laxabant curas, & corda oblita laborum.
Ductores Teucrûm primi, & delecta iuuentus
Consilium summis regni de rebus habebant.
Quid facerent? quisue Aeneæ iam nuncius esset?
Stant longis adnixi hastis, & scuta tenentes,
Castrorum, & campi in medio: tum Nisus, & unà
Euryalus confestim alacres admittier orant.
Rem magnã, preciumq; moræ fore: primus Iulus
Accepit trepidos, ac Nisum dicere iussit.
Tunc sic Hyrtacides: audite ò mentibus æquis
Aeneadę, neúe hæc nostris spectentur ab annis,
Quæ ferimus: Rutuli somno, uinoq; sepulti
Procubuere, locum insidijs conspeximus ipsi,
Qui patet in biuio portæ, quæ proxima Ponto.
Interrupti ignes, aterq; ad sidera fumus

Regẽq; requirũt.) regis filiũ: ut, Magnũ reginæ sed enĩ miseratus amorẽ. Cætera per terras omneis.) Exaggerat more suo uigilãtiũ laborem. Consiliũ summis regni de rebus habebant.) Lucilij uersus uno sermone mutato: nam ille ait, Cõsiliũ summis hominũ de reb. habebãt. Iam nuncius esset.) Iam, aut cito, aut quũ nullũ inuenirent. Adnixi hastis.) Ostendit iã eos diuturna statione fatigatos. qđ aũt stant, & Romani moris est, et bellicæ necessitatis. hũc aũt standi habitum & Sallust. cõmemorat: ut, Fessi arma sua quisq; stãtes incũbere. Castrorũ & cã. m.) in medio cãpi spacio, q cãpus castrorũ medius fuit. Rem magnã pre. m. f.) dicebat se afferre rem magnã, cuius mora preciũ posset afferre, id est, pœnã. Terẽt. Ego preciũ ob stultitiã fero. ut sit sensus: Si tardius mittamur ad Aeneã, luemus hostiũ pœnas. alij sic intelligũt: Scimus quidẽ aduentũ nostrũ morã uestris afferre cõsilijs, uerũ huius moræ erit preciũ. i. remuneratio. nãq; hoc offerebãt, qđ illi cogitabãt, ut diximus suprà, Quisúe Aeneæ iam nũcius esset. Accepit tre.) festinos, more suo.

Néue hæc nost. spe. ab an.) Bene excusat, quia scit de ætate puerorũ posse dubitari, dicens nõ ex suggerentũ psona, sed sua ui cõsilia ponderãda. Portæ quæ prox. Pon.) Apparet, ut suprà diximus, castra Troiana in Hostiensi fuisse: siquidẽ nullus alter locus in Laurolauinati hinc fluuio cohæret, hinc pelago. et nũc dicit, Portæ q̃ pr. Pon. itẽ paulo pòst dicturus est. Opposuere aciẽ, nã dextra cingitur amni. Interrupti ig.) Suprà aliter, Lumina rara micãt.

Fumus erigitur.) Signum est *sopitorũ igniũ, quoties maior fumus erigitur.* *Fortuna.)* *occasione.* *Quæsitũ.) ut quæramus.* *Cum spolijs.)* Hinc est quod suprà Euryalo dixit, Me referat tibi magnus ouantẽ Iuppiter: respiciẽs ad id quod posset fortiter facere. *Nec nos uia fallit.)* Bene ubiq; cũ amico cuncta cõmunicat. *obscuris primã sub uallibus urbem.)* nam in obscuris uallibus positi uidimus primã urbem, hoc est, primam partem urbis.

Erigitur, si fortuna permittitis uti
Quæsitum Aenean, & mœnia Palantea
Mox hic cum spolijs ingenti cæde peracta
Affore cernetis, nec nos uia fallit eunteis.
Vidimus obscuris primam sub uallibus urbem
Venatu assiduo, & totum cognouimus amnem.
Hic annis grauis, atq; animi maturus Alethes:
Dij patrij, quorum semper sub numine Troia est,
Non tamen omnino Teucros delere paratis,
Cum taleis animos iuuenum, & tam certa tulistis
Pectora: sic memorãs humeros, dextrasq; tenebat
Amborum, & uultum lacrymis atq; ora rigabat.
Quæ uobis, quæ digna uiri pro laudibus istis
Præmia posse rear solui? pulcherrima primum
Dij, moresq; dabunt uestri: tum cætera reddet
Actutum pius Aeneas, atq; integer æui
Ascanius, meriti tanti non immemor unquam.
Immo ego uos, cui sola salus genitore reducto
Excipit Ascanius, per magnos Nise penates,
Assaraciq; larem, & canæ penetralia Vestæ
Obtestor (quæcunq; mihi fortuna fidesq; est,
In uestris pono gremijs) reuocate parentem,

nam Palanteum in monte est, nõ in uallibus. *Annis grauis atq; animis maturus Alethes.)* Sallustius de Philippo, Aetate et cõsilio cæteros anteibat: *nã in senioribus uiget prudẽtia. unde Ouidius,* Seris uenit usus ab annis. *Non tamẽ omnino Teucros delere para.)* *Ac si diceret, licet irascimini ad tempus. hinc apparet, non uelle uos penitus delere Troiãos, quod tales animos iuuenib. datis.* *Humeros dextrasq; tenebat.)* Hoc ad effectum retulit. nec enim simul fieri potest. Intelligimus autem, quod singulos & membratim amplectebatur. *Vultum lacrymis atq; ora rigabat.)* Poëticè iũxit, & modo unum significat: est autem iteratio, interdũ recipiunt discretionem. *Pro laudibus.)* id est, uirtutibus, ab eo quod præcedit id quod sequitur. *Dij moresq; dabunt.)* Ciceronis est, tractum de philosophia, qui dicit sufficere ad gloriam benefacti conscientiam: quod & Vergilius suprà ait, Et mens sibi conscia recti. *Actutum.)* confestim, sine dilatione: & est aduerbium temporis. *Integer æui.)* adolescens, cui adhuc ætas integra superest. unde Ennius deos æui integros dicit, quibus multum æui superest. *Meriti tanti.)* præstiti: ut, Merui quoque. item, Quiq; sui memores alios fecere merendo. cum mereri sit cõferre: ut, Si bene quid de te merui. *Excipit Ascanius.)* id est, subsequitur: & à poëta dictum est. *Canæ Vestæ.)* uenerabilis, antiquissimæ. *Obtestor.)* adiuro: & est ordo, Immo ego cui sola salus genitore reducto, Vosq; obtestor per deos, reuocate parẽtem.

Fortuna

Fortuna fidesq; est.) quicquid casu, quicquid cõsilio egero, uobis committam. nam per fidem consilia significat, per fortunã opes & imperiũ, & cuiuslibet rei possibilitatem. Nihil illo triste recepto.) subaudi Erit. Deuicta genitor quæ cœpit Arisba.) Atqui secundũ Homerum Arisba Troianis misit auxila, & ab Achille subuersa est. sed accipimus aut ante bellum græcorũ Arisbam à Troianis captã, & in amicitiæ fœdus admissam: aut certe pocula hæc data ab Heleno, q in Achillis bona p Pyrrhi successerat hæreditatem. ut sit, quæ cepit, pro accepit. Deuicta Arisba.) scilicet ab Achille. Duo magna talenta.) Bene addidit Magna: nã uarium apud diuersas gentes est talenti pondus. unde talentũ potest & breue aliqd, & magnũ significare: nam, ut suprà diximus, secundum Plautũ talentum lxx. librarũ est: q quũ dixisset debere cxl. libras, paulo pòst intulit duo talenta per iocũ dicens, Debentur talẽta tot quot ego & tu sumus. Item Homerus talentum breue quiddam ostendit, apud quem in equorũ cursu tertium præmium est lebes, quippe quod accepit uictus, quum uictori leuia sint data munera.

Dicere sortẽ.) statuere. alij proprie Ducere legũt, quod est sortium: ut, Stat ductis sortibus urna. Excipiam sorti.) præter sortẽ dabo. Insuper id.) super hæc. Campi quod habet rex ipse Latinus.) Mos fuerat, ut uiris fortibus, siue regibus pro honore daretur aliqua agri particula, ut habuit Tarquinius Superbus in cãpo Martio, quod spaciũ ab Homero τὸ τέμενος dicitur. hoc ergo quod Latinus pro honore de Repub. habuit, ab Ascanio intelligamus esse promissum. Pectore toto.) omni affectu. Rerũ uerborũq; fides.) & Rempub. tibi committam, & tecum omne cõmunicabo consilium. Me nulla dies tam fortibus ausis Dissimilem arguerit.) ab hoc officio & ab hac audacia accessu tẽporis inferior nõ probabor, qualiscunq; fortuna comitetur. Tantum.) Tantummodo hoc possum de me promittere, ut semper audeam, semper uelim fortiter facere: nam hoc est quod dicit, Fortibus ausis.

Reddite conspectum, nihil illo triste recepto.
Bina dabo argento perfecta, atq; aspera signis
Pocula, deuicta genitor quæ cepit Arisba,
Et tripodas geminos, auri duo magna talenta.
Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.
Si uero capere Italiam, sceptrisq; potiri
Contigerit uictori, & prędæ ducere sortem,
Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis
Aureus? ipsum illum clypeum, cristasq; rubentes
Excipiam sorti, iam nunc tua pręmia Nise.
Præterea bis sex genitor lectissima matrum
Corpora, captiuosq; dabit, suaq; omnibus arma.
Insuper id campi, quod rex habet ipse Latinus.
Te uero mea quem spacijs propioribus ætas
Insequitur uenerande puer, iam pectore toto
Accipio, & comitem casus cõplector in omneis.
Nulla meis sine te quæretur gloria rebus,
Seu pacem, seu bella geram, tibi maxima rerum
Verborumq; fides. contra quem talia fatur
Euryalus: me nulla dies tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit, tantum fortuna secunda,

ausis Dissimilem arguerit, tantum. ergo meū est hoc promittere, siue prospera, siue aduersa fortuna comitetur: nam Aut disiunctiua particula est, non negantis aduerbium. Super omnia dona.) ultra omnia. Priami de gente uetusta.) de familia: & bene eam etiā ex cognatione cōmendat. nam Ascanius nepos est Priami per Creūsam. Miseram.) quæ sic impatiēter diligebat filiū. Mecum excedentē.) ut, Ille meum comitatus iter. Vult enim intelligi sui causa matrē secutā.

Aut aduersa cadat. sed te super omnia dona
Vnum oro: genitrix Priami de gente uetusta
Est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus
Mecum excedentem, non mœnia regia Acestæ.
Hanc ego nūc ignarā huius, quodcūq; pericli est,
Inq; salutatam linquo: nox, & tua testis
Dextera, quòd nequeā lacrymas perferre parētis.
At tu (oro) solare inopem, & succurre relictæ.
Hanc sine me spem ferre tui, audentior ibo
In casus omnes. perculsa mente dederunt
Dardanidæ lacrymas, ante omnes pulcher Iulus,
Atq; animum patriæ strinxit pietatis imago.
Tum sic effatur:
Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis,
Nanq; erit ista mihi genitrix, nomenq; Creūsæ
Solum defuerit, nec partum gratia talem
Parua manet, casus factum quicunq; sequetur.
Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat,
Quæ tibi polliceor, reduci, rebusq; secundis,
Hæc eadem matriq; tuæ, generiq; manebunt.

Quodcunque pericli est.) Syllepsis: nam subaudis periculum. Inq; salutatam linquo.) insalutatam. & est tmesis: ut, Inutilis inq; ligatus Cedebat. Quod nequeā lacrymas perferre parētis.) Excusat, ne uideatur crudelis: unde sequitur matris eius tragicus et miserabilis ille conq̃stus, Potuisti liquere solā Crudelis: & talia. Inopem.) Modò auxilij egentem. In casus oēs.) ut suprà, Fortuna secūda, uel aduersa. Pulcher Iulus.) Incongruū epitheton pulchritudinis posuit, cū res esset in loco religionis. Strinxit pietatis imago.) pstrinxit, momordit, admonuit. sensus aūt est: aut postq̄ uidit istū sic amare matrem, paternæ pietatis cœpit uirtutem agnoscere. aut certe cœpit etiā ipse sic in pietatem moueri, ut eius consueuit pater. aut certe exemplo Euryali auidius cœpit amare patrem, etiam ante dilectū. Nec partū gratia talem Parua manet.) debet ab omnibus coli, quæ talem creauit. Casus factum quicūq; sequetur.) Satis congrue. præmia enim non debentur euētui, sed uoluntati. Per quod pater ante solebat.) Alij uolūt ideo Ante, quia absens est Aeneas: nam iurare possumus & per absentis filij caput. alij ad causam religionis trahūt, quæ præcipit ut filij imitentur in omnibus rebus suos parētes. ut nunc quasi imitatio sit iurisiurandi, ut dicat Ascanius: Iuro per caput meum: sicut præsens pater per caput suum iurare consueuerat, quoties fidem suam confirmare cupiebat. Alij uolunt ideo dictum Ante, quia pontificibus per liberos iurare non licebat, sed per deos tantūmodo: ut sit, antequam pontifex esset Aeneas. Reduci rebusq; secundis.) Mira arte moratur in prosperis,

speris, & ea iterat: tacet aduersa, & magis intellectui & subauditioni relinquit. quis enim non dicat, si non redieris, ait, Matriq; tuæ generiq; manebunt. hoc autem secundum morem Romanorum dicit, apud quos præmia decernebantur, ut illi liberisq; eius: ut darentur liberis, quæ accipere non potuissent parentes. Lycaon Gnosius.) *Cretensis: & est laus ab artifice. hunc autem gladium Euryalo datum intelligamus, nam Nisus accepit pellem & galeam.*

Sic ait illacrymans, humero simul exuit ensem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnosius, atq; habilem uagina aptarat eburna.
Dat Niso Mnestheus pellem, horrentisq; leonis
Exuuias, galeam fidus permutat Alethes.
Protinus armati incedunt, quos omnis eunteis
Primorũ manus ad portas, iuuenumq; senumq;
Prosequitur uotis, necnon & pulcher Iulus,
Ante annos animumq; gerens curamq; uirilem,
Multa patri mandata dabat portanda: sed auræ
Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.
Egressi superant fossas, noctisq; per umbram
Castra inimica petunt, multis tamen ante futuri
Exitio: passim somno, uinoq; per herbam
Corpora fusa uident, arrectos littore currus
Inter lora rotasq;, uiros, simul arma iacere,
Vina simul. prior Hyrtacides sic ore locutus:
Euryale audendum dextra, nunc ipsa uocat res.
Hac iter est: tu, nequa manus se attollere nobis
A tergo possit, custodi, & consule longe.

Pellem horrentisq; leonis Exuuias.) *τὸ αὐτὸ dixit, hoc est, bis idẽ: ut, Bellũ etiam pro cæde boum stratisq; iuuencis Laomedontiadæ.* Galeam.) *Aliæ enim sunt explorantũ, sicut etiã Homerus ostẽdit, q exploratores sic armat: ut primo de Diomede, ἀμφὶ δὲ οἱ κυνέην κεφαλῆφιν ἔθηκε ταυρέην, ἄφαλόν τε καὶ ἄλλοφον ἥτε καταῖτυξ κέκληται. Et infrà de Vlysse: ἀμφὶ δὲ οἱ κυνέην κεφαλῆφιν ἔθηκε ῥινοῦ ποιητὴν, πολλοῖσιν δ' ἔντοσθεν ἱμᾶσιν ἐντέτατο στερεῶς, ἔκτοσθεν δὲ λευκοὶ ὀδόντες ἀργυόδοντος ὑὸς θαμέες ἔχον ἔνθα καὶ ἔνθα εὖ καὶ ἐπισταμένως, μέσσῃ δ' ἐνὶ πῖλος ἀρήρει. Sed de illa Diomedis proprie intelligendum, quæ sine cono est, ut occultior sit explorator. Talis enim uocatur καταῖτυξ, quia sit humilis fabricata, id est, κάτω τευκτὴ, & aliæ bellantiũ.* Primorum.) *Genitiuus hic uenit ab eo quod est hi primores, sicut hi proceres: quorum nominum nominatiuus singularis non inuenitur, licet dicamus primoris.* Votis.) *Aut cum uotis, aut pro reditu uota facientes.* Et nubibus irrita donant.) *Vt, Ipse partẽ uolucres dispersit in auras.* Castra inimica.) *non tantũ hostilia, sed etiã perniciosa: nã cũ dolore dictũ Inimica, unde scilicet redituri nõ erãt. quod ex sequentibus cõprobatur: dicẽdo enim, Multis tamẽ ante futuri Exitio, ostẽdit pniciosa esse castra, quæ ipsis fuerãt mortẽ allatura.* Vina simul.) *uasa scilicet uini, in qbus uina ponuntur.* Ore loc.) *Nõ est perissologia: nã secundũ Home. exploratores quæ uolũt, plerũq; nutu significãt: apud quẽ Vlysses Diomedi sibilo innuit, ῥοίζησεν δ' ἄρα πιφαύσκων Διομήδεα δίω.* Audendũ d.) *Quia audemus & cursu & aio.* Hac it. ẽ) *p hostiũ cædẽ, & audaciã nostrã.*

Hac

Hæc ego uaſta dabo, & lato te limite ducam.
Sic memorat, uocemq́ premit, ſimul enſe ſuperbũ
Rhamnetẽ aggreditur, qui forte tapetibus altis
Extructus toto proflabat pectore ſomnum:
Rex idem, & regi Turno gratiſſimus augur.
Sed non augurio potuit depellere peſtem.
Treis iuxta famulos temere inter tela iacentes,
Armigerũq́ premit Rhemi, aurigamq́ ſub ipſis
Nactus equis, ferroq́ ſecat pendentia colla.
Tũ caput ipſi aufert domino, truncũq́ relinquit
Sanguine ſingultantem atro, tepefacta cruore
Terra toriq́ madẽt, necnon Tamyrũq́, Lamũq́,
Et iuuenem Serranum: illa qui plurima nocte
Luſerat, inſignis facie, multoq́ iacebat
Membra deo uictus: felix, ſi protinus illum
Aequaſſet nocti ludum, in lucemq́ tuliſſet.
Impaſtus ceu plena leo per ouilia turbans
(Suadet enim ueſana fames) manditq́ trahitq́
Molle pecus, mutumq́ metu, fremit ore cruento.
Nec minor Euryali cędes, incenſus & ipſe
Perfurit, ac multã in medio ſine nomine plebem
Fadũq́, Hebeſumq́ ſubit, Rhetumq́, Abarimq́,
Ignaros: Rhetũ uigilantem, & cuncta uidentem,
Sed magnum metuens ſe poſt cratera tegebat.
Pectore in aduerſo totum cui cominus enſem
Condidit aſſurgenti, & multa morte recepit.
Purpureã uomit ille animã, & cũ ſanguine mixta
Vina refert moriens: hic furto feruidus inſtat.

Hæc ego uaſta dabo.) De quibus dixit, Corpora fuſa uident. Sed non augurio potuit depellere peſtem.) Oſtendit per tranſitum fati neceſſitatem nulla peritia poſſe depelli. eſt autem Homericus uerſus: ἀλλ᾽ οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο κῆρα μέλαιναν. *Temere.) paſſim, fortuitu, negligenter. Premit.) opprimit. Sub ipſis equis.) circa ipſos. Pendentia colla.) quaſi ebriorum. Singultantem.) cum ſingultu animam efflantem. Plurima luſerat.) pro plurimũ. Deo.) uino, uel ſomno. Per ouilia turbans.) pturbans ouilia: nam Tmeſis eſt. Mutumq́ metu.) ſcilicet pecus. nam male quidam accipiunt mutum fremitum de leone: quod ſi dixeris, uacat Metu. Incẽſus & ipſe Perfurit.) exemplo Niſi. Sine nomine plebem.) Bene expreſſit & bellatoris peritiam, & tyronis inconſideratam auiditatẽ: nã Niſus reges interimit, Euryalus ſæuit in plebẽ: ut Salluſt. Et inſolentia auidus maleſaciendi. Sine nomine autẽ dixit, ſine gloria, quorum per humilitatẽ non ſunt omnibus nota nomina. Rhetum uigilantem.) Hoc loco non tantũ Rheti timor, ſed Niſi audacia comprobatur. Et multa morte recepit) Multi hic diſtingũt, ut ſit ſenſus talis, Eduxit gladiũ cum multo cruore purpureum. alij Multa morte recepit, ut ſit, gladium cum multo cruore: & ſic inferunt, Purpuream uomit ille animam, ſecundũ eos qui dicunt animã eſſe ſanguinẽ. Recepit.) eduxit: ut, Haſtamq́ receptat Oſſibus hærentem. Vina refert.) Proprie, quæ paulo antè potauerat. Hic furto feruidus inſtat.) ſcilicet Euryalus,*

qui

qui sæuiebat latenter, ut sit furto nocturno prælio: nam fures ideo dicti sunt, quod furuo, id est, nigro tempore furta cōmittunt: aut reuera furto feruidus, quia Mesapi galeam sustulit. Rhamnetis phaleras. Religatos.) *non solutos, sed diligenter ligatos: unde addidit re, id est, ex militari consuetudine optime ligatos.* Lux inimica.) *proditrix.* Pœnarū exhaustum satis est.) *Bene Exhaustū, ut ostēdat eos auidos cædis fuisse & cruoris hostilis.*

Iamq; ad Mesapi socios tendebat, ubi ignem
Deficere extremum, & religatos rite uidebat
Carpere gramen equos: breuiter cum talia Nisus,
(Sensit enim nimia cæde, atq; cupidine ferri)
Absistamus, ait, nam lux inimica propinquat.
Pœnarū exhaustum satis est: uia facta per hostes.
Multa uirûm solido argento perfecta relinquunt,
Armaq;, craterasq; simul, pulchrosq; tapetas.
Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula Tyburti Remulo ditissimus olim
Quæ mittit dona, hospitio cum iungeret absens
Cedicus, ille suo moriens dat habere nepoti.
Post mortem Rutuli bello pugnaq; potiti,
Hæc rapit, atq; humeris nequicq̄ fortibus aptat,
Tum galeam Mesapi habilem, cristisq; decoram

Via facta per hostes.) *Vt, Hæc ego uasta dabo & lato te limite ducam.* Euryalus phaleras Rhamnetis & aurea bullis, Cingula Tyburti.) *Phaleræ ornamēta equorū sūt: & est sermo græcus, τὰ φάλαρα enim dicunt. cingulū autē hominū, generis est neutri: nam animaliū genere fœminino dicimus has cingulas.* Tyburti Remulo ditissimus olim Quæ mittit dona.) *Consuetudo erat apud maiores, ut inter se homines hospitij iura mutuis muneribus copularent, uel in præsenti, uel per internuncios. Sensus ergo nūc talis est,* Cedicus *quidam* Remulo, *quum eum sibi absens hospitio uellet adiūgere, misit phaleras & cingula bullis aureis, hoc est, clauis insignita.* Remulus *moriens, nepoti suo cognomini hæc reliquit, qui postea uictus à* Rutulis *est & occisus: post cuius mortem apud* Rhamnetem Rutulum *reperta sunt hæc munera.* Quod autem dixit Tyburti Remulo, *aut* Tyburtino *intelligamus, hoc est, de* Tybure, *ut sit datiuus ab appellatiuo ueniens hic* Tyburs, *aut* Tyburte, *hoc est, filio* Tyburti, *ab eo quod est hic* Tyburtus, *huius* Tyburti: *ut sit* Tyburti Remulo, *sicut* Deiphobe Glauci. Suo moriens dat habere nepoti.) Remulo, *quem suprà auo cognominem diximus: nam quoties apertè non ponitur nomen filij, uel nepotis, cognominem eum esse intelligimus auo uel patri, quorum nomen apertè positum inueniemus. & econtra, si filij uel nepotis nomen positum fuerit, prætermissum autem parentum, cognomines eos intelligamus necesse est.* Post mortem.) *scilicet nepotis* Remuli *secundum suprà dictum sensum: nam* Donatus *dicit post mortem* Nisi & Euryali *bello potiti sunt* Rutuli, *quod nō procedit, si diligenter aduertas.* Sanè *sciendum hunc locum esse unum de 12.* Vergilij, *siue per naturam obscuris, siue insolubilibus, siue emendandis, siue sic relictis ut à nobis per historiæ antiquæ ignorantiam liquidè non intelligantur.* Nequicquam.) *nō fruiturus: & est nequicquam aptat, non nequicquam fortibus.* Galeam Mesapi.) *non occisi* Mesapi *abstulit galeā, nam dimicaturus est paulo pòst: sed inuenit iacentē & sustulit.* Cristisq; decorā.)

Bene præmittit, dicens Decoram: nam eius splendore prodente Euryalus capitur. Excedunt castris.) Rutulorum scilicet: nam suprà dixit, Castra inimica petūt. Vrbe Latina.) Non est contrarium illi loco ubi ait, Sepsit se tectis, rerumq́; reliquit habenas: quod modo à Latina urbe auxilia uenire cōmemorat. intelligimus enim Latinū in principio discordiæ & tumultus paululum se abstinuisse: postea tamen nec suorum copias, nec propria denegasse cōsilia. nam eum & cœtui & fœderibus interfuisse dicturus est. Legio cāpis instructa moratur.) Proprie: nam legiones peditū sunt, turmæ uero equitum. Tercētum.) quia Romani equites primo tercentum fuerunt: de singulis enim curijs deni dabantur, quas triginta fuisse diximus. Scutati oēs.) non clypeati. nā clypei peditum sunt, scuta uero equitū: ut hæc breuiora, illi uero lōgiores. Volscente magistro.) Proprie: nam magister equitū dicitur.

Induit: excedunt castris, & tuta capessunt.
Interea præmissi equites ex urbe Latina,
Cætera dum legio campis instructa moratur,
Ibant, & Turno regi responsa ferebant:
Tercentum scutati omnes, Volscente magistro.
Iamq́; propinquabant castris, muroq́; subibant,
Cum procul hos læuo flectentes limite cernunt,
Et galea Euryalum sublustri noctis in umbra
Prodidit immemorem, radijsq́; aduersa refulsit.
Haud temere ē uisū (cōclamat ab agmine uolscēs)
State uiri, quę causæ uiæ est? quiúe estis in armis?
Quoúe tenetis iter? nihil illi tendere contrà,
Sed celerare fugam in syluas, & fidere nocti.
Obijciunt equites sese ad diuortia nota
Hinc atq; hinc, omneq́; abitū custode coronant.
Sylua fuit late dumis, atq; ilice nigra
Horrida, quam densi complerant undiq; sentes,
Rara per occultos ducebat semita calles.
Euryalum tenebræ ramorum, onerosaq́; præda
Impediunt, fallitq́; timor regione uiarum.

Muro.) Troianorum. Læuo limite.) Respiciens situm regionis locutus est. Sublustri noctis in umbra.) Sublustris nox est habens aliquid lucis. Horat. Nocte sublustri nihil præter astra uidit & undas. Radijs.) lunaribus. Haud temere.) Particula hæc modo sine causa significat, aliâs fortuito, aliâs male, aliâs improuide: quæ pro loco intelliguntur. Nihil tendere contra.) Hoc est, nihil ei responderunt. nam tendo contra sermonē tuum, est respondeo tibi: tendo contra tuum iter, est occurro tibi. ergo nihil contrà tendebāt, id est, nihil respondebāt econtra. Ad diuortia.) ad diuerticula uiæ militaris. Terent. Vbi ad ipsum ueni diuerticulum. Diuerticula autem sunt semitæ transuersæ, quæ sunt à latere uiæ militaris. Abitumq́; coronant.) Melior est lectio Abitum, quàm aditum. cingunt enim syluam, ne habeāt unde abire possint. Ducebat semita calles.) Legitur & Lucebat. quod si est, Rara pro raro accipiēdum est: ut sit, Raro lucebat, herbis scilicet aliquibus locis internascentibus. si Ducebat, intelligimus inter calles pecorū raram fuisse semitā, hoc est, hominū uiam. Euryalum impediūt.) Impedio te per accusatiuū dicimus, & casus mutari nō potest,

test, nisi deferas uerbum: ut si dicas, impedimento mihi est. Sciendũ sanè, multas conferri in Euryalum excusationes. Nisus abit.) Bene meminit uelocitatis, quã ei in Quinto dedit: ut, Primus abit, longéq; ante omnia corpora Nisus Emicat. Imprudens.) scilicet remanentis Euryali. Albæ de nomine.) uel porcæ, uel ciuitatis, uel regis Albani, cui successit procas. Infelix qua te regione reliqui.) Se infelicẽ dicit, qui dolet: nõ illũ, propter quem

Nisus abit, iamq; imprudens euaserat hostes,
Atq; lacus, qui post Albæ de nomine dicti
Albani: tum rex stabula alta Latinus habebat.
Vt stetit, & frustra absentem respexit amicum:
Euryale infelix, qua te regione reliqui?
Quaúe sequar? rursus perplexum iter omne reuoluens
Fallacis syluæ, simul & uestigia retro
Obseruata legit, dumisq; silentibus errat.
Audit equos, audit strepitus, & signa sequentum.
Nec longũ in medio tẽpus, cum clamor ad aures
Peruenit, ac uidet Euryalũ, quẽ iam manus omnis
Fraude loci, & noctis subito turbante tumultu
Oppressum rapit, & conantem plurima frustra.
Quid faciat? qua ui iuuenẽ, quibus audeat armis
Eripere? an sese medios moriturus in hostes
Inferat, & pulchram properet per uulnera mortẽ?
Ocyus adducto torquens hastile lacerto
Suspiciens altam Lunam, sic uoce precatur:
Tu Dea, tu præsens nostro succurre labori,
Astrorum decus, & nemorum Latonia custos:
Si qua tuis unquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, si qua ipse meis uenatibus auxi,
Suspendiúe tholo, aut sacra ad fastigia fixi.
Hũc sine me turbare globũ, & rege tela per auras.
Dixerat, & toto connixus corpore ferrum
Conijcit: hasta uolans noctis diuerberat umbras,

dolet. Iter omne reuoluens.) scilicet syluæ. Vrbanus huc usq; uerba Nisi uult esse. alij poëtæ dãt, Rursus pplexũ iter omne. Signa sequentum.) Militarem sonũ dicit, qui uarius est: nam interdũ canit, ut insequantur eos qui fugiunt, interdum receptui. Nec longũ in medio tempus.) inter auditũ sonum & uisum Euryalũ. Oppressũ rapit.) quẽ iam omnis manus rapit: nam male quidã uidẽtes Rapi accipiunt: quod si admiseris, uacat Quẽ iam manus omnis. Pulchram properet per uulnera mortem.) gloriosum enĩ est pro amico perire. & Pulchrã ex psona poẽtæ dictũ est. Tu præsens nostro succurre labori.) Non dicit, quæ præsens es: sed præsens succurre labori, id est, ilico, statim. Si qua.) Qua uacat, & hic & in sequenti. Suspendiúe tholo.) Tholus pprie est ueluti scutũ breue, qđ in medio tecto est, in quo trabes coẽũt, ad quod dona cõsueuerant suspendi. bene aũt uenatorẽ numen inducit inuocare syluarum.

Turbare globũ.) Sana petitio: nam quia impossibile uincere fuerat, petit ut saltẽ pturbet telorũ beneficio. Rege tela p au.) Per noctẽ, in qua sine auxilio numinis rectus iactus esse nõ potest. Ferrũ cõij. ha.) de ferro ad hastã trãsijt. Cõijcit p coijcit: nã coijcit antiquũ est.

Aduersi in tergum Sulmonis, ibiq; frangitur.) Tergũ pro tergus dixit. Salluſt. Tergis uinciebant, pro tergoribus: ut intelligamus haſtã in ſcutũ ueniſſe. & illic eſſe colliſam, ut Frangitur ſit colliditur, fiſſoq; ſcuti ligno etiam præcordia penetraſſe: aliter non procedit. nam ſi haſtam reuera fractã accipiamus, ratione caret quod dicit, Fiſſo tranſit præcordia ligno. Alij reuera in tergum uolũt eſſe percuſſum, quod falſum eſt: nam quo modo ante fiſſum eſt lignũ, & ſic præcordia penetrata? Sciendũ tamẽ locũ hũc eſſe de ijs, quos diximus ſuprà. *Hoc acrior idẽ.)* quod latuerat, & quod ei primus pſpere proceſſerat iactus. *Telũ librabat ab au.)* geſtus iaculãtis exprimitur: aut enim ab aure, aut à latere tela iaciuntur. *Per tempus utrunque.)* Cõgrue dicit telũ per tempus utrunq; tranſiſſe: ait enim, Diuerſi circũſpiciũt, hoc eſt, huc & illuc circum ora ferũt, per quam opportunitatẽ potuit telum tẽpus utrũq; tranſiſſe. Aſper tamen dicit per tempus utrũq;, hoc eſt, per tẽpus utrũq;: ut ecõtra, Hũc inter fluuio Tyberinus amœno, id eſt, per hũc: qđ ſi eſt, intelligimus eũ in frõte nec uulneratũ. *Tepefacta cer.)* Alibi, Et fixo ferrũ in pulmone tepeſcit. *Interea.)* donec ille inuenitur. *Perſolues amborũ.)* Aut occiſorũ, aut tuas & Niſi: nã duos eos fuiſſe nouit. ſuprà enim ait, Sate uiri. *Me me.)* Subaudi interficite: & eſt interrupta elocutio, dolore turbati. *Nec potuit.)* Validior argumẽtatio ex impoſſibilitate: ut, Quid Troẽs potuere? Item, Nõ ea uis animo, nec tanta ſuperbia uictis. *Tantum infelicem nimium dilexit amicũ.)* Cõtra illud, Cur ergo uenit? dicit tantũ animi cum dilexit, ut cũ nihil poſſet, tamen ueniret. *Voluitur Euryalus leto.)* Aut ſeptimus eſt, aut datiuus. Sed ſi datiuus eſt, figuratũ eſt, id eſt, in letum: ut, It clamor cœlo. *Purpureus ueluti cum flos ſucciſus aratro Langueſcit)*

Et uenit aduerſi in tergum Sulmonis, ibiq;
Frangitur, ac fiſſo tranſit præcordia ligno.
Voluitur ille uomens calidum de pectore flumen
Frigidus, & longis ſingultibus ilia pulſat.
Diuerſi circunſpiciunt, hoc acrior idem
Ecce aliud ſumma telum librabat ab aure,
Dum trepidant, it haſta Tago per tempus utrũq;
Stridens, traiectoq; hæſit tepefacta cerebro.
Sæuit atrox Volſcens, nec teli conſpicit uſquam
Autorem, nec quo ſe ardens immittere poſſit.
Tu tamen interea calido mihi ſanguine pœnas
Perſolues amborum, inquit: ſimul enſe recluſo
Ibat in Euryalum: tum uero exterritus amens
Conclamat Niſus, nec ſe celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.
Me, me, adſum qui feci: in me conuertite ferrum
O Rutuli, mea fraus omnis: nihil iſte nec auſus,
Nec potuit, cœlum hoc, & conſcia ſidera teſtor.
Tantum infelicem nimium dilexit amicum.
Talia dicta dabat: ſed uiribus enſis adactus
Tranſadigit coſtas, & candida pectora rupit.
Voluitur Euryalus leto, pulchroſq; per artus
It cruor, inq; humeros ceruix collapſa recũbit.
Purpureus ueluti cum flos ſucciſus aratro

Languescit.) Habetur ratio cōparationis. Videtur enim Euryalo Hyacintum cōparare, qui pulcherrimus fuit, & post mortē in florem conuersus est. Lassoúe papauera collo Demisere caput.) Homeri est & cōparatio & figura: nam & ille sic ait. ut multorū unum diceret caput. μήκων δ᾽ ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν, ἥ τ᾽ ἐνὶ κήπῳ καρπῷ βριθομένη νοτίῃσί τ᾽ εἰαρινῇσι. *Volscentē petit.) appetit: petitiones enim proprie dicimus impetus gladiatorum. unde Ci-*

Languescit moriens, lasso'ue papauera collo
Demisere caput, pluuia cum forte grauantur.
At Nisus ruit in medios, solumq́ per omnes
Volscentē petit, in solo Volscente moratur,
Quem circū glomerati hostes, hinc cōminus atq; (hinc
Proturbant, instat non segnius, ac rotat ensem
Fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore
Condidit aduerso, & moriēs animā abstulit hosti.
Tum super exanimem sese proiecit amicum
Confossus, placidaq́ ibi demum morte quieuit.
Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt:
Nulla dies unquam memori uos eximet æuo,
Dum domus Aeneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiumq́ pater Romanus habebit.
Victores præda Rutuli, spolijsq́ potiti,
Volscentem exanimem flentes in castra ferebant,
Nec minor in castris luctus Rhamnete reperto
Exangui, & primis una tot cæde peremptis,
Serranoq́, Numaq́: ingens concursus ad ipsa

cero: Quot ego tuas petitiones ita coniectas, ut uitari nullo modo possent, parua quadam declinatione cōcutiunt, & ut aiūt, corpore excessit. Proturbāt.) cōfodiūt: unde paulo pòst, Confossus. Non secius.) Non segnius quàm uulneratus. In ore condidit aduerso.) Archaismos est: ut suprà, Pectore in aduerso totū cui cominus ensem Condidit. Placidaq́ ibi demum morte quieuit.) Aut proprium epitheton est mortis: aut ex affectu parentis dictum est, qui cum amico moriebatur. Si quid mea carmina possunt.) Verecunde ad euitandam arrogantiam dictum. Domus.) familia. Capitoli immobile saxum Accolet.) In urbe Roma templum Iouis non fuit, quod quum iam deuotum à Prisco Tarquinio uellet Superbus Tarquinius ædificare, cœpit augurijs captare, q mons huic templo esset aptissimus, & quum in omnibus Tarpeius esset inuentus, in quo erant multa diuersorum nummum sacella, actum est ut exinde ad alia templa numina euocarentur sacrificijs, quo posset libere & sine piaculo templum Iouis ædificare. Cumq́ omnes dij libenter migrassent, Terminus solus, hoc est, limitum deus abscedere noluit, sed illic remansit. Tunc de hoc ipso sacrificatum est, & deprehēsum quod Terminus cum Ioue remanens æternum urbi imperium cum religione significaret. unde in Capitolio prima pars tecti patet, quæ lapidem ipsum terminū spectat: nam Termino nō nisi sub diuo sacrificabatur. Hinc ergo nūc dixit, Capitoli immobile saxum Accolet, quia Terminus non est reuulsus de loco. Præda Rutuli spolijsq́ potiti.) nō solum suis armis eos exuerūt, sed etiā illa præda, quæ Rutulis fuerat ante detracta. Serranoq́ Numaq́.) Decima antapodosis, quæ fit quoties cōmemo-

rantur ea, quæ non ſunt ante prædicta. Tepidaꝙ recentem Cæde locũ.) *Hypallage,* Tepidum locum recenti cæde: *unde multi legunt,* Tepidumꝙ recenti cæde locum. *ſic alibi,* Tepidusꝙ cruor fumabat ad aras. Spumantes ſanguine riuos.) *Spumas tunc habet ſanguis, quum effunditur: nam poſtea conquieſcit. unde bene dixit* Spumantes riuos, *quia præmiſit* Semineceſꝙ uiros. Iam rebus luce retectis.) *Suprà,* Et rebus nox abſtulit atra colorem.

Corpora, ſemineceſꝙ uiros, tepidaꝙ recentem
Cæde locum, & plenos ſpumanti ſanguine riuos,
Agnoſcunt ſpolia inter ſe, galeamꝙ nitentem
Meſſapi, & multo phaleras ſudore receptas.
Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Iam ſole infuſo, iam rebus luce retectis
Turnus in arma uiros, armis circundatus ipſe,
Suſcitat, æratasꝙ acies in prælia cogit:
Quiſꝙ ſuos, uarijſꝙ acuunt rumoribus iras.
Quin ipſa arrectis (uiſu miſerabile) in haſtis
Præfigunt capita, & multo clamore ſequuntur,
Euryali & Niſi.
Aeneadæ duri murorum in parte ſiniſtra
Oppoſuere aciem: nam dextra cingitur amni.
Ingenteiſꝙ tenent foſſas, & turribus altis
Stant mœſti, ſimul ora uirûm præfixa uidebant
Nota nimis miſeris, atroꝙ fluentia tabo.
Interea pauidam uolitans pennata per urbem
Nuncia fama ruit, matriſꝙ adlabitur aures
Euryali: at ſubitus miſeræ calor oſſa reliquit.
Excuſſi manibus radij, reuolutaꝙ penſa.
Euolat infelix, & fœmineo ululatu
Sciſſa comam, muros amens atꝙ agmina curſu
Prima petit: non illa uirûm, non illa pericli,

Cogit quiſque ſuos.) *comites ſcilicet: nam plena eſt,* Aeratasꝙ acies. Acuũt rumoribus iras.) *Quia duo auſi ſunt per eorũ caſtra tranſire.* Euryali & Niſi.) *Volunt nõnulli clamorem eſſe militũ, ſed melius hoc à poëta dictum accipimus: nã Rutuli eorũ non nouerũt nomina. ut ſit, Quin etiã capita Euryali & Niſi præfigũt in arrectis haſtis, & cũ clamore comitantur.* Cingitur amni.) *amne debuit dicere: nunꝗ enim in I bene exeunt, niſi quæ cõmunis ſunt generis, ut docilis, agilis. ſed ideo auſus eſt ita ponere ablatiuum, quia ut ſuprà diximus apud maiores hic & hæc amnis dicebatur. Verũtamẽ quæ duas habẽt cõſonantes ante is, in i & in e ablatiuũ mittũt, ut ignis igne uel igni:* Vergil. Vulnus alit uenis & cæco carpitur igni. *& uectis uecte uel uecti:* Terẽt. in Eunucho, Cũ uecti Dorax. Tenẽt foſſas.) *tuentur, defendũt.* Nota nimis miſ.) *Hoc plus cõmouebantur, quoniã etiam abſciſſi uultus necdũ agnitionis amiſerãt notas.* Excuſſi manib. ra.) *Bene* Excuſſi, *quaſi neſciẽti: quaſi diceret proiecti. radij ſunt textoris inſtrumẽta.* Fœmineo ul.) *impatiẽti: ut,* Fœmineo prædæ & ſpoliorũ ardebat amore. Prima petit.) *Ideóꝙ prima, quia ſolẽt in extrema neceſſitate etiã mulieres muros aſcẽdere: ut,* Ipſæ de muris matres. Nõ illa uirûm, nõ il. per.) *Vnã*

pudoris

pudoris est, aliud salutis. Hunc.) *id est, talem. & est conquestio matris Euryali, plena artis rhetoricæ: nam penè omnes partes habet de misericordia cōmouenda à Cicerone in rhetoricis positas.* Hunc te aspicio.) *à qualitate cædis.* Sera meæ.) *Euander, Mea sola & sera uoluptas.* Potuisti linquere solā.) *ab intercepto solatio.* Crudelis.) *Qui potuisti linquere solam cum pius esses?* Affari extremū.) *Cū mos fuisset dicere, uale uale. Anchises, Sic ò sic positū affati discedite corpus. Terent. Quin igitur dum licet mecum loqmini Antipho.* Nec tua funera mater.) *id est, funerea: nā apud maiores funereas dicebant eas, ad quas funus pertinet, ut sororem, matrē. nam præficæ, ut suprà diximus, sunt plāctus principes, non doloris. funeras autē dicebant, quasi funereas, ad quas pertinet funus.* Funus lacerum.) *dilaniatum cadauer: nam funus pro cadauere posuit.* Siqua est pietas.) *si qua pietas in occidēdo est, in me pbetur.* Me primā absumite ferro.) *Vnusquisq; enī in propriæ salutis desperatione credit uniuersa etiam posse cōsumi: unde est quod dixit, Me primam.* Inuisum hoc detrude cap. sub tar. te.) *Inuisum quidē est hoc & odiosum caput: uerū misericordiæ genus est, si me etiā iratus interimas.* Quādo aliter ne. cru. ab. uitā.) *Hinc traxit illum colorem. Iuuenal. Quod facinus dignū tam longo admiserit æuo.* Torpent infractæ.) *antea infractæ, nunc tamen torpent: ut, Turnus ut infractos aduerso Marte Latinos.* Lacrymantis Iuli.) *Puero dat lacrymas, cui potest sine pudore: uiris fortibus tantummodo dolorem.* Sub tecta reponunt.) *Homerice, ἐς δῶμα φέρονειν. Quod autem dixit Corripiunt, non iniuriæ est, ut raptores distrahāt: sed celeritatis, id est, raptim tollūt.* At tuba terribilem sonitū.) *Hemistichium Ennij: nam sequentia iste mutauit. ille enim ad exprimendum*

Telorūq; memor, cœlū dehinc questibus implet.
Hunc ego te Euryale aspicio? tu ne illa senectæ
Sera meæ requies? potuisti linquere solam
Crudelis? nec te sub tanta pericula missum
Affari extremum miseræ data copia matri?
Heu terra ignota canibus data præda Latinis,
Alitibusq; iaces, nec te tua funera mater
Produxi, pressiue oculos, aut uulnera laui
Veste tegens, tibi quam noctes festina diesq;
Vrgebam, & tela curas solabar aniles.
Quò sequar? aut quę nūc artus, auulsaq; membra,
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te
Nate refers, quæ sum terraq; mariq; secuta?
Figite me, si qua est pietas: in me omnia tela
Conijcite ò Rutuli, me primam absumite ferro.
Aut tu magne pater Diuûm miserere, tuoq;
Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo,
Quando aliter nequeo crudelem abrūpere uitam.
Hoc fletu concussi animi, mœstusq; per omnes
It gemitus, torpent infractæ ad prælia uires.
Illam incendentem luctus, Idæus, & Actor,
Ilionei monitu & multum lacrymantis Iuli
Corripiunt, interq; manus sub tecta reponunt.
At tuba terribilem sonitum procul ære canoro

Increpuit, ſequitur clamor, cœlumq́ remugit:
Accelerant acta pariter teſtudine Volſci,
Et foſſas implere parant, ac uellere uallum.
Quærunt pars aditum, & ſcalis aſcendere muros,
Quà rara eſt acies, interlucetq́ corona
Non tam ſpiſſa uiris, telorum effundere contra
Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis
Aſſueti longo muros defendere bello.
Saxa quoq; infeſto uoluebant pondere, ſi quà
Poſſent tectã aciem perrumpere: cũ tamen omnes
Ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus.
Nec iam ſufficiũt: nam quà globus imminet ingẽs
Immanem Teucri molem uoluuntq́, ruuntq́,
Quæ ſtrauit Rutulos late, armorumq́ reſoluit
Tegmina, nec curant cæco contendere Marte
Amplius audaces Rutuli, ſed pellere uallo
Miſſilibus certant.
Parte alia horrendus uiſu quaſſabat Hetruſcam
Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes.
At Meſapus equûm domitor, Neptũnia proles,
Reſcindit uallum, & ſcalas in mœnia poſcit.
Vos ò Calliope precor aſpirate canenti
Quas ibi tum ferro ſtrages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quiſq; uirum demiſerit Orco.

ad exprimendum tubæ ſonitum ait, Taratantara dixit: & multa huiuſmodi Vergilius cum aſpera inuenerit, mutat: bene tamen electis uerbis hic imitatur ſonitum tubarum. Increpuit) & inſonuit, & ſegnitiam increpauit. Volſci.) Non mirum quia dicit Voſcos, cum & Camilla de Volſcis ſit: ut, Et Volſca de gente Camilla. nanque pars aliqua Thuſciæ dat Turno auxilia, quũ Thuſcos dixerimus ſpecialiter Aeneæ fauere. Itẽ ecõtra pars Venetiæ auxilium præſtat Aeneæ, quã Turni fuiſſe ſupius diximus. Teſtudine.) Teſtudo eſt ſcutorum cõnexio, curuata in teſtudinis modũ. nanque in armorum generibus milites ſumũt ab animalibus nomĩa, ut aries. Salluſtius, In modũ hirci militaris. Foſſas implere par.) Vertit ordinẽ: nam ante eſt ut impleatur foſſa, tollãtur ualli, & ſic teſtudine accedatur ad murũ. quãq̃ poſſumus intelligere etiã ad foſſas eos ueniſſe facta teſtudine. Effundere contra.) Proprie: tela enim non iaciuntur in ſubiectos, ſed funduntur. & dicendo, Omne genus telorum, oſtẽdit telum uocari omne quod iacitur, ut Græci τὰ βέλη, ἀπὸ τοῦ βάλλειν: ſicut latinè tela, ἀπὸ τοῦ τῆλε. Aſſueti longo.) Docet in omnibus uſum plurimum poſſe. Infeſto uoluebant pondere.) infeſti ponderis. Nec iam ſufficiunt.) Diu iam non ſuſtinent. Armorumq́ reſoluunt tegmina.) Periphraſticõs hic oſtendit armorum connexionem eſſe teſtudinem. Lucanus de teſtudine: At poſtquam uirtus incerta uirorum Perpetuam rupit defenſo milite cratem, Singula continui ceſſerunt ictibus arma. Hetruſcam pinum.) ipſe Hetruſcus. Vos ò Calliope precor.) Syllepſis per numeros: erat enim rectum, uos ò Muſæ, aut Calliope. Aſpirate.) fauete: ut, Aſpirat primo fortuna labori. Ductũ eſt uerbũ à proſpere nauigantibus,

nauigantibus, quibus uentus dicitur ἐξ οὐρίων spirare. Oras euoluite belli.) *narrate nõ tantum initia, sed etiam extrema bellorum. nam* Oræ *sunt extremitates: ut,* Et meministis enim diuæ, *& memorare potestis.* Differt *enim* Meminisse *ac* Memorare, *quum illud sit memoriter tenere,* Memorare *uerò exponere & narrare.* Est *autem* Homeri *sentẽtia: ait enim,* ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι, ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε ἴστε τε πάντα.

Et mecum ingenteis oras euoluite belli.
Et meministis enim diuæ, & memorare potestis.
Turris erat uasto suspectu, & pontibus altis
Opportuna loco: summis quam uiribus omnes
Expugnare Itali, summaq́ euertere opum ui
Certabant. Troës contra defendere saxis,
Perq́ cauas densi tela intorquere fenestras.
Princeps ardentem coniecit lampada Turnus,
Et flammam affixit lateri, quæ plurima uento
Corripuit tabulas, & postibus hæsit adesis.
Turbati trepidare intus, frustraq́ malorum
Velle fugam, dum se glomerant, retroq́ residunt
In partem quæ peste caret, tum pondere turris
Procubuit subito, & cælum tonat omne fragore,
Semineces ad terram immani mole secuta
Confixiq́ suis telis, & pectora duro
Transfixi ligno ueniunt: uix unus Helenor
Et Lycus elapsi: quorum primæuus Helenor
Mæonio regi quem serua Licymnia furtim
Sustulerat, uetitisq́ ad Troiam miserat armis.

Turris erat.) *Turres huiusmodi esse ad munitionem ciuitatum & in* Secundo *legimus.* Sed *hæ plerunque mobiles sunt, plerunq́ fixæ: ut in* Secundo, Turres ac tecta domorum: Mobiles, *ut in* Duodecimo *meminit,* Subijt *quòd rotas & pontes strauerat altos. &* Lucan. Stellatis axibus agger Erigitur, *geminasq́ æquantes mœnia turres* Accipit. Opportuna loco.) *scil. circa portas.* Cauas.) *patulas.* Opum ui.) Potest *et hypallage esse, ut sit* Ope *uiriũ.* Densi.) *pro tela densa.* Flammã affixit lateri.) Affectatè: *debuit enim dicere,* Affixit *aut facem, aut malleolũ, non flammã.* Quæ plurima uento.) *gliscens, aut & magna facta per uentũ.* Hæsit adesis.) *Non iam adesis, sed quod exedit adhærendo.* Malorum uelle fugam.) *Honestissima est locutio, quũ honestius sit forti mala fugere uelle, q̃ timere mala: qđ timidi est, non fortis.* Peste.) *incendio: ut,* Et toto descendit corpore pestis. Vnus.) *subaudis & alter: nam non procedit unus.* Helenor Et Lycus elapsi.) *non mortis, sed turris ruina.* Mæonio regi.) *Aut proprium patris nomen est, aut cognominẽ eum filio intelligamus: quia (ut suprà diximus) quũ filij uel patris nomen præmittitur, & aliud tacetur, cognomines esse eos intelligimus.* Furtim sustulerat.) *ex stupro educauerat. hinc est,* Et dulcia furta. Vetitisq́ ad Troiam armis.) *Secundũ* Donatum, *uetitis fato: sed melius lege militari intelligimus, qua serui à militia prohibebantur. unde in* Deiotarana *purgat hoc* Cicero, *quũ fuisset obiectum, inter equites quos* Deiotarus *miserat* Cæsari, *unum seruũ fuisse: At nescio quem ex eo numero seruum iudicatũ non arbitror, non audiui: sed in eo etiam*

si acci-

si accidisset, culpam regis nullam fuisse arbitrarer. Vergilium autē nouimus aliqua de historia trahere. Seruos sanè nunquā militasse constat, nisi seruitute deposita: excepto Hannibalis tempore, quum post Cannense prælium in tanta necessitate fuit urbs Roma, ut ne liberandorū quidem seruorū daretur facultas. Ense nudo.) id est, stricto. Parmaq; inglorius alba.) quasi tyro, ut diximus suprà. Longe melior Lycus.) Ergo & Helenor bonus.

Ense leuis nudo, parmaq; inglorius alba.
Isq;, ubi se Turni media inter millia uidit,
Hinc acies, atq; hinc acies astare Latinas:
Vt fera quæ densa uenantum septa corona
Contra tela furit, seseq; haud nescia mortis
Inijcit, & saltu supra uenabula fertur:
Haud aliter iuuenis medios moriturus in hosteis
Irruit, & quà tela uidet densissima tendit.
At pedibus longe melior Lycus inter & hosteis,
Inter & arma fuga muros tenet, altaq; certat
Prendere tecta manu, sociûmq; attingere dextras.
Quem Turnus pariter cursu, teloq; secutus
Increpat his uictor: nostras'ne euadere demens
Sperasti te posse manus? simul arripit ipsum
Pendentem, & magna muri cum parte reuellit.
Qualis ubi aut leporē, aut candēti corpore cygnū
Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger uncis.
Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à stabulis rapuit lupus: undiq; clamor
Tollitur, inuadunt, & fossas aggere complent.
Ardentes tædas alij ad fastigia iactant.
Ilioneus saxo, atq; ingenti fragmine montis
Lucetium portæ subeuntem, ignesq; ferentem:

Inter.) id est, per: ut, Hūc inter fluuio Tyberinus amœno. Prēdere saxa manu.) Quia tunc alti non erant muri, sed ad impetum tantū repellendū: ut etiā Sallustius ostendit, ubi Sertoriū humeris sublatū, per muros conscendisse cōmemorat. Cursu teloq; secutus.) Nimiam eius ostendit celeritatem, qui potuit telū missum cōsequi. nā hoc dicit, eum præmisso telo ad hostē uenit. Statius, Et missum cursu comprendere telum. Reuellit.) In uerbo Vello, facit in participio Vulsus. Qualis ubi aut leporem.) pro Qualiter. comparatio Home. ὤρμησεν δ' ἀλεὶς ὡς αἰετὸς ὑψιπετήεις, ὅς τ' εἶσι πεδίον δὲ διὰ νεφέων ἐρεβεννῶν ἁρπάξων ἢ ἄρν' ἀμαλὴν ἢ πτῶκα λαγωόν. Pedibus Iouis armiger uncis.) Quia dicitur aquila in bello giganteo Ioui arma ministrasse: quod tamen fingitur. nam, ut suprà diximus, reges fuerunt Iuppiter & Saturnus: sed dum Iuppiter cum patre Saturno haberet de agris contentionē, ortū bellū est, ad quod egrediens Iuppiter aquilæ uidit auguriū: cuius quū uicisset auspicio, fictū est quòd ei pugnāti tela ministrasset. unde etiā à felici augurio natū est, ut aquilæ militū signa comitentur. Quæsitū.) Qui requiritur: nam præsens à passiuo non habuit. & est hysteron proteron: nam post raptū requiritur. Martius lupus.) aut cruentus, aut Marti dedicatus. Aggere.) Agger est cuiuslibet rei coaceruatio; unde fossæ aut ualles possunt repleri. Ingenti fragmine montis.) Superdicti saxi exaggeratio est. Lucetium.) Solum hoc nomen est, quod dictū à Vergilio in

nullo

nullo alio reperitur autore. Sanè lingua Osca Lucetius est Iuppiter dictus, à luce quã praestare hominibus dicitur. ipse est enim nostra lingua Diespiter, id est, diei pater. Horat. Nanque Diespiter plerunque per sudũ tonanteis egit equos. Cænea Turnus, Turnus Itin.) Vt ait Lucil. bonũ schema est, quoties sensus uariatur iteratione uerborũ. Pro turribus.) aut pro defensione turrium: aut sic magni, ut turres putares. Hasta Themillæ.) Themillas Themullæ, ut Aeneas Aeneæ. Leuis autẽ hasta, pro leuiter ueniens. unde et Strinxerat dixit, id est, paululũ uulnerauerat: ut, Tandem etiã magno strinxit de corpore Turni. Demẽs.) qui scutũ quo se tuebatur abiecit. Alis.) pinnis. Læuo infixa est la. ma.) Ostendit uulneris locum, quẽ antea suppresserat. sic in Quarto, Infixũ stridet sub pectore uulnus. Spiramẽta ani.) Diffinitio pulmonũ, quia dicitur à spirando, id est, à pulsu: sicut Græcè πνεύμων, ἀπὸ τ πνεῖν.

Emathiona Liger, Chorinæum sternit Asilas.
Hic iaculo bonus, hic longe fallente sagitta.
Ortygium Cæneus, uictorem Cænea Turnus,
Turnus Itin, Cloniumque, Dioxippũ, Promulũque.
Et Sagarim, & summis stantẽ pro turribus Idan.
Priuernũ Capys, hũc primò leuis hasta Themillæ
Strinxerat: ille manum proiecto tegmine demens
Ad uulnus tulit: ergo alis allapsa sagitta,
Et læuo infixa est lateri manus, abditaque intus
Spiramenta animæ letali uulnere rupit.
Stabat in egregijs Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera,
Insignis facie, genitor quem miserat Arcens
Eductum Martis luco, Symethia circum
Flumina. pinguis ubi, & placabilis ara Palici.
Stridentem fundam positis Mezentius armis
Ipse ter adducta circum caput egit habena,
Et media aduersi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit harena.

Pictus acu chlamy. & fer. cla. Ibe.) Ferrugo coloris genus est, qui uicinus est purpuræ subnigræ. Ibera aũt, non Hispana, sed Pontica. nam Iberia pars Ponti est, ut ostendit Horat. dicens, Herbasque quas Colchos, atque Iberia mittit uenenorũ ferax. Genitor quẽ misse. Arcens.) Ordo est, Stabat Arcentis filius Arcens in armis egregius. nam non congruit, ut huius filij prætermisso nomine bis fiat patris commemoratio.

Symethia circum Flumina.) Symethus fluuius est Siciliæ, haud longe ab urbe Catinensi, circa quem sunt Palici dei, quorum talis est fabula: Aetnam nympham, quam alij Thaliam uocant, Iuppiter quum uitiasset, & fecisset grauidam, timens Iunonem, secundum alios, ipsam puellã Terræ commendauit, & illic enixa est (secundum alios) partũ eius. postea quũ de terra erupisset, duo pueri Palici dicti sunt, quasi iterũ uenientes. nam πάλιν est rursus, ἵκειν est uenire. hi primò humanis hostijs placabantur, postea quibusdã sacris mitigati sunt, & eorum immutata sacrificia. Ideo ergo Placabilis ara, quia mitigata sunt eorũ numina. Liquefacto tẽpora plumbo Diffidit.) Plumbũ enim iactũ nimio rotatu ex ætheris calore dissoluitur. Statius, Et arsuras cæli per inania glandes. Porrectũ extẽdit arena.) Intelligimus eũ cecidisse trans murũ. Dicendo aũt Multa, ostendit corporis proceritatem.

Minorem germanã.) Quia maior nympha fuerat Iouis uoluntate mutata. **Digna atꝙ indigna relatu.)** *Indigna, id eſt, turpia & obſcœna.* **Nouo regno.)** *aut noua regij generis affinitate, aut quia etiam ipſi per regis filiam portio debebatur imperij.* **Ingentem ſeſe clamore ferebat.)** *Non erat ingens, ſed eſſe ſe clamitabat ingentem.* **Iterum.)** *denuo, id tertio obſidentur. & Iterum non niſi de duobus dicimus.* **Bis capti Phryges.)** *ſemel ab Hercule, pòſt à Græcis.* **Morti prætẽdere muros?)** *Emphaſis eſt: Morti enĩ pro bello poſuit. ſic ſuprà, Læti diſcrimine paruo.* **Noſtra cõnubia.)** *Aut quaſi Turni cognatus loquitur: aut inuidioſe retorquet, & uult cauſam omnium eſſe cõmunem.* **Non hic Atridæ.)** *Exaggeratio uituperationis: nam non tantũ ſe Troianis, ſed etiã eorũ uictoribus præfert.* **Fandi fictor Vlyſſes.)** *aut fallax, aut logodædalus, id eſt, qui dolum celat ſermonis ornatu.*

Tum primum bello celerem intendiſſe ſagittam
Dicitur, ante feras ſolitus terrere fugaces
Aſcanius, fortemꝙ manu fudiſſe Numanum,
Cui Remulo cognomen erat, Turniꝙ minorem
Germanam nuper thalamo ſociatus habebat.
Is primam ante aciem digna atꝙ indigna relatu
Vociferans, tumidusꝙ nouo præcordia regno,
Ibat, & ingentem ſeſe clamore ferebat:
Non pudet obſidione iterum, ualloꝙ teneri,
Bis capti Phryges, & morti prætendere muros?
En qui noſtra ſibi bello connubia poſcunt.
Quis deus Italiam? quæ uos dementia adegit?
Non hic Atridæ, nec fandi fictor Vlyſſes.
Durum à ſtirpe genus: natos ad flumina primũ
Deferimus, ſæuoꝙ gelu duramus & undis.
Venatu inuigilant pueri, ſyluasꝙ fatigant
Flectere ludus equos, & ſpicula tendere cornu.
At patiens operum, paruoꝙ aſſueta iuuentus,
Aut raſtris terrã domat, aut quatit oppida bello.
Omne æuum ferro teritur, uerſaꝙ iuuencum
Terga fatigamus haſta: nec tarda ſenectus

Durũ à ſtirpe genus.) *Italiæ diſciplinæ uita laudatur, quam & Cato in Originibus, & Varro in gente populi Romani commemorat.* **Gelu duramus & undis.)** *undis gelidis. & eſt endyadis, ut Hamis auroꝙ trilicem. nam nemo quod plus eſt, prius dicit: ſi enim duo eſſent, antè aquam diceret, ſic gelu.* **Venatu.)** *pro uenatui, ut curru pro currui.* **Syluasꝙ fatigãt.)** *Ipſi fatigantur in ſyluis: aut pro feris ſyluas poſuit, in quibus ſunt feræ.* **Flectere ludus equos.)** *Aliorũ labor noſtræ pueritiæ ludus eſt.* **At patiens operum paruoꝙ aſſueta iuuentus.)** *Hoc & in Georgicis laudat: nam magnæ uirtutis eſt, & in nimio labore paruis eſſe contentum.* **Terram domat.)** *Bene bellico uſus eſt uerbo: & ne à militari lege diſcederet, non dixit terras colimus, ſed domamus. ac ſi diceret, quum hoſtes deſunt, terras ferro domamus.* **Iuuencum terga fatigamus haſta.)** *Agriculturam ſine officio belli non gerimus. Eſt autem κακοσύνθετον & ὁμοιοτέλευτον. nam Terga cum eodem fine caſus terminatur, ut uerſa haſta.* **Senectus debilitat uireis animi.)** *Bene animi, quia non eſt auſus corporis dicere: nec enim poteſt fieri,*

test fieri, ut quamuis robustus senex uireis habeat prioris ætatis, & suæ comparetur adolescentiæ. nunc ergo, licet dicat fortes etiam senes esse, bona tamen usus est temperatione, ut diceret nihil animorum uigori derogare temporis uetustatem. Vobis picta croco.) *Vituperatio Troianorum, in qua utitur argumentis, quæ in Rhetoricis commemorat Cicero, à gente, ab habitu, à gestu, ab animo.* Fulgenti murice.) *purpura. hanc autem uitio & dedecori apud maiores fuisse constat. Iuuenalis, Peregrina ignotaq; nobis, Ad scelus atque nefas quæcunq; est purpura ducit.* Desidiæ cordi.) *uobis sunt.* Choreis.) *Seruauit hoc loco naturã syllabæ, id est, χορέας. id est, quã in sexto metri causa corripuit: ut, Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.* Et tunicæ manicas.) *Tunicæ uestræ habent manicas: quod etiam Varro uituperat dicens, Manicatis & talaribus tunicis. nam colobijs utebantur antiqui, quæ dicta sunt ἀπὸ τοῦ κολοβοῦ.* Et habent redimicula mitræ.) *illud dicturus fuerat, Habetis in pileis redimicula: quod conuertit in uituperationem maiorem, dicens, religatas habetis mitras. nã pilea uirorum sunt, mitræ fœminarum, quas Calanticas dicunt. Mitra autem propriè Lydorum fuit: ut, Mæonia mentum mitra. quem habitum imitati sunt Troiani.* O ueræ Phrygiæ.) *Ipsos uituperat Phrygas, sed nunc ad maiorem iniuriam Phrygias, non Phrygas dicit: sicut Homerus,* ὤ μοι ἀπειλητῆρες ἀχαιίδες, οὐδ' ἔτι ἀχαιοί, ἄμμι δὲ λώβη τάδε ἔσσεται, αἰνόθεν αἰνῶς. Alta Dindyma.) *montes matris deûm.* Biforem dat tibia cantum.) *bisonum, imparem: & seruauit eis tibiarum suarum naturam. Tibiæ aut Serranæ dicuntur, quæ sunt pares, & æquales habent cauernas: aut Phrygiæ, quæ impares sunt, & inæquales habent cauernas. Ergo Biforem, dissonum, dissimilem: non enim sunt pari modulatione compositæ. ut enim ait Varro, tibia Phrygia dextra unum habet foramen, sinistra duo: quorum unum acutum sonum habet, alterum grauem.* Buxusq; uocat Berecyntia matris Idææ.) *A monte Berecynto. Dicitur autem hæc buxus, & hoc buxum: ut, Torno rasile buxum. unde superfluò quidam arborẽ generis fœminini uolunt, quum hoc loco etiam de ligno fœminini habeamus exemplum.* Et cedite ferro.) *Aut ferrum reliquite, & est iteratio: aut Cedite ferro, id est, quum uiri non sitis, abscindite partem uirorum, id est, castrare uos debetis more uestrorum Gallorum Cybeles sacerdotum: ut Iuuenalis, Phrygio quos tempus erat iam More superuacuam cultris abrumpere carnem.* Talia iactantem dictis.) *de suorum gloria.* Ac dira canentem.) *ad iniuriam scilicet Troianorum.*

Debilitat uireis animi, mutatq; uigorem.
Caniciem galea premimus, semperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & uiuere rapto.
Vobis picta croco, & fulgenti murice uestis.
Desidiæ cordi: iuuat indulgere choreis:
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.
O ueræ Phrygiæ, neq; enim Phryges: ite per alta
Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana uos, buxusq; uocat Berecyntia matris
Idææ: sinite arma uiris, & cedite ferro.
Talia iactantem dictis, ac dira canentem
Non tulit Ascanius, neruoq; obuersus equino
Contendit telum, diuersaq; brachia ducens

Antè Iouem supplex per uota precatus.) Atqui Apollinem debuit inuocare iaculaturus sagittas. sed dicimus ideo Iouem inuocatum, quia omne initium Ioui debetur: ut, Ab Ioue principium Musæ. unde nunc Ascanius non quid faciat cogitat, sed quid primum: inde inuocat Iouem. *Iuppiter omnipotens.*) Hoc epitheton interdum ad numinis gloriam ponitur, interdum ad causam dicentis: nanque hoc loco dicendo Omnipotens, ostendit eum etiam iis, qui per se minus ualent, præstare posse uirtutem. *Feram solennia.*) Feram de iuuenco nõ dicimus, sed Adducam. Intelligimus ergo eũ alia dona ferre promisisse. singulis enĩ numinib. certa sunt dona, quæ offeruntur: unde est, Strueremq; suis altaria donis, id est, congruis. *Et statuam ante aras.*) Aptam se daturum ostendit uictimam. alibi, Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram. Quoties enim uictima reluctabatur, ostendebat se improbari. Lucanus, Discussa fugit ab ara Taurus. Iuuencum autem, secundum Romanas cerimonias dixit. Ioui enim de tauro non immolabatur, ut in Tertio diximus, nisi cum triumphi nomine suouetaurĩ fiebat. quod tamen ideo admissum est, quia non tantũ Ioui, sed aliis diis qui bello præsunt, sacrificabatur. *Aurata fronte.*) ita enim uictima ornari consueuerat. *Candentem.*) candidum. Iuuenalis, Duc in Capitolia magnum Cretatumq; bouem. *Caput cum matre ferentem.*) æqualem matri, nondum patria. Iuuenalis, Quem iam pudet ubera matris Ducere, qui uexat nascenti robora cornu.

Constitit antè Iouem supplex per uota precatus:
Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis,
Ipse tibi ad tua templa feram solennia dona,
Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum
Candentem, pariterq; caput cum matre ferentẽ:
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenã.
Audiit, & cæli genitor de parte serena
Intonuit læuum: sonat unà letifer arcus.
Effugit horrendum stridens elapsa sagitta,
Perq; caput Remuli uenit, & caua tempora ferro
Traiicit. I, uerbis uirtutem illude superbis:
Bis capti Phryges, hęc Rutulis responsa remittũt.
Hoc tantum Ascanius: Teucri clamore sequũtur,

De parte serena.) Vt non causæ naturalis sit, sed augurii. *Intonuit læuum.*) prosperum. Vt enim etiam suprà diximus, quæ sinistra nobis uidentur intuentibus cælũ, illic dextra sunt: non quòd sinistra bona sint, sed quòd dextra cæli nobis sinistra sunt. *Sonat unà letifer arcus.*) simul atq; augurium. *Et fugit.*) Melius Effugit legitur. *Perq; caput Remuli uenit.*) Figmenta hæc uulnerum non sine ratione ponunt poëtæ: nam modò hunc ideo in capite dicit esse percussum, quia eum suprà uaniloquũ & superbum introduxerat, quod uitio capitis euenit. Horatius, Attollens uacuum plus nimio gloria uerticem. sic Homerus Thersitem à tergo uulneratũ dicit usq; ad præcordia: ὣς ἄρ᾽ ἔφη, σκήπτρῳ δὲ μετάφρενον ἠδὲ καὶ ὤμω. πλῆξεν, ὁ δ᾽ ἰδνώθη, θαλερὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ. quia eum stultũ induxerat. Item de Achille dicit, πόδας ὠκὺς ἀχιλλεύς. item, ποδάρκης δῖος ἀχιλλεύς. *Virtutem illude.*) Illudo tibi dicimus, & insulto tibi: nam illudo te, figuratum est, ut hoc loco. item Insulto te: Sallustius, Multos à pueritia bonos insultauerat. *Hoc tantũ Ascanius.*) & dixit & fecit.

Animosq;

Animosq́; ad sidera tollunt.) Aut suos: aut Ascanij per fauorem. *Nube sedens.)* sicut solent numina. Iuno: Nec tu me aëria solam nunc sede uideres, Digna indigna pati. *Macte.)* magis aucte, affectatæ gloriæ. & est sermo tractus à sacris: quoties enim aut thus, aut uinum super uictimam fundebatur, dicebant Mactus est taurus uino uel thure: hoc est, cumulata est hostia & magis aucta. *Noua uirtute.)* aut magna: ut, Pollio & ipse facit noua carmina. aut reuera noua, quantũ ad bellum. *Dijs genite.)* propter Venerem. *Geniture deos.)* propter Iulium Cæsarẽ & Augustum. *Iure.)* id est, meritò. *Gente sub Assaraci.)* sub gente Romana. Assaracus enim pater est Capyos, auus Anchisæ. *Fato uentura resident.)* magna. hæc enim bella sunt grauia, quæ fatali ratione proueniunt, ut Troiana, & Thebana. *Nec te Troia capit.)* Maioris meriti es quàm ciuitas, in qua nunc es. Lucanus de Cæsare, Plus patria potuisse sua. *Spiranteis dimouet auras.)* uitaleis, quibus spiramus & uiuimus. *Ascaniumq́; petit.)* Notandum, Petit sine insidijs dictum. *Fidusq́; ad limina custos.)* Aedituus fuit, quod (ut suprà diximus) ingenti honore apud maiores fuit: illic enim & epulabantur, & deos colebant. census etiam omnis illic seruabatur: quod & Plautus docet in Asinaria, in qua inducit Sauream seruum atriensem in tota familia plurimum posse. *Sæua sonoribus arma.)* strepitu terribilia. *Atq; his ardentem dictis affa. Iulum.)* Ardentem, desiderio dimicandi: unde, Animos ad sidera tollunt: melius Ascanij intelligimus. sic Statius de Menæceo, Et laudibus implet honestis. *Sit satis Aeneide.)* Patronymicon hoc non uenit ab eo, quod est hic Aeneas: nam hic Aeneades, & ò Aeneade faceret: sed ab eo quod est Aeneus, ut Theseus Theside. *Primam hanc tibi magnus Apollo Concedit laudem.)* Dicendo Hanc, pollicetur & aliam. Concedere autem ei se dixit ideo, quia sagittarum deus est. & licet eum Iuppiter iuuerit, Apollo tamen sibi suum officium uindicat: quod dicit se concessisse, quia non prohibuit. Ea enim quæ ab alijs numinibus poscimus, tunc implentur,

Lætitiaq́; fremunt, animosq́; ad sidera tollunt.
Aetherea tum forte plaga crinitus Apollo
Desuper Ausonias acies urbemq́; uidebat,
Nube sedens, atq; his uictorem affatur Iulum:
Macte noua uirtute puer, sic itur ad astra:
Dijs genite, & geniture deos: iure omnia bella
Gente sub Assaraci fato uentura resident,
Nec te Troia capit. simul hæc effatus ab alto
Aethere se mittit, spiranteis dimouet auras,
Ascaniumq́; petit, forma tum uertitur oris
Antiquum in Buten: hic Dardanio Anchisæ
Armiger antè fuit, fidusq́; ad limina custos.
Tum comitẽ Ascanio pater addidit: ibat Apollo
Omnia longæuo similis, uocemq́;, coloremq́;,
Et crines albos, & sæua sonoribus arma.
Atq; his ardentem dictis affatur Iulum:
Sit satis Aeneide, telis impune Numanum
Oppetijsse tuis, primã hanc tibi magnus Apollo

implentur, si non aduersentur numina, quorũ propria sunt quæ poscimus: unde & in Quarto Iuno ait, Adero, & tua si mihi certa uoluntas: hoc est, Quod in me est, iungam eos: restat ut & tuum impleri uelis officium. Paribus non inuidet armis.) *pari gloriæ. nam ut Apollo puer occiso Pythone ultus est matris iniuriam, sic Ascanius occiso Numano Troianorũ castra iniuriasq́ue defendit. Paribus ergo armis, id est, similibus: non peritia, sed genere uictoriæ.* Cæterà.)

Concedit laudem, & paribus nõ inuidet armis.
Cæterà parce puer bello: sic orsus Apollo
Mortaleis medio aspectus sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.
Agnouere deum proceres, diuinaq́ue tela
Dardanidæ, pharetramq́ue fuga sensere sonantem.
Ergo auidum pugnæ dictis, ac numine Phœbi
Ascanium prohibent: ipsi in certamina rursus
Succedunt, animasq́ue in aperta pericula mittunt.
It clamor totis per propugnacula muris.
Intendunt acres arcus, amentaq́ue torquent.
Sternitur omne solum telis: tum scuta, cauæq́ue
Dant sonitum galeæ flictu, pugna aspera surgit:
Quantus ab occasu ueniens pluuialibus hædis
Verberat imber humũ, q̃ multa grandine nimbi
In uada præcipitant, cũ Iuppiter horridus austris
Torquet aquosam hyemẽ, & cælo caua nubila rũpit.
Pandarus & Bitias Idæo Alcanore creti,
Quos Iouis eduxit luco syluestris Hiera,
Abietibus iuuenes patrijs & montibus æquos,
Portam quæ ducis imperio cõmissa recludunt,

deinceps: & est aduerbium. Orsus.) *modò locutus, aliàs cœpit, quod magis est propriũ: ut, Sic Venus, & Veneris contra sic filius orsus.* Medio sermone.) *Ideo Medio, quia non respondit Ascanius. Totus aũt sermo ex dicente respõdenteq́ue conficitur.* Fuga.) *abscessu.* Pharetramq́ue fuga sensere sonan.) *Quia dixit supra, Et sæua sonoribus arma.* ἔκλαγξαν δ᾽ ἄρ᾽ ὀϊστοὶ ἐπ᾽ ὤμων χωομένοιο, αὐτοῦ κινηθέντος. Dictis.) *propter auditã orationẽ.* Numine.) *propter agnitum deum.* Intendunt acres arcus.) *pro Ipsi acres. ut enim & in Primo diximus, Arcum unusquisq́ue habet pro uiribus suis.* Amentaq́ue torquent.) *pro tela amentis torquent. nam Amentum est lorũ, quo media religatur & iacitur hasta.* Flictu.) *pro afflictu, id est, ictu: nam detraxit more suo præpositionem.* Pluuialibus hædis.) *Super tauri cornua est signum, cui Auriga nomen est: hunc tauro una clara stella coniungit. Retinet autem Auriga stellas duas in manu, quæ Hædi uocantur, quorũ & ortus & occasus tempestates grauissimas facit. oriuntur autẽ cum Scorpione mense octobri.* Iuppiter.) *aër. Horatius, Manet sub Ioue frigido Venator.* Montibus æquos.) *Idæo, uel eius arboribus exæquãdos.* Ducis imperio commissa.) *Aut quæ eis commissa fuerat imperio abeuntis Aeneæ: aut quod melius est, quæ Aeneæ imperio fuerat commissa Pandaro & Bitiæ. ne contrarium sit quod dixit, Rectores iuuenum & rerum dedit esse magistros.* Ducis imperio commissa.) *Scilicet quòd Mnestheo & alijs ducibus imperauerat Aeneas, ad petenda proficiscens auxilia,*

auxilia, ne portas aperirent: ut, Castra modo & tutos seruarēt aggere muros. Item legimus Mnesthea & Serestum ductores fuisse, & rerum magistros, non Pandarum & Bitiam. unde apparet quod hunc locum male intellexit Donatus, dicens Cōmissam portam, id est, creditam Pandaro & Bitiæ, qui duces non erant. Cornutus uero melius sensit, dicens, Portā quæ ducis imperio commissa fuerat, hoc est, clausa, eam aperuerunt. cōmissura enim dicitur tabularum cōiunctio: sicut Cicero in Fundaniana meminit. ergo melius est, ut Cōmissam clausam dicamus, q̄ creditā Pandaro & Bitiæ.

Freti armis, ultroq; inuitant mœnibus hostem.
Ipsi intus dextra ac læua pro turribus astant,
Armati ferro: & cristis capita alta corusci,
Quales aëriæ liquentia flumina circum
Siue Padi ripis, Athesim seu propter amœnum
Consurgunt geminæ quercus, intonsaq; cœlo
Attollunt capita, & sublimi uertice nutant.
Irrumpunt aditus Rutuli ut uidere patentes,
Continuo Quercens, & pulcher Equicolus armis,
Et præceps animi Tmarus, & Mauorti⁹ Hæmon,
Agminibus totis aut uersi terga dedere,
Aut ipso portæ posuere in limine uitam.
Tum magis increscunt animis discordibus iræ,
Et iam collecti Troës glomerantur eodem.
Et conferre manum, & procurrere longius audēt.
Ductori Turno diuersa in parte furenti,
Turbantiq; uiros perfertur nuncius, hostem
Feruere cæde noua, & portas præbere patentes.

Pro turrib.) Aut uice turium, aut pro defensione. Armati ferro.) Aut bene instructi armis: aut, ut Asp dicit, ferrea corda habentes, id est, dura & cruenta comitantes. ut Enniū sit secutus, q ait, Succincti corda machæris. Quales aë.) Cōparatio ex Homero: ἐν δὲ πύλῃσι δύ' ἀνέρας εὗρον ἀρίστους υἷας ὑπερθύμους Λαπιθάων αἰχμητάων. τὸν μὲν Πειριθόου υἷα κρατερὸν Πολυποίτην, τὸν δὲ Λεοντῆα βροτολοιγῷ ἶσον Ἄρηϊ. τὼ μὲν ἄρα προπάροιθε πυλάων ὑψηλάων ἕστασαν. ὡς ὅτε τε δρύες οὔρεσιν ὑψικάρηνοι, αἵ τ' ἄνεμον μίμνουσι, καὶ ὑετὸν ἤματα πάντα. ῥίζῃσιν μεγάλῃσι διηνεκέεσσ' ἀραρυῖαι. ὣς ἄρα τὼ χείρεσσι πεποιθότες ἠδὲ βίηφι μίμνον ἐπερχόμενον μέγαν Ἄσιον, οὐδ' ἐφέβοντο. *Liquentia flumina.) Iuxta Padum & Athesim Venetiæ flumina, etiam est fluuius Liquetius, quem nunc commemorat. ergo Liquetia proprium est nomen, nō epitheton: ne incipiamus à generalitate ad speciē reuerti, quod uitiosum est. ut si dicas, Circa flumina nascūtur arbores: & sic inferas, circa Tyberim uel Anienem, sufficit dixisse circa flumina generaliter: unde apparet, quia Liquetia legendum est, nō Liquentia. Intonsaq; cœlo Attollunt capita.) Hoc ad supradictas cristas refertur. Geminæ quercus.) Non quia duæ tantum nascuntur, sed istorum similitudinem aspexit, id est, quando similes eleuantur quercus. Pulcher Equicolus armis.) pulcher uestibus: sicut pulcher armis, hoc est, per arma: quod erat armorum, retulit ad personā. Præceps animi.) Figurate genitiuo iunxit: nam dicimus præceps furore. Agminibus totis.) Deest Ab: & significat eos primo fugatos esse, mox occisos: aut certe aliquos fugatos, aliquos interemptos. Animis discordibus.) hostilibus, scilicet Troianorum, qui à Rutulis discordabant.*

Aduersi in tergum Sulmonis, ibiq; frangitur.) Tergũ pro tergus dixit. Sallust. Tergis uinciebant, pro tergoribus: ut intelligamus hastã in scutũ uenisse, & illic esse collisam, ut Frangitur sit colliditur, fissoq; scuti ligno etiam præcordia penetrasse: aliter non procedit. nam si hastam reuera fractã accipiamus, ratione caret quod dicit, Fisso transit præcordia ligno. Alij reuera in tergum uolũt esse percussum, quod falsum est: nam quo modo ante fissum est lignũ, & sic præcordia penetrata? Sciendũ tamẽ locũ hũc esse de ijs, quos diximus suprà. *Hoc acrior idẽ.)* quod latuerat, & quod ei primus ꝓspere processerat iactus. *Telũ librabat ab au.)* gestus iaculãtis exprimitur: aut enim ab aure, aut à latere tela iaciuntur. *Per tempus utrunque.)* Cõgrue dicit telũ per tempus utrunq; transisse: ait enim, Diuersi circũspiciũt, hoc est, huc & illuc circum ora ferũt, per quam opportunitatẽ potuit telum tẽpus utrũq; transisse. Asper tamen dicit per tempus utrũq;, hoc est, per tẽpus utrũq;: ut ecõtra, Hũc inter fluuio Tyberinus amœno, id est, per hũc: qđ si est, intelligimus eũ in frõte nec uulneratũ. *Tepefacta cer.)* Alibi, Et fixo ferrũ in pulmone tepescit. *Interea.)* donec ille inuenitur. *Persolues amborũ.)* Aut occisorũ, aut tuas & Nisi: nã duos eos fuisse nouit. suprà enim ait, State uiri. *Me me.)* Subaudi interficite: & est interrupta elocutio, dolore turbati. *Nec potuit.)* Validior argumẽtatio ex impossibilitate: ut, Quid Troẽs potuere? Item, Nõ ea uis animo, nec tanta superbia uictis. *Tantum infelicem nimium dilexit amicũ.)* Cõtra illud, Cur ergo uenit? dicit tantũ animi cum dilexit, ut cũ nihil posset, tamen ueniret. *Voluitur Euryalus leto.)* Aut septimus est, aut datiuus. Sed si datiuus est, figuratũ est, id est, in letum: ut, It clamor cœlo. *Purpureus ueluti cum flos succisus aratro Languescit)*

Et uenit aduersi in tergum Sulmonis, ibiq;
Frangitur, ac fisso transit præcordia ligno.
Voluitur ille uomens calidum de pectore flumen
Frigidus, & longis singultibus ilia pulsat.
Diuersi circunspiciunt, hoc acrior idem
Ecce aliud summa telum librabat ab aure,
Dum trepidant, it hasta Tago per tempus utrũq;
Stridens, traiectoq; hæsit tepefacta cerebro.
Sæuit atrox Volscens, nec teli conspicit usquam
Autorem, nec quo se ardens immittere possit.
Tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas
Persolues amborum, inquit: simul ense recluso
Ibat in Euryalum: tum uero exterritus amens
Conclamat Nisus, nec se celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.
Me, me, adsum qui feci: in me conuertite ferrum
O Rutuli, mea fraus omnis: nihil iste nec ausus,
Nec potuit, cœlum hoc, & conscia sidera testor.
Tantum infelicem nimium dilexit amicum.
Talia dicta dabat: sed uiribus ensis adactus
Transadigit costas, & candida pectora rupit.
Voluitur Euryalus leto, pulchrosq; per artus
It cruor, inq; humeros ceruix collapsa recũbit.
Purpureus ueluti cum flos succisus aratro

Languescit moriens, lasso'ue papauera collo
Demisere caput, pluuia cum forte grauantur.
At Nisus ruit in medios, solumq́ per omnes
Volscentē petit, in solo Volscente moratur, (hinc
Quem circū glomerati hostes, hinc cōminus atq;
Proturbant, instat non segnius, ac rotat ensem
Fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore
Condidit aduerso, & moriēs animā abstulit hosti.
Tum super exanimem sese proiecit amicum
Confossus, placidaq́ ibi demum morte quieuit.
Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt:
Nulla dies unquam memori uos eximet æuo,
Dum domus Aeneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, imperiumq́ pater Romanus habebit.
Victores præda Rutuli, spolijsq́ potiti,
Volscentem exanimem flentes in castra ferebant,
Nec minor in castris luctus Rhamnete reperto
Exangui, & primis una tot cæde peremptis,
Serranoq́, Numaq́: ingens concursus ad ipsa

Languescit.) Habetur ratio cōparationis. Videtur enim Euryalo Hyacintum cōparare, qui pulcherrimus fuit, & post mortē in florem conuersus est. *Lassoúe papauera collo Demisere caput.)* Homeri est & cōparatio & figura: nam & ille sic ait. ut multorū unum diceret caput. μήκων δ' ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν, ἥ τ' ἐνὶ κήπῳ καρπῷ βριθομένη νοτίῃσι ἐαρίνοισι. *Volscentē petit.)* appetit: petitiones enim proprie dicimus impetus gladiatorum. unde Cicero: Quot ego tuas petitiones ita coniectas, ut uitari nullo modo possent, parua quadam declinatione cōcutiunt, & ut aiūt, corpore excessit. *Proturbāt.)* cōfodiūt: unde paulo pòst, Confossus. *Non secius.)* Non segnius quàm uulneratus. *In ore condidit aduerso.)* Archaismos est: ut suprà, Pectore in aduerso totū cui cominus ensem Condidit. *Placidaq́ ibi demum morte quieuit.)* Aut proprium epitheton est mortis: aut ex affectu parentis dictum est, qui cum amico moriebatur. *Si quid mea carmina possunt.)* Verecunde ad euitandam arrogantiam dictum. *Domus.)* familia. *Capitoli immobile saxum Accolet.)* In urbe Roma templum Iouis non fuit, quod quum iam deuotum à Prisco Tarquinio uellet Superbus Tarquinius ædificare, cœpit augurijs captare, q mons huic templo esset aptissimus, & quum in omnibus Tarpeius esset inuentus, in quo erant multa diuersorum nummum sacella, actum est ut exinde ad alia templa numina euocarentur sacrificijs, quo posset libere & sine piaculo templum Iouis ædificare. Cumq́ omnes dij libenter migrassent, Terminus solus, hoc est, limitum deus abscedere noluit, sed illic remansit. Tunc de hoc ipso sacrificatum est, & deprehēsum quod Terminus cum Ioue remanens æternum urbi imperium cum religione significaret. unde in Capitolio prima pars tecti patet, quæ lapidem ipsum terminū spectat: nam Termino nō nisi sub diuo sacrificabatur. Hinc ergo nūc dixit, Capitoli immobile saxum Accolet, quia Terminus non est reuulsus de loco. *Præda Rutuli spolijsq́ potiti.)* nō solum suis armis eos exuerūt, sed etiā illa præda, quæ Rutulis fuerat ante detracta. *Serranoq́ Numaq́.)* Decima antapodosis, quæ fit quoties cōmemo

rantur ea, quæ non ſunt ante prædicta. Tepidáq; recentem Cæde locũ.) Hypallage, Tepidum locum recenti cæde: unde multi legunt, Tepidumq́; recenti cæde locum. ſic alibi, Tepidusq́; cruor fumabat ad aras. Spumantes ſanguine riuos.) Spumas tunc habet ſanguis, quum effunditur: nam poſtea conquieſcit. unde bene dixit Spumantes riuos, quia præmiſit Semineceſq́; uiros. Iam rebus luce retectis.) Suprà, Et rebus nox abſtulit atra colorem.

Corpora, ſemineceſq́; uiros, tepidaq́; recentem
Cæde locum, & plenos ſpumanti ſanguine riuos,
Agnoſcunt ſpolia inter ſe, galeamq́; nitentem
Meſſapi, & multo phaleras ſudore receptas.
Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Iam ſole infuſo, iam rebus luce retectis
Turnus in arma uiros, armis circundatus ipſe,
Suſcitat, æratasq́; acies in prælia cogit:
Quiſq; ſuos, uarijsq́; acuunt rumoribus iras.
Quin ipſa arrectis (uiſu miſerabile) in haſtis
Præfigunt capita, & multo clamore ſequuntur,
Euryali & Niſi.
Aeneadæ duri murorum in parte ſiniſtra
Oppoſuere aciem: nam dextra cingitur amni.
Ingenteisq́; tenent foſſas, & turribus altis
Stant mœſti, ſimul ora uirûm præfixa uidebant
Nota nimis miſeris, atroq́; fluentia tabo.
Interea pauidam uolitans pennata per urbem
Nuncia fama ruit, matrisq́; adlabitur aures
Euryali: at ſubitus miſeræ calor oſſa reliquit.
Excuſſi manibus radij, reuolutaq́; penſa.
Euolat infelix, & fœmineo ululatu
Sciſſa comam, muros amens atq; agmina curſu
Prima petit: non illa uirûm, non illa pericli,

Cogit quiſque ſuos.) *comites ſcilicet: nam plena eſt, Aeratasq́; acies.* Acuũt rumoribus iras.) *Quia duo auſi ſunt per eorũ caſtra tranſire.* Euryali & Niſi.) *Volunt nõnulli clamorem eſſe militũ, ſed melius hoc à poëta dictum accipimus: nã Rutuli eorũ non nouerũt nomina. ut ſit, Quin etiã capita Euryali & Niſi præfigũt in arrectis haſtis, & cũ clamore comitantur.* Cingitur amni.) *amne debuit dicere: nunq̃ enim in I bene exeunt, niſi quæ cõmunis ſunt generis, ut docilis, agilis. ſed ideo auſus eſt ita ponere ablatiuum, quia ut ſuprà diximus apud maiores hic & hæc amnis dicebatur. Verũtamẽ quæ duas habẽt cõſonantes ante is, in i & in e ablatiuũ mittũt, ut ignis igne uel igni: Vergil. Vulnus alit uenis & cæco carpitur igni. & uectis uecte uel uecti: Terẽt. in Eunucho, Cũ uecti Dorax.* Tenẽt foſſas.) *tuentur, defendũt.* Nota nimis miſ.) *Hoc plus cõmouebantur, quoniã etiam abſciſſi uultus necdũ agnitionis amiſerãt notas.* Excuſſi manib. ra.) *Bene Excuſſi, quaſi neſciẽti: quaſi diceret proiecti. radij ſunt textoris inſtrumẽta.* Fœmineo ul.) *impatiẽti: ut, Fœmineo prædæ & ſpoliorũ ardebat amore.* Prima petit.) *Ideoq́; prima, quia ſolẽt in extrema neceſſitate etiã mulieres muros aſcẽdere: ut, Ipſæ de muris matres.* Nõ illa uirûm, nõ il. per.) *Vnũ*

pudoris

pudoris est, aliud salutis. Hunc.) *id est, talem. & est conquestio matris* Euryali, *plena artis rhetoricæ: nam penè omnes partes habet de misericordia cõmouenda à* Cicerone *in rhetoricis positas.* Hunc te aspicio.) *à qualitate cædis.* Sera meæ.) Euander, *Mea sola & sera uoluptas.* Potuisti linquere solã.) *ab intercepto solatio.* Crudelis.) *Qui potuisti linquere solam cum pius esses?* Affari extremũ.) *Cũ mos fuisset dicere, uale uale.* Anchises, *Sic ò sic positũ affati discedite corpus.* Terent. *Quin igitur dum licet me cum loqmini* Antipho. Nec tua funera mater.) *id est, funerea: nã apud maiores funereas dicebant eas, ad quas funus pertinet, ut sororem, matrẽ. nam præficæ, ut suprà diximus, sunt plãctus principes, non doloris. funeras autẽ dicebant, quasi funereas, ad quas pertinet funus.* Funus lacerum.) *dilaniatum cadauer: nam funus pro cadauere posuit.* Siqua est pietas.) *si qua pietas in occidẽdo est, in me pbetur.* Me primã absumite ferro.) *Vnusquisq; enĩ in propriæ salutis desperatione credit uniuersa etiam posse cõsumi: unde est quod dixit,* Me primam. Inuisum hoc detrude cap. sub tar. te.) *Inuisum quidẽ est hoc & odiosum caput: uerũ misericordiæ genus est, si me etiã iratus interimas.* Quãdo aliter ne. cru. ab. uitã.) *Hinc traxit illum colorem.* Iuuenal. *Quod facinus dignũ tam longo admiserit æuo.* Torpent infractæ.) *antea infractæ, nunc tamen torpent: ut,* Turnus *ut infractos aduerso Marte* Latinos. Lacrymantis Iuli.) *Puero dat lacrymas, cui potest sine pudore: uiris fortibus tantummodo dolorem.* Sub tecta reponunt.) Homerice, ἀν δῶμα φέρονεν. *Quod autem dixit* Corripiunt, *non iniuriæ est, ut raptores distrahãt: sed celeritatis, id est, raptim tollũt.* At tuba terribilem sonitũ.) *Hemistichium* Ennij: *nam sequentia iste mutauit. ille enim ad exprimendum*

Telorũq; memor, cœlũ dehinc questibus implet.
Hunc ego te Euryale aspicio? tu ne illa senectæ
Sera meæ requies? potuisti linquere solam
Crudelis? nec te sub tanta pericula missum
Affari extremum miseræ data copia matri?
Heu terra ignota canibus data præda Latinis,
Alitibusq; iaces, nec te tua funera mater
Produxi, pressiúe oculos, aut uulnera laui
Veste tegens, tibi quam noctes festina diesq;
Vrgebam, & tela curas solabar aniles.
Quò sequar? aut quę nũc artus, auulsaq; membra,
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te
Nate refers, quæ sum terraq; mariq; secuta?
Figite me, si qua est pietas: in me omnia tela
Conijcite ò Rutuli, me primam absumite ferro.
Aut tu magne pater Diuũm miserere, tuoq;
Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo,
Quando aliter nequeo crudelem abrũpere uitam.
Hoc fletu concussi animi, mœstusq; per omnes
It gemitus, torpent infractæ ad prælia uires.
Illam incendentem luctus, Idæus, & Actor,
Ilionei monitu & multum lacrymantis Iuli
Corripiunt, interq; manus sub tecta reponunt.
At tuba terribilem sonitum procul ære canoro

ad exprimendum tubæ sonitum ait, Taratantara dixit: & multa huiusmodi Vergilius cum aspera inuenerit, mutat: bene tamen electis uerbis hic imitatur sonitum tubarum. Increpuit) *& insonuit, & segnitiam increpauit.* Volsci.) *Non mirum quia dicit Voscos, cum & Camilla de Volscis sit: ut, Et Volsca de gente Camilla. nanque pars aliqua Thusciæ dat Turno auxilia, quū Thuscos diximus specialiter Aeneæ fauere. Itē ecōtra pars Venetiæ auxilium præstat Aeneæ, quā Turni fuisse supius diximus.* Testudine.) *Testudo est scutorum cōnexio, curuata in testudinis modū. nanque in armorum generibus milites sumūt ab animalibus nomīa, ut aries. Sallustius, in modū hirci militaris.* Fossas implere par.) *Vertit ordinē: nam ante est ut impleatur fossa, tollātur ualli, & sic testudine accedatur ad murū. quāq́ possumus intelligere etiā ad fossas eos uenisse facta testudine.* Effundere contra.) *Proprie: tela enim non iaciuntur in subiectos, sed funduntur. & dicendo, Omne genus telorum, ostēdit telum uocari omne quod iacitur, ut Græci τὰ βέλη, ἀπὸ τοῦ βάλλειν: sicut latinè tela, ἀπὸ τοῦ τῆλε.* Assueti longo.) *Docet in omnibus usum plurimum posse.* Infesto uoluebant pondere.) *infesti ponderis.* Nec iam sufficiunt.) *Diu iam non sustinent.* Armorumq́ resoluunt tegmina.) *Periphrasticōs hic ostendit armorum connexionem esse testudinem. Lucanus de testudine: At postquam uirtus incerta uirorum Perpetuam rupit defenso milite cratem, Singula continui cesserunt ictibus arma.* Hetruscam pinum.) *ipse Hetruscus.* Vos ô Calliope precor.) *Syllepsis per numeros: erat enim rectum, uos ô Musæ, aut Calliope.* Aspirate.) *fauete: ut, Aspirat primo fortuna labori. Ductū est uerbū à prospere*

Increpuit, sequitur clamor, cœlumq́ remugit:
Accelerant acta pariter testudine Volsci,
Et fossas implere parant, ac uellere uallum.
Quærunt pars aditum, & scalis ascendere muros,
Quà rara est acies, interlucetq́ corona
Non tam spissa uiris, telorum effundere contra
Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis
Assueti longo muros defendere bello.
Saxa quoq; infesto uoluebant pondere, si quà
Possent tectā aciem perrumpere: cū tamen omnes
Ferre libet subter densa testudine casus.
Nec iam sufficiūt: nam quà globus imminet ingēs
Immanem Teucri molem uoluuntq́, ruuntq́,
Quæ strauit Rutulos late, armorumq́ resoluit
Tegmina, nec curant cæco contendere Marte
Amplius audaces Rutuli, sed pellere uallo
Missilibus certant.
Parte alia horrendus uisu quassabat Hetruscam
Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes.
At Messapus equûm domitor, Neptūnia proles,
Rescindit uallum, & scalas in mœnia poscit.
Vos ô Calliope precor aspirate canenti
Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quisq; uirum demiserit Orco.

nauigantibus,

nauigantibus, quibus uentus dicitur ἐξ οὐρίων *spirare.* Oras euoluite belli.) *narrate nõ tantum initia, sed etiam extrema bellorum. nam* Oræ *sunt extremitates: ut,* Et meministis *enim diuæ, & memorare potestis.* Differt enim Meminisse ac Memorare, *quum illud sit memoriter tenere,* Memorare *uerò exponere & narrare.* Est autem Homeri *sentẽtia: ait enim,* ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι, ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε ἴστε τε πάντα.

Et mecum ingenteis oras euoluite belli.
Et meministis enim diuæ, & memorare potestis.
Turris erat uasto suspectu, & pontibus altis
Opportuna loco: summis quam uiribus omnes
Expugnare Itali, summaq; euertere opum ui
Certabant. Troẽs contra defendere saxis,
Perq; cauas densi tela intorquere fenestras.
Princeps ardentem coniecit lampada Turnus,
Et flammam affixit lateri, quæ plurima uento
Corripuit tabulas, & postibus hæsit adesis.
Turbati trepidare intus, frustraq; malorum
Velle fugam, dum se glomerant, retroq; residunt
In partem quæ peste caret, tum pondere turris
Procubuit subito, & cælum tonat omne fragore,
Semineces ad terram immani mole secuta
Confixiq; suis telis, & pectora duro
Transfixi ligno ueniunt: uix unus Helenor
Et Lycus elapsi: quorum primæuus Helenor
Mæonio regi quem serua Licymnia furtim
Sustulerat, uetitisq; ad Troiam miserat armis.

Turris erat.) *Turres huiusmodi esse ad munitionem ciuitatum & in* Secundo *legimus.* Sed *hæ plerunque mobiles sunt, plerunq; fixæ: ut in* Secundo, Turres ac tecta domorum: Mobiles, *ut in* Duodecimo *meminit,* Subijt *quòd rotas & pontes strauerat altos. &* Lucan. Stellatis axibus agger Erigitur, geminasq; æquantes mœnia turres Accipit. Opportuna loco.) *scil. circa portas.* Cauas.) *patulas.* Opum ui.) *Potest et hypallage esse, ut sit* Ope uiriũ. Densi.) *pro tela densa.* Flammã affixit lateri.) *Affectatè: debuit enim dicere,* Affixit *aut facem, aut malleolũ, non flammã.* Quæ plurima uento.) *gliscens, aut & magna facta per uentũ.* Hæsit adesis.) *Non iam adesis, sed quod exedit adhærendo.* Malorum uelle fugam.) *Honestissima est locutio, quũ honestius sit forti mala fugere uelle, q̃ timere mala: qđ timidi est, non fortis.* Peste.) *incendio: ut,* Et toto descendit corpore pestis. Vnus.) *subaudis & alter: nam non procedit unus.* Helenor Et Lycus elapsi.) *non mortis, sed turris ruina.* Mæonio regi.) *Aut proprium patris nomen est, aut cognominẽ eum filio intelligamus: quia (ut suprà diximus) quũ filij uel patris nomen præmittitur, & aliud tacetur, cognomines esse eos intelligimus.* Furtim sustulerat.) *ex stupro educauerat. hinc est,* Et dulcia furta. Vetitisq; ad Troiam armis.) *Secundũ* Donatum, *uetitis fato: sed melius lege militari intelligimus, qua serui à militia prohibebantur. unde in* Deiotarana *purgat hoc* Cicero, *quũ fuisset obiectum, inter equites quos* Deiotarus *miserat* Cæsari, *unum seruũ fuisse:* At nescio quem ex eo numero seruum iudicatũ non arbitror, non audiui: sed in eo etiam

si accidisset, culpam regis nullam fuisse arbitrarer. Vergilium autē nouimus aliqua de historia trahere. Seruos sanè nunquā militasse constat, nisi seruitute deposita: excepto Hannibalis tempore, quum post Cannense prælium in tanta necessitate fuit urbs Roma, ut ne liberandorū quidem seruorū daretur facultas. Ense nudo.) *id est, stricto.* Parmaq; inglorius alba.) *quasi tyro, ut diximus suprà.* Longe melior Lycus.) Ergo & Helenor bonus.

Ense leuis nudo, parmaq; inglorius alba.
Isq;, ubi se Turni media inter millia uidit,
Hinc acies, atq; hinc acies astare Latinas:
Vt fera quæ densa uenantum septa corona
Contra tela furit, seseq; haud nescia mortis
Inijcit, & saltu supra uenabula fertur:
Haud aliter iuuenis medios moriturus in hosteis
Irruit, & quà tela uidet densissima tendit.
At pedibus longe melior Lycus inter & hosteis,
Inter & arma fuga muros tenet, altaq; certat
Prendere tecta manu, sociûmq; attingere dextras.
Quem Turnus pariter cursu, teloq; secutus
Increpat his uictor: nostras'ne euadere demens
Sperasti te posse manus? simul arripit ipsum
Pendentem, & magna muri cum parte reuellit.
Qualis ubi aut leporē, aut candēti corpore cygnū
Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger uncis.
Quæsitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à stabulis rapuit lupus: undiq; clamor
Tollitur, inuadunt, & fossas aggere complent.
Ardentes tædas alij ad fastigia iactant.
Ilioneus saxo, atq; ingenti fragmine montis
Lucetium portæ subeuntem, ignesq; ferentem:

Inter.) *id est, per: ut,* Hūc inter fluuio Tyberinus amœno. Prēdere saxa manu.) *Quia tunc alti non erant muri, sed ad impetum tantū repellendū: ut etiā Sallustius ostendit, ubi Sertoriū humeris sublatū, per muros conscendisse cōmemorat.* Cursu teloq; secutus.) *Nimiam eius ostendit celeritatem, qui potuit telū missum cōsequi. nā hoc dicit, eum præmisso telo ad hostē uenit. Statius,* Et missum cursu comprendere telum. Reuellit.) *In uerbo Vello, facit in participio Vulsus.* Qualis ubi aut leporem.) *pro Qualiter. comparatio Home.* ὥρμησεν δ' ἀλεὶς ὡς αἰετὸς ὑψιπετήεις, ὅς τ' εἶσι πεδίον δὲ διὰ νεφέων ἐρεβεννῶν ἁρπάζων ἢ ἄρν' ἀμαλὴν ἢ πτῶκα λαγωόν. Pedibus Iouis armiger uncis.) *Quia dicitur aquila in bello giganteo Ioui arma ministrasse: quod tamen fingitur. nam, ut suprà diximus, reges fuerunt Iuppiter & Saturnus: sed dum Iuppiter cum patre Saturno haberet de agris contentionē, ortū bellū est, ad quod egrediens Iuppiter aquilæ uidit auguriū: cuius quū uicisset auspicio, fictū est quòd ei pugnāti tela ministrasset. unde etiā à felici augurio natū est, ut aquilæ militū signa comitentur.* Quæsitū.) *Qui requiritur: nam præsens à passiuo non habuit. & est hysteron proteron: nam post raptū requiritur.* Martius lupus.) *aut cruentus, aut Marti dedicatus.* Aggere.) *Agger est cuiuslibet rei coaceruatio; unde fossæ aut ualles possunt repleri.* Ingenti fragmine montis.) *Superdicti saxi exaggeratio est.* Lucetium.) *Solum hoc nomen est, quod dictū à Vergilio in nulla*

nullo alio reperitur autore. Sanè lingua Osca Lucetius est Iuppiter dictus, à luce quã præstare hominibus dicitur. ipse est enim nostra lingua Diespiter, id est, diei pater. Horat. Nanque Diespiter plerunque per sudũ tonanteis egit equos. Cænea Turnus, Turnus Itim.) *Vt ait Lucil. bonũ schema est, quoties sensus uariatur iteratione uerborũ.* Pro turribus.) *aut pro desensione turrium: aut sic magni, ut turres putares.* Hasta Themillæ.) *Themillas Themullæ, ut Aeneas Aeneæ. Leuis autẽ hasta, pro leuiter ueniens. unde et Strinxerat dixit, id est, paululũ uulnerauerat: ut, Tandem etiã magno strinxit de corpore Turni.* Demẽs.) *qui scutũ quo se tuebatur abiecit.* Alis.) *pinnis.* Læuo infixa est la. ma.) *Ostendit uulneris locum, quẽ antea supprẽsserat. sic in Quarto, Infixũ stridet sub pectore uulnus.* Spiramẽta ani.) *Diffinitio pulmonũ, quia dicitur à spirãdo, id est, à pulsu: sicut Græcè πνεύμων, ἀπὸ τ̃ πνεῖν.* Pictus acu chlamy. & fer. cla. Ibe.) *Ferrugo coloris genus est, qui uicinus est purpuræ subnigræ. Ibera aũt, non Hispana, sed Pontica. nam Iberia pars Ponti est, ut ostendit Horat. dicens, Herbasque quas Colchos, atque Iberia mittit uenenorũ ferax.* Genitor quẽ mise. Arcens.) *Ordo est, Stabat Arcentis filius Arcens in armis egregius. nam non congruit, ut huius filij prætermisso nomine bis fiat patris commemoratio.*

Emathiona Liger, Chorinæum sternit Asilas.
Hic iaculo bonus, hic longe fallente sagitta.
Ortygium Cæneus, uictorem Cænea Turnus,
Turnus Itin, Cloniumque, Dioxippũ, Promulũque,
Et Sagarim, & summis stantẽ pro turribus Idan.
Priuernũ Capys, hũc primò leuis hasta Themillæ
Strinxerat: ille manum proiecto tegmine demens
Ad uulnus tulit: ergo alis allapsa sagitta,
Et læuo infixa est lateri manus, abditaque intus
Spiramenta animæ letali uulnere rupit.
Stabat in egregijs Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera,
Insignis facie, genitor quem miserat Arcens
Eductum Martis luco, Symethia circum
Flumina, pinguis ubi, & placabilis ara Palici.
Stridentem fundam positis Mezentius armis
Ipse ter adducta circum caput egit habena,
Et media aduersi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit harena.

Symethia circum Flumina.) *Symethus fluuius est Siciliæ, haud longe ab urbe Catinensi, circa quem sunt Palici dei, quorum talis est fabula: Aetnam nympham, quam alij Thaliam uocant, Iuppiter quum uitiasset, & fecisset grauidam, timens Iunonem, secundum alios, ipsam puellã Terræ commendauit, & illic enixa est (secundum alios) partũ eius. postea quũ de terra erupisset, duo pueri Palici dicti sunt, quasi iterũ uenientes. nam πάλιν est rursus, ἵκειν est uenire. hi primò humanis hostijs placabantur, postea quibusdã sacris mitigati sunt, & eorum immutata sacrificia. Ideo ergo Placabilis ara, quia mitigata sunt eorũ numina.* Liquefacto tẽpora plumbo Diffidit.) *Plumbũ enim iactũ nimio rotatu ex ætheris calore dissoluitur. Statius, Et arsuras cæli per inania glandes.* Porrectũ extẽdit arena.) *Intelligimus eũ cecidisse trans murũ. Dicendo aũt Multa, ostendit corporis proceritatem.*

Minorem germanã.) Quia maior nympha fuerat Iouis uoluntate mutata. *Digna atque indigna relatu.)* Indigna, id est, turpia & obscœna. *Nouo regno.)* aut noua regij generis affinitate, aut quia etiam ipsi per regis filiam portio debebatur imperij. *Ingentem sese clamore ferebat.)* Non erat ingens, sed esse se clamitabat ingentem. *Iterum.)* denuo, id tertio obsidentur. & Iterum non nisi de duobus dicimus. *Bis capti Phryges.)* semel ab Hercule, pòst à Græcis. *Morti prætẽdere muros?)* Emphasis est: Morti enĩ pro bello posuit. sic suprà, Læti discrimine paruo. *Nostra cõnubia.)* Aut quasi Turni cognatus loquitur: aut inuidiosè retorquet, & uult causam omnium esse cõmunem. *Non hic Atridæ.)* Exaggeratio uituperationis: nam non tantũ se Troianis, sed etiã eorũ uictoribus præfert. *Fandi fictor Vlysses.)* aut fallax, aut logodædalus, id est, qui dolum celat sermonis ornatu.

Durũ à stirpe genus.) Italiæ disciplinæ uita laudatur, quam & Cato in Originibus, & Varro in gente populi Romani commemorat. *Gelu duramus & undis.)* undis gelidis. & est endyadis, ut Hamis auroque trilicem. nam nemo quod plus est, prius dicit: si enim duo essent, antè aquam diceret, sic gelu. *Venatu.)* pro uenatui, ut curru pro currui. *Syluasque fatigãt.)* Ipsi fatigantur in syluis: aut pro feris syluas posuit, in quibus sunt feræ. *Flectere ludus equos.)* Aliorũ labor nostræ pueritiæ ludus est. *At patiens operum paruoque assueta iuuentus.)* Hoc & in Georgicis laudat: nam magnæ uirtutis est, & in nimio labore paruis esse contentum. *Terram domat.)* Bene bellico usus est uerbo: & ne à militari lege discederet, non dixit terras colimus, sed domamus. ac si diceret, quum hostes desunt, terras ferro domamus. *Iuuencum terga fatigamus hasta.)* Agriculturam sine officio belli non gerimus. Est autem κακοσύνθετον & ὁμοιοτέλευτον. nam Terga cum eodem fine casus terminatur, ut uersa hasta. *Senectus debilitat uireis animi.)* Bene animi, quia non est ausus corporis dicere; nec enim potest fieri,

Tum primum bello celerem intendisse sagittam
Dicitur, ante feras solitus terrere fugaces
Ascanius, fortemque manu fudisse Numanum,
Cui Remulo cognomen erat, Turnique minorem
Germanam nuper thalamo sociatus habebat.
Is primam ante aciem digna atque indigna relatu
Vociferans, tumidusque nouo præcordia regno,
Ibat, & ingentem sese clamore ferebat:
Non pudet obsidione iterum, ualloque teneri,
Bis capti Phryges, & morti prætendere muros?
En qui nostra sibi bello connubia poscunt.
Quis deus Italiam? quæ uos dementia adegit?
Non hic Atridæ, nec fandi fictor Vlysses.
Durum à stirpe genus: natos ad flumina primũ
Deferimus, sæuoque gelu duramus & undis.
Venatu inuigilant pueri, syluasque fatigant
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.
At patiens operum, paruoque assueta iuuentus,
Aut rastris terrã domat, aut quatit oppida bello.
Omne æuum ferro teritur, uersaque iuuencum
Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus

test fieri, ut quamuis robustus senex uireis habeat prioris ætatis, & sua comparetur adolescentiæ. nunc ergo, licet dicat forles etiam senes esse, bona tamen usus est temperatione, ut diceret nihil animorum uigori derogare temporis uetustatem. Vobis picta croco.) *Vituperatio Troianorum, in qua utitur argumentis, quæ in* Rhetoricis *commemorat* Cicero, *à gente, ab habitu, à gestu, ab animo.* Fulgenti murice.) *purpura. hanc autem uitio & dedecori apud maiores fuisse constat.* Iuuenalis, Peregrina *ignotaq; nobis,* Ad *scelus atque nefas quæcunq; est purpura ducit.* Desidiæ cordi.) *uobis sunt.* Choreis.) *Seruauit hoc loco naturã syllabæ, id est, χορέαις. id est, quã in sexto metri causa corripuit: ut,* Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Debilitat uireis animi, mutatq; uigorem.
Caniciem galea premimus, semperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & uiuere rapto.
Vobis picta croco, & fulgenti murice uestis.
Desidiæ cordi: iuuat indulgere choreis:
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.
O ueræ Phrygiæ, neq; enim Phryges: ite per alta
Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana uos, buxusq; uocat Berecyntia matris
Idææ: sinite arma uiris, & cedite ferro.
Talia iactantem dictis, ac dira canentem
Non tulit Ascanius, neruoq; obuersus equino
Contendit telum, diuersaq; brachia ducens

Et tunicæ manicas.) *Tunicæ uestræ habent manicas: quod etiam* Varro *uituperat dicens,* Manicatis *& talaribus tunicis. nam colobijs utebantur antiqui, quæ dicta sunt ἀπὸ τοῦ κολοβοῦ.* Et habent redimicula mitræ.) *Illud dicturus fuerat,* Habetis in pileis redimicula: *quod conuertit in uituperationem maiorem, dicens, religatas habetis mitras. nã pilea uirorum sunt, mitræ fœminarum, quas* Calanticas *dicunt.* Mitra *autem propriè* Lydorum *fuit: ut,* Mæonia mentum mitra. *quem habitum imitati sunt* Troiani. O ueræ Phrygiæ.) *Ipsos uituperat* Phrygas, *sed nunc ad maiorem iniuriam* Phrygias, *non* Phrygas *dicit: sicut* Homerus, ὤ μοι ἀπειλητῆρες ἀχαιΐδες, οὐδ' ἔτι ἀχαιοί, ἃ μὲν δὴ λώβη τάδ' ἔσσεται, αἰνόθεν αἰνῶς. Alta Dindyma.) *montes matris deûm.* Biforem dat tibia cantum.) *bisonum, imparem: & seruauit eis tibiarum suarum naturam.* Tibiæ *aut* Serranæ *dicuntur, quæ sunt pares, & æquales habent cauernas: aut* Phrygiæ, *quæ impares sunt, & inæquales habent cauernas.* Ergo Biforem, *dissonum, dissimilem: non enim sunt pari modulatione compositæ. ut enim ait* Varro, *tibia* Phrygia *dextra unum habet foramen, sinistra duo: quorum unum acutum sonum habet, alterum grauem.* Buxusq; uocat Berecyntia matris Idææ.) *A monte* Berecynto. *Dicitur autem hæc buxus, & hoc buxum: ut,* Torno rasile buxum. *unde superfluò quidam arborẽ generis fœminini uolunt, quum hoc loco etiam de ligno fœminini habeamus exemplum.* Et cedite ferro.) *Aut ferrum reliquite, & est iteratio: aut* Cedite ferro, *id est, quum uiri non sitis, abscindite partem uirorum, id est, castrare uos debetis more uestrorum* Gallorum Cybeles *sacerdotum: ut* Iuuenalis, Phrygio *quos tempus erat iam* More *superuacuam cultris abrumpere carnem.* Talia iactantem dictis.) *de suorum gloria.* Ac dira canentem.) *ad iniuriam scilicet* Troianorum.

Constitit antè Iouem supplex per uota precatus:
Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis,
Ipse tibi ad tua templa feram solennia dona,
Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum
Candentem, paritérq; caput cum matre ferentẽ:
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenã.
Audijt, & cæli genitor de parte serena
Intonuit læuum: sonat unà letifer arcus.
Effugit horrendum stridens elapsa sagitta,
Pérq; caput Remuli uenit, & caua tempora ferro
Traijcit. I, uerbis uirtutem illude superbis:
Bis capti Phryges, hęc Rutulis responsa remittũt.
Hoc tantum Ascanius: Teucri clamore sequũtur,

Antè Iouem supplex per uota precatus.) Atqui Apollinem debuit inuocare iaculaturus sagittas. sed dicimus ideo Iouem inuocatum, quia omne initium Ioui debetur: ut, Ab Ioue principium Musæ. unde nunc Ascanius non quid faciat cogitat, sed quid primum: inde inuocat Iouem. Iuppiter omnipotens.) *Hoc epitheton interdum ad numinis gloriam ponitur, interdum ad causam dicentis: namq; hoc loco dicendo* Omnipotens, *ostendit eum etiam ijs, q per se minus ualent, præstare posse uirtutem.* Feram solennia.) *Feram de iuuẽco nõ dicimus, sed* Adducam. *Intelligimus ergo eũ alia dona ferre promisisse. singulis enĩ numinib. certa sunt dona, quæ offeruntur: unde est,* Serueníq; suis altaria donis, *id est, congruis.* Et statuam ante aras.) *Aptam se daturum ostendit uictimam. alibi,* Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram. *Quoties enim uictima reluctabatur, ostendebat se improbari.* Lucanus, *Discussa fugit ab ara* Taurus. *Iuuencum autem, secundum* Romanas *cerimonias dixit.* Ioui *enim de tauro non immolabatur, ut in* Tertio *diximus, nisi cum triumphi nomine suouetauriũ fiebat. quod tamen ideo admissum est, quia non tantũ Ioui, sed alijs dijs qui bello præsunt, sacrificabatur.* Aurata fronte.) *ita enim uictima ornari consueuerat.* Candentem.) *candidum.* Iuuenalis, *Duc in* Capitolia *magnum* Cretatumq; *bouem.* Caput cum matre ferentem.) *æqualem matri, nondum patria.* Iuuenalis, *Quem iam pudet ubera matris Ducere, qui uexat nascenti robora cornu.*

De parte serena.) *Vt non causæ naturalis sit, sed augurij.* Intonuit læuum.) *prosperum. Vt enim etiam suprà diximus, quæ sinistra nobis uidentur intuentibus cælũ, illic dextra sunt: non quòd sinistra bona sint, sed quòd dextra cæli nobis sinistra sunt.* Sonat unà letifer arcus.) *simul atq; augurium.* Et fugit.) *Melius* Effugit *legitur.* Perq; caput Remuli uenit.) *Figmenta hæc uulnerum non sine ratione ponunt poëtæ: nam modò hunc ideo in capite dicit esse percussum, quia eum suprà uaniloquũ & superbum introduxerat, quod uitio capitis euenit.* Horatius, *Attollens uacuum plus nimio gloria uerticem. sic* Homerus *Thersitem à tergo uulneratũ dicit usq; ad præcordia:* ὣς ἄρ' ἔφη, σκήπτρῳ δὲ μετάφρενον ἠδὲ καὶ ὤμω. πλῆξεν, ὃ δ' ἰδνώθη, θαλερὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ. *quia eum stultũ induxerat. Item de* Achille *dicit,* πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς. *item,* ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς. Virtutem illude.) *Illudo tibi dicimus, & insulto tibi: nam illudo te, figuratum est, ut hoc loco. item insulto te:* Sallustius, *Multos à pueritia bonos insultauerat.* Hoc tantũ Ascanius.) *& dixit & fecit.*

Animosq;

Animosq́ ad sidera tollunt.) Aut suos: aut Ascanij per fauorem. Nube sedens.) sicut solent numina. Iuno: Nec tu me aëria solam nunc sede uideres, Digna indigna pati. Macte.) magis aucte, affectatæ gloriæ. & est sermo tractus à sacris: quoties enim aut thus, aut uinum super uictimam fundebatur, dicebant Mactus est taurus uino uel thure: hoc est, cumulata est hostia & magis aucta. Noua uirtute.) aut magna: ut, Pollio & ipse facit noua carmina. aut re uera noua, quantũ ad bellum. Dijs genite.) propter Venerem. Geniture deos.) propter Iulium Cæsarẽ & Augustum. Iure.) id est, meritò. Gente sub Assaraci.) sub gente Romana. Assaracus enim pater est Capyos, auus Anchisæ. Fato uẽtura resident.) magna. hæc enim bella sunt grauia, quæ fatali ratione proueniunt, ut Troiana, & Thebana. Nec te Troia capit.) Maioris meriti es quàm ciuitas, in qua nunc es. Lucanus de Cæsare, Plus patria potuisse sua. Spiranteis dimouet auras.) uitaleis, quibus spiramus & uiuimus. Ascaniumq́ petit.) Notandum, Petit sine insidijs dictum. Fidusq́ ad limina custos.) Aedituus fuit, quod (ut suprà diximus) ingenti honore apud maiores fuit: illic enim & epulabantur, & deos colebant. census etiam omnis illic seruabatur: quod & Plautus docet in Asinaria, in qua inducit Sauream seruum atriensem in tota familia plurimum posse. Sæua sonoribus arma.) strepitu terribilia. Atq; his ardentem dictis affa. Iulum.) Ardentem, desiderio dimicandi: unde, Animos ad sidera tollunt: melius Ascanij intelligimus. sic Statius de Menæceo, Et laudibus implet honestis. Sit satis Aeneide.) Patronymicon hoc non uenit ab eo, quod est hic Aeneas: nam hic Aeneades, & ò Aeneade faceret: sed ab eo quod est Aeneus, ut Theseus Theside. Primam hanc tibi magnus Apollo Concedit laudem.) Dicendo Hanc, pollicetur & aliam. Concedere autem ei se dixit ideo, quia sagittarum deus est. & licet eum Iuppiter iuuerit, Apollo tamen sibi suum officium uindicat: quod dicit se concessisse, quia non prohibuit. Ea enim quæ ab alijs numinibus poscimus, tunc implentur,

Lætitiaq́ fremunt, animosq́ ad sidera tollunt.
Aetherea tum forte plaga crinitus Apollo
Desuper Ausonias acies urbemq́ uidebat,
Nube sedens, atq; his uictorem affatur Iulum:
Macte noua uirtute puer, sic itur ad astra:
Dijs genite, & geniture deos: iure omnia bella
Gente sub Assaraci fato uentura resident,
Nec te Troia capit. simul hæc effatus ab alto
Aethere se mittit, spiranteis dimouet auras,
Ascaniumq́ petit, forma tum uertitur oris
Antiquum in Buten: hic Dardanio Anchisæ
Armiger antè fuit, fidusq́ ad limina custos.
Tum comitẽ Ascanio pater addidit: ibat Apollo
Omnia longæuo similis, uocemq́, coloremq́,
Et crines albos, & sæua sonoribus arma.
Atq; his ardentem dictis affatur Iulum:
Sit satis Aeneide, telis impune Numanum
Oppetijsse tuis, primã hanc tibi magnus Apollo

auxilia, ne portas aperirent: ut, Castra modo & tutos seruarēt aggere muros. Item legimus Mnesthea & Serestum ductores fuisse, & rerum magistros, non Pandarum & Bitiam. unde apparet quod hunc locum male intellexit Donatus, dicens Cōmissam portam, id est, creditam Pandaro & Bitiæ, qui duces non erant. Cornutus uero melius sensit, dicens, Portā quæ ducis imperio commissa fuerat, hoc est, clausa, eam aperuerunt. cōmissura enim dicitur tabularum cōiunctio: sicut Cicero in Fundaniana meminit. ergo melius est, ut Cōmissam clausam dicamus, q̄ creditā Pandaro & Bitiæ.

Freti armis, ultroq; inuitant mœnibus hostem.
Ipsi intus dextra ac lęua pro turribus astant,
Armati ferro: & cristis capita alta corusci,
Quales aëriæ liquentia flumina circum
Siue Padi ripis, Athesim seu propter amœnum
Consurgunt geminæ quercus, intonsaq; cœlo
Attollunt capita, & sublimi uertice nutant.
Irrumpunt aditus Rutuli ut uidere patentes,
Continuo Quercens, & pulcher Equicolus armis,
Et pręceps animi Tmarus, & Mauorti⁹ Hæmon,
Agminibus totis aut uersi terga dedere,
Aut ipso portæ posuere in limine uitam.
Tum magis increscunt animis discordibus iræ,
Et iam collecti Troēs glomerantur eodem.
Et conferre manum, & procurrere longius audēt.
Ductori Turno diuersa in parte furenti,
Turbantiq; uiros perfertur nuncius, hostem
Feruere cæde noua, & portas præbere patentes.

Pro turrib.) Aut uice turium, aut pro defensione. Armati ferro.) Aut bene instructi armis: aut, ut Asper dicit, ferrea corda habentes, id est, dura & cruenta comitantes. ut Enniū sit secutus, q ait, Succincti corda machæris. Quales aē.) Cōparatio ex Homero: ἐν δὲ πύλῃσι δύ' ἀνέρας εὗρον ἀρίστους υἷας ὑπερθύμους Λαπιθάων αἰχμητάων. τὸν μὲν Πειριθόου υἷα κρατερὸν Πολυποίτην τὸν δὲ Λεοντῆα βροτολοιγῷ ἶσον ἄρηι. τὼ μὲν ἄρα προπάροιθε πυλάων ὑψηλάων ἕστασαν. ὡς ὅτε τε δρύες οὔρεσιν ὑψικάρηνοι, αἵ τ' ἄνεμον μίμνουσι, καὶ ὑετὸν ἤματα πάντα. ῥίζῃσιν μεγάλῃσι διηνεκέεσσ' ἀραρυῖαι. ὣς ἄρα τὼ χείρεσσι πεποιθότες ἠδὲ βίηφι μίμνον ἐπερχόμενον μέγαν ἄσιον, οὐδ' ἐφέβοντο. Liquentia flumina.) Iuxta Padum & Athesim Venetiæ flumina, etiam est fluuius Liquetius, quem nunc commemorat. ergo Liquetia proprium est nomen, nō epitheton: ne incipiamus à generalitate ad speciē reuerti, quod uitiosum est. ut si dicas, Circa flumina nascūtur arbores: & sic inferas, circa Tyberim uel Anienem, sufficit dixisse circa flumina generaliter: unde apparet, quia Liquetia legendum est, nō Liquentia. Intonsaq; cœlo Attollunt capita.) Hoc ad supradictas cristas refertur. Geminæ quercus.) Non quia duæ tantum nascuntur, sed istorum similitudinem aspexit, id est, quando similes eleuantur quercus. Pulcher Equicolus armis.) pulcher uestibus: sicut pulcher armis, hoc est, per arma: quod erat armorum, retulit ad personā. Præceps animi.) Figurate genitiuo iunxit: nam dicimus præceps furore. Agminibus totis.) Deest Ab: & significat eos primo fugatos esse, mox occisos: aut certe aliquos fugatos, aliquos interemptos. Animis discordibus.) hostilibus, scilicet Troianorum, quia à Rutulis discordabant.

Fratresq́.) Scilicet, quos suprà dixit portam tenere. Se primus agebat.) hoc est, incedebat: ut, Sese Palinurus agebat. Tractus est autem sermo à ratione physica: nam agitur corpus animi iudicio, ut Terent. Quò te agis? Sarpedonis alti.) id est, nobilis. Itala cornus.) telum de itala cornu factum. Stomacho.) Sermo græcus est. Specus uulneris.) poëtica exaggeratio. Erimātha manu.) id est, gladio cōminus ferit: nam illi de quibus supius dixit, nō manu occisi sũt, sed misso iaculo. ergo ad differentiam teli iacti accipe Manu, id est, gladio. Ardentem oculis animisq́ frem entẽ.) & gestu corporis et mente commotum. Vitā dedisset.) p reddidisset. Phalarica uenit.) De hoc telo legitur, qđ est ingens torno factũ, habẽs ferrum cubitale, & rotunditatem de plũbo in modum sphæræ in ipsa summitate: dicitur etiam ignem habere affixũ. hoc aũt telo pugnatur de turribus, quas phalas dici manifestum est. Iuuenal. Consulit ante phalas delphinorumq́ columnas. Ergo à phalis dicta est phalarica, sicut à muro muralis. sanè phalaricam Lucanus dixit neruis mitti tortilibus, & quadam machina: ut, Vibrata phalarica neruis Obruat. Vergil. uero ait, Turnum manu iaculari potuisse: unde apparet aut à Lucano ad auxesim illius, qui occidendus fuerat, esse dictum: aut à Vergilio ad laudẽ Turni, qui talem hastam manu iaculatus est. Fulminis acta modo.) Amat tela cum impetu uenientia fulminibus cōparare. Taurea terga.) Vsurpauit pro taurina. alibi, Taurinis follibus: unde sicut & Plin. dicit, deriuationes firmas nō habent regulas, sed exeũt pro ut autoribus placet. bene aũt per transitũ eius arma descripsit. Duplici squama & auro.) id est, duplicibus squamis aureis: squamæ aũt loricarũ catenæ in modũ squamæ cōpositæ sunt. Sanè squama & splendorem significat, si à piscibus ueniat: & sordes, si à squallore. sed in Verg. ubiq; splẽdorẽ significat. Et clypeũ super int. in.) Aut ipse ingens super clypeũ intonat, aut ingens clypeũ super eũ tonat. nam lectũ etiā est hoc clypeũ, ut probat Caper: quod magis debemus accipere. nā Homerũ imitatus est, q ait, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ. Euboico Baiarũ littore.) Bene Baiarũ addidit, ne Euboeā insulam intelligeremus, unde Chalcidenses uenerunt.

Deserit inceptum, atq; immani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam, fratresq́; superbos,
Et primũ Antiphatẽ (is enim sese primus agebat)
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti,
Coniecto sternit iaculo: uolat Itala cornus
Aëra per tenuem, stomachoq; infixa sub altum
Pectus abit, reddit specus atri uulneris undam
Spumātẽ, & fixo ferrũ in pulmone tepescit.
Tũ Meropẽ, atq; Erimātha, manu tũ sternit Aphy(pnũ
Tum Bitiā ardentẽ oculis, animisq; frementem.
Non iaculo (neq; enim iaculo uitam ille dedisset:)
Sed magnum stridens contorta phalarica uenit,
Fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga,
Nec duplici squama lorica fidelis & auro,
Sustinuit: collapsa ruunt immania membra,
Dat tellus gemitũ, & clypeũ super intonat ingẽs.
Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit, magnis quam molibus ante
Constructam ponto iaciunt: sic illa ruinam

runt, qui cōdiderūt Cumas, quæ sunt Baÿs uicinæ. Pronatrahit.) ita enim exædificatur. Prochyta alta tremit.) Atqui hæc insula plana est, sed epitheton de præterito traxit. nam ut dicit Plin. in naturali histor. Inarimes mons fuit, qui terræmotu diffusus, alteram insulam fecit, quæ Prochyta ab effusiōe dicta est: fundere est enim προχέειν. Prochyta uero alta, quondā scilicet. Durūq; cubile.) mortiferū, ad pœnam statutū. Stimulos acres.) sæuiendi scilicet. nā sunt & timoris & libidinis stimuli. notanda quoq; œconomia, quæ id egit ut uerisimile sit Turnū uictorē euasisse de castris. Vndiq; cōuen.) illi sine dubio, qbus Mars iniecit audaciā, inuēta opportunitate irrupērūt castra Troiana. Duro in cer.) sine spe euadendi. Ast alios se. inc.) Stat. Par operi iactura lucro, nāq; hoste recepto Excluse re suos. Vltro.) in sup. Demēs.) Hoc ex affectione sua dixit Poēta. alibi, Sed tū forte caua dū p̄sonat æquora cōcha Demēs, et cātu uocat in certamina Diuos. Dotalis re. A.) tibi data p dotē: & bene Amatæ, quæ sola illū generū esse cupiebat. Notandū sane, qa id agit, ut ostēdat se nō p imprudentiā Turnū inclusisse, sed illum per temeritatē sibi minime profutura castra penetrasse. Olli sub.) Magnā confidentiā uirtutis ostēdit. Priamo nar. Ach.) Propter illud Sibyllæ, Alius Latio iam partus Achilles. & dictū est ut illud, Degenerēq; Neoptolemū narrare memento.

Prona trahit, penitusq; uadis illisa recumbit.
Miscent se maria, & nigræ attolluntur arenæ.
Tum sonitu Prochyta alta tremit, durūq; cubile
Inarime, Iouis imperiis imposta Typhæo.
Hic Mars armipotens animum uiresq; Latinis
Addidit, & stimulos acres sub pectore uertit.
Immisitq; fugam Teucris, atrumq; timorem.
Vndiq; conueniunt, quoniam data copia pugnæ,
Bellatorq; animo deus incidit.
Pandarus, ut fuso germanum corpore cernit,
Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res,
Portam ui multa conuerso cardine torquet,
Obnixus latis humeris, multosq; suorum
Mœnibus exclusos duro in certamine linquit.
Ast alios secum includit, recipitq; ruentes.
Demens, qui Rutulū in medio nō agmine regem
Viderit irrumpentem, ultroq; incluserit urbi,
Immanem ueluti pecora inter inertia tigrim.
Continuo noua lux oculis effulsit, & arma
Horrendùm sonuere: tremunt in uertice cristæ
Sanguineæ, clypeoq; micantia fulmina mittit.
Agnoscūt faciē inuisam, atq; immania membra
Turbati subito Aeneadæ: tum Pandarus ingens
Emicat, & mortis fraternæ feruidus ira
Effatur: non hæc dotalis regia Amatę,
Nec muris cohibet patriis media Ardea Turnū.
Castra inimica uides: nulla hinc exire potestas.
Olli subridens sedato pectore Turnus:
Incipe, si qua animo uirtus, & consere dextram.
Hic etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.

Dixerat: ille rudem nodis, & cortice crudo
Intorquet summis adnixus uiribus hastam.
Excepere auræ, uulnus Saturnia Iuno
Detorsit ueniens, portæq; infigitur hasta.
At non hoc telum, mea quod ui dextera uersat,
Effugies: neq; enim is teli, nec uulneris autor.
Sic ait, & sublatum alte consurgit in ensem,
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Diuidit, impubesq; immani uulnere malas.
Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus.
Collapsos artus, atq; arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens, atq; illi in partibus æquis
Huc caput atq; illuc humero ex utroq; pependit.
Diffugiunt uersi trepida formidine Troës.
Et si continuo uictorem ea cura subisset
Rūpere claustra manu, sociosq; immittere portis,
Vltimus ille dies bello, gentiq; fuisset.
Sed furor ardentem, cædisq; insana cupido,
Egit in aduersos.
Principio Phalarim, & succiso poplite Gygen
Excipit, hinc raptas fugientibus ingerit hastas
In tergum: Iuno uires, animumq; ministrat.
Addit Halym comitē, & confixū Phegea parma.
Ignaros deinde in muris, Martemq; cientes

Rudem nodis.) non leuem, nec pulchram, sed fortem. *Cortice crudo.*) uiridi: nam hastæ plerunq; torrentur. *Vulnus Saturnia Iuno Detorsit ueniens.*) Pleriq;, sed non idonei cōmentatores, dicūt hoc loco occisum Turnū: sed causa œconomiæ gloriam à poëta Aeneæ esse seruatā, quod falsum est. nam si ueritatem historiæ requiras, primo prælio interemptus Latinus est: inde ubi Turnus Aeneam uidit superiorē, Mezentij implorauit auxiliū, secūdo prælio Turnus occisus est, & nihilominus Aeneas postea non cōparuit. tertio prælio Mezentiū occidit Ascanius: hoc Liuius dicit, & Cato in Originibus. *Telum.*) Hoc loco telum gladiū dixit, à longitudine: unde & mustela dicitur, quasi mus lōgus. Telū posuisse pro gladio illud significat, quod infert paulo pòst, Cōsurgit in ensem. *Is.*) talis, par, similis. *Alte consurgit in ensem.*) Genus feriēdi gallicanū. Sallust. Regressi ad faciliores ictus loco cedebāt. *Bello gentiq; fuisset.*) Duo dicit, & bellū finiri potuit omnibus interemptis, & gens penitus fuisset extincta occiso Ascanio, à quo Romani ducūt originē. Ideo Bello gentiq; dixit, quia plerunq; bellū finitur gente superstite, ut in bello Troiano cōtigit. *Cædisq; insana cupido.*) Excusat Turnum, cur nō à porta fugatis Troianis penitus deleta sint castra. *Principio.*) intra castra, post Troianorū fugam. *Succiso poplite Gygen Excipit.*) Ordo est, Excipit & succidit poplitem: nam ante fuit, ut eum circūueniret insidijs. Poples aūt po correpta est, sicut in Sereno legitur, sed producitur positione. *Hinc.*) nec loci est, nec temporis, sed ordinis: id est, deinde. *Raptas autem,* de hostilibus cadaueribus. nam quod dicit Donatus de armigero, nō procedit: nec enim lectū est. *Iuno uires ani. mi.*) Ne sit incongruū unū tot occidisse.

Iunonis

Iunonis dat auxiliũ. Horat. in arte poëtica, Nec deus intersit nisi dignus uindice nodus Inciderit. Alcandrumq́, Haliumq́, Noëmonaq́, Prytanimq́.) *Homeri uersus, tantum coniunctione mutata,* ἄλκανδρόν θ' ἅλιόν τε νοήμονά τε πρύτανίν τε. *Vnde apparet nõ ad historiam, sed ad ornatũ poëmatis hæc nomina pertinere.* Tendentem cõtra.) *in se facientem impetum.* Cum galea longe iacuit caput.) *Ad exprimendã celeritatem præterito usus est tempore. potuisse autẽ caput cũ galea longe iaci, præmissa loci altitudo significat. Ergo eum comminus pcussum intelligimus, sed tantam uim ictus fuisse, ut lõge caput excuteret.* Felicius.) *peritius: nam in ungẽdis telis nõ est felicitas, sed peritia. Sanè nec ungo, nec ungẽtum u recipit, excepto uno nomine, ut unguen: unde est, Et pingues unguine ceras. Vergilij uersus in Georg.* Ferrumq́ armare ueneno.) *Speciosè dictũ, Armabat ferrũ, quo nos armare cõsueuimus.* Amicũ Cretea musis.)

Alcandrũq́, Haliumq́, Noëmonaq́, Prytanimq́,
Lyncea tendentem contrà, sociosq́ uocantem,
Vibranti gladio connixus ab aggere dexter
Occupat: huic uno deiectum comminus ictu
Cum galea longe iacuit caput. inde ferarum
Vastatorem Amycum, quo non felicior alter
Vnguere tela manu, ferrumq́ armare ueneno.
Et Clytium Aeoliden, & amicum Cretea musis:
Cretea musarum comitem, cui carmina semper
Et citharæ cordi, numerosq́ intendere neruis.
Sẽper equos atq́ arma uirũm, pugnasq́ canebat.
Tandem ductores audita cæde suorum
Conueniunt Teucri, Mnestheus, acerq́ Serestus.
Palantesq́ uident socios, hostemq́ receptum.
Et Mnestheus: quò deinde fugã? quò tẽditis, inqt?
Quos alios muros? quæ iã ultra mœnia habetis?
Vnus homo, & uestris ò ciues undiq́ septus
Aggeribus, tantas strages impune per urbem
Ediderit? iuuenum primos tot miserit Orco?
Non infelicis patriæ, ueterumq́ deorum,
Et magni Aeneæ segnes miseretq́ pudetq́?
Talibus accensi firmantur, & agmine denso
Consistunt: Turnus paulatim excedere pugna,

poëtam lyricũ. & tale est schema per repetitionẽ, ut Sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens. Numerosq́ intendere ner.) *Rhythmos facere intentione neruorũ. nam numeri sunt rhythmi: ut, Numeros memini, si uerba tenerem. hoc ergo dicit, secundũ chordas uerba cõponebat.* Audita cæ. su.) *Seruat* τὸ πρέπον, *id est, decorũ: ne præsentib. ducibus tot strages fecisse uideatur.* Quò dein. fu.) *Aut uacat Deinde, ut Tandẽ, Gentiũ, Locorũ. aut intelligimus mente eũ tractasse, quòd de cãpis milites solẽt ad castra cõfugere: & sic dixisse, Quò deinde? scilicet de castris: quò fugietis ulterius? et hoc est melius: unde et seqtur, Quos alios muros. & sic dictũ est post cogitationẽ, Quò deinde: sicut Terent. Quid igitur faciã?* Vnus homo.) *Ac si diceret, Mortalis. & bona attenuatio, quũ suprà dixerit, Rutulũ in medio nõ agmine regẽ.* Infelicis patriæ.) *Troiæ, in qua nũc sunt.* Veterũq́ deorũ.) *Penates significat, quos semp coluere Troiani.* Misereq́ pudetq́.) *Sic Pallas: Nũc prece,*

nunc dictis uirtutẽ accẽdit amaris. Ceu sæuũ tur. leo.) *Sẽsus hic est:* Haud aliter Turnus *retrocedẽs petebat fluuiũ, ac solet leo pressus multitudine nec terga præbere propter iratã uel pudorẽ, nec posse licet cupiat in uenantes impetũ facere: cõparatio* Homeri *est.* Nec cõtra uires au. Sat. Iuno.) *Atqui fauente numine debuit etiam contra multitudinem posse: sed hoc* Iupiter *uetuit.* Haud mollia iussa fer.) *Melius quã* Homerus *hũc locũ executus est: saluo enim sensu, uitauit et fabulosa et uilia. nã ille ipsas minas exequitur.* Ergo *quia numinis ẽ desertus auxilio, telis obruitur.* Lucanus *eundẽ sensũ per declinationem,* Telorũ *nimbo peritura & põdere ferri.* Vmbo.) *id est, scutũ: nam & à parte totum significat. umbo enim media clypei pars eminens est.* Et piceũ, nec respirare potestas, Flumen agit.) *Ordo est,* Sudor piceũ flumẽ agit, *hoc est, sordidũ: quia sine respiratione pugnabat.* Tum demũ.) *postquã se aliter euadere posse nõ uidit.* Omnibus ar.) *cum omnib. armis.* Cum minus est. Ille suo cũ gur. fla.) *Hysterologia est, quũ ille eum excepit: non enim procedit cũ suo gurgite, quasi posset fieri, ut eũ sine suis fluctis exciperet: fluuiũ aũt pro deo posuit. unde subdit* Ille, *scilicet* Deus *suo gurgite eũ accepit: aliter superfluũ est,* Et fluuius *suo gurgite accepit.* Sanè *quærunt multi, quũ* Tybris Aeneæ *faueat, cur liberauerit* Turnũ? *sed soluitur ista ratione: ob hoc* Turnum *esse liberatum, ut maior* Aeneæ *gloria reseruetur.*

Et fluuium petere, ac partem quæ cingitur amni.
Acrius hoc Teucri clamore incumbere magno,
Et glomerare manum: ceu sæuum turba leonem
Cum telis premit infensis, at territus ille
Asper acerba tuens retro redit, & neque terga
Ira dare aut uirtus patitur, nec tendere contrà.
Ille quidẽ hoc cupiens potis est, per tela, uirosque.
Haud aliter retro dubius uestigia Turnus
Improperata refert, & mens exæstuat ira.
Quin etiam bis tum medios inuaserat hostes,
Bis conuersa fuga per muros agmina uertit.
Sed manus è castris propere coit omnis in unum.
Nec contra uires audet Saturnia Iuno
Sufficere: aëream cœlo nam Iuppiter Irim
Demisit, germanæ haud mollia iussa ferentem,
Ni Turnus cedat Teucrorum mœnibus altis.
Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum,
Nec dextra ualet, iniectis sic undique telis
Obruitur, strepit assiduo caua tempora circum
Tinnitu galea, & saxis solida æra fatiscunt.
Discussæque iubæ capiti: nec sufficit umbo
Ictibus, ingeminant hastis & Troës, & ipse
Fulmineus Mnestheus, tum toto corpore sudor
Liquitur, & piceum (nec respirare potestas)
Flumen agit, fessos quatit æger anhelitus artus.
Tum demum præceps saltu sese omnibus armis
In fluuium dedit: ille suo cum gurgite flauo
Accepit uenientem, ac mollibus extulit undis.
Et lætum socijs abluta cæde remisit.

FINIS NONI AENEIDOS.

PAnditur interea domus omnipotentis Olympi.) Secũdum poëticum morem hoc dicit, factus est dies: quia poëtæ dicunt matutino tempore aperiri cælũ, noctu uero claudi. unde est illud, Ante diem clauso cõponet uesper olympo. nam & paulo pòst descripturus est noctem: ut, Iamq́ dies cælo concesserat. ut intelligamus alium diem esse cõsumptum, & nunc eum more soluto noctis prætermisisse descriptionẽ. quanquam Panditur cælum, & iam simpliciter possumus accipere p quolibet tempore, scilicet ad numina cõuocãda: qđ & melius est, quia ait Interea, id est, dũ hæc gerũtur interdiu. nam Interea particula præterita negocia cõiũgit futuris. Sidereã in sedem.) in astriferum circulum: non omnes circuli astriferi sunt, sed solus superior. Terras unde arduus oĩs.) Vt in Primo: Et iam finis erat, quũ Iuppiter æthere summo Despiciẽs mare uelivolum terrasq́ iacentes. Castraq́ Dardanidûm aspectat populosq́ Latinos.) Post generalitatẽ intulit speciẽ: consequens etiã est, ut omnes terras uidens cernat etiã castra Troiana. Bipatentibus.) Physice dixit: nam cælũ patet ab ortu & occasu. est autem sermo Ennianus, tractus ab ostijs, quæ ex utraq; parte aperiũtur: unde modo Bipatentibus, apertis intelligimus. Cælicolæ magni.) Orationis istius hoc agit intẽtio, ut ab odijs Troianorum Iuno reuocetur. Quiá nam.) Ennianus sermo est. Versa retro.) Mutata: ut,

ADILON.

Occidit Aeneæ decimo Mezentius ira.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN Decimum Aeneidos librum, argumentum.

COncilium Diuis hominũ de rebus habetur.
Interea Rutuli portis circũ omnibus instãt.
Aduenit Aeneas multis cũ millibus heros.
Mars uocat, & totis in pugnam uiribus itur.
Interimit Palanta potens in prælia Turnus.
Cæduntuŕq duces, cadit & sine nomine uulgus.
Subtrahitur pugna Iunonis numine Turnus.
Aeneas perstat Mezenti cæde piata,
Et Lausum inuicta perimit per uulnera dextra.
Mox ultor nati Mezentius occidit ipse.

P. VERGILII M. AENEIDOS LIBER DECIMVS.

PAnditur interea domus omnipotentis Olympi,
Cõciliumq́ uocat Diuûm pater atq; hominum rex,
Sideream in sedem, terras unde arduus omnes,
Castraq́ Dardanidûm aspectat, populosq́ Latinos.
Considũt tectis bipatẽtibus, incipit ipse:
Cælicolæ magni, quiá nam sententia uobis
Versa retro? tantumq́ animis certatis iniquis?

Quæ

Quæ te genitor sententia uertit? Certatis.)aut cōtra uos,aut contra meam sententiam. Abnueram bello Italiā cōcurrere Teucris.)prohibuerā Italiā cōtra Troianos bella suscipere.atqui in Primo ait, Bellū ingens geret Italia. quod ita soluitur,aut quia cū uno deo uel dea aliter loquitur. unde est in Primo: Hic tibi,fabor enim quando hac te cura remordet, aliter uero cū omnibus Dijs,utilitatis causa,propter remouendā eorū contentionē. aut certe quia ait in Primo, Ternaq; transierint Rutulis hyberna subactis. illic enim dixit Aeneā in Italiā cōtra Rutulos tantū esse pugnaturū, nūc aūt oīs est Italia in bella cōmota Iunonis instinctu. quod & Alecto promisit:ut,Finitimas in bella ferā rumoribus urbes. & Iuno pollicita est se magis esse facturā: ut, Ego si qua super fortuna laborū est ipsa regam. Abnuerā.) prohibuerā: ut contrà Annuit, permittit & cōsentit significat. Quæ contra uetitū discordia.) prohibitiōem meā. Et sic dixit Vetitū, ut æquum:ut est,Seruantissimus æqui.

Abnueram bello Italiam concurrere Teucris,
Quæ cōtra uetitū discordia?quis metus aut hos,
Aut hos arma sequi,ferrumq; lacessere suasit?
Adueniet iustum pugnæ(ne accersite)tempus,
Cum fera Carthago Romanis arcibus olim,
Exitium magnū,atq; alpeis immittet apertas,
Tum certare odijs,tum res rapuisse licebit.
Nunc sinite,& placidum lęti componite fœdus.
Iuppiter hæc paucis:at non Venus aurea contrà
Pauca refert.

Sanè sub cōmonitione omniū deorū maxime solam tangit Iunonem, cuius odia insequebantur etiā hoc bello Troianos,quod etiā sequētes Iouis allocutiones manifestius indicāt. Ferrūq; lacessere.)pro Ferro se lacessere. Ne accersite,tēpus.) nolite bellorū tēpora præoccupare.& bene satisfacit uxori cū prohibitione. significat aūt bellum Punicū secundū,quādo Hannibal ingressus Italiā,apud Cannas uicū Apuliæ omnem populi Romani deleuit exercitū. Olim.)quādoq;. Alpeis immittet apertas.) Emphasis est:nō enim dixit per alpes immittet exercitum,sed ipsas alpes,quas patefecit non sibi tantum,sed omnibus gētibus,quæ secundū Catonē & Liuium muri uice tuebātur Italiā, quas Hannibal post bella Hispaniæ,quæ x.& vij.annis confecit,aceto rupit.Iuuenal. Et montē rupit aceto. deniq; loca ipsa quæ rupit,Pēninæ alpes uocātur. Res rapuisse licebit.)clarigationē exercere:hoc est,per fœciales bellū indicere. nam Ancus Martius quū uideret populū Rom. ardentē amore bellorū,& plerūq; inferre bella gētibus,nulla iusta extāte ratione,& exinde pericula grauia creari, misit ad gentē Equicolanam,& accepit iura fœcialia,per quæ bellum indicebatur hoc modo,sicut etiā de Albanis retulit Liuius.nam si quādo homines uel animalia ab aliqua gēte rapta essent populo Rom.cū fœcialibus,id est,sacerdotibus, qui faciendis fœderibus præsunt,proficiscebatur etiā Paterpatratus,& ante fines stans clara uoce dicebat belli causam:& nolētibus res raptas restituere,uel autores iniuriæ tradere, iaciebat hastam:quæ res erat pugnæ principiū,& sic licebat more belli res rapere. Clarigatio aūt dicta est aut à clara uoce,qua utebatur Paterpatratus:aut ἀπὸ τῆς κλήρου,hoc est,sorte:nam per bellicā sortem inuadebāt agros hostiū.unde & κληρονόμοι dicuntur græcè, qui iure sortiuntur bona defuncti. Placidum.)mihi. Iuppiter hæc paucis.) Habet personarum consi-derationem,

derationem, ut superioribus personis det breuiloquiũ, econtrà inferiori potestati prolixam orationẽ: ut ait de Venere, At non Venus aurea cõtrà Pauca refert. Item Dido regina quasi paucis locuta est: ut, Tum breuiter Dido. O pater, ò hominũ.) Et Titianus & Caluus qui thematũ materias omneis de Vergilio elicuerũt & deformauerũt ad dicendi usum, in exemplo controuersiarũ has duas posuerunt allocutiones, dicentes Venerem agere controuersiã statu absolutiuo, cũ dicit Iunoni, Tu causa fuisti periculorũ his, quibus Italiam fata concesserãt. Iunonem aũt uti statu relatiuo, per quem ostẽdit Troianos nõ sua causa laborare, sed Veneris.

O pater, ò hominũ diuûmq; æterna potestas,
(Nanq; aliud qd sit, quod iã implorare queamus?)
Cernis ut insultent Rutuli, Turnusq; feratur
Per medios insignis equis? tumidusq; secundo
Marte ruat? nõ clausa tegũt iam mœnia Teucros,
Quin intra portas, atq; ipsis prælia miscent
Aggeribus mœrorum, & inundãt sanguine fossæ.

O pater.) O pater generaliter accipe, non tantũ Veneris. nam suprà in Primo ait Iuno ad Aeolũ, Diuûm pater atq; hominũ rex. Et bene in principijs fauorẽ sibi ante conciliat. Hominũ diuûmq; æterna potestas.) Hunc locũ Probus quærit: sed dicit unã rem secundũ Physicos, alteram secundũ Mathematicos. nam Diuûm potestas est, quia ipse est æther, qui elementorum possidet principatũ: Hominũ uero, quia bona Iouis irradiatio honores hominib. tribuit. Aeternam aũt potestatem adiecit, propter aliorum numinũ discretionem. nam & Apollinẽ legimus deposuisse diuinã potestatem, & Herculem uel Liberũ patrem nõ semper deos fuisse: unde & deæ arborũ cum arboribus uiuunt, & cum arboribus dicuntur mori, quocirca & ἁμαδρυάδες sunt appellatæ. Nanq; aliud quid sit.) Ac si diceret, Quũ penè omnes dij in fauorem Iunonis concesserint. Nanq; enim coniunctio ostendit hanc habuisse cogitationẽ.

Implorare.) Implorare est auxiliũ cum miseratiõe deposcere: qua ratione bene dicimus, Imploro te ut misero feras auxiliũ: contrà Imploro te ad diem festum, non procedit. Cernis.) Ad augendã inuidiam ait Cernis: ac si diceret, Non est opus narratione, quum Troianorũ miserias ipse conspicias. Insultent Rutuli.) Propter illud, Interea Rutuli portis circum omnibus instant. Insultare aũt est inimicos irridere per cauillationem: unde & Græci ἐπίχαιραν κακίαν appellãt: Exultare uerò, gloriari & lætũ esse. Per medios.) suos scilicet.

Insignis equis.) Propter illud, Viginti lectis equitum comitatus. nam castra non eques irruperat. Secundo Marte.) Ad illud respicit, Hic Mars armipotens animũ uireisq; Latinis Addidit. Ruat.) irruat. Clausa mœnia.) Magna inuidia: scimus enim ultimũ esse præsidium in castra confugere, & hostilem impetũ plerunq; differre: sicut factũ est in bello Troiano. Modò ergo dicit ademptã esse etiam hinc arã misericordiæ, siquidem intra muros hostis insultat. Quin.) quinetiam. Ipsis.) in ipsis. Aggeribus aũt, munitionib. sed abusiuè & in muris, ideo quia suprà dixit, Ignaros deinde in muris Martemq; cientes. Aggeribus.) Agger propriè dicitur terra illa, quæ uallo facto propius ponitur: sed abusiuè & muros & munimenta omnia Aggerem dicimus. sicut modò Aggeribus murorũ, pro munimentis. Mœrorum.) pro murorũ, antiquè. nam ueteres pleraq; eorũ quæ nos per u dicimus, per diphthongon pronunciabant. hinc est Mœrorũ pro murorum, & è contra pœnio pro puNIO,

nio: quod uerbum à pœna uenit, quod Græcum est uocabulum ποινὴ *dictũ. hinc est,* Et Pœnica regna uides: *quum* Pœnos *ubiq; legerimus. hoc autem facit orthographia, qua uocalem quam nos u habemus, illi diphthongon habent* ου*. & ideo putarũt posse pro hac litera, licet non eadem, diphthongon poni.* Inundant.) *implent, & inundare faciunt.* Leuari obsidione fines.) *liberari. & obliquè per Iouem inuidiã commouet Iunoni.*

Aeneas ignarus abest: nunquam'ne leuari
Obsidione fines? muris iterum imminet hostis
Nascentis Troiæ, nec non exercitus alter,
Atq; iterum in Teucros Aetolis surgit ab Arpis
Tydides: equidem (credo) mea uulnera restant,
Et tua progenies mortalia demoror arma.
Si sine pace tua, atq; inuito numine Troës
Italiam petiere, luant peccata, neq; illos
Iuueris auxilio: sin tot responsa secuti,
Quæ superi manesq; dabant: cur nũc tua quisquã
Vertere iussa potest? aut cur noua condere fata?
Quid repetam exustas Erycino in littore classes?
Quid tempestatum regem, uentosq; furenteis
Aeolia excitos? aut actam nubibus Irim?

Aetolis surgit ab Arpis.) *Atq; nõ est uẽturus: unde accipiamus* Venerem *nõ quasi deam loqui, sed quasi unã de Troianis: ut in* Primo, Vnius ob irã Prodimur. *item eodem loco,* Cœli quibus annuis arcem: *ne futura ignorare uideatur.* Aetolis *autẽ* Arpis *sic dixit, ut* Cumas euboicas. *nam de* Aetolia Diomedes *uenit, qui* Arpos *in* Apulia *collocauit.* Mea uulnera restant.) *ut possim iterum uulnerari.* Demoror.) *expecto, sustineo.* Sine pace tua.) *sine tua beneuolentia: ut,* Orantes pacẽ, ueniamq; petentes. *item,* Exorat pacem diuûm. *Ergo* Pace, *beneuolentia, suffragio. Dicendo autem:* Si ad Italiã sine deorum uoluntate uenerunt, dent pœnas: *ostendit statum esse absolutum, & insinuatione utitur, id ficta conditione concedendo, quod non esse uerũ Venus conscia est. ut deinde, quũ diu rem indignam ostenderit, & indignitatem auxerit, nihil simile à se factum ostendẽs, magis ac magis Iouis exoret fauorem.* Inuito numine Troës.) *Syllepsis per genus est.* Luant peccata.) *Luant, id est, absoluant. Dicimus autem &* Luo pœnã *melius, &* Luo peccatũ: *nam peccatum soluitur pœna. qui enim crimine tenetur obnoxius, eum pœna à pristina liberat obligatione. contrà* Luo pœnam *si dixeris, non procedit: quare pœna soluatur. tamen autoritas licenter ista confundit timore quo solet poni: uel à sequenti quod præcedit, uel à præcedenti quod sequitur.* Neq; illos iuueris auxilio.) *Concessiuus est modus, secundum* Probũ: *nanq; in artibus non inuenitur. fit autem quoties tædio contentionis quasi uidemur concedere, quod tamen nolumus fieri. nam id agit* Venus *hoc loco, ut* Iuppiter *magis præstet auxiliũ.* Responsa secuti.) *hoc est, si non solum prohibiti non sunt, sed eis concessum est.* Superi.) *ut* Apollo. Manes.) *ut* Creusa, *&* Anchises. Quisquã.) *Verecundè, quia apud maritũ contra uxorem agit.* Exustas Erycino in littore classes.) *Argumentum est utrum habeat uoluntatem nocendi, quæ nocuit.* Erycino in littore *aũt, secundũ opinionẽ suam dixit: nam alij apud* Caietã *dicunt exusta nauigia, unde* καίειν *urere, &* Caieta *dicta est.* Actam nubibus Irim.) *impulsam, scilicet ut persuaderet matribus incendiũ nauium: aut secun-*

aut secundum artem rhetoricam rem unã in duas diuiserit: nam per trim manes excuſſæ ſunt. Sed melius eſt, ut non ſit iteratio, & ad Turnum miſſam intelligere. Nec nos commoueat ordo conuerſus: ſolent enim grauiora in principijs & in fine, ſecundũ artem rhetoricam poni.

Nubibus.) per nubes. *Sors rerum.) id eſt, regnum: nam per ſortem inter ſe fratres mundi regna diuiſerunt, quæ Iuno præter inferos in Troianorum perniciem mouerat.* *Superis immiſſa.) Ac ſi diceret, Non iam Troianis, ſed dijs. Reſpexit autẽ ad illud, Et cæli cõuexa per auras.* *Bacchata per urbeis.) perfuruit. & bene Bacchata per urbes, quia per ſimulationẽ ſacrorũ Liberi patris matres egerat in furorem.* *Super imperio.) de imperio: ut, Multa ſuper Priamo rogitans. Eſt autem uerecunda petitio, & obliqua, per quã magna Ioui inuidia commouetur.*

Nunc etiam manes (hæc intentata manebat
Sors rerum) mouet: & ſuperis immiſſa repente
Alecto, medias Italûm bacchata per urbes,
Nil ſuper imperio moueor. ſperauimus iſta
Dum fortuna fuit: uincat quos uincere mauis.
Si nulla eſt regio, Teucris quam det tua coniux
Dura, per euerſæ genitor fumantia Troiæ
Excidia obteſtor, liceat dimittere ab armis
Incolumem Aſcanium, liceat ſupereſſe nepotem,
Aeneas ſanè ignotis iactetur in undis.
Et quancunq; uiam dederit fortuna, ſequatur.
Hunc tegere, & diræ ualeam ſubducere pugnæ.
Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atq; Cythera,
Idaliæq; domus: poſitis inglorius armis
Exigat hic æuum: magna ditione iubeto
Carthago premat Auſoniam: nihil urbibus inde

Sperauimus iſta.) Abſolutè dixit. *Coniux dura.) Hic diſtinguendum, ne duo incipiant eſſe epitheta, Dura fumantia excidia: quod contra artem ſit, nulla interpoſita cõiunctione. Nulla autem regio, inuidioſe dixit: ut ſuprà in Primo, Cunctus ob Italiã terrarũ clauditur orbis. quũ à ſola arceantur Italia.* *Per euerſæ genitor fum. Troiæ.) Quũ dicimus, Rogo te per deos, hoc uidemur dicere, Memineris religioni curæ eſſe petitionẽ meam. ſicut in Primo expreſſit, At ſperate deos memores fandi atq; nefandi. Quum aũt dicimus, Rogo te per miſerias meas, uidemur dicere, Memineris ab eo te rogari, qui miſerias pertulit. ut qui rogatur ad miſericordiam, miſeriarum commemoratione flectatur: ſicut eſt nunc in Veneris petitione. nam ideo ſic rogat, ut commemoratione infelicitatis Troianæ impetret miſericordiam. aliàs ſtultum eſt, quum adiuratur Iuppiter per excidia Troianorum.* *Incolumem Aſcanium.) Ideo Venus pro Aenea non petit hoc loco, non quia pro eo non mouetur, ſed aut quia ſcit eum celerius eſſe moriturum, aut quia ſoli Aſcanio debetur imperium: ut, Cui regnum Italiæ Romanaq; tellus Debetur.* *Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos.) Cypri inſulæ ciuitates ſunt, Veneri conſecratæ.* *Cythera.) inſula Veneri conſecrata. Dicimus autem hæc Cythera in plurali, ſicut hæc Solyma, & hæc Artaxata, & Megara.*

Idaliæq; domos.) Idalium ciuitas Cypri. *Inglorius.) ſine triumphis, immemor gloriæ.*

Inde.) ab Aſcanio Tyrij nihil timebunt: & uerum eſt, nam Scipio uaſtaturus eſt Africã.

Quid pestem euadere belli Iuuit?) In fine iam agit miserabiliter, sicut egit in principijs. nam hoc præcipit ars rhetorica,, ut epilogi & principia pari ratione tractentur. Pestem autem incendium significat: ut, Et toto descendit corpore pestis. quum de nauibus loqueretur incensis. Fugisse per igneis.) Exprimit quid sit belli pestem euadere. Recidiua Pergama.) renascentia. Tractus autem sermo est de arboribus, quæ alijs sectis repullulant. Ergo illud solum Recidiuum dicimus, quod postea renascitur: unde modò Recidiua dixit, quæ renouantur ab his, qui sunt superstites Troianis periculis. Cineres patriæ insedisse.) Propter illud, Dulcet'q meorũ Relliquias colerem. Atque solum quo Troia fuit.) Vt in Tertio, Et cãpos ubi Troia fuit. Xanthum & Simoẽnta

Obstabit Tyrijs. quid pestem euadere belli
Iuuit? & Argolicos medios fugisse per ignes?
Totq́ maris, uastæq́ exhausta pericula terræ,
Dum Latiũ Teucri, recidiuaq́ Pergama quęrũt?
Non satius cineres patriæ insedisse supremos,
Atq solum quò Troia fuit? Xanthũ & Simoẽnta
Redde oro miseris, iterumq́ reuoluere casus
Da pater Iliacos Teucris. tum regia Iuno
Acta furore graui: quid me alta silentia cogis
Rumpere? & obductum uerbis uulgare dolorem?
Aenean hominum quisquam diuûmq́ subegit
Bella sequi? aut hostem regi se inferre Latino?
Italiam petijt fatis autoribus, esto,
Cassandræ impulsus furijs: num linquere castra

Redde oro miseris.) Ambiguũ est, utrum dicat Redde nobis reuera Troiam antiquã, an Redde nobis terras in Italia ad similitudinem Troiæ. Nouimus enim hanc consuetudinẽ fuisse, ut aduenæ patriæ suæ imaginem sibi redderent: ut, Effigiem Xanthi Troiamq́ uidetis. Bene ergo Venus medio usa est genere loquendi, ut utrunq significaret. & antiquæ Troiæ redditum & imperiũ Italiæ, quod Troianis ad similitudinem Troiæ fore Iuppiter promiserat: & magis hoc est, quod latẽter desiderat atq petit. Iterũq reuoluere casus.) Si ad Troiã uis referre, sic dic: Da nobis Troiam per naufragia & pericula: id est, patiamur denuo quæ pertulimus, duntaxat Troia nobis reddatur. Si uerò ad Italiam uis referre, sic intellige. Redde nobis Italiam, & libenter repetemus ea, quæ in Troia pertulimus. Alta silentia.) Iuno ubiq silens inducitur: unde ei oratio, nisi eximia necessitate, non datur. hinc est, Acta furore graui. Statius, Iunonem tacitã furibunda silentia torquent. Et notandũ, quòd sigillatim dicta Veneris hac oratione soluuntur. Silentia cogis rumpere.) Silentiũ rumpere est omnino tacere: unde apparet usurpatiuè dictũ esse, Composito rumpit uocem, id est, loqtur. nam Vocem rumpere, silere est: Silentiũ rumpere, loqui. Obductũ dolorem.) celatũ, & diuturna iam cicatrice coopertũ: nam Obduci dicuntur uulnera, quæ cicatrice claudũtur.

Aenean hominũ quisquã.) Celat quæ facta sunt, quæ non sunt facta cõmemorat: nam nõ Aeneas, sed Turnus instinctu Iunonis bella cõmouit. Vtitur aũt replicatione rerũ obiectarum: pòst enim sequitur resolutio. Esto.) modò aduerbiũ est concedentis: nam Græcũ est ἔσω. illo aũt loco uerbum est, Esto nunc sol testis. Cassandræ impulsus furijs.) Bene Furijs plurali numero, quod de uaticinantibus non dicitur: ut uideantur meritò esse decepti, qui Cassan

qui Cassandræ insanienti crediderunt. quod falsò dicitur à Iunone, sicut ex uerbis probamus Anchisæ, qui ait in Tertio, Quèm tum uates Cassandra moueret? Vitam cōmittere uentis.) id est, incertis & inanibus rebus. Num puero summā belli.) Exaggeratio est ab ætate. Tyrrhenámue fidem.) inire societatem cum inimicis gentibus: aut certè disrūpere fœdera, quæ Turnus cum Tyrrhenis inierat. Sciendum sanè Turnum auxiliorum causa ad

Hortati sumus? aut uitam committere uentis?
Num puero summā belli, num credere muros?
Tyrrhenamúe fidem, aut gentes agitare quietas?
Quis deus in fraudem? quæ dura potentia nostra
Egit? ubi hic Iuno? demissaúe nubibus Iris?
Indignum est Italos Troiam circundare flammis
Nascentem, & patria Turnum consistere terra,
Cui Pilumnus auos, cui diua Venilia mater.
Quid face Troianos atra uim ferre Latinis?
Arua aliena iugo premere, atq; auertere prædas?
Quid soceros legere, & gremijs abducere pactas?
Pacem orare manu? præfigere puppibus arma?
Tu potes Aeneam manibus subducere Graiûm,
Proq; uiro nebulam, & uentos obtendere inanes:

Mezentium confugisse. Gentésque quietas.) nam licet uellent in bella prorumpere, tamen erāt quietæ, propter illud oraculū, Externos optate duces. Quis deus in fraudem.) in periculū. ita enim in iure lectū est, Fraudi erit illa res, id est, periculo. Quæ dura potētia nostra.) Ad illud respicit, Si nulla est regio Teucris, quam det tua coniux Dura. Nubibus Iris.) Propter illud, Aut actam nubib. Irim. Indignum est Italos Troiam circundare flāmis.) Rhetoricum est: nam quoties aliqua non possumus soluere, paria opponimus: quod nunc Iuno facit. nam negare non potest, nec soluere, quia obsidentur Troiani. unde dicit: Hoc indignum est Troianos obsideri, aliena eos matrimonia præripere dignum est. sic in Bucolicis, Dic quibus in terris inscripti nomina regum.

Pilumnus auus.) Comparat genus Turni cum Aenea, dicens etiā auum eius esse deum. Item ad Veneris obtrectationē dicit, Cui Venilia mater: nam Venilia nympha est. Pilumnū autem ideo Turni auum dicit, ut à uicino nobilis genere esse uideatur: sicut est Aeneas. nā paulo pòst dictura est, Pilumnusq; illi quartus pater. Atra face.) sæuo bello. & est belli diffinitio: unde Home. ὣς οἱ μὲν μάρναντο. non enim facibus pugnauerāt. Auertere prædas.) Inuidiose: cæterum nihil rapuerant. Legere.) furari. unde & Sacrilegi dicuntur qui sacra legunt, hoc est, furātur. alibi, Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper. Gremijs abducere pa.) Nam ante usum tabularū matrimonij cautiones sibi inuicem emittebāt: in quibus spondebant se consentire in iura matrimonij, & fideiussores dabant. unde admissum est, ut dicamus uirum à spondendo Sponsum. cæterū propriè Sponderi puellæ est. ergo Sponsus non quia promittitur, sed quia spondet & sponsores dat. Sanè exaggeratio est nimia in eo quod ait Gremijs abducere, tanquam iam uxor esset. Præfigere puppibus arma.) Propter illud, Scuta uirum fluuio pictasq; innare carinas: scilicet quando ad petenda nauigauit auxilia. Pacem aūt orare.) propter, Centum oratores augusta ad mœnia regis ire iubet. Proq; uiro nebulam.) Ad opprobrium Viro dixit, non pro filio rem inanem

oppositam. dicit autem, quando eum Venus à Diomede liberauit, uel Neptunus ab Achille: quod Veneri imputatur, quia in eius gratiam factum est. ἀντίκα τῷ μὲν ἔπειτα κατ' ὀφθαλμῶν χέεν ἀχλὺν πηλεΐδῃ ἀχιλῆϊ. *Ventos inaneis.) uacuos. & est nebulæ diffinitio. Et potes in totidem classem cõuertere nymphas.) Licet hoc Mater deûm fecerit, tamē hoc Veneri imputatur, quia in eius gratiam factum est: ut in illo loco, Quas illi Philomena dapes, cũ Progne fecerit. sed propter Philomenam. aut certè quia Venerem dicũt esse Matrē deûm. Aeneas ignar. abest.) Ea quæ soluere non possumus, irridemus: ut hoc loco. sic in Bucolicis præmisit, Diuini opus Alcimedontis. Postea per irrisionē ait, Et nobis idem Alcimedō duo pocula fecit.*

Et potes in totidem classem conuertere nymphas.
Nos aliquid Rutulos contra iuuisse nefandũ est.
Aeneas ignarus abest: ignarus & absit.
Est Paphos Idaliumq́ tibi, sunt alta Cythera:
Quid grauidā bellis urbē, & corda aspera tentas?
Nos ne tibi fluxas Phrygiæ res uertere fundo
Conamur? nos, an miseros qui Troas Achiuis
Obiecit? quæ caussa fuit consurgere in arma,
Europamq́, Asiamq́, & fœdera soluere furto?
Me duce Dardanius Spartā expugnauit adulter?
Aut ego tela dedi, fouiq́ Cupidine bella?
Tum decuit metuisse tuis: nunc sera querelis
Haud iustis assurgis, & irrita iurgia iactas.

Grauidā bellis urbem.) alibi, Populosq́ feroces Contundet. Vrbem aũt prouinciam dicit, quomodo, Italiam quæro patriam. Nos ne tibi fluxas.) Status relatiuus, per quem ostendit Venerem magis Troianis causam fuisse periculorum. Fluxas.) molleis, quæ possent etiā sine inimicis perire. Fluxas.) fluxā rempu. Fœdera soluere furto.) Legitur in historijs, quod Troiani cum Græcis fœdus habuerunt: unde & Paris susceptus est hospitio, & sic commisit adulterium. Ergo soluere fœdera furto, amicitias adulterio dissipare. nam Furtum est adulteriũ, unde est, Et dulcia furta. Et euersi Ilij hæc uera causa est: nā fœdera quæ inter Græcos et Troianos fuerunt, ita soluta sunt. Hercules quũ expugnato Ilio filiam Laomedontis Hesionam, Priami sororem, Telamoni dedisset, profecti sunt legati cum Priamo, & eam minimè repetere potuerunt, illis dicentib. se eam habere iure bellorũ. unde cõmotus Priamus misit Paridem cum exercitu, ut aliquid tale abduceret, aut uxorē regis, aut filiā: qui expugnata Sparta, Helenā rapuit. hinc Vergilius utrunq́ tangit, & historiā istam quam modò diximus, & propter iudicium Paridis: quamuis fabula sit illa res, & à poëtis composita. Qui Troas Achiuis.) Atqui de Venere loquitur: sed quia dei arsenothelis sunt, ut diximus suprà, ideo sic dixit. nam in subauditione ponũtur ea, quæ nõ possumus dicere. Dardanius.) Propter iniuriā Aeneæ hoc posuit, quia Dardanus dicitur. nam peritè dubiũ nomen elegit, qui cõtumeliam cõmunicaret Aeneæ. Spartā expugnauit.) hoc de historia est, ut diximus. nā sollicitata Helena quũ Parim sequi noluisset, egressus ille ciuitatē obsedit: qua euersa Helenā rapuit, unde & recipi meruit à marito. Tela dedi.) aut amori, aut bello. Decuit metuisse.) Optima est elocutio: nam utrũq́ est præteriti tẽporis. si enĩ dixeris, Decet metuisse, incongruũ est: quia Decet præsentis est, Metuisse præteriti. Sera.) pro sero. Iactas.) uentilas.

Talibus orabat Iuno, cunctiq; fremebant
Cælicolæ assensu uario: ceu flamina prima
Cum deprensa fremunt syluis, & cæcà uolutant
Murmura, uenturos nautis prodentia uentos.
Tum pater omnipotẽs, rerũ cui summa potestas,
Infit: eo dicente deûm domus alta silescit,
Et tremefacta solo tellus, silet arduus æther,
Tũ Zephyri posuere, p̃mit placida ęquora põtus:
Accipite ergo animis, atq; hæc mea figite dicta.
Quandoquidẽ Ausonios cõiungi fœdere Teucris
Haud licitũ est, nec uestra capit discordia finem,
Quæ cuiq; est fortuna hodie, quã quisq; secat spem
Tròs, Rutulusue fuat, nullo discrimine habebo:
Seu fatis Italûm castra obsidione tenentur,

tilas. Orabat.) *loquebatur cum arte: unde & Oratores dicimus. nam Rogabat si dixeris, non procedit, quia magis cõuitiabatur.* Assensu uario.) *Quia pars Veneri fauebat, pars Iunoni.* Ceu flamina prima Quum deprensa fremũt syluis, & cæca uolutãt Murmura.) *Non tempestatis facit comparationem, sed signa tempestatis futuræ. quadam enim arcana ratione fit, ut sit murmur in syluis ante uentorũ aduentum, ut testatur Lucanus, quũ Amyclas Cæsari futura signa tempestatis enarrat: Sed mihi nec motus nemorũ, nec littoris ictus, Nec placet incertus qui prouocat æquora Delphin. Vnde ait Cæca murmura, quorum ratio nõ apparet: ut, Cæciq; in nubib. ignes Terrificant animos. & sic in Georgicis, Cõtinuo uentis surgentibus aut freta Ponti Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis Montibus audiri fragor.* Tremefacta solo tellus.) *Loquẽte Ioue stupor elementorũ ostenditur per naturæ mutationem. nam quicquid in æterno motu est, quieuit: & cõtrà terra mota est quæ semp immobilis: unde Horat. Et bruta tellus.* Accipite ergo animis.) *Totus hic locus de primo Lucilij translatus est, ubi inducuntur dij habere consilium, & agere primò de interitu Lupi cuiusdã iudicis rei, postea sententias dicere. sed hoc quia indignũ erat heroico carmine, mutauit, & induxit primò Iouem loquentẽ de interruptis fœderib. cuius orationẽ interrupit Venus, pòst secuta Iunonis uerba sunt, quibus redarguit Venerẽ: unde nunc Iuppiter ad illud quod omiserat redit, dicens, Ergo quoniã pacẽ esse non sinitis, ea quæ sum dicturus accipite.* Quandoquidẽ.) *Bene sentẽtiæ dicendæ ordinẽ seruat. nam sicut in Sallust. & in Philippicis legimus, anteq̃ dicatur sententia, præmittitur ratio. quod hodie in usu est.* Haud licitũ est.) *Et Licuit dicimus, & Licitũ est: sicut & Placuit, & Placitũ est. Terent. Vbi sunt cognitæ, placitæ sunt.* Quæ cuiq; est fortu. ho.) *Specialiter Iuppiter pro Troianis agit, sed hac arte, ut uideatur totũ pro Iunone loqui. & re uera uerba pro Iunone sunt, sed altius intuens deprehendit Troianorũ fauorẽ. nam dicendo Nulli fauebo, & in eo statu fore res, in quo sunt hodie, significat se fauere Troianis, quorũ ducis aduentu statim uictoria consequetur. & uult nihil ualere ea, quæ aut Venus cõquesta fuerat de absentia Aeneæ, aut Iuno de Turni parentibus dixerat, in eius scilicet cõmendationem.* Secat.) *sequitur, tenet, habet: ut, Ille uiam secat ad naueis. unde & Sectas dicimus habitus animorũ, & instituta philosophiæ circa disciplinam.* Fuat.) *id est, fuerit: futuri temporis est uerbũ defectiuũ.* Seu fatis Italûm ca. obsi. te.) *Siue malo fato Italorũ,*

castra

castra obsidentur Troiana, siue Troiani malo errore & sinistris monitis ad Italiã uenerunt, neminem absoluo. unde propter amphibologiam sic distingue Italum, & infer Castra obsidione tenentur, scilicet Troianorũ. ipsi enim obsidentur, non Itali. Soluo.) *absoluo: nam aphæresim pertulit.* Monitisq́ sinistris.) *Propter, Cassandræ impulsus furijs.* Exorsa.) *rerum initia, actus hodierni diei.* Laborem, fortunamq́.) *periculũ & felicitatem.* Fata uiam inuenient.) *Scit enĩ hoc esse fatale, ut Aeneas imperet in Italia.* Stygij per flumina fratris.) *Hypallage est, per Stygia fratris flumina. & bene etiam iure iurãdo cõfirmat.* Et totum nutu tremefecit Olympum.) *Hom. est,* μέγα δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον. Portis circum omnib. instãt.) *instant portis omnibus circum, id est, circumcirca fusi. nam modò Circum aduerbium loci est.* Vallis.) *intra uallos, id est, fustes fossarum, qui Valli uocantur. nam munitio ipsa Vallũ dicitur neutraliter. & hoc dicit, tenebantur Troiani intra uallos, quos ipsi posuerũt, ne eorũ castra facile irrũperent Rutuli. Vallũ enim non modo obsidentiũ, sed obsessorũ debemus accipere.* Ne spes ul. fugæ.) *Fuga miserrimũ & ultimũ præsidium est, tamẽ hoc etiã carebant.* Imbrasides.) *Imbrasij filius.* Icetaonius.) *Icetaonis filius. & bene ex uarietate syllabarum quæsiuit ornatũ. nam patronymica aut in des, aut in ius exeũt, quibus & uti possumus. quæ enim in on terminantur, ad nos transire non possunt, ut* ὠκεανόν.

Senior cum Castore Thybris.) *Possumus & solũ Thybrim accipere senem. possumus & Castorem, si legamus Et senior cum Castore: nam amphibologia est.* Prima acies.) *hoc est, magni uiri. & est diffinitio eorũ q in prima acie fuerũt. unde laudis magis est quòd dixit Prima acies. ordinis enĩ esse nõ potest, quia res in muro agitur.* Germani Sarpedon.) *Aut inter se germani filij Sarpedonis, aut Sarpedonis fratres.* Ab alta.) *nobili.* Lyrnesius.) *id est, Phryx. Lyrnesos enim ciuitas est Phrygiæ, unde fuit Briseis.* Menestheo.) *Non Mnestheo (de quo paulo pòst dicturus est) legendum est, ne uersus non stet: sed Menestheo, ita tamen*

Siue errore malo Troiæ, monitisq́ sinistris,
Nec Rutulos soluo: sua cuiq exorsa laborem
Fortunamq́ ferent: rex Iuppiter omnibus idem.
Fata uiam inuenient: Stygij per flumina fratris
Per pice torrentes, atraq uoragine ripas.
Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.
Hic finis fandi. solio tum Iuppiter aureo
Surgit, cælicolæ mediũ quem ad limina ducunt.
Interea Rutuli portis circum omnibus instant
Sternere cæde uiros, & mœnia cingere flammis.
At legio Aeneadum uallis obsessa tenetur.
Ne spes ulla fugæ: miseri stant turribus altis
Nequicquam, & rara muros cinxere corona.
Iasius Imbrasides, Icetaoniusq́ Thymœtes,
Assaraciq duo, & senior cum Castore Thybris,
Prima acies: hos germani Sarpedonis ambo,
Et clarus Ethemon Lycia comitantur ab alta.
Fert ingens toto connixus corpore saxum
Haud partem exiguam montis Lyrnesius Agmõ,
Nec Clycio genitore minor, nec fratre Menestheo:

ita tamen, ut meminerimus ultimam ſyllabam eſſe ſynæreſim propter rectam ſcanſionem. Hi iaculis.) Rutuli ſcilicet. Saxis.) Troiani. Veneris iuſtiſſima cura.) quia illi debebatur imperium. Caput detectus.) ſine galea, quaſi nō pugnaturus: nam audierat, Cætera parce puer bello. erat autem inter duces quaſi dux. Honeſtum.) pulchrũ. Terentius: Itaſme Dij bene ament, honeſtus eſt. Micat.) ſcilicet Aſcanius, fulget qualiter gemma. Aut collo, aut capiti.) Figuratè: nam colli uel capitis erat commune.

Hi iaculis, illi certant defendere ſaxis,
Moliriꝗ ignem, neruoꝗ aptare ſagittas.
Ipſe inter medios, Veneris iuſtiſſima cura,
Dardanius caput ecce puer deiectus honeſtum,
Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurũ,
Aut collo decus, aut capiti: uel quale per artem
Incluſum buxo, aut Oricia terebyntho
Lucet ebur, fuſos ceruix cui lactea crines
Accipit, & molli ſubnectit circulus auro.
Te quoꝗ magnanimæ uiderunt Iſmare gentes
Vulnera dirigere, & calamos armare ueneno,
Meonia generoſe domo, ubi pinguia culta
Exercentꝗ uiri, Pactolusꝗ irrigat auro.
Affuit & Mneſtheus, quem pulſi priſtina Turni
Aggere murorum ſublimem gloria tollit.
Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi.
Illi inter ſeſe duri certamina belli
Contulerant, media Aeneas freta nocte ſecabat.
Nanꝗ ut ab Euandro caſtris ingreſſus Hetruſcis
Regem adit, & regi memorat nomenꝗ genusꝗ,
Quidúe petat, quidúe ipſe ferat, Mezentius arma

Oricia terebyntho.) Oricos ciuitas eſt Epiri, iuxta quam naſcitur terebynthus, nigrum lignum, habẽs ſoliditatẽ in buxi ſpeciẽ. Retulit autem comparationem ad candidũ uultũ, qui erat crinibus cinctus. Magnanimæ.) ſcilicet gẽtes. Iſmare gẽtes.) Modo nomen eſt proprium: nam Iſmarius facit appellatiuũ, à monte Iſmaro Thraciæ. Vulnera dirigere.) aut uulnus pro ſagitta poſuit: ut in Secũdo, Inſequitur infeſto uulnere Pyrrhus. Aut acerrime expreſſit ineuitabiles ſagittas, dicens eum uulnera, non tela dirigere. Meonia.) Lydia, quæ ante Meonia dicebatur. Pactolusꝗ irrigat auro.) Pactolus & Hermus Lydiæ flumina ſunt, aurum ſicut Tagus trahentia. Et Capys, hincꝗ nomẽ Campanæ ducitur urbi.) Iſte quidem dicit à Capye dictã Campaniam: quod & Lucanus ſenſit, Mœnia Dardanij tenuit Campana coloni. Sed Liuius uult à locis campeſtribus dictam, in quibus ſita eſt. Sed conſtat eam à Thuſcis conditam, uiſo falconis augurio, qui Thuſcia lingua capys dicitur, unde eſt nominata Cãpania. Thuſcos autem omnem penè Italiam ſubiugaſſe manifeſtum eſt. Contulerant.) nocte interueniente peregerant. & eſt explanatio rerũ, quas Aeneas geſſit poſtquam eſt profectus ab Euandro ad petenda auxilia, dum inter ſuos & Turnũ bella gerebantur. Rem enim ante omiſſam breuiter exequitur. Quid petat.) ſcilicet auxilium. Quidúe ipſe ferat.) uiciſſitudinem auxilij: ut ſuprà, Accipe daꝗ fidem. Mezentius arma Quæ ſibi conciliet.) Inijcit latenter

timorē, nē forte poſſit collectis auxilijs in regna peruenire, à quibus fuerat ante depulſus.

Violentaq́ pectora Turni.) ſuperba: ut, Quos illi bello profugos egere ſuperbo. *Humanis quæ ſit fiducia reb.) Latēter hoc dicit: Nolite hoc putare, fixā eſſe & ſtabilem felicitatē. magna enim eſt rerum uarietas: inuicē accipietis auxilia.* *Admonet immiſcetq́ preces.) Partim rogat, partim admonet hoc ſolatiū eſſe uitæ humanæ tutiſſimum, ſi uel mutua dentur auxilia: uel ſi in proſperis poſiti etiā ſubiecta cōſiderēt, et eſt ſuperioris uerſus expreſſio: nā edocet quæ peterēt, & quod eum ſollicitabat. Admonet uero uel cauſa Mezentij, uel quia inſtabilis eſt & uaga fortuna.* *Tarcon.) Hoc nomē græcè ubiq; poſuit, excepto uno loco: ut, Haud pcul hinc Tarco & Tyrrheni: quod metri cauſa fecit.* *Libera fatis.) exempta fatali neceſſitate, qua pugnare non poterant: propter illud, Externos optate duces.* *Prima tenet.) more uiri fortis in principijs eſt. alibi, Princeps ante omnes denſum Palinurus agebat Agmen.*

Roſtro Phrygios ſubiuncta leones.) Vult pro iugo roſtrum nauis fuiſſe: leones autem ſingulos in ſingulis nauis partibus fuiſſe depictos. Sanè notatur à Criticis Vergilius hoc loco, quemadmodum ſic cito dixit potuiſſe naues Aeneæ fieri: quod excuſat pictura, quam ſolam mutatam debemus accipere. *Gratiſſima.) Propter illic facta nauigia.* *Euentus belli uarios.) licet haberet fortiſſimū militem, cogitabat tamen incerta bellorū.* *Noctis iter.) Aut per quæ ſidera nox decurrit, aut quæ intuētes nautæ iter peragūt noctibus.* *Iam modo.) Vt, Iamq́; hos curſu, iam præterit illos.* *Pandite nūc Helicona Deæ.) Parnaſſus mons Theſſaliæ iuxta Bœotiam: qui in duo finditur iuga, Cithaeronē Liberi, & Heliconem Apollinis & Muſarū.* *Maſſicus ærata princeps ſecat æquora Tigri.) Licet catalogus ſit, in quo enumerantur hi qui uenerūt de Thuſcia: inuenit tamen aliquā uarietatē, quod hos nauibus ueniſſe cōmemorat, quū in ſeptimo Turni præſidia per terram ueniſſe cōmemorauerit. Sanè ſciendū amare Vergiliū Italis ducibus dare nomina uel fluuiorū, uel montiū. ut ergo ſuprà Almeonem & Auentinū cōmemorauit, ſic nunc Maſſicū dicit: nam Maſſicus mons eſt, unde & uinum Maſſicum dicitur. pleriq; tamen Maſſicū nolunt nomen eſſe proprium, ſed appellatiuū, dicentes Oſiniū eſſe Maſſicū regem. nam paulo pòſt dicturus eſt, Qua rex Cluſinis*

Quæ ſibi conciliet, uiolentaq́ pectora Turni
Edocet, humanis quæ ſit fiducia rebus
Admonet, immiſcetq́ preces. haud fit mora, Tarcon
Iungit opes, fœdusq́ ferit: tum libera fatis
Claſſem conſcendit iuſſis gens Lydia Diuûm,
Externo commiſſa duci: Aeneia puppis
Prima tenet, roſtro Phrygios ſubuecta leones.
Imminet Ida ſuper profugis gratiſſima Teucris.
Hic magnus ſedet Aeneas, ſecumq́ uolutat
Euentus belli uarios: Palasq́ ſiniſtro
Affixus lateri, iam quærit ſidera opacæ
Noctis iter, iam quæ paſſus terraq́ mariq́.
Pandite nunc Helicona Deæ, cantusq́ mouete:
Quæ manus interea Thuſcis comitetur ab oris
Aenean, armetq́ rates, pelagoq́ uehatur.
Maſſicus ærata princeps ſecat æquora Tigri.

finis aduectus Osinius oris: & nunc dicit, Qui mœnia Clusi. multi alium Massicũ, alium Osiniũ esse uolunt. Tigri ærata.) *cuius rostrũ erat in similitudinẽ tigridis. nanq; solẽt naues uocabula accipere à pictura tutelarum. hinc est, Hũc uehit immanis Triton. Item, Et aurato fulgebat Apolline puppis. Tigri aũt secundũ regulã dixit, nam græca nomina quæ genitiuũ singularem in is mittunt, in eo tantũ & in datiuo crescunt, in nominatiuo accusatiuo uoca-*

Sub quo mille manus iuuenũ, qui mœnia Clusij,
Quiq; urbem liquere Cosas: quis tela sagittæ,
Choritiq; leues humeris, & letifer arcus.
Vnà toruus Abas: huic totum insignibus armis
Agmen, & aurato fulgebat Apolline puppis.
Sexcentos dederat illi Populonia mater
Expertos belli iuuenes: ast Ilua trecentos
Insula in exhaustis Chalybum generosa metallis.
Tertius ille hominum Diuûmq; interpres Asilas,
Cui pecudum fibræ, cœli cui sidera parent,
Et linguæ uolucrum, & præsagi fulminis ignes,
Mille rapit densos acie, atq; horrentibus hastis.
Hos parere iubent Alpheæ ab origine Pisæ,

tiuo & ablatiuo paria sunt, ut tigris tigridis tigridi tigrim ò tigris tigri. Isis isidis isidi isin isis isi. si aliter inuenerimus, abusiuè dictũ est: ut in Lucano, Ocyor & cœli flammis & tigride fœta. Mœnia Clusi.) *pro Clusij, nam Clusium dicitur. & est dictum p synæresim: sicut, Nec cura peculi, p peculij. Clusium autem oppidum est iuxta Massicum.* Cosas.) *ciuitas Thusciæ, quæ in numero dicitur singulari secundum Sallustium: unde apparet esse usurpationem.* Choritiq;.) *Choriti proprie sunt arcuum thecæ: dicũtur tamen etiam sagittarũ, quas & pharetras nominamus.* Toruos.) *terribilis.* Fulgebat.) *scilicet puppis Apolline.* Armis.) *exercitu.* Populonia.) *ciuitas Thusciæ. matrẽ aũt eorum qui uenerãt dixit. alibi, Insignem quẽ mater Aritia misit.* Expertos.) *peritos: nã expertes sunt ignari.* Ilua.) *insula adiacẽs Thusciæ.* In exhaustis.) *quantum exhausta fuerit, tãto generosior. ergo in exhaustis nõ est una pars orationis: nanq; Plin. Secũdus dicit, Quum in alijs regionibus effossis metallis terræ sint uacuæ, apud Iluam hoc est mirũ, quod sublata renascũtur, & rursum de eisdẽ locis effodiũtur. Varro & aliud dicit, nasci quidẽ illic ferrũ, sed in stricturã.* Interpres hominũ diuûmq;.) *Interpres mediũ est: nã & deorũ interpretator & hominũ, quibus diuinas indicat mẽtes, interpres uocatur. Et notandũ qđ ait Nigidius Figulus, has artes inter se ita esse cõiũctas, ut alterũ sine altero esse non possit: unde his quos pfectos uult probare Vergil. omniũ diuinãdi artiũ præstat scientiã, ut hoc loco: ita suprà Heleno, de quo ait, Troiugena interpres Diuũ, & singula. Nigidius aũt solus est post Varronem, licet Varro præcellat in theologia, hic in communibus literis: nam uterq; utrunq; scripserũt.* Fibræ.) *iecoris extremitas. Parẽt aũt, apertissime agnoscũtur, quod ad omina referendum est, & ad fibras.* Sidera.) *uoces auiũ & fulmina: nam si uidentur tantum accipias, cuiuis possunt uideri, nec tamẽ intelligi: item uoces auium nõ uidentur, sed cognoscuntur auditæ. nec Parent, obtemperant, procedit: nam quomodo sidera, uel fibræ, uel aues, uel fulgura possunt obtemperare?* Rapit.) *raptim ducit.* Densos acie.) *in acie constrictos & coniunctos.* Alpheæ ab origine Pisæ.)

Alpheus fluuius est apud Pisam & Elidem ciuitates Arcadiæ, ubi est templum Iouis olympici, ex quibus locis uenerunt qui Pisas in Italia condiderunt, dictas à ciuitate pristina: unde addidit, Vrbs Hethrusca solo, quū præmisisset, Alpheæ ab origine Pisæ. Fidēs equo.) eques optimus. Versicoloribus armis.) depictis: per quod bellicosus ostenditur. Tercentum adijciunt.) accedunt & consentiunt eius uoluntati: unde ait, Mens omnibus una sequendi, id est, coniurati sunt.

Vrbs Hethrusca solo. seqtur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens, & uersicoloribus armis.
Tercentū adijciunt: mens omnibus una sequēdi,
Qui Cereti domo, qui sunt Minionis in aruis,
Et Pyrgi ueteres, intempestæq; Grauiscæ.
Non ego te Ligurum ductor fortissime bello
Transierim Cygne, & paucis comitate Cupauo.
Cuius olorinæ surgunt de uertice pinnæ.
Crimen amor uestrū, formæq; insigne paternæ.
Nanq; ferunt luctu Cygnum Phaëthontis amati

Qui Cereti domo.) Ac si diceret, q sunt domo Carthagine: Caere autē, ut suprà diximus, etiā Agylina dicitur: nec uideatur contrariū quod ait, Ducit Agylina nequicq̄ ex urbe secutos, quasi & Turno & Aeneæ præstet auxilium. nam illi Lausum fugientem secuti sunt, hi uero communi odio in Mezentium arma cōmouerunt. Minionis.) fluuius Minio. Pyrgi ueteres.) Hoc castellum nobilissimum fuit eo tempore, quo Thusci Pyraticam exercuerunt: nam illic metropolis fuit. Intempestæq; Grauiscæ.) Grauisca oppidum alij Intempestum dicunt, quod uentis & tempestatibus caret, quod nulla potest ratione contingere. intempestas ergo Grauiscas accipiamus, pestilentes, secūdum Plinium in Naturali in historia, & Catonem in Originibus: ut Intempestas intelligamus sine temperie, id est, tranquillitate: nam, ut ait Cato, ideo Grauiscæ dictæ sunt, quod grauem aërem sustinent. Cupauo.) Hic Cupauo, ò Cupauo: & declinatur Cupauo, sicut Cicero & Cato. Nanq; ferūt Cygnū luctu Phaëthontis amati.) Phaëthon Clymenes & Solis filius fuit, qui quum doleret obiectū sibi ab Epapho rege Aegypti, quod esset nō de Sole, sed de adulterio procreatus: duce matre uenit ad Solem, & poposcit ut si uere eius esset filius, petenda præstaret. quod quum Sol iurasset per Stygem paludem se esse facturum, petit ille ut eius currus agitaret. Sol iusiurandū negare non potuit. acceptis itaq; curribus Phaëthon, quum orbitam Solis excessisset, & cœpisset mundus ardere, à Ioue fulminatus in Eridanum cecidit, qui & Padus uocatur. huius interitū flentes sorores Phaëthusa & Lampethusa, deorū miseratione in arbores mutatæ sunt: ut hic dicit, in populos: ut in Bucolicis, in alnos. Fuit quidam etiam ligur Cygnus nomine, Phaëthontis amator, qui quum eum fleret extinctum, in auem sui nominis conuersus est: cuius nunc filium Cupauonem dicit habere cygni pennas in galea, ad formæ paternæ insigne monstrandū. Crimen amor uestrum.) Phaëthontem amatum à Cygno, aut pie, aut turpiter accipiamus necesse est. si turpiter, talis est sensus, Crimen uestrum est ò Cygne & Phaëton, & sic amastis, & hoc uobis tantum potest obijci. alij Vestrum pro tuum accipiunt, & ad solum Cygnū referunt: ut, Vos ò Calliope precor. si pie amauit, secūdum Asperum, crimen erit causa. ut alibi, Et crimine ab uno Disce omnes. ut sit sensus, ò Phaëthōtiades sorores & Cygne causa uestrum,

Populeas inter frondes, umbramq́ sororum
Dum canit, & mœstum musa solatur amorem,
Canentem molli pluma duxisse senectam.
Linquentem terras, & sidera uoce sequentem,
Filius æquales comitatus classe cateruas
Ingentem remis Centaurum promouet: ille
Instat aquæ, saxumq́ undis immane minatur
Arduus, & longa sulcat maria alta carina.
Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicæ Mantûs & Thusci filius amnis,
Qui muros, matrisq́ dedit tibi Mantua nomen:
Mantua diues auis, sed nõ genus omnibus unum.
Gens illi triplex, populi sub gente quaterni.
Ipsa caput populis, Thusco de sanguine uires,
Hinc quoq; quingentos in se Mezentius armat,
Quos patre Benaco uelatus arundine glauca
Mincius infesta ducebat in æquora pinu.
It grauis Auletes, centenaq́ arbore fluctum

strum, id est, uestræ mutationis amor est. Vmbramq́ sororũ.) *Ambitiose dictum, pro inter arbores de sororibus factas. & est unũ de ijs quæ habet* Vergilius *inimitabilia et sua propria. tale est,* Et sinuatq́ alterna uolumina crurum. Item, Cum primum sulcos æquant sata. Musa.) *carmine, cithara, cãtilena.* Canẽtem senectam.) *qui canentem senectam mollibus transegit in plumis.* Sydera uoce sequẽtem.) *cum cantu cœlũ petẽtem, uel quod est reuera relatus in sydera, sicut uidimus in sphæra.* Quales comitatus classe cateruas?) *per naues æqualiter habẽs distributas cateruas.* Ocnus.) *Iste* Ocnus, *quem in* Bucolicis Bianorem *dicit: ut,* Iamq́ sepulchrum incipit apparere Bianoris: *hic* Mantuã *dicitur cõdidisse, quam à matris nomine appellauit. nã fuit filius* Tyberis *&* Mantûs Tiresiæ Thebani *uatis filiæ, quæ post patris interitũ ad* Italiam *uenit.* Mantûs.) *Genitiuus est græcus: nam si latinè declinaueris,* Mantonis *facit: sicut in* Plauto *legimus,* Ionis. Diues auis.) *maioribus præpotens.* Sed non genus omnibus unum.) *quia origo* Mantuanorum *& à* Thuscis *uenit, qui in* Mantua *regnabant, & à* Venetis: *nam in* Venetia *posita est, quæ &* Gallia cisalpina *dicitur.* Gens illi triplex, populi sub gẽte quaterni.) *Quia* Mantua *tres habuit tribus, quæ in quaternas curias diuidebantur, & singulis singuli* Lucumones *imperabant, quos tota in* Thuscia *duodecim fuisse manifestum est: ex quibus omnibus unus præerat. hi autem totius* Thusciæ *diuisas habebãt quasi præfecturas, sed omnium populorum principatum* Mantua *possidebat: unde est,* Ipsa caput populis. Thusco de sanguine uires.) *robur totum à* Lucumonibus *habuit.* In se Mezentius armat.) *odio sui in arma compellit.* Patre Benaco uelatus arundine glauca Mincius infesta ducebat in æquora pinu.) Benacus *lacus est* Venetiæ, *de quo fluuius nascitur* Mincius. *Iure ergo dux* Venetus *fluuium prouinciæ suæ depinxit in naui, quem* Benaci *filium, quia ex ipso habet originem, dicit.* Grauis.) *fortis: ut,* Ferit ense grauem Thymbræus Osyrim. Cẽtenaq́ arbore fluctũ.) *Nõ ait remis, sed arboribus: ad exprimendã nauis magnitudinẽ, quæ plures habuit remorum ordines. unde ait* Lucan. Et summis longe ferit æquora remis.

Marmore.)mari. Cærula.) Cærulea freta, non cærulea concha: nam uersus non stat. Hispida.) horrida, setosa. Frons hominem præfert.) Modo primam hominis partem intelligere debemus: nam hoc dicit à capite usq; ad ima latera hominis monstrabatur effigies. Terdenis.) xxx. accipiamus naues fuisse, non ut quidam uolunt singulos duces triceenas habuisse. nam enumeratorum militum non conuenit numerus, præsertim quum sequatur Subsidio Troiæ, id est, paruo auxilio. nam apud maiores bella non ambitu, sed uirtute constabant.

Verberat assurgẽs, spumãt uada marmore uerso.
Hunc uehit immanis Triton, & cærula concha
Exterrens freta: cui laterum tenus hispida nanti
Frons hominẽ præfert, in pistrim desinit aluus.
Spumea semifero sub pectore murmurat unda.
Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant
Subsidio Troiæ, & campos salis ære secabant.
Iamq; dies cœlo discesserat, almaq; curru
Noctiuago Phœbe medium pulsabat olympũ.
Aeneas (neq; enim membris dat cura quietem)
Ipse sedens clauumq; regit, uelisq; ministrat.
Atq; illi medio in spacio chorus ecce suarum
Occurrit comitum, nymphæ, quas alma Cybelle
Numen habere maris, nymphasq; è nauibus esse
Iusserat: innabant pariter, fluctusq; secabant,
Quot prius æratæ steterant ad littorę proræ.
Agnoscunt longe regem, lustrantq; choreis,
Quarum quæ fandi doctissima Cymodocea
Pone sequens dextra puppim tenet, ipsaq; dorso
Eminet, ac lęua tacitis subremigat undis.
Tum sic ignarũ alloquitur: uigilas'ne Deûm gens

Phœbe.) Luna: sicut Sol, Phœbus. itẽ Titan Sol, & Titanis Luna. describit aũt noctẽ mediã, et dicit finitũ diem secũdum Romanũ ritum. nec Lunæ fit sine causa cõmemoratio, nam aliter nymphæ uideri nõ poterãt. Noctiuago cur.) Cursus eni Lunæ nõ rectus est per zodiaci medium sicut solis, qui cursus agit per eclipticam lineam, quæ zodiacum bifariã diuidit, cum Luna ad extremas zodiaci decurrat oras, nunc in austrũ, nunc in septentrionem declinãs & uagans. id autem uagum appellatur, quod non rectam secat uiam, sed errare dicitur: unde & ἀπὸ τῆς πλάνης, id est, ab errore, πλανῆται uocati sunt. Clauũq; regit.) Iam ei & in Quinto gubernãdi dedit peritiam. Medio in spa.) inter nauigandum. Cybelle alma.) Mater deûm Cybele dicta est, uel ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλήν, quod semper Galli per furorem motu capitis comam rotãtes, ululatu futura prænunciabant. Lucan. Crinemq; rotantes Sanguinei populis ulularunt tristia Galli. uel à Phrygiæ montibus ubi colitur, quos Cybelos uocant. Cybelle autẽ bachius est, id est, pes ex prima breui constans & duabus longis: nam Cybele anapestus, ut Hic mater cultrix Cybele. Quot prius.) subtraxit Tot. Doctissima Cymodocea.) Poëticè, sicut mutatio ipsa etiam confingitur: nam stultissimum est quod ait quidã, ideo doctissima, quia Ilionei nauis fuit. Dorso emi.) peritia natandi ostenditur. Subremigat.) subnatat.

natat. Vigilasne Deûm gens.) uerba sunt sacrorum: nam uirgines Vestæ certa die ibant ad regem sacrorũ, & dicebant, uigilás ne rex? uigila. quod Virgilius iure dat Aeneæ, quasi & regi, & quem ubiq; & pontificem & sacrorum peritum inducit. Deûm gens.) propter, Dijs genite & genitura deos. Pinus.) Hoc loco secundum quartam declinationem dixit, in Bucolicis iuxta secundam: ut, Mænalus argutum nemus pinosq; sequentes Semper habet. Nos sumus.) Loquitur per diffinitiones. Perfidus.) qui post fœdus bella cõmouit. hinc Latinus, Ipsi has sacrilego pẽdetis sanguine pœnas. Inuiti.) ac si diceret, malueramus tibi potius seruire, q̃ in nympharũ numina cõmutari. Teq; per æquor Quær.) Hæc nobis uagandi est causa, ut te iuuare possimus. Refecit.) aut Re uacat, aut quia ante in ipsis forma fuerat nauiũ. Dedit esse Deas.) Græca figura: ut, Donat habere uiro. Iam loca iussa tenet.) Et ut suprà diximus hoc κατὰ τὸ σιωπώμενον accipiendum est: nã intelligimus eum equites misisse per terrã. Nec castris iũgãt.) aut Se subaudis, aut iungant pro iungãtur.

Aenea, uigila, & uelis immitte rudentes.
Nos sumus Ideæ sacro de uertice pinus,
Nunc pelagi nymphæ, classis tua: perfidus ut nos
Pręcipites ferro Rutulus, flammaq; premebat,
Rupimus inuitæ tua uincula, teq; per æquor
Quærimus: hanc genitrix faciem miserata refecit,
Et dedit esse Deas, æuumq; agitare sub undis.
At puer Ascanius muro fossisq; tenetur,
Tela inter media, atq; horrenteis Marte Latinos,
Iam loca iussa tenet forti permixtus Hethrusco
Arcas eques: medias illis opponere turmas,
Ne castris iungant, certa est sententia Turno.
Surge age, & aurora socios ueniente uocari
Primus in arma iube, & clypeũ cape quem dedit (ipse
Inuictũ ignipotens, atq; oras ambijt auro.
Crastina lux, mea si non irrita dicta putaris,
Ingenteis Rutulę spectabit cędis aceruos.
Dixerat, & dextra discedens impulit altam,
Haud ignara modi, puppim. fugit illa per undas
Ocyor & iaculo, & uentos ęquante sagitta.
Inde aliæ celerant cursus, stupet inscius ipse
Tros Anchisiades, animos tamen omine tollit.
Tum breuiter supera aspectãs conuexa precatur.
Alma parens Idęa Deûm, cui Dindyma cordi:

Ingentes Rutulæ spectabit cædis aceruos.) Spectabit est uera lectio. & ordo est: Si mea dicta nõ putatis irrita, crastina lux ingẽtes aceruos cædis spectabit. nam male quidã Spectabis legũt, & ad lucẽ referũt: quod non procedit. nullus enim sic loqtur, O Aenea si quæ dico minime credis, O lux crastina ingẽtis cædis aceruos spectabis. Haud ignara mo.) Moderationis, quippe quæ fuerat nauis. Inde aliæ cel.) Inde aliæ nymphæ nauiũ cursus celeriores efficiũt, sicut fecerat Cymodocea. Inscius rerũ.) quas audierãt: nã ex apto credere nõ poterat. Omine.) augurio promissæ uictoriæ. Alma parẽs Idæa Deûm.) Alma ꝓprie

est

est tellus, ab eo quod nos alat. abusiue etiam alijs numinibus epitheton datur. Terrã autem constat esse Matrem deûm: unde & simulacrũ eius cum claui pingitur. nam terra aperitur uerno, hyemali clauditur tempore. Dyndima.) *mons Phrygiæ.* Turrigeræq; urbes.) *ciuitates turritæ: unde & cum corona turrita Mater pingitur deûm.* Ad frena leones.) *Ideo hoc fingitur, quod omnis feritas maternæ subiacet affectioni, & subiugata est.*

Turrigeræq; urbes, bijugiq; ad frena leones.
Tu mihi nũc pugnæ princeps, tu rite propinques
Augurium, Phrygibusq; adsis pede diua secũdo.
Tantum effatus: & interea reuoluta ruebat
Matura iam luce dies, noctemq; fugarat.
Principio socijs edicit, signa sequantur,
Atq; animos aptent armis, pugnęq; parent se.
Iamq; in conspectu Teucros habet, & sua castra
Stans celsa in puppi: clypeũ tum deinde sinistra
Extulit ardentem, clamorem ad sidera tollunt
Dardanidæ è muris, spes addita suscitat iras.
Tela manu iaciunt: quales sub nubibus atris
Strymmoniæ dãt signa grues, atq; æthera tranãt
Cum sonitu, fugiuntq; Notos clamore secundo.
At Rutulo regi, ducibusq; ea mira uideri
Ausonijs: donec uersas ad littora puppes
Respiciunt, totumq; adlabi classibus æquor.
Ardet apex capiti, cristisq; à uertice flamma
Funditur, & uastos umbo uomit aureus ignes,

Propinques.) *familiare efficias: ut, Et proprius res aspice nostras.* Phrygibusq; adsis.) *Ac si diceret, cultoribus tuis.* Tantum effatus.) *Breuiter, ut supra ait, propter lucem iam maturam, id est, plenam: nam non crepusculũ, sed lux matura describitur.* Reuoluta.) *aperta: sicut cõtra inuolutum dicimus esse, illud qđ clausum est.* Ruebat autem, *oriebatur: ut* Ruit Oceano nox. *et est in sẽsu hysteron proteron: prius enĩ nox fugatur, sic dies oritur.* Socijs edicit.) *Secũdum edicta nymphæ.* Signa sequantur.) *uel tesseræ, uel tubarum, uel signa militaria.* Quales sub nubibus atris.) *id est, altis.* Strymmoniæ *uero grues, à fluuio* Thraciæ Strymmone, *iuxta quem habitant. hæc autem comparatio nõ ad telorum pertinet ictum, sed ad* Troianorũ *clamorem: nam &* Homerus *sic posuit, à quo sumpta est comparatio,* τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν ὄρνιθες ὡς ἤΰτεπερ κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρὸ αἵτ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον, καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον κλαγγῇ τάγε πέτονται ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων. Fugiuntq; Notos.) *aut quosuis uẽtos frigidos: nam etiam grues significant tempestatẽ futurã, ut in Georgicis legimus: Aut illum surgentẽ uallibus imis Aëriæ fugere grues. aut reuera* Notos: *horum enim calorem fugiunt, quum reuertuntur in* Thraciam. Adlabi classibus æquor.) *cum classibus labi.* Ardet apex capiti.) *Ex sequentibus intelligimus Aeneæ armorum fieri descriptionem: nam dicturus est, At non audaci Turno fiducia cessit, quamuis talia arma respiceret. Si tamen primam respicias connexionem, quasi de Turno uidetur dicere, quod non procedit.* Apex.) *coni altitudo hoc loco: est autem* Homeri *& locus, & comparatio.* παμφαίνονθ᾽. ὥς τ' ἀστέρ᾽ ἐπεσσύμενον πεδίοιο ὅς ῥά τ᾽

ὅς ῥά τ᾽ ὀπώρης εἶσιν. ἀρίζηλοι δὲ οἱ αὐγαὶ φαίνονται. πολλοῖσι μετ᾽ ἄστρασι νυκτὸς ἀμολγῷ, ὅν τε κύν᾽ ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσιν, λαμπρότατος μὲν ὅ γ᾽ ἐστὶ, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται, καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν. Hoc autē iste uiolentius posuit, quòd ille stellae tantum facit comparationem, hic etiā stellae pestiferae, respiciēs quas clades Rutulis esset illaturus Aeneas. Cometae sanguinei lugubrè.) pro lugubriter. Cometae autem Latinè crinitae stellae appellantur. & Stoici dicunt has stellas esse ultra xxxij. quarū nomina & effectus Abienus, qui iambis scripsit Vergilij fabulas, memorat. Plinius Secundus etiā dicit, Cometas stellas esse naturaleis, quae apparent certis temporibus. Itē hoc quoque commemorat, Cometas fieri de planetis quinq; unde interdum bona, interdum pessima significant. nam si de Venere aut Ioue fiant, optima pronunciant: si de Marte aut Saturno, deteriora. nam Mercurialis semper talis est, qualis ille cui adhaeret: unde & minister deorum fingitur. Hinc est quod modò ait, Cometae sanguinei lugubrè rubent, id est, noxij. Sirius ardor.) Stella est in ore Canis, quae, ut in Tertio diximus, quantum in ipsa est, pestifera est: sed pro qualitate adiacentiū, aut uincitur, aut minoribus utitur uiribus. Hinc est, quòd quum certo tempore semper oriatur, non semper est noxia. Laeuo.) noxio. Quod autem dicit Contristat lumine, quū de stella loqueretur quam armis splendentibus comparauit, bene hoc Statius ad ipsa arma trāstulit, dicēs, Armaq; in auro Tristia. Quod uotis optastis adest.) Magna ars persuadētis est, quod ut cupit fieri, in praeiudicium trahat. sic hoc loco uult Turnus ut optent pugnam eius loci, quia hanc eos dixit semper optasse. Perfringere de.) Fortiter facere. & bene uerbo usus est militari, In manibus. non iam in uotis, sed in manibus res est. Esto.) pro Sit. tertia persona est. Referto facta patrum.) Alij hic distinguunt, ut sit, Referat modo unusquisq; facta patrū & laudes. & secutus Sallu. hoc dicit, qui ait Hispanorū fuisse, ut in bella euntibus iuuenibus parentum facta memorentur à matribus. Alij distinguūt, Nunc magna referto facta: ut duas res dixerit, Nunc unusquisq; suorum factorū meminerit, & laudis parentum. Versat quos du. c.) cogitat quidem, sed non facit, ne diuiso exercitu utrobiq; uincatur: quod sequētia indicāt. nā paulo pòst dicturus est, Et rapit acer Totā aciē in Teucros.

Non secus ac liquida si quando nocte cometae
Sanguinei lugubrè rubent, aut sirius ardor:
Ille sitim, morbosq; ferens mortalibus aegris:
Nascitur, & laeuo contristat lumine caelum.
Haud tamen audaci Turno fiducia cessit
Littora praeripere, & uenienteis pellere terra.
Vltro animos tollit dictis, atq; increpat ultro.
Quod uotis optastis adest, perfringere dextra,
In manibus Mars ipse uiris: nunc coniugis esto
Quisq; suae, tectiq; memor: nunc magna referto
Facta patrum, laudesq;: ultro occurramus ad undā,
Dū trepidi, egressisq; labant uestigia prima.
Audentes fortuna iuuat.
Haec ait, & secum uersat quos ducere contrà,
Vel quibus obsessos possit concredere muros.
Interea Aeneas socios de puppibus altis

Concredere.) Conuadeat. Pontibus.) scalis nauiũ. Languentis.) trãquilli. Breuibus.) uadis. Per remos.) i. scaphis. Non sperant.) Legitur & Sperat, quod melius est: nam uada esse non sperat, incidit in ea. Tollite, ferte rates.) Ad celeritatem dictum est. Findite rastris.) Militari felle dictum est, ut etiam terra ipsa quodammodo sentiat hostis aduentum.

Pontibus exponit: multi seruare recursus
Languentis pelagi, & breuibus se credere saltu:
Per remos alij, speculatus littora Tarchon,
Quà uada nõ sperat, nec fracta remurmurat unda,
Sed mare inoffensum crescenti allabitur æstu,
Aduertit subito proras, sociosq́ precatur.
Nunc ò lecta manus ualidis incumbite remis,
Tollite, ferte rates, inimicam findite rostris
Hanc terram, sulcumq́ sibi premat ipsa carina.
Frangere nec tali puppim statione recuso,
Arrepta tellure semel. quæ talia postquam
Effatus Tarchon, socij consurgere tonsis,
Spumanteisq́ rates aruis inferre Latinis,
Donec rastra tenent siccum, & sedere carinæ
Omnes innocuæ, sed non puppis tua Tarchon:
Namq́ inflicta uadis dorso dum pendet iniquo,
Anceps, sustentata diu, fluctusq́ fatigat,
Soluitur, atq́ uiros medijs exponit in undis:
Fragmina remorum quos, & fluitantia transtra
Impediunt, retrahitq́ pedes simul unda relabens:
Nec Turnum segnis retinet mora, sed rapit acer
Totam aciem in Teucros, & cõtrà in littore sistit.
Signa canunt: primus turmas inuasit agresteis
Aeneas, omen pugnæ, strauitq́ Latinos
Occiso Therone, uirum qui maximus ultro
Aeneam petit: huic gladio, perq́ ærea scuta,
Per tunicã squalentem auro, latus haurit apertũ.
Inde Lycam ferit, exectum iam matre perempta,
Et tibi Phœbe sacrum, casus euadere ferri

Statione.) Statio est portus temporalis: nam portus est ubi hyematur. sed modò Statio siccum littus significat. hoc enĩ dicit, Potiar terra, & nauem frãgere non recuso. Innocue.) Innocuus est cui non nocetur, Innoxius qui non nocuit nocere: sed hoc poëtæ plerumq́ confundũt. Dorso iniquo.) Dorsum est durior harena, quæ remeãtibus fluctibus & euntibus densatur, & in modum saxi durescit, quod à nautis Puluinus uocatur. Iniquo.) sibi nocenti. Fluctusq́ fatigat.) subaudis Eam. nam Fluctus nominatiuus est singularis. Exponit in undis.) Non in undas, quia in ipso loco res agitatur: nec est mutatio.

Omẽ pugnæ.) Sallust. Pugnã illam pro omine bello futurã. Ideo ergo Omen, quia sicut nũc, sic ubiq́ uincet Aeneas. Inuasit autem, quia dixit, Et latos uastant cultoribus agros. Therone.) Hoc nomen in Pindaro lectũ est tantum. Tunicã squallentem.) scilicet splendentem loricã. Hausit.) Ferit modò significat. Et tibi Phœbe sacrũ.) Omnes qui secto matris uentre procreantur,

ntur, ideo sunt Apollini consecrati, quia deus medicinæ, per quã lucem sortiũtur, est: unde & Aesculapius eius fingitur filius. ita enim procreatũ suprà diximus Cæsarem. Cæsarum etiam familia ideo sacra retinebat Apollinis, quia qui primus de eorum familia fuit, execto matris uẽtre procreatus est, unde & Cæsar dictus est: licet uaria etymologia huius nominis dicatur, ut diximus suprà. Quod licuit paruo.) *Legitur &,* Cui licuit. Vsq.) *tamdiu, donec.* Ecce Phar.) *Legitur &, Pharo: ut, It clamor cælo. ut sit datiuus, ab eo quod est Pharus. Si autem Pharon legeris, figuratum est: nam de nominatiuo transit ad datiuum, dicens Clamanti.* Infelix noua gaudia Cydon.) *De Cretensibus accipimus, quòd in amores puerorum intemperantes fuerũt: quod postea in Laconas & totam Græciã trãslatum est, adeo ut Cicero dicat in lib. de Republica, opprobrio fuisse adolescentibus si amatores non haberent: propter quod poëta Cydonem inducit amatorẽ.* Nouimus aũt Cydones Cretenses dici. Sanè Cydon quando nomen est propriũ, Cy *naturaliter pducit: si appellatiuũ, corripit: ut, Parthus, siue Cydõ telũ immedicabile torsit. tamen Statius etiã proprio corripuit: ut, Hæc regi promissa Cydon, hæc Lampe dabamus. qđ fecit abutens licentia, qua utimur in nominibus proprijs.* Flauentẽ malas.) *flauenteis malas habentẽ, primæ ætatis.* Noua gaudia.) *Quia tunc primũ amare cœperat.* Stratus.) *deest Penè.* Miserande.) *pro Miserandus, nam pro nominatiuo uocatiuũ posuit: ut contrà, Socer arma Latinus habeto. licet illic possit accipi, Socer arma Latinus habeat. nã Habeto & secũdæ & tertiæ personæ est, tamẽ alibi nominatiuũ pro uocatiuo posuit: ut, Corniger Hesperidũ fluuius regnator aquarũ.* Stipata cohors.) *unanimiter ueniens.* Septenaq; tela.) *More suo pro septem, ut Bina pro duobus.* Deflexit partim strin. c.) *Malè ait Donat. hoc loco antedictorũ oblitũ esse Vergil. quòd post Iouis prohibitionẽ bellis faciat numina interesse, nõ respiciẽs Iouẽ magis deos hortatũ esse in fœdera, q̃ bellis prohibuisse. nam & paulo pòst tam Iuno q̃ Iuturna bellis interuerunt.* Achatem.) *Omnia nomina quæ in tes exeũt, uocatiuũ in a mittũt, ut Achates Achata, Thymeta.* Sugge. te. mi.) *Ordo est, Suggere tela mihi, quæ in cãpis Iliacis in Græcorũ steterũt corporib. nullũ enĩ mea dextra in Rutu*

Cui licuit paruo: nec longe Cyssea durum,
Immanemq́ Gyan, sternenteis agmina claua,
Deiecit leto: nihil illos Herculis arma,
Nil ualidæ iuuere manus, genitorq́ Melampus,
Alcidæ comes, usq; graueis dum terra labores
Præbuit: ecce Pharon uoces dum iactat inertes,
Intorquens iaculum, clamantis sistit in ore.
Tu quoq; flauentem prima lanugine malas
Dum sequeris Clytiũ infelix noua gaudia Cydõ,
Dardania stratus dextra, securus amorum,
Qui iuuenum tibi semper erant, miserãde iaceres,
Ni fratrum stipata cohors foret obuia, Phorci
Progenies, septem numero, septenaq; tela
Coniiciunt: partim galea, clypeoq́ resultant
Irrita: deflexit partim stringentia corpus
Alma Venus, & fidum Aeneas affatur Achaten.
Suggere tela mihi (non ullũ dextera frustra

los sine causa iaculabitur, telum eorū quæ iam sunt cæde hostium cōprobata. Transuerberat.) scindit. Traiecto missa la.) Quæ fuerat missa retroacto lacerto. Protinus.) iugiter, continuè. Tenorem.) currendi modū. Moribunda.) morienti similis, quod ita esse etiam Sallust. ostendit, qui ait quasi uitabundus per tramitus & saltuosa loca exercitū ductare. nam Iugurtha nōn uitabat legatum, sed eum uitare simulabat. nam quia nomen est, ideo significat similitudinem, nō passionem: quod si participialiter diceretur, à passiuo ueniret. omnia enim à passiuo participia in dus exeūt: Moribunda, similis morienti. non enim participialiter aliquid significat, sed nominis habet significationē. Nominis autē significatio similitudinē habet, non passionē. quando dico Moriturus est, uerè moriturus est: Moribundus uerò, non uere, sed similis morienti. unde & Sallust. dixit, quasi uitabundus. Fratris de corpore rapto.) Si diceret Fratrū de corpore, speciosius esset: quod ideo omisit, quia hasta Alcanoris tantum uulnerauerat manū, in Memnonis uerò hæserat corpore. Femur.) Femur dicimus, quia lectum est & declinatur huius femoris: illius uerò ablatiui non inuenitur nominatiuus, Latus eripit à fœmine. licet Caper in libris enucleati sermonis dicat femen, sed nō ponit exemplum. ergo aut hoc femur, aut hoc femen: nam femus non dicimus penitus. Hic Curibus.) hoc est, tunc. & est ordo, Tunc fidēs primæuo corpore aduenit Lausus. Curibus.) q erat de Curibus: ut, Verres Romulia. aut fidens Curibus: ut, Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum Agmen agens Lausus. Rigida.) tenens eam, non uibrans & iaciens.

Torserit in Rutulos) steterant quæ in corpore Graiûm
Iliacis campis: tum magnā corripit hastā,
Et iacit: illa uolans clypei transuerberat æra
Mæonis, & thoraca simul cum pectore rumpit.
Huic frater subit Alcanor, fratremq; ruentem
Sustentat dextra: traiecto missa lacerto
Protinus hasta fugit, seruatq; cruenta tenorem,
Dexteraq; ex humero neruis moribunda pepēdit.
Tum Numitor, iaculo fratris de corpore rapto,
Aeneam petijt: sed non ei figere contrà
Est licitum, magniq; femur perstrinxit Achatæ.
Hic Curibus fidens primæuo corpore Lausus
Aduenit, & rigida Dryopen ferit eminus hasta,
Sub mentum grauiter pressa, pariterq; loquentis
Vocem animamq; rapit traiecto gutture: at ille
Fronte ferit terram, & crassum uomit ore cruorē.
Treis quoq; Threicios Boreæ de gente suprema,
Et treis, quos Idas pater & patria Ismara mittit,
Per uarios sternit casus: accurrit Halesus,
Auruncæq; manus: subit Neptunnia proles,
Insignis Messapus equis: expellere tendunt

Boreæ de gente suprema.) Aut originem ducens à Zetho & Calai, qui Boreæ filij & nymphæ Orithyiæ fuerunt: ut De gente, de genere accipiamus. aut certè in Hyperboreis montibus natos, unde est origo uenti Boreæ. Ismara.) Thraciæ ciuitas, à monte Ismaro.

Expellere tendunt Nunc hi, nunc illi.) id est, loco se inuicem mouere contendunt.

Limine.)

Limine.) id est, littore. Magno æthere.) id est, aëre in magno: nã nõ uẽti in æthere sunt, sed in aëre: sicut suprà, Atq; æthera tranant Cum sonitu, pro aërem. Obnixa omnia contra.) Mare mari, nubes nubibus, uenti uentis. Legitur & Obnixi, ut referatur ad uentos.

Hæret pede pes.) pro pedi: nã antiptosis est. & est Home. uersiculus. Arcadas.) Accusatiuus est pluralis, cuius ultima syllaba ideo breuis est, q̃a nõiatiuus pluralis in es terminatur: ut hi Arcades Arcadas, Delphines Delphinas. Latio sequaci.) pro Latinis: alibi, Inuadunt urbem somno uinoq; sepultam. Dimittere quando.) siquidem. & est Romanæ militiæ: nam in locis impeditis equos comitibus dabãt, & pedestri certamine confligebãt. Quò fugitis.) Hoc amarè dictum est: nam preces sequũtur. Deuictaq; bella.) finita, exhausta: nã hostis uincitur, nõ bellum. Fidite ne pedib.) Datiuus est Pedibus: nam Fido tibi dicimus. Hac uos & Palanta du. pa. alta reposcit.) Hoc uult patria, ut per cædes hostiũ reuertamur. Numina nulla premũt.) Argumentatur à facili, dicens, Non cõtra deos, sed contra mortaleis bella tractamus. Ecce maris.) Quod efficax est, in fine posuit: nam dicit eos quò fugiant non habere, quum terra teneatur ab hostibus, mare autem pedibus transire non possint, castra uerò ingredi turpissimũ sit: aut certè etiam hoc impossibile, si ab hostibus obsidentur, ut quidam uolũt intelligentes, Et capit acer Totam aciem in Teucros: scilicet quam ducebat certis relictis. Magna claudit nos obice.) Modò usus habet ut dicamus hic obex, unde quidã Magno obice legunt. Antiqui etiã hæc obex dicebant: secundũ quod est, Magna obice. hinc est quòd nonnulli uitant generis dubietatẽ, & legũt Magni, scilicet maris. Caper tamen in libris dubij generis, probat dici hic & hæc obex: quod, ut diximus,

Nunc hi, nunc illi: certatur limine in ipso
Ausoniæ. magno discordes æthere uenti
Prælia ceu tollunt animis, & uiribus æquis:
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit:
Anceps pugna diu, stant obnixi, omnia contrà.
Haud aliter Troianæ acies, aciesq; Latinæ
Concurrunt, hæret pede pes, densusq; uiro uir.
Ac parte ex alia, qua saxa rotantia latè
Intulerat torrens, arbustaq; diruta ripis,
Arcadas insuetos acies inferre pedestres
Vt uidit Palas Latio dare terga sequaci,
Aspera queis natura loci dimittere quando
Suasit equos, unum quod rebus restat egenis,
Nunc prece, nunc dictis uirtutẽ accendit amaris:
Quò fugitis socij? per uos, & fortia facta,
Per ducis Euandri nomen, deuictaq; bella,
Spemq; meã, patriæ quæ nunc subit æmula laudis
Fidite ne pedibus: ferro rumpenda per hosteis
Est uia, quà globus ille uirum densissimus urget:
Hac uos & Palanta ducem patria alta reposcit.
Numina nulla premũt, mortali urgemur ab hoste.
Mortales totidem uobis animæq;, manusq;.
Ecce maris magno claudit nos obice pontus.
Deest iam terra fugæ: pelago Troiã'ne petemus

tinus, hodie de usu recessit. Densos prorumpit in hosteis.) *Vt eos hortaretur exemplo.*

Fatis iniquis.) *Exitū praeoccupauit futurum.* Magno pondere.) *magni ponderis: ut,* Aere cauo clypei, *pro caui.* Receptat.) *Ideo frequentatiuo usus est, quia hærentem hastam ossibus auellere facile non poterat. ergo* Receptat, *ex frequenti concussione diuellit.*

Superoccupat.) *quem non desuper occupat. ideo autem* Desuper, *quia Palas ad euellendam hastam fuerat inclinatus.* Nam Palas ante ruentem Dū furit.) *Ordo est,* Nam eundem Palas ante excepit, *id est, dolo interemit. ille enim incautus ruerat, furens propter crudelem mortē sodalis: unde & incautus fuerat.* Tumido in pulmone.) *& naturaliter tumido, et q̄a furebat. in pulmone autem recondit, archaismos est, pro in pulmonem.*

Rhœti de gēte uetusta Anchemolū.) *Hæc fabula nusquā inuenitur in autoribus. Abienus autē, qui totū Vergilium & Liuium in Iambicis scripsit, hanc cō memorat, dicēs græcam esse. Rhœtus ergo Marrubiorū rex fuit in Italia, qui Anchemolo filio Casperiam superduxit nouercā. Hanc priuignus stuprauit: quo cognito, quū eum pater persequeretur, & ad pœnam uocaret, fugiens ille se ad Turnū contulit.* Suis.) *etiam* Suis. *Lucanus,* Et amissum fratrem lugentibus offert. Discrimina.) *differentias.* Tymbre.) *pro Tymber: metri causa metaplasmum fecit.* Euandrius abstulit ensis.) *Possessiuum est modo, non patronymicum.* Seminanimesq́ micant digiti ferrumq́ retractant.) *Ennij est: ut,* Oscitat in campis, caput à ceruice reuulsum, Semianimesq́ micant oculi, lucemq́ requirunt. *quem uersum ita transtulit ad suum carmen Varro Tarconus.* Tuentes.) *modò uidentes: alibi, defendentes.* Dolor, & pudor.) *Sic de Mezentio,* Aestuat ingens Vno in corde pudor mixtoq́ insania luctu. Fugientem Rhœ. præ.) *præterfugientē.*

Fuit Ilo.) *Subaudi ad mortē Ili hoc spaciū fuit tantū, hæc sola mora, quo minus Ilus periret.*

Hæc ait, & medius densos prorumpit in hosteis.
Obuius huic primum fatis adductus iniquis
Fit Lagus: hunc, magno uellit dum pondere saxū,
Intorto figit telo, discrimina costis
Per medium quà spina dedit, hastamq́ receptat
Ossibus hærentem, quē non superoccupat Hisbō,
Ille quidem hoc sperans: nam Pallas ante ruentē
Dum furit, incautum crudeli morte sodalis
Excipit, atq́ ensem tumido in pulmone recondit.
Hinc Helenum petit, & Rhœti de gente uetusta
Anchemolū, thalamos ausum incestare nouercæ.
Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in aruis,
Daucia Laride, Tymberq́ simillima proles
Indiscreta suis, gratusq́ parentibus error.
At nunc dura dedit uobis discrimina Palas:
Nam tibi Tymbre caput Euādrius abstulit ensis.
Te decisa suum Laride dextera quærit,
Semianimesq́ micant digiti, ferrumq́ retractant.
Arcadas accensos monitu, & præclara tuentes
Facta uiri, mistus dolor & pudor armat in hostes.
Tum Palas bijugis fugientem Rhœtea præter
Traijcit, hoc spatium, tantumq́ moræ fuit Ilo:
Ilo nanq́ procul ualidam direxerat hastam,

Teutra.)

Teutra.) Ab eo quod est hic Teutras, huius Teutræ: quomodo Aeneas, huius Aeneæ. Tyren.) Ab eo quod est hic Tyres. Optato.) id est, ex uoto: per æstatem enim uenti frequenter optātur, & quasi cōtingere uidentur ex uoto. Extenditur u.) sicut duces diuersis locis cōmissa prælia continuauerāt. Acies Vul.) Ideo abusus est, quia cōparatio ad bellū ptinet. nam de igne dicere aciem, satis incongruū est: ergo Acies Vulcania, uis ignis quæ latè p cāpos effunditur. Victor.) cui uota processerunt, uoti compos, id est, ἐπιτυχής. Ouātes.) Abusio est, nō pprietas. Coit omnis in unum.) unanimiter oēs fortiter faciūt. Sed bellis acer.) Sed modò particula inceptiua est, sicut in Sall. sæpius, sicut At interdū: nam nō est coniunctio ratiocinātis. In sua col. arma.) post scutū se claudit. alibi, Et se collegit in arma. Elatā in iu.) iugulo suo uulnus minantē. Fata canēs.) quasi diuinus. alij Cauens legūt, secūdū quod nō statim et diuinus apparet: nā & ab alijs audita cauere potuerat. Canentia lu.) Aut hypallage est, pro ipse canens: aut physicā rē dixit. dicūtur enī pupillæ mortis tēpore albescere. Iniece. m. p.) traxerūt debitū sibi. & sermone usus est iuris. nam manus iniectio dicitur, quoties nulla iudicis autoritate expectata rem nobis debitā uindicamus. Da. nū. T. p.) Vicinū inuocat numē, cuius ripis bella tractātur: sic suprà, Tu dea, tu præsens nostro succurre lab. Tua quer.) in tuis ripis creata. Audijt.) Modò exaudijt, et ad effectū deduxit. paulo pòst tātū audijt, ut Audijt Alcides iuuenē. Dū texit.) dum spoliat: nam tempus præsens est, non præteritum, ab eo quod est texo. At non cæ. ui. t. p. Lausus.) subaudis Esse. Nodumq́ moramq́.) Bene addidit Moram, ne nodum alium

Quā medius Rhœteus intercipit, optime Teutra
Te fugiens, fratremq́ Tyren, currusq́ uolutus
Cædit semianimis Rutulorū calcibus arua.
Ac uelut optata uentis æstate coortis
Dispersa immittit syluis incendia pastor,
Correptis subito medijs extenditur una
Horrida per latos acies Vulcania campos:
Ille sedens uictor flammas despectat ouanteis.
Non aliter socium uirtus coit omnis in unum,
Teq́ iuuat Pala, sed bellis acer Halesus
Tendit in aduersos, seq́ in sua colligit arma.
Hic mactat Ladona, Pheretaq́, Demodocumq́:
Strymonio dextram fulgenti diripit ense,
Elatam in iugulum: saxo ferit ora Thoantis,
Ossaq́ dispergit cerebro permista cruento.
Fata canens syluis genitor cælarat Halesum,
Vt senior leto canentia lumina soluit,
Iniecere manum Parcæ, telisq́ sacrarunt
Euandri. quem sic Palas petit ante precatus:
Da nunc Tybri pater ferro, quod missile libro,
Fortunam, atq́ uiam duri per pectus Halesi,
Hęc arma, exuuiasq́ uiri tua quercus habebit.
Audijt illa deus, dum texit Imaona Halesus,
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.
At non cæde uiri tanta perterrita Lausus,
Pars ingens belli sinit agmina, primus Abantem
Oppositū interimit pugnæ nodumq́ moramq́.

alium acciperemus. nam nodus propriè est densa peditū multitudo, sicut turma equitum, ut lectum est in disciplina militari. Nodū ergo pro difficultate accipe, quæ uix possit exolui. Graijs imper. c.) Quos Græci perdere nequierunt. Teucros autem accipimus, quos secū duxit Aeneas: nam ait, Quorum de numero qui sese in bella sequentur Præstantes uir. le. aliàs non procedit: nam paulo pòst erupturi sunt, qui obsidentur in castris. Extremi a.)

Sternitur Arcadiæ proles, sternuntur Hetrusci.
Et uos ò Graijs imperdita corpora Teucri.
Agmina concurrunt, ducibusq; & uiribus æquis
Extremi addensent acies, nec turba moueri
Tela, manusq; sinit: hinc Palas instat & urget,
Hinc contrà Lausus, nec multum discrepat ætas:
Egregij forma, sed queis fortuna negarat
In patriam reditus. ipsos concurrere passus,
Haud tamen inter se magni regnator Olympi,
Mox illos sua fata manent maiore sub hoste.
Interea soror alma monet succurrere Lauso
Turnum, qui uolucri curru mediū secat agmen,
Vt uidit socios tempus desistere pugna:
Solus ego in Palanta feror, soli mihi Palas
Debetur: cuperem ipse parens spectator adesset.
Hæc ait, & socij cesserunt æquore iusso.
At Rutulum abscessu iuuenis, tum iussa superba
Miratus, stupet in Turno, corpusq; per ingens
Lumina uoluit, obitq; truci procul omnia uisu.
Talibus & dictis it contra dicta tyranni:
Aut spolijs ego iam raptis laudabor opimis,
Aut leto insigni: sorti pater æquus utriq; est:
Tolle minas. fatus medium procedit in æquor,
Frigidus Arcadibus coit in præcordia sanguis.
Desiluit Turnus bijugis, pedes apparet ire
Comminus: utq; leo specula quū uidit ab alta
Stare procul campis meditantem prælia taurum,

Luc. Quantum pede prima relato Constringit gyros acies. Densent.) Secundæ cōiugationis est. Tela manusq; sinit.) Luc. Gladiosq; suos cōpressa timebat. Maiore sub hoste.) sub hostilitate: nam sub diuersis hostibus pereunt. Aequore iusso.) pro ipsi iussi. est usurpatū participiū: nam Iubeor non dicimus, unde potest uenire iussus. quāuis interdum sic dicatur, ut Lucan. Cuius seruaueris umbrā, Si quicquid iubēte uelis. Sic ergo hic participiū usurpauit, ut Horat. uerbum, dicens, Hæc ego procurare & idoneus imperor, & nō Inuitus. ergo satis licēter dictū est, adeo ut hoc loco Probus correptū a, lōgū posuerit. Tum deinde tyrāni.) regis superbi. Aut spolijs ego iam raptis laudabor opimis, Aut leto insigni.) Dilemma argumentum, quod est ab utraq; parte firmissimum, & concludit aduersarios. Spolijs opimis.) Quæ dux duci detrahit, ut diximus suprà, opima sunt spolia. Frigidus Arcadibus coit in præcordia sanguis.) Præsagio mortis futuræ. Specula quum uidit ab alta.) Hoc ad currus altitudinem spectat, Leo ad Turni uiolentiam ac feritatem.

ritatem. & est ordo, Vtq; leo aduolat, talis est Turni imago uenientis. Contiguum.) *Postq̃ uidit eum uenisse intra iactum teli, scilicet ut posset feriri.* Ire p.) *subaudis* Voluit. Fors.) *fortuna: propter illud,* Audentes *fortuna iuuat.* Te precor Al.) Suprà *contra inferiorem hostem fluminis implorauit auxiliũ: nunc contra maiorem uiribus, deum uocat uirtute præstantem.* Cernat se.) *ad illud quod ait* Turnus, Cuperem *ipse pa. spe. a. hic*

Aduolat: haud alia est Turni uenientis imago.
Hunc ubi contiguum missæ fore credidit hastæ,
Ire prior Palas, si qua fors adiuuet ausum
Viribus imparibus, magnũq; ita ad æthera fatur:
Per patris hospitiũ, & mensas quas aduena adisti,
Te precor Alcide, cœptis ingentibus adsis,
Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta,
Victoremq; ferant morientia lumina Turni.
Audijt Alcides iuuenem, magnumq; sub imo
Corde p̃mit gemitũ, lacrymasq; effundit inaneis.
Tum genitor natum dictis affatur amicis:
Stat sua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus
Omnibus est uitæ: sed famam extendere factis,
Hoc uirtutis opus: Troiæ sub mœnibus altis
Tot nati cecidere deûm: quin occidit una
Sarpedon mea progenies: etiam sua Turnum
Fata uocant, metasq; dati peruenit ad æui.

dicit, ipse suum cernat interitum. Victoremq; *ferat morientia lumi.* Turni.) Donat. *dicit* Meminerint: *sed melius est* Sustineant, *quasi pondus & pœnam. nõ enim possunt meminisse oculi.* Lacrymasq; effun. i.) Ostendit *euentũ futurum.* Stat sua cuiq; di.) Sectis *philosophorum poëtæ pro qualitate negociorũ semper utuntur, nec se unq̃ alligant, nisi quorũ hoc propositũ est: ut fecit* Lucret. *qui* Epicureos *tantũ secutus est.* Scimus *autem inter se sectas esse contrarias: unde fit, ut in uno poëta aliqua inueniamus contraria, non ex ipsius uitio, sed uarietate sectarum.* Illud *nanq; quod ait in* Quarto, Sed *misera ante diem,* Epicureorũ *est, qui casibus cuncta concedunt. nunc quod dicit,* Stat *sua cuiq; dies,* Stoicorũ *est, qui dicunt fatorũ statuta seruari.* Sanè *prudenter fecit, ut fluxã & uagam opinionẽ* Epicureorũ *daret homini: nam illud ex persona poëtæ dictum. hanc aũt ualidã daret* Ioui: *nam* Stoici *& nimiæ uirtutis sunt, & cultores deorũ.* Stat.) *fixa est.* Dies.) *tẽpus uitæ. nã fœminino usus est gen. quũ enĩ masculino utimur, reuera diem significamus.* Breue temp. uitæ.) Quia *quandoq; finitur. ipse paulo pòst,* Rhœbe *diu, res si qua diu mortalibus ulla est,* Viximus. *item* Cicero: Quid *est enim hoc ipsum diu, in quo est aliquod extremũ?* Omnibus.) Est *magna consolatio, quæ ostendit nõ esse dolenda cõmunia.* Sed famã exten. f.) Cõtra *illud qđ occurrebat, uitãda esse ardua, si breuis est uita.* Dicit *ergo amãdas esse uirtutes, ut uitæ breuitas fama & gloriæ meritis possit augeri.* Opus.) *officiũ.* Gnati deũ.) *ut* Achilles Thetidis, Memnõ *aurora,* Ascalaphus Martis. Sarpedon.) Secundũ Vergi. *declinationẽ, ut* Nothũ Sarpedonis *alti, ultima habebit accentũ in nominatiuo: secundũ* Homerũ, *qui &* Sarpedõtos *&* Sarpedonos *facit, & ultima & penultima.* Etiam sua Tur.) Multi Etiã *legũt, ut sic ecce: & pertinet ad consolationẽ: nam sic, ait, periturus est ille qui uincit.* Metas.) *fines: ut in* Primo,

Sic ait, atq; oculos Rutulorum reijcit aruis.
At Palas magnis emittit uiribus hastam,
Vaginaq; caua fulgentem diripit ensem:
Illa uolans, humeris surgunt qua tegmina summa
Incidit, atq; uiam clypei molita per oras.
Tandem etiã magno strinxit de corpore Turni.
Hic Turnus ferro præfixum robur acuto
In Palanta diu librans iacit, atq; ita fatur:
Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum.
Dixerat: ac clypeum tot ferri terga, tot æris,
Cum pellis toties obeat circundata tauri,
Vibranti cuspis medium transuerberat ictu,
Loricæq; moras, & pectus perforat ingens.
Ille rapit calidum frustra de uulnere telum,
Vna eademq; uia, sanguisq; animusq; sequũtur.
Corruit in uulnus, sonitum super arma dedere,
Et terram hostilem moriens petit ore cruento.
Quem Turnus super assistens, sic ore profatur:
Arcades hæc (inquit) memores mea dicta referte
Euandro, quale meruit Palanta remitto.
Quisqs honos tumuli, quicqd solamẽ humãdi est
Largior: haud illi stabunt Aeneia paruo
Hospitia. & læuo pressit pede, talia fatus,

His ego nec metas rerũ, nec tẽpora pono. Peruenit.) *Bene ad exprimendũ celerem mortis aduentũ, præterito usus est tẽpore.* Rutulorũ reijcit ar.) *Respiciendo fecit partem feliciorem: ut,* Aspice *nos hoc tantũ: quippe reiecit, quod enĩ Iuppiter uidet, admodũ iuuat.* Reijcit.) Re *naturaliter breuis est, pro longa posuit: sic alibi,* Reijce *ne maculis infuscet uellera pullis. quod licet possit excusari, quia quũ facit* Reiecit, *inter duas uocales* i *posita, producit superiorẽ, ut dicamus eam longam esse, spe: quia p declinationem lõga futura est: tamẽ quia in hac re argumentum maius est q̃ ratio, dicamus ectasim factam, quæ poẽtis plerunq; conceditur.* Fulgentem d. e.) *Ne iacto telo inermis esset.* Viam moli.) *hoc est, difficultatem quæsiuit: per quod et soliditas clypei, & firmus hastæ iactus ostẽditur.* Num ma.) *sit.* Legitur *&,* Magis *est: unus tamen est sensus. sed si* Mage *legamus, propter metrũ dictum est, pro magis: sic etiã* Pote *pro* potes: Persi. Qui *pote uis dicam, nugaris cum tibi* Calue. *quod adeo in usu uenit, ut etiã in prosa inueniatur.* Cicero in Frumẽtaria, Mage *condemnatum hominem in iudiciũ adducere non posse.* Penetrabile.) *pro penetrale: nam quod penetrat,* Penetrale *dicitur: quod aũt penetratur,* Penetrabile. Cuspis ingens.) *ita accipiendum est, ne incongruũ sit, si de puero dixeris* Ingens pectus. *sanè* Cuspidem *abusiuè pro hastæ mucrone posuit.* Et pectus perforat.) *Hic distinguendum, ut* Ingens, *sicut diximus, ad superiora possit referri.* Animusq; sequuntur.) *pro anima: nam* Animus *consilij est;* Anima *uitæ.* Referte Euandro.) *Potest & hic distingui, & suprà referre, ut sit,* Euandro remitto qualem meruit filiũ. Solamen humandi est.) *Quia solatium uiuentiũ est humare defunctos.* Stabunt.) *id est, constabunt.* Paruo.) *non paruo periculo.*

Baltei.)

Baltei.) Potest & synæresis esse Baltei. potest & Hypermetrus uersus, nã sequẽs à uocali inchoat. Balteus aũt in numero singulari masculi. tantum est gen. Iuuenal. Balteus & tunica cristæ: In numero uerò plurali est neut. Idem, Quoties rumoribus ulciscuntur baltea.

Impressumq; nefas.) insculptum Danaidum nefas. Donatus tamen dicit, impressum, coactum, quod à patre compulsæ sunt facere. quarũ talis est fabula: Danaus & Aegyptus Beli filij fuerunt, ex his Danaus quinquaginta filias habuit, & Aegyptus totidem filios. Danaus coactus à fratre, ut filias iuuenib. eius traderet matrimonio, in ipso nuptiarũ die gladios uirginib. dedit, qbus illæ ex præcepto patris sponsos suos interfecerunt, excepta Hypmestra quæ Lincũ seruauit.

Exanimum, rapiens immania pondera baltei,
Impressumq; nefas, una sub nocte iugali
Cæsa manus iuuenum fœdè, thalamiq; cruenti,
Quæ bonus Eurycion multo cælauerat auro,
Quo nunc Turnus ouat spolio, gaudetq; potitus.
Nescia mens hominum fati, sortisq; futuræ,
Et seruare modum rebus sublata secundis,
Turno tempus erit magno cum optauerit emptũ
Intactum Palanta, & cum spolia ista, diemq;
Oderit. at socij multo gemitu lacrymisq;
Impositum scuto referunt Palanta frequentes.
O dolor, atq; decus magnum rediture parenti,
Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert,
Quum tamẽ ingenteis Rutulorũ linquis aceruos.
Nec iam fama mali tanti, sed certior autor
Aduolat Aeneæ, tenui discrimine leti
Esse suos, tempus uersis succurrere Teucris,
Proxima quæq; metit gladio, latumq; per agmen
Ardens limitem agit ferro, te Turne superbum
Cæde noua quærens Palas, Euander in ipsis
Omnia sunt oculis, mensæ, quas aduena primus
Tunc adijt, dextræq; datæ, Sulmone creatos

Bonus Euryciõ.) Laus ab artifice: ut, Mira quẽ fecerat arte Lycaon. itẽ, Diuini opus Alcimedontis. Nescia m.h.) quia propter hũc periturus est balteum. quẽ nũc se sustulisse lætatur. Sublata.) elata. Magno cum op.) precio scil. sic alibi, Et magno mercẽtur Atridæ. & est sensus talis: Tẽpus erit quo Turnus optabit quouis p̃cio redimere, ne ipse Palantã occidisse uideatur. Multo ge.) cum multo gemitu. O dolor.) Hos duos uersus pleriq; à poëta dictos uolũt: alij à socijs, qui portant cadauer. Dolor aũt, propter Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadẽ aufert. Decus, propter id, Cum tamẽ ingenteis Rutulorũ linquis aceruos. Certior au.) id est, nũcius uerus. Tenui discrim. læti.) modico mortis interstitio: propter quod magna Palantis uirtus ostẽditur, quo interempto omnis est in fugã conuersus exercitus. Versis.) fugatis. Latũ li. a. a. per agmen.) i. facit: sic melius, quasi dicas Latũ per agmen. ergo sic intelligamus aut p ordinẽ, aut per hypallagen. nã & suprà sic ait, Hæc ego uasta dabo, & lato te limite ducã. Palas Euan. in ipsis Oĩa sunt oc.) Erat rectũ, Palas Euander mensæ, quas ad. p. tunc ad. de. da. in ipsis Oĩa sunt oculis: sed peritè scissa est narratio, per quã animus Aeneæ pturbatus exprimitur.

mitur. Inferias quos immo. um.) Inferiæ sunt sacra mortuorũ, quæ inferis soluuntur. Sanè mos erat in sepulcris uirorum fortium captiuos necari: quod postq̃ crudele uisum est, placuit gladiatores ante sepulcra dimicare, qui à bustis Bustiarij dicti sunt. Captiuo.) scilicet pro captiuorum: ut, Captiui pendent currus. item, Captiuaq; uestis Congeritur. & est, ut diximus, speciosus ornatus. Mago.) Datiuus: ut suprà, Ilonãq; procul. Subit.) subsedit.

Quatuor hic iuuenes, totidẽ quos educat Vfens,
Viuentes rapit, inferias quos immolet umbris,
Captiuoq; rogi perfundat sanguine flammas.
Inde Mago procul infensam quũ tenderet hastã,
Ille haustu subit, ac tremebunda superuolat hasta,
Et genua amplectens effatur talia supplex:
Per patrios manes, & spes surgentis Iuli
Te precor, hanc animã serues, natoq; patriq;.
Est domus alta, iacent penitus defossa talenta
Cælati argenti: sunt auri pondera facti,
Infectiq; mihi: non hic uictoria Teucrûm
Vertitur, haud anima una dabit discrimina tanta.
Dixerat, Aeneas contrà cui talia reddit:
Argenti atq; auri memoras quæ multa talenta,
Gnatis parce tuis, belli commercia Turnus
Sustulit illa prior, iam tum Palante perempto.
Hoc patris Anchisæ manes, hoc sentit Iulus.
Sic fatus, galeam læua tenet, atq; reflexa
Ceruice orantis capulo tenus abdidit ensem.
Nec ꝓcul Aemonides, Phœbi Triuiæq; sacerdos,
Infula cui sacra redimebat tempora uitta,

Per patrios manes, & spes.) Per eas personas rogat, propter quas precatur. Penitus defossa talẽta.) Multi enim diuitias suas obruebant: unde Horatius, Quid iuuat immensum te argenti pondus & auri, Furtim defossa timidũ deponere terra. Sanè melius Infossa diceret q̃ Defossa, ad quod est metri necessitate compulsus: nã fugit dubiã syllabã. Nõ hic uict. Teu. Vertitur.) Luc. Nec pondera rerũ, Nec momenta sumus. Gnatis parce tuis.) Qui in Verg. descripsit declamationes, de hoc loco ait: Improbus es, qui aut regi dones, aut filios exhæredes. Parce autem est secundũ antiquos, serua: ut apud Luciliũ & Ennium inuenitur. Gnatis parce tuis.) Atq; suprà dixit, Natoq; patriq;, quomodo ait Gnatis? non est contrariũ, nam liberos etiã dicimus unũ filium, adeò ut Terent. Filiam liberos dixerit: ut in Hecyra, Qui illũ dignũ decreuerunt, suos cui liberos committerent: ubi pater de filia ad uxorem loquitur. ergo usurpauit respiciens ad liberos, ut gnatos de uno diceret. Commercia.) uicissitudines, & ignoscendi facultatem. Nec procul Aemonides.) Hoc nomen licet possit esse & patronymicũ, quia in des exit, ut dicamus Aemonis filius: tamẽ melius est ut id propriũ esse dicamus, quia nusquã nomen eius aut præmissum est, aut secutũ. ergo simile est patronymico, ut sit Aemonides, sicut Thucydides. Infula.) fascia in modum diadematis, à qua uittæ ex utraq; parte dependebãt, quæ plerũq; lata, & plerũq; tortilis, de albo & cocco. Insignibus armis.) Asper sic legit, & utitur Sallust. exemplo, qui ait, Equo atq; armis insignibus. Probus uerò

Insignibus

Insignibus albis dicit legendum, ut uestes albas accipiamus, quæ sunt sacerdotib. congruæ: sicut Statius de Amphiarao dicit, Albáq; purpureas interplicat infula cristas. Campo.) *per campum.* Immolat.) *quasi uictimã, & ut ille consueuerat. nam hoc uerbo ad sacerdotis nomẽ allusit.* Ingentiq; umbra tegit.) *Aut magnitudine corporis sui obumbrat eius cadauer: aut ingenti umbra tegit, id est, morte tegit: ut,* In æternã clauduntur lumina noctem. *aut* Ingẽti umbra tegit, *secũdum usum accipiendum est, id est, insultatione eum opprimit.* Serestus.) *Serestos duos intelligamus, unũ in castris, & unũ cum Aenea: nam* Troiani *nondũ erupere, ut intelligamus eum quẽ suprà dixit. ergo duo sunt: nec mirum, & quũ ipse dixerit qđ exemplo esse possit,* Assaraciq; duo. Lecta refert.) *Propriè dixit: nã spolia quæ aptãtur tropheis, legi dicuntur, id est, eligi.* Trophæũ.) Declinatio Latina *est, unde & penultima habebat accentum in numero plurali, quia* Trophæa *dicimus, sicut* Græci: *nec aliquid tamen mutilamus, erit in antepenultima accentus, sicut apud* Græcos.

Totus collucens ueste, atq; insignibus armis.
Quem cõgressus agit campo, lapsumq; superstãt,
Immolat, ingentiq; umbra tegit: arma Serestus
Lecta refert humeris, tibi rex Gradiue trophæum.
Instaurant acies Vulcani stirpe creatus
Cæculus, & ueniens Marsorũ montibus Vmbro
Dardanides contrà furit, Anxuris ense sinistram,
Et totum clypei ferro deiecerat orbem.
Dixerat ille aliquid magnũ, uimq; affore uerbo
Crediderat, cæloq; animum fortasse ferebat,
Caniciemq; sibi, & longos promiserat annos.
Tarquitus exultans contrà fulgentibus armis,
Syluicolæ Fauno Dryope quem nympha crearat,
Obuius ardenti sese obtulit: ille reducta
Loricam, clypeiq; ingens onus impedit hasta.
Tum caput orantis nequicq̃, & multa parantis
Dicere, deturbat terræ, truncumq; repente
Prouoluens, super hæc inimico pectore fatur:
Istic nunc metuende iace: non te optima mater

Instaurant.) *κατὰ τὸ σιωπώμενον, antefusas accipiamus ex eo, quòd dixit* Instaurant.

Vulcani stirpe creatos.) *Notandũ* Stirpem *de patre dictam, quũ semper de longa generis significatiõe dicatur.* Dardanides.) *Patronymicõ à maiorib.* Dixerat ille aliquid.) *Prouerbialiter dictũ est, ac si diceret, non mirũ sic occisum esse eũ, qui sibi plurimũ arrogabat.*

Cæloq; animũ fortasse ferebat.) *Fortè exæquauerat cælo: ut de* Aenea Drances, Quibus *cælo te laudibus æquem.* Syluicolæ Fauno Driope quẽ nympha crearat.) *Faunus hoc loco quidã rusticus intelligendus est, non deus, sicut suprà* Anxurus, *quem legimus* Iouẽ. *Nonnulli etiã nympham, non deam uolũt, sed* Græcè *sponsam dictã: nec incredibile sit ex duobus numinibus procreatum esse mortalem, quanquam hæc numina secundũ* Aristot. *aliquando moriantur.* Ille reducta.) *id est, longa: ut,* Interea uidet Aeneas in ualle reducta. *& intelligimus protenta hasta* Tarquiti *arma esse impedita.* Alij Reducta *retroducta dicunt, quod non procedit.* Istic non metuende iace.) *Sarcasmos est, hostilis irrisio.* Patrióue

Condet humi, patrió ue onerabit mẽbra ſepulcro:
Alitibus linquere feris, aut gurgite merſum
Vnda feret, piſceſq́ impaſti uulnera lambent.
Protinus Antheũ & Lycã, prima agmina Turni,
Perſequitur, fortemq́ Numã, fuluumq́ Camertẽ
Magnanimo Volſcente ſatum: ditiſſimus agri
Qui fuit Auſonidûm, & tacitis regnauit Amyclis:
Aegæon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenaſq́ manus, quinquaginta oribus ignem,
Pectoribuſq́ arſiſſe: Iouis cum fulmina contrà
Tot paribus ſtreperet clypeis, tot ſtringeret enſes.
Sic toto Aeneas deſæuit in æquore uictor,
Vt ſemel intepuit mucro: quin ecce Nyphei
Quadrijuges in equos, aduerſaq́ pectora tendit,
Atq́ illi longè gradientem, & dira frementem
Vt uidere, metu uerſi, retroq́ ruentes,
Effunduntq́ ducem, rapiuntq́ ad littora currus.
Interea bijugis infert ſe Lucagus albis

onerabit men. ſepulcro.) Etiam hinc apparet Faunũ hominem fuiſſe. Impaſti.) ita auidi, ut ſemper credantur impaſti: ſicut de harpyis dixit in Tertio, Et pallida ſemper ora fame, quaſi famelicæ. Auſonidûm.) pro Auſonidarũ, ſicut Deûm pro deorũ: nã Auſonidũ à genere fœminino uenit, ut hæc Auſonis, hæ Auſonides. Auſonidarũ uerò uenit ab eo quod eſt hic Auſonida, huius Auſonidæ. Tacitis regnauit Amy.) Inter Caietam & Terracinã oppidum conſtitutum eſt à Laconibus, qui comites Caſtoris & Pollucis fuerũt, & ab Amyclis prouinciæ Laconiæ ciuitate eſt ei nomen inditũ. Lacones itaq́ iſti quũ ſecundũ Pythagoream ſectã, à cæde omniũ animaliũ abſtinerent. (unde Iuue. A cunctis animalibus abſtinuit:) qui tanq̃ homines, & ex uicinis paludibus natas ſerpentes occidere nefas putarent, ab iiſdem interempti ſunt. Vnde Amyclas tacitas dicit, id eſt, Pythagoreas: nam Pythagorica uirtus eſt quinquennale ſilentiũ. Eſt & alia expoſitio: Quũ frequenter falſo nunciarentur hoſtes, & inani terrore ciuitas quaſſaretur, lata lege cautum eſt, ne quis unq̃ hoſtis nunciaret aduentũ. Poſtea quũ uerè hoſtis ueniret, nullo nunciãte ex improuiſo capta eſt: unde Tacitæ Amyclæ dictæ ſunt, quòd periere ſilẽtio. hinc eſt quod ait Lucil. Mihi neceſſe eſt loqui, nã ſcio Amyclas tacendo periiſſe. Aegeon qualis.) ipſe eſt & Briareus. Ignem pectorib. arſiſſe.) Aſper dicit ignẽ hunc animæ intelligendũ calorẽ, uenientem ex ferocitate: ut ſit, quũ uim ſuæ crudelitatis efflaret. Alij ignẽ hunc fulminis uolũt: ut ſit dictum, quemadmodũ in Primo, Illum expirantẽ transfixo pectore flammas. Sanè notandum, ignem arſiſſe, quum igni alia res ardeat. ſic ut non unam manũ putares. nanq́ ad hoc pertinet cõparatio, ut intelligamus eum multitudinis uice dimicaſſe. Intepuit mucro.) nimia ſcilicet cæde. Quadrijugis.) Propter homoteleuton noluit dicere Quadrijugos: contulitq́ ſe ad aliam declinationẽ. nam & quadrijugos & quadrijuges dicimus, ſicut inermes & inermos, exanimes & exanimos. Atq́ illi.) ſcilicet equi. nam ad ſuperiora retulit, quod ſciendũ eſt eſſe uitioſum: interpoſuit enim aduerſa pectora. Longè gradientẽ.) Longis gradibus incedentẽ: & eſt militaris inceſſus. Bijugis.) Erit nominatiuus hic Bijugus: nam Bijugibus

nam Bijugibus faceret, si esset tertiæ formæ, ab eo quod est Bijugis, genitiuo huius Bijugis. Non Diomedis equos, nõ cur. c. A.) Duos obijcit, à quibus est uictus Aeneas, nec tamẽ usq; quaq; nã eorũ impetus euitauit. Dicta parat.) Potest legi, Et dicta parat cõtrà. Pronus.)

In medios, fraterq; Liger: sed frater habenis
Flectit equos, strictum rotat acer Lucagus ensem.
Haud tulit Aeneas tanto feruore furenteis,
Irruit, aduersaq; ingens apparuit hasta.
Cui Liger:
Non Diomedis equos, non currũ cernis Achillis,
Aut Phrygiæ campos, nunc belli finis & æui
His dabitur terris. Vesano talia latè
Dicta uolant Ligeri: sed non & Troius heros
Dicta parat contrà: iaculũ nam torquet in hostem
Lucagus, ut pronus pendens in uerbera telo
Admonuit bijugos, proiecto dum pede læuo
Aptat se pugnæ, subit oras hasta per imas
Fulgentis clypei, tum læuum perforat inguen.
Excussus curru moribundus uoluitur aruis.
Quem pius Aeneas dictis affatur amaris:
Lucage nulla tuos currus fuga segnis equorum
Prodidit, aut uanæ uertere ex hostibus umbræ.
Ipse rotis saliens iuga deseris. hæc ita fatus,
Arripuit bijugos, frater tendebat inermes
Infelix palmas, curru delapsus eodem:
Per te, per qui te talem genuere parentes,
Vir Troiane sine hãc animã, & miserere precãtis.
Pluribus oranti Aeneas: haud talia dudum
Dicta dabas: morere, & fratrem ne desere frater.
Tum latebras animæ pectus mucrone recludit.
Talia per campos edebat funera ductor
Dardanius, torrentis aquæ uel turbinis atri
More furẽs: tandem erumpũt & castra relinquũt,
Ascanius puer, & nequicquã obsessa iuuentus.
Iunonem interea compellat Iuppiter ultro.

Pronus nomẽ est, nã et cõparatur, ut pronior. si aũt participiũ esset, fieret uitiosa locutio, sine interpositiõe cõiũctionis. Proiecto.) extẽto: ut, Proiectaq; saxa Pachinni. Lucage nul. tuos cur. fu. se. equo. Prodidit, aut ua. uer. ex host. umbræ.) Hæc allocutio cõtraria est superiori. hoc enim cõtinet, Obiecisti mihi quòd sim & à Diomede et ab Achille cõuersus in fugã: te uerò ò Lucage, nec equorum tarditas pdidit, qđ mihi cõtigit, cum à Diomede occisus est Pandarus, qui in eodẽ curru dimicabat: nec aliqua umbra ea qui terrui, qđ actũ sæpius in Hom. legitur. sicut paulo pòst Turnũ cogit imago bella deserere. Potest tamẽ et ad illud referri, quo tẽpore eũ ab Achille nube Neptunnus eripuit, ut in 5. cõmemorat.

Ipse ro. sa.) Sarcasmos est: nã p irrisionẽ dictũ est. ille enĩ uulneratus ceciderat. Rotis.) i. curru, à parte totũ. Sine.) pmitte: uitã scil. relinque, patere, & συγχώρησον. Latebras a. p.) Diffinitio pectoris est. Edebat.) Quasi ad spectandũ: unde munerũ editores dicũtur.

Vt rebare.

Vt rebare.) ut arbitrabaris uerum eſt, quòd Troiani Veneris uirtute nituntur. & dictum eſt per ironiā: nam ſuperfluò quidā hanc orationem ſimpliciter dictā uolunt, ut reuera dicat Iuppiter, per ſe nihil poſſe Troianos: quod falſum eſt, adeò ut Iunonis oratio ad ironiā, non ad ſimplicia uerba reſpondeat. Nec te ſententia fallit.) Hoc per parentheſim dictum eſt. Viuida,) fortis: ut, Sed bello uiuida uirtus. Cui Iuno ſummiſſa.) humilis: & quia intellexit obliqua Troianorum accuſatione impugnari ſuum pudorem, & ipſa reſpondit obliqua.

O germana mihi, atq; eadem gratiſſima coniux.
Vt rebare, Venus (nec te ſententia fallit)
Troianas ſuſtentat opes, non uiuida bello
Dextra uiris, animusq; ferox, patiensq; pericli.
Cui Iuno ſubmiſſa: Quid, ò pulcherrime coniux,
Sollicitas ægram, & tua triſtia dicta timentem?
Si mihi, quæ quondā fuerat, quamq; eſſe decebat,
Vis in amore foret: non hoc mihi nanq; negares
Omnipotens, quin & pugnæ ſubducere Turnū,
Et Dauno poſſem incolumem ſeruare parenti.
Nunc pereat, Teucrisq; pio det ſanguine pœnas:
Ille tamen noſtra deducit origine nomen,
Pilumnusq; illi quartus pater, & tua larga
Sæpe manu, multisq; onerauit limina donis.
Cui rex ætherei breuiter ſic fatur Olympi:
Si mora præſentis leti, tempusq; caduco
Oratur iuueni, meq; hoc ita ponere ſentis:
Tolle fuga Turnum, atq; inſtantibus eripe fatis:
Hactenus indulſiſſe uacat: ſin altior iſtis
Sub precibus uenia ulla latet, totumq; moueri,
Mutari'ue putas bellum: ſpes pacis inaneis.
Cui Iuno illacrymās: Quid ſi, quod uoce grauaris

Triſtia.) ſeuera. Terent. Et triſtis ſeueritas ineſt atq; in uerbis fides. itē contrà Vergilius, Furiasq; amnemq; ſeuerū, i. triſtem. Quin.) id eſt, ut non. nā confirmatiua particula non eſt. Nunc pereat Teucrisq; pio det ſanguine pœn.) Sermo obliquus, nō aptus ductus. nā nō egit ut pereat, ſed magis fauet eius ſaluti. Quod aūt dicitur Pio ſanguine, Aeneæ eū latenter exæquat, qui ubique dicitur cultor deorum. ille tamē quanq̃ moriturus, tamē à dijs originē ducit. Noſtra.) diuina. Quartus pater.) abauus. nec eſt contrariū illud, Cui Pilūnus auus: potuit enī fieri, ut & auus & abauus eius à Pilumno Pilūni nominarentur. Si mora præſentis læti.) Ex Iouis conceſſione, quali arte egerit Iuno cognoſcitur, ſcil. ut Turnus poſſet euadere. Caduco.) morituro.

Ponere.) facere. ſic Lucil. Hom. ſecutus q; ait, ἄλγ' ἔθηκεν. i. fecit. Hactenus ind. ua.) Ingenti arte locutus eſt: nam dicēdo Vacat, oſtendit ſuper hoc breue ſpatiū ulterius bonarū ſtellarū irradiatione Turni fata differre nō poſſe. unde nō ait Indulſiſſe libet, ſed Vacat: ac ſi diceret, Iam undiq; in mortē truditur Turnus, hoc tantū uacat ſpatiū. Hinc eſt quod & ſuprà ait, Metasq; dati peruenit ad æui. Venia ulla.) beneficium, quod ſperas te mereri.

Quod uoce grauaris.) Negas fato: uox enim Iouis fatum eſt. Statius, Et uocem fata ſequūtur. hoc autē dicit, Vtinā quæ negas uoce, id eſt fato, mente præſtares. nam ſi Iouis uox

uox fatum est, potest aliud fando fati ordinem cõmutare. Grauaris *autem, negas, grauiter fers. & hac locutione non nisi per accusatiuum utimur: ut si dicas, aggrauor aduentũ tuũ, id est, grauiter fero, grauor præsentiam. nam ipse dixit, qua grauaris: aliter non dicimus in hac significatione.* Similiter *etiam accusatiuo utimur, cum uolumus absolutam facere locutionem, & per gerundiuũ modũ aliquid dicere: ut petendum mihi est equum, codicem, hircum.* hinc Vergil. *Et pacẽ Troiano ab rege petẽdum. nam si dixeris, petendus est codex, iã nõ p ge rũdiuum modũ, sed participaliter loq̃ris.* Rata.) *firma, perpetua.* Veri uana feror.) *sum ueritatis ignara.* Nymbo succincta.) *nubibus, quia præmisit agens hyemẽ, quod nisi esset, splendorẽ accipemus, q̃ est circa corpus deorum.* Nube ca.) *Erit nominatiuus hæc nubes: nam nubs nõ dicimus, quod ait* Liuius Andronicus, *q̃ primus edidit fabulã latinã apud nos.* Iubasq́;) *propter equinã caudã, quæ esse solebat in galeis: ut, Cristáq; hirsutus equina.* Diuini assimilat capitis.) *Hoc ex persona poëtæ dictũ est, ineuntis futura: nam post mortem in numerũ referetur Deorũ.* Dat inania uerba.) *Nec à mẽbris, nec à mente ueniẽtia.* Obita.) *sumpta, & suscepta, & cõpleta.* Exultat.) *Exultare est gaudere, & per se plenũ est: nam insultare est irridere inimicos. & dicimus* Insulto *tibi: licet* Sallust. *dixerit, Multos ab adoscentia bonos insultauerat. quãuis illic alia esset significatio, multos insultauerat, hoc est, impetũ fecerat.* Irritatq́; uirũ te.) *Ideo hac arte agit* Iuno, *& imagine decipit Turnũ, q̃a si ex apto fugã suaderet, more uiri fortis ille fugæ præponeret mortẽ: cũ præsertim ipse in sequẽtib. dicat, Vsq; adeò ne mori miserũ est?* Turbidus.) *elatus, arrogãtia tumens.* Tellus quæsita p un.) *Sic alibi, En agros & quã bello Troiane petisti, Hesperiam metire iacens.* Vociferans sequitur.) *sequens clamabat: non*

Mente dares? atq; hæc Turno rata uita maneret?
Nunc manet insontem grauis exitus, aut ego ueri
Vana feror, quod ut ò potius formidine falsa
Ludar, & in melius tua, qui potes, orsa reflectas.
Hæc ubi dicta dedit, cœlo se protinus alto
Misit, agẽs hyemem nymbo succincta per auras:
Iliacamq; aciem, & Laurentia castra petiuit.
Tum Dea nube caua tenuem sine uiribus umbrã,
In faciem Aeneæ (uisu mirabile monstrum)
Dardanijs ornat telis, clypeumq́; iubasq;
Diuini assimilat capitis: dat inania uerba,
Dat sine mente sonum, gressusq; effingit euntis:
Morte obita quales fama est uolitare figuras,
Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.
At primas læta ante acies exultat imago,
Irritatq; uirum telis, & uoce lacessit.
Instat cui Turnus, stridentemq́; eminus hastam
Conijcit: illa dato uertit uestigia tergo.
Tum uero Aenean auersum ut cedere Turnus
Credidit, atq; animo spem turbidus hausit inanẽ:
Quò fugis Aeneas? thalamos ne desere pactos,
Hac dabitur dextra tellus quæsita per undas.
Talia uociferans sequitur, strictumq́; coruscat

autem dixit, Et sic est secutus. Nec ferre uidet sua gaudia uentos.) *Prouerbium est, uenti ferũt gaudia, id est, lætatur incassum. sic suprà, Sed auræ Omnia discerpũt. Item, Partim Mente dedit partim uolucres dispersit in auras.* Forte ratis.) *Descriptio per ecbasim facta: non enim à superioribus pendet, sed antedictis adiungitur: ut, Insula Sicanium iuxta latus. Has autem descriptiones esse apertas & raras conuenit: sicut & Horatius docet in arte poetica dicens, Purpureus late qui splendeat unus & alter Assuitur pannus: sunt enim ornatui.* Crepidine saxi.) *Crepido est abrupti saxi altitudo. Sanè hoc loco antiptosis facta est ꝓpter metrũ cõiũcta: ergo crepidine pro crepidini, sicut hæret pede pes, ꝓ pedi.* Osinius.) *Ipse est quem supra Massicum dixit. ergo, ut diximus, si Osinius propriũ est, Massicus appellatiuum. licet possit fieri ut duo nomina unius sint, ut est Numa Põpilius, Alexander Magnus.* Clusinis oris.) *Thusciæ ciuitate.* Transilit.) *Hoc sermone festinãtis celeritas indicatur.* Rupit Saturnia funẽ.) *ne deprehẽso dolo ad bellũ rediret.* Illũ aũt Aeneas absentẽ in prælia pos.) *Sic melius, q̃ sicut nõnulli uolunt. Vrbanus nanq; sic legit, Ille aũt Aeneã absentẽ in ꝓlia poscit: ut quasi ad Turnũ possit referri.* Obuia multa uirûm demittit corp. morti.) *Quod Vrbanus dicit arbitratur de nautis in naui inuentis, quod non procedit. nam absens dicitur qui recedit: quod nunc Turno cõgruit, non Aeneæ, qui interest prælijs.* Medio.) *ad mediũ.* Turbo.) *uis uẽti.* Ignarus rerũ.) *artis per quam euaserat.* Omnipotens genitor.) *Duo antonomasia pro uno proprio, ut Tritonia Pallas.* Tanton'.) *pro tantóne. & cõstat mutilatas partes orationis accẽtum in eodem loco habere, in quo etiam integræ habuerunt: nam μόρια, id est, minores particulæ, ut q;, ne, ue, ce, quoties iungũtur alijs partibus, ante se accentũ faciũt, quælibet sit syllaba quæ præcedit, siue breuis, siue lõga: ut musaq;, huius úe, illic'ce, tanto'ne, adhúcce. & hæc mutilata similiter proferũtur, scilicet sub eodẽ accentu.* Quem úe red.) *Quale est, ut Hũc ego te Euryale aspicio: & quasi nescius sui est, in tanta rerũ permutatione.* Laurentis ne iterum

Mucronem, nec ferre uidet sua gaudia uentos.
Forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi
Expositis stabat scalis, & ponte parato:
Quà rex Clusinis aduectus Osinius oris.
Huc sese Aeneæ trepidè fugientis imago
Conijcit in latebras, nec Turnus segnior instat,
Exuperatq; moras, & pontes transilit altos:
Vix proram attigerat, rupit Saturnia funem,
Auulsamq; rapit reuoluta per æquora nauem.
Illum autem Aeneas absentem in prælia poscit,
Obuia multa uirûm demittit corpora morti.
Tũ leuis haud ultra latebras iam quærit imago,
Sed sublime uolans nubi se immiscuit atræ,
Quum Turnũ medio interea fert æquore turbo,
Respicit ignarus rerum, ingratusq; salutis,
Et duplices cum uoce manus ad sidera tendit:
Omnipotens genitor, tanton' me crimine dignũ
Duxisti? & tales uoluisti expẽdere pœnas? (ducet?
Quo feror? unde abij? quæ me fuga? quemúe re=
Laurentis'ne iterũ muros, aut castra uidebo?

rum muros.) quasi deliberatio. Quid manus illa uirû.) Syllepsis per genus: nam à manu, id est, multitudine ad uiros transitû facit. Palâtes uideo.) Intelligimus eum nõ longe à terris fuisse: nam quod ait suprà, Medio fert æquore turbo, ut diximus, id mediû accipiendû est: aut quia mediû dicitur omne qđ est inter finem et initiû: ut in 5. Interea medium Aeneas iam classe tenebat. Gemitûq; cadentû acci.) Hic apparet de Aenea dictû, Obuia multa

Quid manus illa uirûm, q me, meaq; arma secuti?
Quosq; (nephas) oẽs infanda in morte reliqui?
Et nunc palantes uideo, gemitumq; cadentum
Accipio: quid agã? aut quæ iam satis ima dehiscat
Terra mihi? uos ô potius miserescite uenti,
In rupes, in saxa uolens uos Turnus adoro,
Ferte ratem, sæuisq; uadis immittite Syrtis,
Quò neq; me Rutuli, neq; conscia fama sequatur.
Hęc memorãs, animo nũc huc, nũc fluctuat illuc,
An sese mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, & crudum per costas exigat ensem:
Fluctibus an iaciat medijs, & littora nando
Curua petat, Teucrumq; iterũ se reddat in arma.
Ter conatus utranq; uiam, ter maxima Iuno
Continuit, iuuenemq; animo miserata repressit.
Labitur alta secans, fluctuq; æstuq; secundo,
Et patris antiquam Dauni defertur ad urbem.
At Iouis interea monitis Mezentius ardens
Succedit pugnæ, Teucrosq; inuadit ouantes.

uirû demittit corpora morti. Ima terra.) Dolet sibi etiã infelictû uota ablata: siquidem in mari constitutus optare hiatû nõ potest terræ. Imam autẽ terram dixit, quæ cõtinet maria. Miserescite uenti.) Pro petẽtis qualitate nonnũquam etiã mors uidetur esse miseratio, ut hoc loco. itẽ suprà, Figite me si qua est pietas. Adoro.) Ad uacat, et est metri causa addită. Syrtis.) ubi arenosa sunt loca: aut reuera ad Syrtes, id est, ad mundi extrema, quò me nec fama comitetur. Mucrone induat.) Aut κατὰ χρηστικῶς dixit Induat, pro feriat: aut hypallage est, pro mucronem suo induat corpore. si enim induere est uestire, non mucrone corpus induitur, sed induitur mucro corpore, id est, tegitur & uestitur. Crudû.) crudelẽ, cruentû. Animi.) pro animo miserata: nam figurate locutus est. sicut, O præstans animi iuuenis, pro animo: & illius rei, pro illa re. Ad urbẽ.) Ardeã: & ideo sic lõge, ne ex propinquo statim rediret, & ut eû affectus retineret parentis. At Iouis interea mo.) Nouimus sacrilegû esse Mezentiû: Iouem etiam hortatû esse alios Deos, ut à bello desisterent, & dixisse, Rex Iuppiter omnibus idem. Quomodo ergo procedit, At Iouis interea monitis? dicimus primo, Iouẽ iustitiæ fauere, nõ partibus: quod si est, iure Mezentiû in Turni locû fecit uenire, ut iustû præliû inueniatur, nec una pars penitus à ducibus sit destituta. Quod autem dicitur, sacrilegû Iuppiter admonere nõ debuit, nõ admonet ut uincat, sed ut possit perire. Illud etiã frustra quæritur, quemadmodû numini sacrilegus obtẽperare potuit, cum Mezentiû non aperte Iuppiter moneat, sed ei inijciat tale desideriû: unde est, Dij'ne hûc ardorẽ mentibus addunt Euryiale, an sua cuiq; deus fit dira cupido? Monitis.) Ab eo qđ est hæc monita, hic uenit datiuus: nã & hos monitus dicimus.

ut Persius, Hos pueris monitus patres infundere lippos. sed à quarta declinatione, nec singulari datiuo utimur, nec plurali: nam nomē unū est de his, quæ licet duplicē habeant declinationē, tamen aliquibus eorū casibus propter asperitatē non utimur, ut Lauri lauribus: cum & huius laurus, ab hac lauro dicamus. Concurrunt Tyrrhenæ acies.) Quæ specialiter odio Mezentij in bellū ruebāt. Prodit in æquor) extenditur: sic Iuuen. Quæ pelago occurrūt medio lōgeq́ relinquūt Italiā. Pōto.) cōtra pelagus: nā datiuus est. Cœliq́ marisq́.) sicut & Mezentius odio rū, & telorū totius exercitus. Fugacē.) uelocē modo.

Latagū occupat os.) pro Latagi os occupat. & est græca figura in Homero frequens: ut si dicas, ἔκρουσεν ἀχιλλέα τὸν πόδα, id est, Achillem percussit pedē, pro percussit Achillis pedē. Poplite Pal.) ea parte qua plurimū poterat. Donat habere.) Græca figura: ut, argēti magnum dat ferre talētum.

Concurrunt Tyrrhenæ acies, atq; omnibus uni,
Vni odijsq́ uiro, telisq́ frequentibus instant.
Ille uelut rupes, uastum quę prodit in æquor,
Obuia uentorum furijs, expostaq́ ponto,
Vim cunctam, atq; minas perfert cœliq́ marisq́.
Ipsa immota manens, prolem Dolicaonis Hebrū
Sternit humi, cum quo Latagū, Palmūq́ fugacē:
Sed Latagum saxo, atq; ingenti fragmine montis
Occupat, os, faciemq́ aduersam: poplite Palmū
Succiso uolui segnem sinit: armaq; Lauso
Donat habere humeris, & uertice figere cristas.
Nec non Euantem Phrygium, Paridisq; Minanta
Aequalem, comitemq́, una quem nocte Theano
In lucem genitori Amyco dedit, & face prægnans
Cisseis regina Parin creat: urbe paterna
Occupat: ignarum Laurens habet ora Minanta.
Ac uelut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multosq́ palus Laurentia, sylua
Pastus arundinea: postquā inter retia uentum est,
Substitit, infremuitq́ ferox, & inhorruit armos:

Cisseis.) Hecuba filia Cissei secundum Euripidem in Hecuba, secundum alios Dimantis. quod autem Face prægnās, hoc ideo est, quia antequam pareret, faculam se peperisse uidit in somnis. Vrbe paterna occupat.) subaudi Paris, quod ut non diceret metri est necessitate compulsus. Ignarum Laurens habet ora Minanta.) subaudi, casus sui: uera tamē est lectio Ignarum, id est, ignoratum, qui nesciretur. & est supina significatio: sicut in Quarto, Liquitq́ uolatile ferrum. Nescius.) pro, qui nesciebatur. Actus.) coactus in retia.

Defendit.) texit: ut, Hic mihi dum teneras defendo à frigore myrtos. Vesulus.) Mons Liguriæ est iuxta alpes: Liguria autem cohæret Thusciæ, de qua fuerat Mezentius, unde est satis congrua comparatio. Multosq́.) pro multos ūe: non enim uicina est palus Laurentia monti Vesulo, ut possit unus atque idem aperte intelligi. Pastus.) pro pastum: nam supra ait, Quem. ergo antiptosis est. Laurentia.) pro Laurens: nam recta declinatio hæc est. Inhorruit armos.) pro Armis inhorruit: aut certe in armos horruit, & erexit setas.

Tutis

Nec cuiquam irasci, propiusúe accedere uirtus,
Sed iaculis, tutisq́ procul clamoribus instant.
Haud aliter, iustæ quibus est Mezentius iræ,
Non ulli est animus stricto concurrere ferro:
Missilibus longe, & uasto clamore lacessunt.
Ille autem impauidus partes cũctatur in omneis,
Dentibus infrendens, & tergo decutit hastas.
Venerat antiquis Coriti de finibus Acron,
Graius homo, infectos linquẽs pfug' hymenæos:
Hunc ubi miscentem longe media agmina uidit
Purpureum pennis, & pactę coniugis ostro:
Impastus stabula alta leo ceu sæpe peragrans
(Suadet enim uesana fames) si forte fugacem
Cõspexit capream, aut surgentẽ in cornua ceruũ,
Gaudet hians immane, comasq́ arrexit, & hæret
Visceribus super accumbens: lauit improba teter
Ora cruor.
Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes.
Sternitur infelix Acron, & calcibus atram
Tundit humũ expirans, infractaq́ tela cruentat.
Atq idem fugientem haud est dignatus Oroden
Sternere, nec iacta cæcum dare cuspide uulnus.
Obuius, aduersoq́ occurrit: seq uiro uir
Contulit: haud furto melior, sed fortibus armis.
Tum super abiectum posito pede nixus, & hasta,
Pars belli haud tẽnenda uiris: iacet altus Orodes.
Conclamant socij lætum pæana secuti.
Ille autem expirans: Non me, quicunq es, inulto

Tutisq́ clamoribus.) Propter periculum. *Iustæ iræ.)* Propter illud, *Mortua quinetiam iungebat corpora uiuis, Componẽs manibusq́ manus, atq oribus ora.* *Cũctatur.)* *Dispo nit se per omnes partes.* *Tergo.)* *scuto: ut, Et uenit aduersi in tergũ* Sulmonis. *Coriti de finib.)* *Coritus est ciuitas Thusciæ, & mons, et rex pater* Dardani: *unde nũc ad quoduis potest referri.* *Graius homo.)* Oriũdo *quidem græcus, sed qui nunc de* Thuscia *uenisset ad bellum.* *Miscentem.)* *perturbantẽ.* *Purpureũ pennis.)* *bene galeatũ: ut,* Purpurei *cristis iuuenes, id est, pulchri.* *Vesana fames.)* *alibi,* Et *malesuada fames.* *Fugacem.)* *uelocẽ.* *Surgentem.)* *crescentẽ cornibus, eminẽtẽ.* *Comasq́ arrexit.)* *Naturale ẽ, ut irati leones erigãt iubas.* *Lauit.)* *ab eo qđ ẽ lauo lauis, nam hoc uerbũ & primæ cõiugationis est & tertiæ: à qua nunc ait,* Et *lauit.* *itẽ* Horat. *Lauit amne crines. item,* Neq *dulci mala uino lauere.* *Infracta.)* *aut ualde fracta, aut reuera infracta.* *Orodẽ.)* *Istum* Oroden *uirũ fortẽ, intelligimus in fugã cõuersum necessitate: nam ipse* Mezẽtius *paulo pòst dicturus est ad hortandos socios,* Pars *belli haud temnenda uiri, iacet altus* Orodes. *Furto.)* *insidijs.* *Haud tẽnẽda uiri.)* Asper *uiris legit.* *Altus.)* *magnus: ut,* Sic *pater ille* Deũ *faciat, sic altus* Apollo. *Pæana secuti.)* *Pæan proprie* Apollinis *est laus, sed abusiue etiã aliorũ dicitur: unde* Pindarus *opus suum quod & hominũ & deorum continet laudes,* Pæanas *uocat.*

Nec longũ lætabere.) Duo dixit, nec diu lætaberis, nec me inde ſenſo. Homeri autem more, morienti dedit ſcientiam futurorum. *Longùm.)* pro longe, nomẽ pro aduerbio poſuit. *Subridens.)* Per iracundiã ridens loquitur: unde & illud dictum per irriſionẽ accipitur. *Aſt de me Diuûm pater atq; hominũ rex Viderit.)* id eſt, Viderit utrum Mezẽtio poſſit nocere ille, quem uos deorũ & hominũ creditis eſſe rectorẽ. *Eduxit corpore telum.)* quo facilius poſſet perire. Lucanus, Non eget ingeſtis, ſed uulſis corpore telis Dura quies, blandæ cõtraria: ſicut dictũ eſt, & ſomnus ferreus. *Cædicus Alcathoum.)* In hoc loco cõfuſio in aliqbus hominibus: nã quis ſit Troianus, qs Rutulus, ignoratur. *Rapo.)* Rapon dicitur, ſicut Tarcon: ſed metri cauſa detraxit N, ut poſſet fieri ſynalœpha. ſicut ſuprà ait, At procul hinc Tarco. *Infrenis.)* caſu equi aſperrimi, q frenorum ſperneret regimen. infrenos autẽ etiam homines dicimus: ut, Hic Numidæ infreni cingunt. dicimus autẽ & Infrenus, & Infrenis: ſicut inermus & inermis.

Victor nec longum lætabere: te quoq; fata,
Proſpectant paria, atq; eadem mox arua tenebis.
Ad quem ſubridens miſta Mezentius ira:
Nũc morere. aſt de me Diuum pater, atq; hominũ
Viderit. Hoc dicens, eduxit corpore telum. (rex
Olli dura quies oculos, & ferreus urget
Somnus, in æternam claudũtur lumina noctem.
Cædicus Alcathoũ obtrũcat, Sarraror Hydaſpẽ,
Partheniumq; Rapo, & prædurũ uiribus Orſen,
Meſſapus Cloniumq;, Lycaoniumq; Ericaten:
Illum infrenis equi lapſu tellure iacentem,
Hunc peditem pedes, & Lycius proceſſerat Agis,
Quem tamen haud expers Valerus uirtutis auitæ
Deijcit: Atronium Salius, Saliumq; Nealces,
Inſignis iaculo, & longe fallente ſagitta.
Iam grauis æquabat luctus, & mutua Mauors
Funera, cedebant pariter, pariterq; ruebant
Victores, uictiq;: neq; his fuga nota, nec illis.
Dij Iouis in tectis iram miſerantur inanem
Amborum, & tantos mortalibus eſſe labores.
Hinc Venus, hinc contra ſpectat Saturnia Iuno.
Pallida Tiſiphone media inter millia ſæuit.
At uero ingentem quatiens Mezentius haſtam
Turbidus ingreditur campo, q̃ magnus Orion,

Proceſſerat Argis.) Contra Meſſapũ dimicaturus, quod nequit efficere: nam à Valero anteq̃ ad Meſſapũ peruenirer, occiſus eſt. *Haud expers.)* nõ ignarus uirtutis parentũ. *Iaculo & longe fal. ſagit.)* ictu longe fallẽtis ſagittæ. nam per endiadin dixit: ut, Hamis auroq; trilicẽ. Itemq;, Moleq; & mõtes. *Cædebãt.)* Legitur & Cedebãt, id eſt, terga uertebãt, ſecundũ quod Ruebant, inſequebãtur ſignificat. Si aũt Cædebãt, id eſt, occidebãt. *Ruebãt.)* hoc eſt, cadebãt ſignificat. *Iram miſerãtur inanem.)* Generaliter dicit, Omnem iram bellicã: ubi enim tam inanis iracũdia eſt quam in bello, ubi ut pereamus iraſcimur? *Pallida Tiſiphone.)* nõ ipſa Dea, ſed effectus furiæ: hoc eſt, inſania. *Orion Cũ pedes inc. me. p max. Nerei Stagna.)* Orion, ut etiã in primo diximus.

mus, Oenopionis regis filius fuit, et cõcessus à Ioue, Mercurio, Neptunoq́; susceptis hospitio. hic uenator immensi corporis fuit, qui quodã tẽpore susceptus à rege Oenopione cũ uellet eius filiã uitiare, ille iratus ei oculos sustulit. Cæcus itaq; Orion quũ cõsuleret quemadmodum oculos posset recipere, respõsum est, ei posse lumina restitui, si per pelagus cõtra Orientem pergeret, ut loca luminum radijs Solis semper offerret: quod id ille efficere ita potuit.

Cum pedes incedit medij per maxima Nerei
Stagna, uiã scindẽs, humero supereminet undas:
Aut summis referẽs annosam montibus ornum,
Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.
Talis se uastis infert Mezentius armis.
Huic contra Aeneas speculatus in agmine longo
Obuius ire parat: manet imperterritus ille,
Hostem magnanimũ opperiens, & mole sua stat.
Atq; oculis spaciũ emensus quantum satis hastæ
Dextra mihi Deus, & telum quod missile libro
Nunc adsint: uoueo prædonis corpore raptis
Indutum spolijs, ipsum te Lause trophæum
Aeneæ: dixit, stridentemq; eminus hastam
Iecit, at illa uolans clypeo est excussa, proculq;
Egregium Anthorem latus inter & ilia figit:
Herculis Anthorẽ comitem, qui missus ab Argis
Hæserat Euandro, atq; Itala consederat urbe.
Sternitur infelix alieno uulnere, cœlumq;
Aspicit, & dulceis moriens reminiscitur Argos.

nam cum audisset strepitũ Cyclopũ Ioui fulmina fabricãtum, sono ad eos ductus unũ de his humeris supposuit, & eo duce oraculi præcepta cõpleuit. Non autẽ incongrue fingitur ire potuisse p mediũ pelagus, quasi filius p parte Neptunni. Hæc aũt cõparatio pertinet ad solam corporis proceritatem. Maxima Nerei stagna.) *Per epitheton eleuauit ταπεινωσιν, more suo.* Imperterritus.) *Prima est compositio, nõ secũda. nam hoc est perterritus quod territus, & tunc est uera compositio cum sermonis natura corrumpitur.* Spacium emensus quantum satis hastæ.) *Speciosa elocutio.* Voueo.) *consecro, & dedico.* Prædonis.) *Prædones sunt qui populandam alienam inuadunt prouinciam. alibi, Perfidus alta petens abducta uirgine prædo.* Trophæum.) *dictum est ἀπὸ τοῦ τρέπεσθαι, id est, ab hostium conuersione. unde qui hostem fugasset, merebatur trophæum: qui autem occidisset, triumphum, ἀπὸ τοῦ θριαμβεύειν, id est, ab exultatione. Sciẽdum sanè Lauso propriam ideo nihil profuisse pietatẽ, quod in eum pater mente sacrilega munera transferebat deorum, & ei occisorum spolia deuouebat.* Anthorem.) *Erit nominatiuus hic Anthores, quo modo Diores: nam si Anthor fuerit nominatiuus, metri ratio non procedit. Omnia enim nomina græca in or terminata, in obliquis casibus corripiũt o, ut Hector hectoris, Nestor nestoris, Castor castoris, & sic Anthor anthoris.* Alieno uulnere.) *telo, quod in Aeneam fuerat destinatum.* Cœlũq; aspicit.) *Vt, Alto quæsiuit cælo lucem. Item, Hausit cœlum, mentemq́; recepit. naturaliter enim morientes cupiunt satiari extremo lucis aspectu.* Dulceis moriens reminiscitur Argos.) *Inter physica signa moriturorum etiam hoc legitur, patriæ aspectum desiderare perituros.*

Linea terga.) Lino enim tegebantur ſcuta, ut poſſet inhærere pictura. *Ima haſta.)* hypallage eſt, pro in imo inguine. *A femine.)* ut etiam ſuprà diximus, ſecũdum Caprũ erit nominatiuus hoc femen: licet nuſquam lectum ſit, ut etiam ipſe cõmemorat. *Lacrymæq; per ora uolutæ.)* non uiri fortis, ſed filij eſt cõſiderata perſona. *Optima facta.)* Alij Optĩme legunt. *Hic.)* in hoc loco, uel bello: nam aduerbiũ loci eſt. *Si qua fidẽ tanto eſt operi latura uetuſtas.)* non de ſuis carminibus dicit: nec enim ſibi arrogaret: ſed tãto operi, id ẽ, pietati & uirtuti tuæ. nam hic eſt ſenſus, Ego quidẽ facta tua ò Lauſe, et mortẽ ex pietate uenientẽ nõ ſilebo: ſi tamẽ credet uetuſtas ex ſcelerato homine pium filiũ procreatũ fuiſſe. *Inq; ligatus.)* pro illigatus: & eſt tmeſis cum hyſterologia. *Inimicũ haſtile.)* Cuiuſdã quaſi picturæ pompa & imago deſcribitur. *Iamq; aſſurgentis dextræ.)* ſubijt mucronem Aeneæ dextræ aſſurgentis, id eſt, plagam ferẽtis. *Morãdo ſuſtinuit)* morã inijciẽdo eius impetũ luſit. *Dum genitor parma nati.)* De hiſtoria eſt: nam Scipio Africanus cũ eſſet annorũ uix decẽ et ſeptẽ, patrẽ ſuũ defendit in bello, nec receſſit xxvij. confoſſus uulneribus. *Præcipitant.)* præcipitantur. *Dum pluit.)* Hic diſtinguendũ. nam ſi iunxeris Dum pluit in terris, erit archaiſmos. debuit enim dicere, In terras. tamen ſciendum eſt hemiſtichiũ hoc Lucretij eſſe, quod ita ut inuenit Vergilius, tranſtulit. *Exercere diem.)* Hypallage eſt, pro ipſe per diem exerceri. *Nubem belli dum detinet.)* bellantũ impetum ſuſtinet,

Tum pius Aeneas haſtam iacit: illa per orbem
Aere cauum triplici, per linea terga, tribusq;
Tranſijt intextum tauris opus, imaq; ſedit
Inguine: ſed uires haud pertulit, ocyus enſem
Aeneas uiſo Tyrrheni ſanguine lętus
Eripit à femore, & trepidanti feruidus inſtat.
Ingemuit chari grauiter genitoris amore
Vt uidit Lauſus, lacrymæq; per ora uolutæ:
Hic mortis duræ caſum, tuaq; optima facta,
Si qua fidem tanto eſt operi latura uetuſtas,
Non equidem nec te iuuenis memorande ſilebo.
Ille pedem referens, & inutilis, inq; ligatus
Cedebat, clypeoq; inimicum haſtile trahebat.
Proripuit iuuenis, ſeſeq; immiſcuit armis.
Iamq; aſſurgentis dextræ, plagamq; ferentis
Aeneæ ſubijt mucronem, ipſumq; morando
Suſtinuit: ſocij magno clamore ſequuntur,
Dum genitor nati parma protectus abiret.
Telaq; conijciunt: proturbantq; eminus hoſtem
Miſſilibus, furit Aeneas, tectusq; tenet ſe.
Ac uelut effuſa ſi quando grandine nimbi
Præcipitant, omnis campis diffugit arator,
Omnis & agricola, & tuta latet arce uiator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice ſaxi
Dum pluit, in terris ut poſſit ſole reducto
Exercere diem: ſic obrutus undiq; telis
Aeneas nubem belli dum detinet, omneis

sustinet, donec deferueat: & bene translationē fecit à uicina cōparatione. Fallit te incautum pietas tua.) *quod credis me idcirco pium tibi ueniam posse concedere, quia & ipse pietatis intuitu dimicas pro patris salute.* Tua autem pietas, *prudenter est additum, quasi non à parente descendēs: cum in* Deos *sit pater impius, & pietas in filio sit nulla patris imitatione.* Fila legunt.) *proprium fuerat* Rumpunt: *tamen* Legunt, *aut colligunt est, aut transeunt: ut,* Littoráq; Epiri *legimus.* Exigit ensem Per medium Aeneas.) *Poëtica descriptio est: nam reuera fieri nō potuit, ut & gladius transiret per corpus iuuenis, & in eius corpore absconderetur: nā* Exigit *est, ex eo agit trans corpus.* Parmā.) *id est, leuia arma, non clypeum.* Minacis *autem, non Lausi: non enim ipse minatus fuerat. ergo ordo est,* Mucro minacis, Aeneæ *scilicet.* Tum uita per auras Cōcessit mœsta ad manes.) *id est, anima. & abusiue dictum est: nam ad inferos simulacrum pergit, nō anima.*

Sustinet, & Lausum increpitat, Lausóq; minatur:
Quo moriture ruis? maioráq; uiribus audes?
Fallit te incautum pietas tua: nec minus ille
Exultat demens: sæuæ iamq; altius iræ
Dardanio surgunt ductori, extremaq; Lauso
Parcę fila legunt: ualidum nanq; exigit ensem
Per medium Aeneas iuuenem, totumq; recondit.
Transijt & parma mucro leuia arma minacis,
Et tunicam, molli mater quam neuerat auro,
Impleuitq; sinum sanguis, tum uita per auras
Concessit mœsta ad manes, corpusq; reliquit.
At uero ut uultum uidit morientis, & ora,
Ora modis Anchisiades pallentia miris,
Ingemuit miserans grauiter, dextramq; tetendit,
Et mentem patriæ subijt pietatis imago.
Quid tibi nūc miserande puer pro laudibus istis?
Quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum?
Arma quibus lætatus habe tua, teq; parentum
Manibus, & cineri (si qua est ea cura) remitto.
Hoc tamen infelix miseram solabere mortem
Aeneæ magni dextra cadis: increpat ultro
Cunctantes socios, & terra subleuat ipsum
Sanguine turpantem comptos de more capillos.

Pro laudibus istis.) *Quia & cōtra fortiorē, & p patris salute dimicare conatus est: ideo enim pluraliter* Laudibus *dixit.* Quid pius Aeneas tāta dabit indole dignū.) *Propter euitandā arrogantiā tertia psona usus est.* Indoles *aūt proprie est imago quædā uirtutis futuræ.* Quibus lætatus habe.) *Moris enim fuerat, ut cum his rebus homines sepelirentur, quas dilexerāt uiui.* Si qua est ea cura remitto.) *Aut more illo dixit, quo solēt sepulchra ad ipsa cadauera non pertinere, licet umbris, sicut in 6. legimus, prosit: ut,* Si qua est ea gloria signent. *item de* Palante, Vano mœsti comitamur honore. *aut certe si qua est ea cura* Mezentio, *id est, patri sacrilego, qui superos inferosq; contemnit.* Aeneæ magni dextra cadis.) *Sicut alibi,* Nomen tamē haud leue patrū Manibus hoc referas telo cecidisse Camillæ.

Comptos de more capillos.) *Antiquo scilicet more, quo uiri sicut mulieres componebant*

capillos, quod uerum esse, & statuæ antiquorum docet, & personæ quas in Tragœdijs uidemus similes in utroq; sexu, quantum ad ornatū pertinet corporis. Interea.) dum hæc geruntur: & omnino sic est apud poëtas Interea, sicut apud Salustiū Eodem tempore. Vulnera siccabat lymphis.) noue & physice locutus est. nam cum aqua omnia infundantur, ait siccari uulnus. fluxus enim sanguinis aquarū frigore continetur. Leuabat.) inclinatione recreabat. Procul.) modo iuxta significat: & in Bucolicis, Ecloga sexta, Serta procul tantū capiti delapsa iacebāt. Grauia arma quiescūt.) Bene Grauia, ut & galeā arma, sed leuia intelligamus. & talis est figura, sicut illa Salust. Leonē atq; alias feras: ergo & leo fera est. Quiescunt autem, quasi in terra posita: quoniā galea q̄ pēdebat, poterat et moueri. Colla fouet.) sustinens se arboris trunco. Fusus perpexā in pectore barbā.) barbā in pectus fusam habēs. Archaismos autem est, quod ait In pectore pro in pectus: ut alibi, Medijs effusus in undis. pro in medias undas. Multa.) pro multum: sicut, Et pede terram crebra ferit, pro crebro. Super arma ferebant.) supra scutum: ut suprà: Impositum scuto referunt Palanta frequentes. Ad cœlum tendit palmas.) increpans Deos, quasi sacrilegus. Et sciendum uno eodemq; tempore non eum potuisse & hærere corpori, & manus ad cœlum leuare: licet ista poëta coniunxerit. Corpore inhæret.) aut inhæret Lauso suo corpore, aut certe hysterologia est: ut sit, hæret in corpore. Melius tamen est, ut sit anthithesis pro corpori, ut hæret pede pes, pro pedi. Per uul. fer.) Aut reuera per uulnera, quia per totū eius corpus mucro trāsierat: aut inuidiose ait uulnera pro uulnus: sic Terent. Nō perpeti meretricū contumelias, cū de Thaide loqueretur. Nūc demū exiliū inf.) nūc alte uulnus adactū est: solatio enim uiuētis filij utrūq; fuerat ante tolerabile. Idē ego.) qui nūc causæ tuæ mortis fui, qui feci ut exulis & sacrilegi filius esse diceris. Pulsus ob inuid.) excusat ne merito expulsus esse uideatur.

Interea genitor Tyberini ad fluminis undam,
Vulnera siccabat lymphis, corpusq; leuabat
Arboris accliuis trunco: procul ærea ramis
Dependet galea, & prato grauia arma quiescunt.
Stant lecti circùm iuuenes: ipse æger, anhelans,
Colla fouet, fusus perpexam in pectore barbam.
Multa super Lauso rogitat, multosq; remittit
Qui reuocent, mœstiq; ferant mandata parentis.
At Lausum socij exanimem super arma ferebant
Flentes ingentem, atq; ingenti uulnere uictum.
Agnouit longe genitum præsaga mali mens.
Caniciem multo deformat puluere, & ambas
Ad cœlum tendit palmas, & corpore inhæret.
Tanta'ne me tenuit, uidendi nate uoluptas,
Vt pro me hostili paterer succedere dextræ
Quē genui? tua'ne hęc genitor per uulnera seruor,
Morte tua uiuens? heu nunc misero mihi demum
Exilium infelix, nunc alte uulnus adactum.
Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen:
Pulsus ob inuidiam solio, sceptrisq; paternis.
Debueram patriæ pœnas, odijsq; meorum.

Omnes

Omnes per mortes.)per omnia mortis genera, id eſt, per diuerſa ſupplicia, per quæ uenitur in mortẽ. Vis alto uulnere tardet.)alij uulneris uiolentia. Alloquitur mœrentem.)triſtem: hæc enim animalia ſecundũ Homerũ tumeſcũt triſtia, quãdo indicãt dominorũ mortẽ futuram, τὸν δ' ἄρ ὑπὸ ζυγόφιν προσέφη πόδας αἰόλος ἵππος ξάνθος ἄφαρ δ' ἤμυσε καρήατι, πᾶσα δὲ χαίτη ζεύγλης ἐξεριποῦσα παρὰ ζυγὸν οὖδας ἵκανεν.

Omnes per mortes animã ſontem ipſe dediſſem.
Nũc uiuo, nec adhuc homines, lucemq́; relinquo.
Sed linquam, ſimul hoc dicens attollit in ægrum
Se femur, & quanquam uis alto uulnere tardat
Haud deiectus, equum duci iubet. hoc decus illi,
Hoc ſolamen erat, bellis hoc uictor abibat
Omnibus. alloquitur mœrentem, & talibus infit:
Rhæbe diu, (res ſi qua diu mortalibus ulla eſt)
Viximus, aut hodie uictor ſpolia illa cruenta,
Et caput Aeneæ referes, Lauſiq́; dolorum
Vltor eris mecum: aut aperit ſi nulla uiam uis,
Occumbes pariter, neq; enim fortiſſime (credo)
Iuſſa aliena pati, & dominos dignabere Teucros.
Dixit, & exceptus tergo aſſueta locauit
Mẽbra, manusq́; ambas iaculis onerauit acutis,
Aere caput fulgens, criſtaq́; hirſutus equina.
Sic curſum in medios rapidus dedit, æſtuat ingẽs
Imo in corde pudor, mixtoq́; inſania luctu,
Et furijs agitatus amor, & conſcia uirtus.
Atq; hic Aenean magna ter uoce uocauit.
Aeneas (agnouit enim) lætusq́; precatur:
Sic pater ille Deûm faciat, ſic altus Apollo.
Incipias conferre manum.
Tantum effatus, & infeſta ſubit obuius haſta.

Rhæbe diu, (res ſi qua diu mortalibus ulla eſt.) Hoc loco notãt Vergilium Critici, qui homini ſacrilego dedit prudentem ſententiã, quã rem ratio naturalis excuſat. Ea enim quæ per naturã mouent animos, in quamuis perſonã cadũt. illa uero ſunt tantũ prudentũ, quæ non niſi cõſilio & ratiõe deprehendũtur: unde & Terentius ſeruis dat plerunq; ſententias prudentiſſimas quidem, ſed quæ ſe ꝑ naturã offerũtur cunctis: ut, Ne quid nimis. Spolia illa cruẽta.) arma Aeneæ Lauſi cruore ꝑfuſa: unde intulit, Et caput Aeneæ. ꝑ qđ etiã ſpolia Aeneæ intelligimus: nam Lauſo nihil detraxerat Aeneas. Dixit enim, Arma quibus lætatus habe tua. Aut aperit ſi nulla uiam uis.) Aut ſi nullã, oſtendit fortitudo rationem. Neque enim fortiſſime credo.) quod dignaberis habere dominos Teucros, ſcilicet ignauos: unam hoc intelligimus ex eo quod dixit equo, fortiſſime. Plerunq; enim ex alterius perſonæ uituperatione uel laude cognoſcimus quid de alia dicatur, ut hoc loco Troianos uituperatos ex equi laude cognoſcimus. Item alibi contrà, Et nunc ille Paris, ſcilicet adulter: nam illo loco ex perſona Paridis uituperatur Aeneas. Exceptus tergo.) equo ſe præbente ſuſceptus, quod fieri plerunque conſpicimus in conſuefactis equis. Iaculis onerauit.) auiditas ſæuientis exprimitur magna. Ter.) id eſt, ſæpius. Infeſta haſta.) in uulnus parata, uel protenta.

Qua perdere posses.) deest Me: nā hoc dicit, nisi extincto filio nulla se ratione posse superari. *Nec Diuûm parcimus ulli.*) quia Aeneas inuocauerat Deos: ut, Sic pater ille Deûm faciat. *Desine.*) scilicet mortem minari, quoniā libenter moriturus adueni. *Vmbo.*) scutum: nam à parte totum intelligimus. *Læuos equitauit in orbes.*) secūdum artem militiæ: nam eques stans facillime superatur à pedite. in læuam autem ideo partem circuibat, ut Aeneæ dexteram partē circūueniret, quæ utique nuda erat. *Pugna iniq.*) pedes cōtra equitē. *Multa mo.*) utrū in ipsū, an in equū tela intorqret, quo uulnerato Mezentius carebat effugio. *Inter tēpora.*) id est, in frontē. *Bellatoris equi.*) πολεμιστὴρ, per quem bellum geritur. aliter hominē dicimus bellatorē, qui bellū gerit. *Implicat.*) impedit. *Cernuus.*) Cernuus equus dicitur, q cadit in faciem, quasi in eam partem quam cernimus. unde & pueri quos in ludis uidemus, ea parte qua cernunt stantes, cernui uocantur: ut etiam Varro in ludis theatralibus docet.

Ille autem, quid me erepto sæuissime nato
Terres? hæc uia sola fuit, qua perdere posses.
Nec mortē horremus, nec Diuûm parcimus ulli:
Desine, nam uenio moriturus, & hæc tibi porto
Dona prius. dixit, telumq; intorsit in hostem.
Inde aliud super, atq; aliud figitq;, uolatq;
Ingenti gyro, sed sustinet aureus umbo,
Ter circum astantem læuos equitauit in orbes
Tela manu iaciens, ter secum Troius heros
Immanem ærato circunfert tegmine syluam:
Inde ubi tot traxisse moras, tot spicula tedet
Vellere, & urgetur pugna congressus iniqua,
Multa mouens animo, iam tandē erūpit, & inter
Bellatoris equi caua tempora conijcit hastam.
Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras
Verberat, effusumq; equitem super ipse secutus
Implicat, eiectoq; incumbit cernuus armo.
Clamore incendunt cœlum Troësq;, Latiniq;.
Aduolat Aeneas, uaginaq; eripit ensem,
Et super hæc: ubi nunc Mezentius acer? & illa
Effera uis animi? contrà Tyrrhenus, & auras
Suspiciens hausit cœlum, mentemq; recepit:
Hostis amare quid increpitas? mortēq; minaris?
Nullum in cæde nefas: nec sic ad prælia ueni,
Nec tecū meus hæc pepigit mihi fœdera Lausus.

Clamore incendunt cœlū.) implent: & abusiue dicit. *Troësq.*) gaudio. *Latiniq.*) dolore. *Hausit cœlum.*) hoc est, aërem. Lucretius, In hoc cœlo qui dicitur aër. & hoc dicit postquam respirauit, & mentem recepit post turbationem ex equi uenientem ruina. *Hostis amare.*) asper: & est Homeri de telo dictū, quod hic ad hominem trāstulit. Ille enim ait, πικρὸν οἰστόν. *Nullum in cæde nefas.*) Mori uiro ultro forti nefas non est: unde in primo Aeneas & fortis & pius inducitur sic loquēs, O terq; quaterq; beati. *Nec sic.*) s. ego ut uincerē ueni: hoc est, cū uolūtate procūbo. *Nec tecū meus hæc pepigit mihi fœdera Lausus.*)

hoc

hoc est, nõ cum hoc pacto à te Lausus recessit, ut uitam requireret. Fœdera autẽ pepigit, per translationem dixit: id est, non sic pugnauit, ut ullum mihi uitæ reliquerit desiderium. Venia.) *beneficium: ut,* Orantes ueniam. *Hunc oro defende furorem.) inimicorum iram, & post fata sæuire cupientem. Defende autem est, prohibe: ut,* Dum teneras defendo à frigore

Vnum hoc per, (si qua est uictis uenia hostib.) oro,
Corpus humo patiare tegi: scio acerba meorum
Circumstare odia: hunc (oro) defende furorem,
Et me consortem nati concede sepulchro,
Hæc loqtur, iuguloq; haud inscius accipit ensem,
Vndantiq; animam diffundit in arma cruore.

myrtos. & bene petit ab Aenea, quod scit eum ultro cõcedere, ut probauit in filio. Petit autẽ non de eius pietate dubitans, sed timẽs irã suorum. Haud inscius.) *Liptotes figura: non enim dicit non ignarus, sed expectans omnibus uotis: ut,* Munera nec sperno, *id est, libẽter accipio. In hac autẽ figura plus cogitatur, quàm dicatur.* Vndantiq; animam.) *Ordo est, In arma undanti cruore animam diffundit, cuius sedem pleriq; sanguinem uolunt esse. & sic est dictum, ut* Vna eademq; uia sanguis animusq; sequuntur: *Tuáq; animam hanc effundere dextra, quasi quæ in cruore fouetur.*

FINIS DECIMI AENEIDOS.

ADILON.

Vndecimo uicta est non æquo Marte Camilla.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN *Vndecimum Aeneidos librum, argumentum.*

Constituit Marti spoliorum ex hoste trophæum:
Exanimumq; patri natum Palanta remittit,
Iura sepulturæ tribuit, tempusq; Latinis
Euander patrios affectus edit in urbe.
Corpora cæsa uirûm passim digesta cremantur.
Legati referunt Diomeden arma negasse.
Drances & Turnus leges æquante Latino
Concurrunt dictis: Aeneas imminet urbi.
Pugnatur, uincunt Troës, cadit icta Camilla.
Deinde duces castris donec cessere, minantur.

P. VERGILII M. AENEIDOS LIBBR VNDECIMVS.

OCeanum interea ſurgens aurora reliquit:
Aeneas(quãquam & ſocijs dare tempus humandis
Præcipitant curæ, turbataq́ funere Mens eſt,)
Vota Deûm primo uictor ſoluebat Eoo.
Ingentem quercum deciſis undiq́ ramis
Conſtituit tumulo,fulgentiaq́ induit arma:
Mezenti exuuias(tibi magne trophęum
Bellipotens)aptat rorantes ſanguine criſtas,
Telaq́ trunca uiri,& bis ſex thoraca petitum

OCeanum interea ſurgens aurora reliquit.) More ſuo prætermiſit noctis deſcriptionem, quam tranſiſſe indicat præſens ortus diei: & hoc eſt unde Horatius ait, Nec uerbũ uerbo curabis reddere fidus Interpres. Quæ enim naturalia ſunt omnibus patent. Aeneas,quanquam & ſocijs dare tempus humandis Præcipitant curæ.) Conſuetudo Romana fuit, ut polluti funere minime ſacrificarent:ſi tamen cõtingeret,ut uno eodẽq́ tempore & funeſtaretur quis,& cogeretur dare operam ſacrificijs, laborabat, ut antè ſacra compleret,quàm funus agnoſceret. unde etiam Horatius, Puluillus in Capitolij dedicatiõe, cum ab inimicis ei filius extinctus nũciaretur ait,Cadauer ſit:nec uoluit funus agnoſcere,donec templa dedicaret.ſecundũ quem ritum etiam Aeneas inducitur ante operam dare ſacrificijs:& ſic ad ſociorum & Palantis ſepulturam reuerti. Præcipitant curæ.) urgent: longã enim dilationem ſepultura non patitur. Turbataq́ funere mens eſt.)funere Palantis κατ' ἐξοχὴν:nam hæc conſuetudo eſt apud poëtas,ut à plebe ſegregarent duces. ſic paulo pòſt ait, Interea ſocios,inhumataq́ corpora terræ Mandemus. & intulit,Mœſtamq́ Euandri primus ad urbem Mittatur Palas.ſicut dictum eſt, Relliquias Danaum atq; immitis Achilli. Item, Forſitan & Priami fuerint quæ fata requiras. Primo uictor ſoluebat Eoo.) Anteq̃ luctũ ſubiret & funeſtaretur.Primo aũt Eoo,ſubaudimus tempore,nam græcè ἠὼς dicitur,quam nos auroram uocamus.Homer. ῥοδοδάκτυλος ἠὼς,quod nomen Latini traxerunt per deriuationem ut dicerent, Et lætus Eois Eurus equis. Item, Eoasq́ acies. Sanè,ut etiam ſuprà diximus, in hoc ſermone prima ſyllaba naturaliter lõga eſt,ſed cum opus fuerit, corripitur aut licentia nominis proprij,aut quia eam uocalis ſequitur. Cõſtituit tumulo.)in colle,quia trophæa non figebantur niſi in eminentioribus locis.Salluſtius de Pompeio:Deuictis Hiſpanis trophæa in Pyreneis iugis conſtituit.ex quo more trophæa in urbibus figebantur in arcubus exædificatis.Ideo nunc trophæum ponit Aeneas,quia necdum plenam eſt uictoriã conſecutus,ſed occiſo Mezẽtio fugauit exercitũ.Plenæ enim uictoriæ(ut ſuprà diximus) triumphus debetur:& perſoluit uota propter uel tanti ducis interitum,uel quia fas erat etiam de primitijs ſacrificare. Tibi magne trophæum bellipotens.) Hoc per parentheſim dictum eſt. Aptat.) apte locat,& congrue. Telaq́ trunca uiri.) præfracta: ita enim in trophæis

phæis poni consueuerunt. Iuuenal. Et fracta de casside buccula pendens, Et curtum temone iugum, uictæque triremis Aplustre. Et bis sex thoraca petitũ Perfossumque locis.) duodecim uulneribus appetitum, quia (ut suprà dixit) totius Thusciæ populus in duodecim partes fuit diuisus: ut, Gens illi triplex populi sub gente quaterni, qui singulis lucumonibus parebant. Moris autẽ fuit, ut interemptos duces omnis uulneraret exercitus: sicut etiã de Hectore Homer. cõmemorat, οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν, καὶ εἶδος ἀγητὸν Ἕκτορος οὐδ' ἄρα οἵτις ἀνουτητί γε παρέστη. unde est,

Perfossumque locis, clypeumque ex ære sinistræ
Subligat, atque ensem collo suspendit eburnum.
Tum socios (nanque omnis eum stipata tegebat
Turba ducum) sic incipiens hortatur ouantes,
Maxima res effecta uiri, timor omnis abesto,
Quod superest, hæc sint spolia, & de rege superbo
Primitiæ, manibusque meis Mezentius hic est.
Nunc iter ad regem nobis, murosque Latinos.
Arma parate animis, & spe præsumite bellum,
Ne qua mora ignaros (ubi primum uellere signa
Annuerint superi, pubemque educere castris)
Impediat, segnesque metu sententia tardet.

Quæ circum plurima muros Accepit patrios. Clypeũque ex ære.) Figuratius quàm si æreum diceret. Ensẽ collo suspendit eburnum.) uaginam eburneam. Sanè ebur eboris facit nõ eburis, sicut murmur murmuris: unde quia in principalitatis declinatione uarietas inuenitur, & deriuatio uaria est: nam eburnus facit ab eo quod est ebur: eborneus, ab eo quod est eboris.. Maxima res effecta uiri.) occiso tãto duce: simul etiã trophæi ostenditur causa. Abesto.) absit: nam tertia persona est. Quod superest.) de reliquo: & est absoluta elocutio. Et de rege supbo Primitiæ.) Aut hoc dicit, Primitiæ istæ quas fecimus nõ de plebe sunt, sed de rege superbissimo: aut certe superbũ regem Turnum accipiamus. nam de ipso legimus, At Rutulo abscessu iuuenis tum iussa superba miratur. ut sit sensus, hæc spolia & hãc primã belli partẽ superbo Turno sustulimus. Nam hoc epitheton proprium Turni est, quod ei Vergilius pro ingenti scelere dat. Apud enim maiores superbia ingens facinus fuit, adeò ut Tarquinius pro multis sceleribus superbi nomen acceperit. Mezentius hic est.) talis: ut, Hunc ego te Euryale aspicio? Murosque Latinos.) Iam campestri superauimus prælio: restat ut etiam obsidione uincamus. Credit enim quod sibi iam aperte nullus occurrat, nec inaniter. nam & paulo pòst dicturus est Turnus, Furta paro belli: & in duodecimo Latinus, Vix urbe tuemur Spes Italas. Arma parate animis.) Aut hypallage est pro armis parate animos: aut certe mutanda est distinctio: ut sit animis & spe præsumite bellum, mente præoccupate. ut suprà Turnus, Et pugnam sperate parari. Bene autem ait, Præsumite, quasi rem iam sui iuris, ut ei debere uideatur certa uictoria. Vellere signa Annuerint superi.) ne in mora sitis, cum captatis augurijs ad bellum exire cœperimus. Vellere autem proprie dixit, quia Romana signa figebantur in castris, & cum ad bellum eundum fuisset, captatis augurijs euellebantur è terra: nam alibi ea figi non licebat, sed inter auguria etiam hoc habebatur, si auellentem facile sequerentur, adeò ut cum filio in Arabis Parthico bello sit Crassus occisus, qui iturus ad prælium auellere signa uix potuit.

Interea

Interea socios.) donec obsidionis tēpus adueniat. Qui solus honos Acheronte sub imo est.) Propter, Centum errant annos uolitantꝙ hæc littora circum. & bene Acheronte sub imo, quia hæc res ad umbras tantū pertinet: nam apud prudentes homines nullius momēti sunt ista. Egregias animas.) Ingenti arte laudat potius ꝙ̄ miseretur extinctos, ut præsentiū animos in bella succendat. Quē non uirtutis egentē.) Ennij uersus est. Funere mersit acerbo.) immaturo: trāslatio à pomis. Qui Parrhasio Euandro.) Arcadico, à ciuitate Arcadiæ, quam Donatus uult à Parrha dictā: quod procedit, si Parrha nomen est græcum. si autē latinum est, stultè sensit: nam græcum nomen latinam etymologiam non recipit. Ibat.) pro Ierat. Alūno.) Alūnus est, qui græcè τρόφιμος dicitur: qđ nomē qa latinū nō est, ut ab eo qđ est nutritor, inueniamus eū qui nutritus est, transijt ad nomē aliud, qa & alumnū dixit.

Interea socios, inhumataꝙ corpora terræ
Mādemus, qui solus honos Acherōte sub imo est.
Ite ait, egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo, decorate supremis
Muneribus, mœstamꝙ Euādri primus ad urbem
Mittatur Palas, quem non uirtutis egentem
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
Sic ait illacrymans, recipitꝙ ad limina gressum.
Corpus ubi exanimi positum Palantis Acetes
Seruabat senior, qui Parrhasio Euandro
Armiger ante fuit, sed non felicibus æque
Tum comes auspicijs caro datus ibat alumno.
Circū omnis famulûmꝙ manus, Troianaꝙ turba,
Et mœstum Iliades crinem de more solutæ.
Vt uero Aeneas foribus sese intulit altis,
Ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt
Pectoribus, mœstoꝙ immugit regia luctu.
Ipse caput niuei fultum Palantis, & ora
Vt uidit, leuiꝙ patens in pectore uulnus
Cuspidis Ausoniæ, lacrymis ita fatur obortis:
Te'ne (inquit) miserande puer, cum læta ueniret,

Iliades crinem de more solutæ.) scilicet has Aeneæ ancillas intelligimus: nam omnes matres, hoc est, mulieres nobiles in Sicilia remāsisse dixit, excepta Euryali matre: de qua legimus, Quæ te sola puer tantis è matribus ausa, Prosequitur. Vt uero Aeneas foribus sese intulit altis.) Naturale enim est, ut intermissa lamenta repetantur, cū aliquis notus aduenerit. Sic in Statio, ingressis ducibus denuo defletur Archemorus, Mox ut morientia dignus Vultibus Inachij penetrarunt limina reges, Ceu noua tunc clades & primo saucius infans Vulnera, lætalisúe irrumperet atria serpens, Sic aliū ex alio quanꝙ̄ lassata fragorē Pectora, cōgeminant integratoꝙ resultāt Accenso clamore fores. Niuei fultū Palantis.) Latè patet hoc epitheton: referri enim potest & ad candorē pristinæ pulchritudinis, & ad pallorē ex morte uenientem, & ad frigus quod proprie mortuorum est: ut, Corpusꝙ lauant frigentis & ungunt. Leui in pectore.) pulchro, puerili, nondum setoso. Tene inquit.) Iteratio est: nam suprà ait, Lacrymis ita fatur obortis. sicut in Quinto posuit, Et fidam sic fatur ad aurē. & paulo

& paulo pòst intulit, Dic ait. Sanè sciendum & allocutionem talem esse, qualis illa ubi deflettur Euryalus: nam locis omnibus cõmouet miserationem, ab ætate, à tempore, à uulnere, à spe parentis. Cum læta ueniret Inuidit fortuna mihi.) Ac si diceret, quantũ noceret aduersa, quum læta talem intulit casum? Videtur autem dolere, quòd queri non potest de fortunæ crudelitate, quæ ei uno eodemq; tempore & tanta contulit beneficia, & tale intulit damnũ.

Inuidit fortuna mihi, ne regna uideres
Nostra, nec ad sedes uictor ueherere paternas?
Non hæc Euandro de te promissa parenti
Discedens dederam, quũ me complexus euntem
Mitteret in magnũ imperiũ, metuensq; moneret
Acres esse uiros, cum dura prælia gente.
Et nunc ille quidem spe multum captus inani
Fors & uota facit, cumulatq; altaria donis.
Nos iuuenem exanimũ, & nil iam cælestib. ullis
Debentem, uano mœsti comitamur honore:
Infelix nati funus crudele uidebis.
Hi nostri reditus, expectatiq; triumphi:
Hæc mea magna fides. at nõ Euandre pudendis
Vulneribus pulsum aspicies, nec sospite dirum
Optabis nato funus pater: hei mihi quantum
Præsidium Ausonia, & quantum tu perdis Iule.
Hæc ubi defleuit, tolli miserabile corpus
Imperat, & toto lectos ex agmine mittit

Téne inuidit fortuna mihi.) ut, Liber pãpineas inuidit collib. umbras. Discedens dederam.) κατὰ τὸ σιωπώμενον hoc intelligimus. nam abscedens nusquam est Euandrum allocutus Aeneas. Cum dura prælia gẽte.) subaudimus, Fore. Fors &.) fortè etiam uota suscipit. Potest & unum esse Fors &, id est, forsitan. Cumulatq; altaria donis.) & sacrificat, & suscipit uota. Naturaliter aũt quæritur de errore mentis humanæ. Nil iam cælestib. ullis Debentem.) Viui enim superorũ sunt, mortui ad inferos pertinent: unde in Duodecimo, Vos ò mihi manes Este boni, quoniam superis auersa uolũtas. Superis aũt debemus omnia, donec uiuimus: ideo quia, ut dicunt physici, quũ nasci cœperimus, sortimur à Sole spiritum, à Luna corpus, à Marte sanguinem, à Mercurio ingeniũ, à Ioue desiderium, à Venere cupiditates, à Saturno humorẽ: quæ omnia singulis reddere uidemur extincti. Vano mœsti comitamur honore.) inani, ut suprà diximus, quantũ ad uiuos pertinet. nam talia de mortuis fiunt ad solatiũ superstitum: ut est apud Ciceronem in Catone maiore. Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat uelle suam mortem dolore amicorum & lamentis uacare: uult credo se esse charum suis. Hi nostri reditus.) Tale est, ut Manibusq; meis Mezentius hic est. Hæc mea magna fides.) κατὰ τὸ σιωπώμενον, quam de Palantis reditu promiserat patri. Pudendis uulneribus pulsum.) à tergo illatis: & est consolatio. Nec sospite dirum.) pro sospiti. antiptosis est. hoc dicit, Si fuisset uulneratus à tergo, ipse ei optares interitum. Hæc ubi defleuit.) id est, postquam hæc cum lacrymis dixit. Flere enim est cum uoce lacrymari: unde habemus in Sexto, Continuo auditæ uoces uagitus & ingens Infantumq; animæ flentes in limine primo. Toto lectos ex agmine mittit Mille uiros.) Troianos, Thuscos, Arcadas.

Exigua.) Quamuis enim magna sint, orbitati patris prodesse non possunt. *Pheretrũ.*) Græcè φέρετρον dicitur, unde per diæresim phertron pheretrum facit. nam Latinè Capulus dicitur: unde ait Plaut. Capularis senex, id est, uicinus capulo. qui dictus Capulus, ab eo quòd corpus capiat. *Vimine querno.*) Sunt aliquæ duræ deriuationes, tamen eis sic utimur cum adiunctione alterius nominis, ut quernum uimen, item colurnũ ueru: ut, Pinguiaq; in uerub. torrebimus exta colurnis: ficulnum lignũ, ut Horatius, Olim truncus eram ficulnus inutile lignũ: item aprugnũ callũ, pro aprinum. *Obtẽtu frondis inumb.*) Veluti camerã quandã capulo ramorũ extẽsio ne fecerũt. *Agresti sublimẽ stra. po.*) hoc est, sup frondes ponũt. nam hic reddit quod omiserat supra, dicens, Extructos toros: nec addẽs unde. *Demessum.*) Participium est, ueniẽs ab eo quòd est metor. sanè ab eo quod est meto, præteritum perfectum messui facit.

Mille uiros, qui supremũ comitentur honorem,
Intersintq; patris lacrymis, solatia luctus
Exigua ingentis, misero sed debita patri.
Haud segnes alij crates, & molle pheretrum
Arbuteis texunt uirgis, & uimine querno,
Extructosq; toros obtentu frondis inumbrant.
Hic iuuenem agresti sublimem stramine ponunt:
Qualem uirgineo demessum pollice florem,
Seu mollis uiolæ, seu languentis hyacinthi,
Cui neq; fulgor adhuc, nec dũ sua forma recessit:
Non iam mater alit tellus, uiresq; ministrat.
Tum geminas uestes, ostroq; auroq; rigentes
Extulit Aeneas, quas illi læta laborum
Ipsa suis manibus quondam Sidonia Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro:
Harum unam iuueni supremũ mœstus honorem
Induit, arsurasq; comas obnubit amictu:
Multaq; præterea Laurentis præmia pugnæ
Aggerat, & longo prædam iubet ordine duci:
Addit equos, & tela quibus spoliauerat hostem.

Sua forma recessit.) propria pulchritudo. *Auroq; rigentes.*) Vnum Que uacat, & est additũ hiatus caussa. *Læta laborum.*) Figura est, Lætus illius rei. nam modò dicimus Lætus labore. *Discreuerat.*) depinxerat: simul amantis affectus ostenditur.

Harum unã.) de duobus. & Horum alterũ, & horũ unum possumus dicere: nam artigraphi hoc tantũ uetant, ne de duobus alium dicamus, quod de multis propriè dicitur. Sanè figuratè dixit Vestem induit: ut, Exuuias indutus Achilli. quũ in usu sit, Induit illa re, ut Indutosq; iubet truncos hostilibus armis. *Arsurasq; comas obnubit amictu.*) Harum unã induit iuueni, altera caput eius uelauit: nam suprà dixit duas uestes esse latas. Obnubit autẽ, uelauit. translatio à nubibus, quibus tegitur cælum: unde & Nuptiæ dicũtur, quòd nubentium capita uelentur. *Laurentis præmia pugnæ.*) Mittit præmia, quæ de præda Laurentis pugnæ sustulerat: nam Præda est quæ eripitur, Præmiũ quod offertur. *Equos & tela, quibus spoliauerat hostem.*) Vel Palas, uel Aeneas: nam ambiguè positũ est. Spolia autem, quũ ea tantũ sint quibus hostis spoliari potest, ut lorica, uel uestis. abusiuè etiã Spolium dicitur,

citur, quicquid ab hostibus tollitur: unde est, Postq̃ illum uita uictor spoliauit Achilles.

Vmbris inferias.)Propriè: nam Inferiæ sunt sacra mortuorũ. Cæso sanguine.)pro cæsorum: ut suprà, Captiuoq; rogi perfundat sanguine flãmas. Ipsos ferre duces.) Suos scilicet, qui illis mille præerant. Melius tamen est, iubet truncos ferre ipsos duces, hoc est, ducum spolia: ut Trophæa ipsos duces dixerit, sicut suprà, Manibusq; meis Mezentius hic est.

Vinxerat & post terga manus, quos mitteret umbris
Inferias cæso sparsuros sanguine flammã:
Indutosq; iubet truncos hostilibus armis
Ipsos ferre duces, inimicaq; nomina figi.
Ducitur infelix æuo confectus Acetes,
Pectora nunc fœdans pugnis, nũc unguibus ora:
Sternitur & toto proiectus corpore terræ.
Ducunt & Rutulo perfusos sanguine currus.
Pòst bellator equus positis insignibus Aethon
It lacrymans, guttisq; humectat grandibus ora.
Hastam alij, galeamq; ferũt: (nam cętera Turnus
Victor habet,) tũ mœsta phalãx, Teucriq; sequũt,
Tyrrheniq; duces, & uersis Arcades armis.
Postq̃ omnis longe comitum præcesserat ordo,
Substitit Aeneas, gemituq; hæc addidit alto:
Non alias hinc ad lacrymas eadem horrida belli
Fata uocant: Salue æternum mihi maxime Pala,

Inimicaq; nomina figi.) inimicorũ. Dicit autẽ affixos trophæis titulos cũ nominibus occisorũ. Ducitur infelix Acetes.) Quasi qui cõsternatus nimio dolore ire nõ poterat. & bene ex rerũ permutatione expressit doloris magnitudinem, dicens ita doluisse Acetem, ut pene carens humano sensu per se ire non posset: & equum ita sensisse interitũ domini, ut in humanũ migraret affectum. nã & lacrymabat, & sponte sequebatur cadauer. Fœdans.) uel cruentãs, uel lacerãs. Terræ.) in terra.

Positis insignibus.) sine phaleris. Quod aũt equũ dicit lacrymare, non mirum est, quũ Homerus etiã diuinantem induxerit Xanthũ equũ Achillis mortem. καὶ λίην σ' ἔτι νῦν γε σαώσομεν, ὄβριμ' Ἀχιλλεῦ, ἀλλά τοι ἐγγύθεν ἦμαρ ὀλέθριον, οὐδέτι ἡμεῖς αἴτιοι, ἀλλὰ θεός τε μέγας καὶ μοῖρα κραταιή. *Et paulo pòst,* ἀλλά σοι αὐτῷ μόρσιμόν ἐστι θεῷ τε καὶ ἀνέρι ἶφι δαμῆναι. *Equos aũt Achillis inducit Patroclũ lugenteis,* ἵπποι δ' Αἰακίδαο μάχης ἀπάνευθεν ἐόντες κλαῖον, ἐπεὶ δὴ πρῶτα πυθέσθην ἡνιόχοιο ἐν κονίῃσι πεσόντος ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο. *Aethon.) Nomen equi, quo & Auroræ equus uocatur: uel à splendore, nam* αἴθω *ardeo dicitur: uel à cursus celeritate, quasi* ἀεὶ θέων, *id est, perpetuo currẽs, indefessus. Cætera Turnus Victor habet.)* κατὰ τὸ σιωπώμενον, *& alia ei sustulisse intelligamus, non tantũ balteũ, ut legimus suprà. Phalanx.) Lingua Macedonũ legio. Quòd aũt ait Mœsta, Arcadas intelligimus: unde infert, Teucriq; Tyrrheniq;. & hoc est qđ ait suprà, Et toto lectos ex agmine mittit Mille uiros. Versis Arcades armis.) Lugentum more, mucronem hastæ non cuspidẽ contra terrã tenentes: scuta etiã inuertẽtes propter numina illic depicta, ne eorũ simulacra cadaueris polluerentur aspectu, ut nõnullis frustra placet. nã lugentũ mos est prioris habitus immutatio. Alias hinc ad la.) ad aliã sepulturã. Salue æternũ mihi max. Pala.*

Aeternumq́ uale.) Varro in libris Logistoricis dicit, ideo mortuis Salue & Vale dici, non quòd ualere aut salui esse possint, sed quòd ab his recedimus eos nunquam uisuri. Hinc ortū est, ut etiam maledicti significationem interdū Vale obtineat: ut Terentius, Vale ant qui inter nos dissidium uolunt: hoc est, ita à nobis discedant, ut nunquā ad nostrum reuertantur aspectum. Ergo quum mortuo dicitur Vale, non etymologia consideranda est, sed consuetudo, qđ nullis Vale dicimus, nisi à quibus recedamus.

Oratores.) legati, à perorando pro repub. nominati. *Vrbe Latina.*) pro Latini, id est, de Laurolauinio. *Velati ramis oleæ.*) non coronati. nec enim lugentes decebat, sed instructi & ornati, id est, in manibus oliuæ ramos ferētes: sic Homerus, στέμμα τ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου ἀπόλλωνος. Velati autē, ornati: ut illo loco significat, Victori uelatū auro uittisq́ iuuencum: quum uittis non aut uelentur aut coronentur uictimæ, sed ornentur.

Aeternumq́ uale. nec plura effatus, ad altos
Tendebat muros, gressumq́ in castra ferebat.
Iamq́ oratores aderant ex urbe Latina,
Velati ramis oleæ, ueniamq́ rogantes.
Corpora per campos ferro quæ fusa iacebant
Redderet, ac tumulo sineret succedere terræ:
Nullum cum uictis certamen, & æthere cassis:
Parceret hospitibus quondam, socerisq́ uocatis.
Quos bonus Aeneas haud aspernanda precantes
Prosequitur uenia, & uerbis hæc insuper addit:
Quæ'nam uos tanto fortuna indigna Latini
Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
Pacem'ne exanimis, & Martis sorte peremptis
Oratis? equidem & uiuis concedere uellem:
Nec ueni, ni fata locum sedemq́ dedissent,
Nec bellum cum gente gero. Rex nostra reliquit
Hospitia, & Turni potius se credidit armis.
Aequius huic Turno fuerat se opponere morti,
Si bellum finire manu, si pellere Teucros
Apparat, his decuit mecum concurrere telis.
Vixet, cui uitam deus, aut sua dextra dedisset:

Veniamq́ rogantes.) pro beneficiū. *Ferro quæ fusa.*) modò interēpta, aliàs fugata: sed discernūtur epithetis. ut si dicas, Ferro fusus est, uel metu fusus. *Redderet.*) Ostendit iam posse in Troianorum esse potestate. *Et æthere cassis.*) uacuis: unde & retia Casses dicimus. Hoc aūt bene addidit, quòd uicti possunt innouare certamen. *Haud aspernanda.*) iusta, non cōtemnenda. sepulturæ enim beneficiū generaliter debetur uniuersis.

Insuper addit.) accumulat uerbis beneficiū, dicens pacē se etiā uiuis uelle præstare. Pacē aūt ideo defunctis, quia ait Nullū cum uictis certamen & æthere cassis. Et mortuorum pax sepultura est, unde elegit uerbū utrisq́ aptū. *Quæ'nam.*) quanta, & qualis: nam mirātis est. nec enī dubitat, quū ipse dicat indigna. *Implicuit.*) inuoluit inuitos. *Nec ueni.*) nec uenissem: tēpus pro tēpore. *Nec bellū cum gente gero.*) sed cum Turno: per quod eorum captat fauorem. *Huic morti.*) δεικτικῶς, quasi ostendit iacentes. *Si bellū fini. ma.*) hoc est enim interemptione: potest enim & pace finiri. *Vixet.*) pro uixisset. & est syncope.

Deus,

Deus, aut sua dextra dedisset.) uictoriã, uel uitam: quia duplici ratione constat uictoriã, aut uirtute, aut uoluntate fortunæ. Miseris ciuibus.) Quasi aliena culpa pereuntibus.

Nunc ite, & miseris supponite ciuibus ignem.
Dixerat Aeneas: olli obstupuere silentes,
Conuersique oculos inter se, atque ora tenebant.
Tum senior, semperque odijs, & crimine Drances
Infensus iuueni Turno, sic ore uicissim
Orsa refert: O fama ingens, ingentior armis
Vir Troiane: quibus cælo te laudibus æquem?
Iustitiæ ne prius mirer, belli ne laborum?
Nos uero hęc patriam grati referemus ad urbem:
Et te, si qua uiam dederit fortuna, Latino
Iungemus regi: quærat sibi fœdera Turnus.
Quin & fatales murorum attollere moles,
Saxaque subuectare humeris Troiana iuuabit.
Dixerat hæc, unoque omnes eadem ore fremebant.
Bis senos pepigere dies, & pace sequestra
Per syluas Teucri, mixtique impune Latini
Errauere iugis: ferro sonat alta bipenni
Fraxinus, euertunt actas ad sidera pinus,

Obstupuere silentes.) id est, obstupefacti sunt, & silere cœperũt. Tunc senior.) cui ab ætate præstabatur autoritas. Odijs & crimine Drances Infensus iuueni Turno.) Aut per suum crimen, id est inertiã, quam semper uirtuti constat esse contrariam: aut Turni crimine, qui tot uiris mortis causa extiterat. Orsa refert.) cœpta uerba. O fama ingens, ingẽtior armis.) Frustra ait Donatus hoc nomẽ de his esse, quæ non recipiunt comparationẽ. nam quia augmẽtum recipit, etiam comparatur. Alia illa sunt nomina, in quibus est dubitatio utrum comparantur, ut est Perfectus: quia si uelis comparare, incipit pfectus non esse perfectus. Cælo te laudibus æquem?) Pro his, qui in cælo sunt, id est, dijs: ut, Cæruleus Tybris cælò gratissimus amnis. Iustitiæ ne prius mirer, belli ne laborum?) Figura Græca, Miror illius rei, & Regno illius rei: ut θαυμάζω ἐκείνου, καὶ ἄρχω ἐκείνου. Vnde Horat. ait, Et qua paupere Daunus agrestum regnauit populorũ, pro agrestibus populis. Si qua uiam.) id est, rationem. Dederit fortuna Latino.) Et bene cum exceptione pollicetur, dicens, si uoluntatem nostrã fortuna comitetur. Fœdera Turnus.) Vel coniugis, uel amicitiarum. Fatales moles.) Quia audiuerat, Nisi fata locũ sedemque dedissent. Saxa Troiana.) Ambitiose ait, quasi Troianis fataliter debita. Pepigere dies.) pacti sunt: ab eo quod est Paciscor, & pepigi & pactus sum facit: sicut ab eo quod est Parco, & parsi & peperci. Pace sequestra.) media & tẽporali. nam Sequester est medius inter duos altercantes, apud quẽ aliquid ad tempus seponitur. Pacem ergo sequestram inducias dicit, id est, pacem temporalem, & mediam inter bellum præteritum & futurum.

Mixtique impune Latini.) Apud maiores magna erat cura fidei, adeò ut inter Porsennã & Romanos factis inducijs, quũ ludi Circenses in urbe celebrarentur, ingressi hostiũ duces curuli certamine contenderẽt, & uictores coronarẽtur. Ferro bipẽni.) Ad epithetõ trãstulit nomen propriũ: nam Bipennis per se plenũ est, & securim significat: ut, Crebrisque bipẽnibus instant.

instant. Robora.) *modò genus est ligni: nam est inter specialia nominatum.* Plaustris gementibus.) *sub pondere sonantibus.* Quæ modò uictorem Latio Palanta ferebat.) *Bene modò: uno enim eodemq; die & fortiter fecit & perijt: ut,* Hæc te prima dies bello dedit, *hæc eadem aufert.* Arcades ad portas ruere.) *Eos dicit, qui intra ciuitatem sunt.* De more uetusto.) *Quia antea per noctem cadauera præfunerabantur cum faculis.* Rapuere faces.) *raptim et festinanter tulere.* Discriminat.) *diuidit: unde* Discrimen capitis muliebris *dicitur.* Incendunt.) *implent: ut,* Clamore incendunt cœlum Troësq; Latiniq;. Vis ulla.) *nec ætatis imbecillitas, nec seueritas regia.* Pheretro Palante reposito.) *Posito Palãtis pheretro. nam antiptosis est.* Nõ hæc ò Pala dederas promissa parenti Cautius ut sæuo uelles te tradere Marti.) *Duplex expositio est. aut enim hoc dicit,* Non enim mihi talia promittebas, *ut crederem te cautius dimicaturũ. ut intelligamus Palantẽ proficiscentem promisisse patri uictoriã, cædem hostiũ, plurima spolia. qui enim hoc cogitat, cautelæ obliuiscitur auiditate pugnãdi. Aut certè* Non *pro nomine* Nempe *accipiamus, ut in* Teren. Non tu hunc rus hinc prodisse aiebas: *id est, nonne, pro nẽpe: ut sit sensus,* Nempe mihi hæc dederas promissa *discedens, quia cautius fueras dimicaturus.* In armis.) *apud armatũ: cuius consilium cupiditas uictoriæ plerunq; conturbat.* Vota precesq; meæ.) *suprà,* Fors & uota facit. Felix morte tua.) *Ea re felix qua cæteri dolẽt.* Viuendo uici mea fata.) *diu uiuendo: ut in* Bucolicis, O Lycida uiui peruenimus. *Vici autem mea fata, per naturalẽ ordinem uita longiore superaui. nanq; hic ordo naturalis est, ut sint parentibus superstites filij. Fata ergo generalia dixit, referens se ad naturalem ordinem, non ad fatum proprium.*

Robora, nec cuneis, & olentem scindere cædrum,
Nec plaustris cessant uectare gementibus ornos.
Et iam fama uolans tanti prænuncia luctus
Euandrum, Euandriq; domos, & mœnia replet.
Quæ modò uictorem Latio Palanta ferebat.
Arcades ad portas ruere, & de more uetusto
Funereas rapuere faces: lucet uia longo
Ordine flammarum, & latè discriminat agros.
Contrà turba Phrygũ ueniens plangentia iungit
Agmina: quæ postquã matres succedere tecto
Viderunt, mœstam incendũt clamoribus urbem.
At non Euandrum potis est uis ulla tenere,
Sed uenit in medios, pheretro Palante reposto
Procubuit super, atq; hęret lacrymãsq; gemensq;,
Et uia uix tandem uoci laxata dolore est.
Non hęc ò Pala dederas promissa parenti,
Cautius ut sæuo uelles te credere Marti.
Haud ignarus eram, quantũ noua gloria in armis
Et prædulce decus primo certamine posset:
Primitiæ iuuenis miseræ, belliq; propinqui
Dura rudimenta, & nulli exaudita deorum
Vota, precesq; meæ: tuq; ò sanctissima coniux
Felix morte tua, neq; in hunc seruata dolorem.
Contra ego uiuendo uici mea fata superstes

nam fata

nam fata superare nemo hominū potest. unde multi sic distinguunt, Contra ego uiuendo ui*ci, uitam scilicet filij. nam hoc est,* Superstes restarē *ut genitor: ut* Mea fata *per exclamationem dictum sit.* Sciendum *tamen etiā irrationabilia dolentibus dari.* Restarem.) *essem.* Dedissem.) *reddidissem.* Nec uos arguerim Teucri.) Exonerat *eorum pudorem, ne uideatur causa orbitatis fuisse, dicens hoc sibi fataliter debitum.* Senectæ.) *deest ætatis: nā* Senecta *ætas dicitur.* Sallustius, Se*necta iā ætate.* Per *se autem plenū est si* Senectus *dicamus.*

Restarem ut genitor: Troum socia arma secutum
Obruerent Rutuli telis: animam ipse dedissem,
Atq; hęc pompa domū me, non Palanta, referret.
Nec uos arguerim Teucri, nec fœdera, nec quas
Iunximus hospitio dextras: sors ista senectæ
Debita erat nostræ. quòd si immatura manebat
Mors natum, cæsis Volscorum milibus ante
Ducentem in Latium Teucros cecidisse iuuabit.
Quin ego non alio digner te funere Pala
Quàm pius Aeneas, & q̄ magni Phryges, & quàm
Tyrrheniq; duces, Tyrrhenūmq; exercitus omnis
Magna trophæa ferūt, quos dat tua dextera leto.
Tu quoq; nunc stares immanis truncus in armis,
Esset par ætas, & idem si robur ab annis
Turne. sed infelix Teucros quid demoror armis?
Vadite, & hæc memores regi mandata referte.
Quod uitam moror inuisam Palante perempto,
Dextera caussa tua est, Turnum natoq; patriq;
Quam debere uides. meritis uacat hic tibi solus
Fortunæq; locus. non uitæ gaudia quæro,
Nec fas: sed nato manes perferre sub imos.
Aurora interea miseris mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera atq; labores.

Ducentem in Latium Teucros cecidisse iuuabit.) *Lucrum quodammodo putat impēdisse pro amicorum felicitate filium, qui morti fuerat acerbo funere fataliter debitus: & est à qualitate beneficij solacium.* Nō alio digner te funere Pala.) *Latenter hic Aeneæ ostenditur pietas, qui in amici funus tanta cōtulit, ut pater amplius præstare non posset.* Tu quoque nūc stares immanis truncus in armis.) *Sicut isti duces, de quibus hæc sunt trophæa: nam suprà ait,* Indutosq; iubet truncos hostilibus armis Ipsos ferre duces. Esset par ætas.) *Vel mea, uel filij: nam ad utrunq; potest referri.* Teucros qd demoror armis?) *ab armis. & hoc uidetur dicere,* Dimittendi *sunt* Troiani, *ut morte* Turni *satisfiat doloribus meis: quod etiā posteriora significant.* Meritis uacat hic tibi solus Fortunæq; locus.) *Nihil est aliud quod possit uel uirtus tua, uel fortuna præstare: nam his rebus uictoria contingit, nisi ut occiso* Turno *& uindices filium, & patrem consoleris orbatum.* Sed nato manes perferre sub imos.) *Ac si diceret, hāc solam esse causam, quæ eum cogat ad uitæ patientiam, ut filio* Turni *nuncietur interitus.* Extulerat lucem.) Asinius Pollio *dicit ubique* Vergilium *in diei descriptione sermonem aliquem ponere aptum præsentibus rebus: ut hoc loco, quia funerum & sepulturarum res agitur, dicit* Extulerat.

nam &

nam & Efferre, est ad sepulturam ferre. Terent. Funus effertur, imus. Item in Quarto, quia est nauigaturus Aeneas, & relicturus Didonem, dicit: Tithoni croceū linquens aurora cubile. quod licet superfluū sit, in multis tamen locis inuenitur. *Miseris mortalibus.*) qui sunt subiecti tot casibus. Home. δειλοῖσι βροτοῖσι: id est, miseris mortalibus, non timidis: quum δειλὸς & miserum & timidū significet. *Opera atq; labores.*) Hoc opus, & hæc opera tunc dicimus, quando negocium ipsum quod geritur, significamus. Si autem fœminino genere dixerimus operas, personas ipsas, quæ aliqd faciunt, significamus: ut Sallusti. sicut Custodia dicitur, quæ custodit: ut, Cernis custodia qualis: nam ut hi, q custodiuntur, custodia dicātur usurpatum est: unde male est in usu, Custodiæ audiuntur.

Iam pater Aeneas, iam curuo in littore Tarcon
Constituere pyras: hûc corpora quisq; suorum
More tulere patrum, subiectisq; ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine cælum.
Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter mœstum funeris ignem
Lustrauere in equis, ululatusq; ore dedere.
Spargitur & tellus lacrymis, sparguntur & arma.
It cælo clamorq; uirûm, clangorq; tubarum.
Hinc alij spolia occisis direpta Latinis
Coniiciunt igni galeas, ensesq; decoros,
Frenaq; feruenteisq; rotas, pars munera nota
Ipsorum clypeos, & non felicia tela.

Constituere pyras.) Pyra est lignorum congeries, Rogus quum ardere cœperit dicitur, Bustum uerò iam exustū uocatur: quem ordinem seruat poëta, dicens, Constituere pyras. item, Subiectisq; ignibus atris Ter circum accensos decurrere rogos. item, Semiustaq; seruant busta. *More tulere patrum.*) Quia apud uarias gentes diuersa fuerunt genera sepulturæ: inde est quòd alij obruuntur, alij exuruntur, alij proprias remittuntur ad patrias: alij per diem, ut nunc isti: alij per noctem, ut suprà Palas. & peritè has uarietates Vergil. posuit. nanq; Heracletus qui omnia uult ex igne cōstare, dicit debere in ignē corpora resolui: Thales uerò qui cōfirmat omnia ex humore procreari, dicit obruenda corpora, ut possint humore resolui. *Ignibus atris.*) Atqui ignes atri non sunt: sed epitheton traxit de negocio, ut Atris diceret, hoc est funebribus: ut paulo pòst, Mœstum funeris ignem, id est, funebrem. nam mœstus esse non potest ignis. *Cōditur in tenebras.*) id est, fumi obscuritate completur. *Cuncti fulgentibus armis.*) Frustra hoc epitheton notant Critici, quasi circumeuntes rogos alia arma habere debuerūt. *Cincti.*) instructi.

Decurrere rogos.) pro circa rogos cucurrere. Bene aūt dicit Decurrere, non decucurrere. nam uerba quæ in præterito pfecto primā syllabā gemināt, ut curro cucurri, & tōdeo totondi, quū composita fuerint, geminare nō possunt. nam neq; decucurri, neq; detotondi dicimus, exceptis tantū duobus, do & sto. *Clangorq; tubarū.*) Ante enim mortui ad tubā deducebantur: unde Persi. Hic tuba candelæ, tandemq; beatulus alto Cōpositus lecto. *Hinc alij spolia occisis direpta Latinis.*) Secundū suæ gentis ritū, alij hostilia arma, alij peremptorū cremabāt. *Ferventeisq; rotas.*) Nimio scilicet cursu: alibi, Volat ui feruidus axis. Horat. Metaq; feruidis euitata rotis. *Non felicia tela.*) quibus se defendere nequiuerūt.

Mactantur

Mactantur corpora morti.) aut in morte: aut Morti, ipsi Deæ. Statius, In scopulis mors sæua sedet. Lucan. Ipsamq́ uocatā Quem petat è nobis mortem tibi coge fateri. Circa autem ideo, quia Homerus dicit in morte Patrocli circa corpus extincti tam homines quàm pecora immolabantur, & uno igne cremabātur. Quare sic ἐν Ψ. ad Patrocli pyram, ἐν δὲ τίθει μέλιτος καὶ ἀλείφατος ἀμφιφορῆας πρὸς λέχεα κλίνων. πίσυρας δ' ἐριαύχενας ἵππους, ἐσσυμένως ἐνέβαλλε πυρῇ μεγάλα στεναχίζων. ἐννέα τῷ γε ἄνακτι τραπεζῆες κύνες ἦσαν. καὶ μὲν τῶν ἐνέβαλλε πυρῇ δύο δειροτομήσας. unde est in 6. Ossáq lecta cado texit Corinæus aheno.

Multa boum circa mactantur corpora morti,
Setigerosq́ sues, raptasq́ ex omnibus agris
In flammam iugulant pecudes: tum littore toto
Ardenteis spectant socios, semustaq́ seruant
Busta: neq auelli possunt, nox humida donec
Inuertit cœlum stellis ardentibus aptum.
Nec minus & miseri diuersa in parte Latini
Innumeras struxere pyras, & corpora partim
Multa uirûm terræ infodiunt, auectaq́ partim
Finitimos tollunt in agros, urbiq́ remittunt,
Cætera confusęq ingentem cędis aceruum
Nec numero, nec honore cremāt: tūc undiq uasti
Certatim crebris collucent ignibus agri.
Tertia lux gelidam cœlo dimouerat umbram,
Mœrentes altum cinerem, & confusa ruebant
Ossa focis, tepidoq́ onerabant aggere terræ,
Iam uero in tectis prædiuitis urbe Latini
Præcipuus fragor, & longe pars maxima luctus.
Hic matres, miseræq́ nurus, hic chara sororum
Pectora mœrentum, puerique parentibus orbi
Dirum execrantur bellum, Turniq́ hymenæos:
Ipsum armis, ipsumq́ iubent decernere ferro,

Raptas.) raptim adductas: nam post inducias rape nō poterant. aut certe raptas ante, belli scilicet tēpore. Stellis aptū.) cōiunctū. Nec minus.) etiā. Innumeras struxere pyras.) Hoc loco multis rebus ostendit immensam cædē factam esse Rutulorū. Finitimos tollunt in agros.) qui enim è lōginquo uenerant, referri non poterāt. Vrbiq́ remittūt.) Deest Vnicuique: & meminit antiquæ cōsuetudinis. nam ante etiam homines in ciuitate sepeliebātur, quod postea Duellio consule Senatus prohibuit, & legauit ne quis in urbe sepeliretur. Vnde imperatores & uirgines Vestæ, quia legibus non tenerentur, in ciuitate habent sepulchra. deniq; etiam nocentes uirgines Vestæ, licet uiuæ, tamē intra urbem in cāpo scelerato obruebantur. Nec honore.) quia nec numero: nam aliud uerbū pendet ex altero. Confusa ruebant Ossa focis.) Aut quia dixit simul multos crematos: aut si ad honoratorū cadauera referas, ut suprà diximus, confusa, propter animalia simul concremata. Ruebant.) de cineribus eruebant. Tepidoq́ onerabant aggere terræ.) Hypallage, hoc est, ossa tepida. Prædiuitis.) more græco epitheton incongruum hoc loco posuit. Et longe pars maxima luctus.) ualde: hoc est melius, quàm quod legatur, & longi. Hic matres.) quia scit hæc nomina ad aliquid pertinere, non addidit Deflebant filios, aut maritos, aut fratres. Iubent.) uolunt, exposcunt.

 Ingrauat.)

Ingrauat.) maiorem inuidiam concitat. Testatur.) testificatur etiam legatorū fidem, qui cum eo fuerūt. Obumbrat.) subaudis Turnū, tuetur, defendit: & est trāslatio ab arboribus. hoc aūt dicit, amor reginæ ad fauorē popularem plurimū proderat Turno. Meritis sustentat fama trophæis.) quia multos occiderat, ut etiam ipse dicturus est. Ecce super.) insuper ad cumulationem malorū. Mœsti.) Hoc sermone nihil eos egisse significat.

Qui regnum Italię, & primos sibi poscat honores.
Ingrauat hæc sæuus Drances, solumq; uocari
Testatur, solum posci in certamina Turnum.
Multa simul contrà uarijs sententia dictis
Pro Turno, & magnū reginæ nomen obumbrat.
Multa uirum meritis sustentat fama trophæis.
Hos inter motus medio flagrante tumultu,
Ecce super mœsti magna Diomedis ab urbe
Legati responsa ferunt, nihil omnibus actum
Tantorū impensis operum: nil dona, neq; aurū,
Nec magnas ualuisse preces: alia arma Latinis
Quærenda, aut pacem Troiano ab rege petendū.
Deficit ingenti luctu rex ipse Latinus:
Fatalem Aeneam manifesto numine ferri
Admonet ira Deûm, tumuliq; ante ora recentes.
Ergo concilium magnum, primosq; suorum
Imperio accitos alta intra limina cogit.

Magna Diomedis ab urbe.) Legitur & Magni. Nil dona neq; aurū.) Ordinē legationis exeqtur, dicens pfecta maniter esse omnia, quæ possent efficaces legati pficere auro, prece, promissione. Pacē Troiano ab rege petēdum.) Sicut etiam suprà diximus, cum per gerundij modum aliquid dicimus, p accusatiuum elocutionem formemus necesse est. Lucretius, Aeternas quoniam pœnas in morte timendū. item Sallust. Castra sine uulnere introitū: nam castra accusatiuus pluralis est, qui multis errorē facit, ut uideatur esse nominatiuus, quia neutra triptota sunt, & similis est nominatiuus accusatiuo. Rex ipse Latinus.) qui aut consolari debuit, aut defendendæ Reipub. aliud inire consiliū. Fatalem Aeneā manifesto numine ferri.) modo pernitiosum omnibus Aeneā. Manifesto numine.) id est, manifesto Deorū iudicio ad Italiam uenisse numinum ira testatur, quā cognoscimus tantorū cæde sociorū. Alta intra limina cogit.) Quæritur cur ad priuatam domum cōuocetur Senatus, qui nō nisi ad publica & augurato condita loca conuenire cōsueuit. Sed scimus domū Latini augurato conditam, & eandē tam templum fuisse quàm curiam. Namq; in superioribus legimus Tectū augustum; id est, augurio cōditum. inde paulo pòst, Hinc sceptra accipere & primos attollere fasces Regibus omen erat, hoc illis curia templū. Merito ergo ad domū regis, quasi ad publicum locū cōuocatur Senatus: nam ait in 7. Tali intus tēplo Diuûm patriaq; Latinus Sede sedens. Idcirco etiam in Palatij atrio, quod auguratò conditū est, apud maiores consulebatur Senatus, ubi etiā arietes immolabātur, quod (ut in 7. diximus) Vergilius ad Latini transtulit domum. Multi dicunt perite Vergilium fecisse nec templi, nec curiæ hoc loco commemorationem: sed tantum dixisse, intra tecta regia, ut ostenderet consilium quod initur non esse cōplendum, quia nec rite est inchoatum. ea enim quæ dicet Latinus, effectu carebunt.

Olli.) secundũ Enniũ. Fluunt.) festinanter incedunt. Et primus sceptris.) primus inter sceptriferos: nam apud maiores, omnes duces cũ sceptris ingrediebãtur curiã, postea cœperunt tantũ ex cõsulibus, & signũ erat eos consules fuisse. Aetola ex urbe remissos.) quam condiderũt hi qui de Aetolia uenerunt Græciæ prouincia, unde Diomedes habuit socios de tribus eius ciuitatib. quas habet Aetolia, Pleuron, Olenon, Calydon. Sic ergo Aetola dixit ex urbe, ut Et tandem Euboicis Cumarũ allabitur oris. Et respõsa reposcit.) Mire ait Reposcit: ante enĩ rex solet à legatis uniuersa cognoscere, & sic eos præsente populo iterũ omnia iubere narrare. unde est, Ordine cunctasuo. Nã nihil licet prætermittere: unde & superflua narrari consueuerunt.

Olli conuenere, fluuntq́ ad regia plenis
Tecta uijs: sedet in medijs rex maximus æuo,
Et primus sceptris haud læta fronte Latinus.
Atq; hic legatos Aetola ex urbe remissos
Quæ referant, fari iubet, & responsa reposcit
Ordine cuncta suo: tum facta silentia linguis.
Et Venulus dicto parens ita farier infit:
Vidimus ò ciues Diomede, Argiuaq; castra,
Atq; iter emensi casus superauimus omnes,
Contigimusq; manum, quà concidit Ilia tellus.
Ille urb m Argiripam patriæ cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis agris,

Vidimus ò ciues Diomede.) aut Diomedem legendum, ut sit latinus accusatiuus, & admittitur eclipsis: ut, Multum ille & terris iactatus & alto. Aut si græcũ accusatiuũ facere uoluerimus, Diomede legatur, ut possit fieri synalœpha: ut, Et Euryale infelix qua te regione reliqui. Si autẽ Diomedẽ dixerimus, nec latinum est, nec græcũ. aliter nec uersus consistit. nunquã enim ecthlipsis fit per n literam. tamen melius est ut Diomede legatur, ut sit græcus accusatiuus. Nomina enim græca in es exeuntia, quæ genitiuum in eos mittunt per plenam elocutionem, cum eundem casum per synæresim in us miserint, accusatiuũ in e mittant necesse est: ideo quia cum naturam suam seruant, accusatiuũ in uocalem mittũt, non in cõsonantem. & debet synæresis plenitudinis seruare rationẽ, ut ecce ὁ διομήδης plena declinatio est, τοῦ διομήδεος, τῷ διομήδει, τὸν διομήδεα: per synæresim autẽ facit τοῦ διομήδους, τῷ διομήδει, τὸν διομήδη. ergo hic accusatiuus ideo in e exit, non in en, quia cũ integrũ est hoc nomen in eos exit, & crescit eius genitiuus: si. n. ἰσοσύλλαβος sit nominatiuus, accusatiuum in en mittunt, nec habet s in genitiuo, ut θουκυδίδης, θουκυδίδου, θουκυδίδην: nam Diomedes ideo in genitiuo os habet, quia & cum integrum est, & διομήδεος facit, habet s consonantẽ. Casus omnes.) itineris scilicet: & bene utilitatẽ singularũ rerũ generalitate uitauit, ne diceret Flumina, latrones. Qua concidit Ilia tellus.) ἐμφατικῶς dixit pro urbs Ilia: nam terra non concidit, sed ciuitas. Argiripam.) Diomedes fuit de ciuitate quæ Argosippion dicitur, de qua Homerus, ἄργος ἱππόβοτον. Horatius, Aptum dicet equis Argos. hic in Apulia condidit ciuitatem, quam patriæ suæ nomine appellauit, & Argosippion dixit: quod nomen postea uetustate corruptum est, & factum est ut ciuitas Argiripa diceretur, quod rursus corruptum Arpos fecit. Gargani cõdebat Iapygis agris.) Iapygia pars est Apuliæ, in qua est mons Garganus, qui per Calabriam usque in Adriacum

 tenditur

tenditur pelagus. Lucanus, Appulus Adriacas exit Garganus in undas. Gargani autẽ Iapygis figura est, pro Gargani Iapygij. & hæc Iapygia Apulia, à qua & Iapyx uẽtus est nominatus: nam Iapidia Venetiæ regio est ab oppido dicta. unde est, Tum sciat aërias alpes & Norica si quis Castella in tumulis & Iapidis arua Timaui. O fortunatæ gẽtes.) quæ habitatis regna Saturnia: id est, O uiri semper pace gaudentes. nam legimus, Aureáq; ut perhibent illo sub rege fuerũt Secula. & bene hoc laudat, quod eis persuadere desiderat. Antiq Ausonij.) qui primi Italiã tenuerũt, Ausones dicti sunt. Quietos.) quibus est amor pacis à maioribus traditus propter regnũ Saturni. Ignota lacessere bella.) scilicet Troianorũ, non oĩa generaliter bella: nã legimus, Captiui pẽdẽt currus curruęq; secures. Suadet.) Vobis subaudis. nam Vos à superioribus nõ potest subaudiri, quia non te, sed tibi dicimus suadeo. Violauimus.) quasi sacra: nam uiolare de religiosis rebus dicimus. & ingenti arte dicit, ne aut uictoriã suam sileat, aut non procedendo contra eos quos uicit confiteatur ignauiam, dicens non esse contra eos pugnandum, quos uincere perniciosissimum est. Quos Simois premat ille uiros.) id est, toto orbe celebris. alibi, Vbi tot Simois correpta sub undis Scuta uirum galeasq; & fortia corpora uoluit. Scelerum pœnas expendimus omnes.) luimus omnes pœnas, quæ sunt statutæ sceleribus. alij Sceleris omnis legunt: nam Omnes ad Græcos nõ potest referri, quia nõ omnes pertulere supplicia.

Postquam introgressi, & coram data copia fandi,
Munera præferimus, nomen, patriãq; docemus:
Qui bellũ intulerint, quæ causa attraxerit Arpos.
Auditis ille hæc placido sic reddidit ore:
O fortunatæ gentes, Saturnia regna,
Antiqui Ausonij, quæ uos fortuna quietos
Sollicitat? suadetq; ignota lacessere bella?
Quicunq; Iliacos ferro uiolauimus agros
(Mitto ea quæ muris bellando exhausta sub altis,
Quos Simois premat ille uiros) infanda per orbẽ
Supplicia, & scelerũ pœnas expendimus omnes:
Vel priamo miseranda manus, scit triste Mineruæ
Sidus, & Euboicæ cautes, ultorq; Caphareus.
Militia ex illa diuersum ad littus abacti:

Vel priamo miseranda manus.) etiam Priamo: ut, Carmina uel cœlo possunt deducere lunam. est autem Pacuuij, qui ait, Si Priamus adesset, & ipse eius commiseresceret. Scit triste Mineruæ sidus.) Fabula hoc habet: propter Cassandræ stuprum græcis iratam esse Mineruam, uel quod ei uictores sacrificare noluerunt per superbiam: unde eos redeuntes grauissima tempestate fatigatos per diuersa dispersit. Horat. Cũ Pallas usto uertit iram ab Ilio. Reuera autem constat Græcos tempestate laborasse æquinoctio uernali, quoniam manubiæ Miuernales, id est, fulmina tempestates grauissimas commouẽt. unde perite dicendo Sidus, utrunq; complexus est. nam sidus & tempestatem significat, & reuera sydus: aut hæc numina; quæ inter sidera nõ uidemus. licet sua signa propria non habeant, cũ alijs potestate sunt pmixta: ut Ophiuchus, ipse est Aesculapij: gemini Apollinis & Herculis esse dicũtur: sic Mineruæ aries esse dignoscitur. Vltorq; Caphareus.) τὸ αὐτὸ est. Cautes Euboicæ.) nam Euboëa insula est, in qua mons est Caphareus, circa quem Græci periere naufragio. Vltor

autem

autem ideo dixit, quia Nauplius Palamedis pater dolens filium suum factione interemptũ, ut in secũdo memorauimus, quũ uideret Græcos tempestate laborare, montem Caphareum ascendit, eleuataq́ facula signũ dedit uicini portus: quare decepti Græci, inter asperrimos scopulos naufragiũ pertulerunt. Atrides Protei Menelaus.) *Agamemnon & Menelaus uno quidẽ fataliter fuerant supplicio destinati: nam Atreus & Thyestes fratres fuerunt in*

Atrides Protei Menelaus adusq; columnas
Exulat, Aetneos uidit cyclopas Vlysses,
Regna Neoptolemi referam, uersosq; penates

seinuicẽ sæui, adeò ut Thyestes cũ Aeropa fratris uxore concũberet. quo facto dolens Atreus, liberos proprios ei epulandos apposuit. Sed quum Thyestes post cognitũ facinus requireret ultionẽ à Dijs, ei Apollo respondit, posse alio scelere illius facinoris uindicem nasci, scilicet si cum Pelopea filia sua concumberet. quo facto natus est Aegysthus fatalis in Atrei geminã prolem. sed Iuppiter Menelai fata miseratus est, propter Helenæ iugale consortium, & eum per diuersa errare maluit, quàm Aegysthi manibus interire. hic errans ad Aegyptum usq; peruenit, ubi Proteus Deus marinus regnauerat, cui rapta aliquando à Theseo Helena dicitur commendata. Vnde quidam dicunt quod ad eam quærendã Menelaus sit ad Aegyptum profectus post bella Troiana. Quidã uolunt non esse raptam à Paride Helenã, sed aliam causam belli fuisse Troiani: illam scilicet, quòd Herculem quærentem Hylam, suscipere noluerunt. Qui autem uolunt eam raptam à Paride, hoc dicunt, quod recepta à Proteo per Theseũ ad Menelaũ transitũ fecerit, & sic eam Paris rapuerit. secundum quod, ut suprà diximus, Menelaus ad Aegyptũ Iouis uoluntate peruenit, uidelicet ne ab Aegystho posset interimi. Quod aũt ait Protei columnas, ratione nõ uacat: nam Herculis columnas legimus & in Ponto, & Hispania. Hunc autem Proteũ inuictũ fortissimumq́ constat fuisse. Nouimus autẽ, quod omnes fortes Hercules dicebantur: unde uidetur hoc affectasse Vergilius, ut pro finibus Protei columnas diceret quas habuit Hercules, ut ostenderet eum etiã Herculem dictũ. Adusq; colũnas Protei.) *usq; ad fines Aegypti, hoc est, usq; ad Pharon, antè insulam, nũc partem Alexandriæ. Lucan. Nũc claustrũ pelagi cœpti Pharon, insula quondã In medio stetit illa mari, sub tempore uatis Proteos, at nunc est Pellæis proxima muris. Protei aũt est Latinus genitiuus, cõstrictus per synæresim. Adusq; aũt sic est dictum, quẽadmodũ Siculo prospexit abusq; Pachynno. nam quũ præpositio præpositioni nunq̃ cohæreat, abusq; & adusq; licẽter admissum est.* Exulat.) *proprie: nam exulare dicũtur, q extra solum eunt. Sane sciendum, quia quo tempore Menelaus ijt ad Aegyptum, perdidit Canobum gubernatorem: à quo uicina ciuitas nomen accepit, quæ hodie mutata litera Canopus nominatur.* Cyclopas.) *græcæ declinationis accusatiuus est, unde græcũ habebit accentũ: nã latinè Cyclopes diceret, & sic uersus stare nõ poterat.* Regnaq́ Neoptolemi.) *subaudi euersa, quod ex inferioribus intelligitur. Pyrrho autẽ quid cõtigerit, manifestũ est. Nam ut in Tertio legimus, quũ uellet ducere Hermionem Menelai & Helenæ filiam, & Oresti ante desponsatã, ab eo inter aras Apollinis interemptus est: ut est, Et scelerũ furijs agitatus Orestes Excipit incautũ, patriasq́ obtruncat ad aras.* Versosq́ Penates Idomenei.) *Idomeneus rex Cretensiũ fuit, qui quum tempestate laboraret, uouit se sacrificaturũ de re quæ ei primũ occurrisset, si reuersus fuisset: sed quũ casu ei primo filius occurrisset, & eum (ut alij dicũt) immolasset; ut alij, immolare noluisset, ob crudelitatẽ regno à ciuibus pulsus*

est: unde est, Fama uolat pulsum regnis cessisse paternis Idomenea ducem. Alij dicunt, quod abscedens cuidam suum cõmendauerat regnũ, qui per eius absentiam occupauit imperiũ, & reuersum pepulit. Ergo uersos penates, aut euersos & funditus direptos accipiẽdum est, aut certe in aliena iura cõuersos. Libyco úe habitantes littore Locros.) Vt etiã in Tertio diximus, Locri socij Aiacis Oilei fuerũt, Epizephyrij & Ozoli: sed hi tempestate diuisi sunt, adeò ut Epizephyrij tenerẽt Brutios, de qbus ait in Tertio, Hic & Naritij posuerũt mœnia Locri: Ozoli uero deferrentur Pentapolim: de quibus nunc quæritur dicens, Libycó ue habitantes littore Locros.

Idomenei? Libyco'ue habitantes littore Locros?
Ipse Mycenæus magnorum ductor Achiuûm
Coniugis infandæ prima intra limina dextra
Oppetijt, deuicta Asia subsedit adulter.
Inuidisse Deos, patrijs ut redditus oris
Coniugium optatũ, & pulchrã Calydona uiderẽ.
Nunc etiam horribili uisu portenta sequuntur,
Et socij amissi petierunt æthera pinnis,

Deuicta Asia subsedit adulter.) Legitur & deuictã Asiã: quod si est, ita intelligimus, ut Subsedit sit dolo possedit. Lucan. Subsidere regnũ Chalcidos Euboicæ. unde & subsessores dicuntur, q insidijs tauros interimũt: & hostiũ dolo subsessos uocamus: ut sit sensus, ab Agamemnone deuictam Asiam adulter Aegysthus factione possedit. Melius tamen est, ut Deuicta Asia legamus. secundum quod Subsedit erit, Remansit: ut, Extremus galeáq; ima subsedit Acestes. ut sit sensus, Asia propter adulteriũ pertulit bella, quæ remanente adultero finita esse nil profuit. ut cum indignatione sit dictum, dum primum uindicatur adulterium, aliud rursus emersit. Prima intra limina.) in ipso limine imperij, id est, in littore, quia secundum Homerum Clitemnestra Agamemnoni occurrit ad littus, & illic eum susceptũ cum adultero inter epulas interemit. ἀλλά μοι αἴγυσθος τεύξας θάνατόν τε μόρον τε ἔκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ, οἶκον δὲ καλέσσας δειπνίσσας ὥς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ. quod & Iuuenalis tangit dicẽs, Quippe ille dies autoribus ultor Patris erat cæsi, media inter pocula. Alij autem dicũt, quod in ipso ingressu, id est, prima die qua domus suæ limen ingressus, cõsilio Aegysthi ab uxore uestẽ accepit clauso capite, qua implicatus adulteri manibus interijt. Inuidisse Deos.) Stheneli filius Cylabarus Aegialiam Diomedis uxorem cognouit adulterio, quo comperto Diomedes reuerti noluit, sed in Apuliæ partibus sibi sedem cõdidit. quod Veneris dolo dicitur esse perfectũ, quam in bello Troiano uulnerauerat: unde ait, Inuidisse Deos. Pulchrã Calydona uiderem.) unã de supradictis ciuitatibus, quibus imperauit. Nunc etiam horribili uisu portẽta.) Hoc loco nullus dubitat fabulæ huius ordinẽ à Vergilio esse conuersum: nam Diomedis socios cõstat in aues esse cõuersos post ducis sui interitũ, quẽ extinctũ impatiẽter dolebãt. hinc eæ aues hodieq; latinè Diomedeæ uocantur, quas Græci erodios dicũt. cuius generis auem auspicio dixit Homer. Diomedi & Vlyssi speculatorib. apparuisse, τοῖσι δὲ δεξιὸν ἧκεν ἐρῳδιὸν ἐγγὺς ὁδοῖο παλλὰς ἀθηναίη. Habitabãt aũt in insula, quæ est haud lõge à Calabria in cõspectu Tarentinæ ciuitatis. quin etiã de his auibus dicitur, qđ græcis nauibus letæ occurrãt Romã uenientibus, latinas uehementer fugiãt: memores originis suæ, & qđ Diomedes ab Illyrijs interẽptus est. Portẽta sequũtur.) reuera enim portentũ est, homines in aues esse cõuersos. Et socij amissi.) Legunt nõnulli,

Et admissis

Fluminibusq; uagantur aues: heu dira meorum
Supplicia, & scopulos lacrymosis uocib. implēt.
Hæc adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt
Tempore, cum ferro cœlestia corpora demens
Appetij, & Veneris uiolaui uulnere dextram:
Ne uero, ne me ad tales impellite pugnas.
Nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum
Pergama, nec ueterum memini lętor'ue malorū:
Munera, quæ patrijs ad me portastis ab oris,
Vertite ad Aeneam, stetimus tela aspera contra,
Contulimusq; manus, experto credite quantus
In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastā,
Si duo præterea tales Idæa tulisset
Terra uiros, ultro Inachias uenisset ad urbes
Dardanus, & uersis lugeret Græcia fatis:
Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ

Et admissis pennis, sed melius est Amissi. Lacrymosis.) *id est, dolentes uel suam mutationem, uel regis interitum: nanq; hoc tangit latenter.* Speranda.) *pro timenda: ut, Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.* Cœlestia corpora.) *Martis & Veneris, quæ numina uulnerauit in bello Troiano.* Veneris uiolaui uulnere dextram.) *Artificiose agit: nam sciens ea quæ dicuntur in fine hærere animis, suos casus ultimos memorat. perite etiam Venerem à se uulnera tam tantum dicit, supprimens Martis nomē, quod ei poterat esse gloriosius, ut uideatur omnia, quæ ptulit odio Veneris pertulisse, cōtra cuius filiū nunc uocatur ad pugnā, ut negās etiam nūc paria formidare uideatur.* Dextrā au*tem secūdum Homerum qui ait, ἐπὶ καρπῷ.* Tales impellite pugnas.) *quanū est periculosa uictoria.* Nec mihi cū Teucris ullum post eruta bellum Pergama.) *Ne ei obijciatur illa coniuratio, quam apud Aulidem Græci inierunt, dicit in Troiæ excidio sacramentum coniurationis esse completū: namq; in Troianos coniurauerant Græci. huc enim spectat quod dicit, nullum se cum Troianis habere bellum post dirutam Troiam.* Nec ueterum memini lætorúe malorum.) *nec meminisse uolo uictoriarū mearū, quarū nullus obliuisci cōsueuit: nec lætor Troianorū malorum, pro Troianis malis, quæ nobis bellantibus pertulerūt. nō enim potest de suis malis dicere, quum & mala sua nullus obliuiscatur, & ea ipse paulo antè memorauerit. Lætor aūt malorū, figura græca est: sic Horat. Agrestū regnauit populorū, p agrestibus populis.* Munera quæ pat. ad me port. ab oris.) *Hinc iam suasio est & consiliū: nam finita est auxiliorum negatio. unde & paulo pòst Venulus ita diuidit dicēs, Et responsa simul quæ sint rex optime regis Audisti, & magno quæ sit sentētia bello: scilicet audisti, & quēadmodū negauerit auxilia, & qđ dederit nobis de pace consiliū.* Stetimus tela asp. con. contul. manus.) *Sensus est, & cōminus & è longinquo inter nos bella tractauimus.* Quantus in clyp. assur.) *aut quantus est, quoties in hostē pergens erigit scutū: aut pugnādi executus est genus. qui enim scripserūt de arte militari, dicūt summū esse genus dimicādi quoties calcato umbone aduersarij, se in hostilē clypeū erigit miles, & ita cōtrastantis uulnerat terga.* Si duo pterea.) *hoc est, alios duos.* Dardanus.) *pro Dardanius populus, & posuit principale pro deriuatiuo, sic Homer. τῶν δ᾽ ἵκταν δάρδανος ἀνήρ…* Cessatū est.) *tardatū est, quia nō habet quos*

imputet

Hectoris, Aeneæque manu victoria Graiûm
Hæsit, & in decimum uestigia rettulit annum.
Ambo animis, ambo insignes præstãtibus armis,
Hic pietate prior: coẽant in fœdera dextræ
Quà datur, ast armis concurrant arma cauete:
Et responsa simul quæ sint rex optime regum
Audisti, & quæ sit magno sententia bello.
Vix ea legati, uariusque per ora cucurrit
Ausonidûm turbata fremor: ceu saxa morantur
Quũ rapidos amnes, fit clauso gurgite murmur,
Vicinæque fremunt ripæ crepitantibus undis.
Vt primum placati animi, & trepida ora quierũt,
Præfatus Diuos solio rex infit ab alto:
Ante equidem summa de re statuisse Latini
Et uellem, & melius fuerat: non tempore tali
Cogere concilium, cum muros obsidet hostis.
Bellum importunum ciues cum gente Deorum,
Inuictisque uiris gerimus, quos nulla fatigant
Prælia, nec uicti possunt absistere ferro.
Spem, si quã accitis Aetolum habuistis in armis
Ponite, spes sibi quisque: sed hęc quã angusta uidetis
Cætera, qua rerum iaceant perculsa ruina.

imputet Troianis triumphos, uult ei excidij tarditatem pro uictoria cedere. Vestigia retulit.) *retroacta est & repulsa.* Hic pietate prior.) *ideo* Aeneã *plus laudat quod* Latinis *petituris est utile, ut eum credant se posse facilius exorare.* Prior.) *præstantior, melior.* Quà datur.) *quà potest, quacunque ratione permittitur: sic suprà,* Si qua fata sinant. Per ora turbata.) *per ora turbatorũ.* Clauso gurgite.) *saxorũ obiectione præcluso.* Præfatus Diuos.) More *antiquo: nam maiores nullam orationẽ nisi inuocatis numinibus inchoabãt, sicut sunt oẽs orationes* Catonis *et* Gracchi. *nam generale caput in omnibus legimus: unde* Cicero *per irrisionem ait,* Si quid ex uetere aliqua oratione, Iouẽ ego optimũ maximũ. & Demosthenes *in oratione contra* Aeschinẽ, πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. Ante equidẽ summa de re statuisse Latini.) *Latẽter arguit* Turnum, *quod sibi non obtemperauit, ut fœdus fieret in* Septimo, *ubi dixit,* Te Turne *nefas te triste manebit* Supplicium. *nam modo hoc tempus reuoluit.* Vellem *autem statuisse sic dixit, ut uellem fecisse: & est compendiosa locutio, quũ quærimur non esse factum quod fieri debuit.* Bellum importunũ.) *concepit grauem iracundiam, & sic in hæc uerba prorupit.* Importunum *autem, quod caret portu, id est, quiete, ubi nullus portus est: sicut cõtrà opportunũ, cui commoditas & occasio obuenit, ut portus. nam hoc quodammodo dicit, in naufragium fertur ista cõtentio: quia suprà audiuerat periculum esse superare* Troianos. Cum gente Deorũ.) *qui à* Dijs *originem ducunt.* Inuictisque.) Atqui *suprà legimus,* Bis capti Phryges. *sed* Victos *ideo dicit, quia sequitur,* Nec uicti possunt absistere. Possunt *aũt absistere, mire ait: ac si diceret, etiã si uellent eos discedere à bellis, natura nõ patitur.* Accitis.) *euocatis, adiũctis.* Spes sibi quisque.) Subaudis Sit, *scilicet unusquisque in seipso tantũ spem habeat.* Sed hæc quàm angusta uidetis Cætera.)

Absolutè

Absolutè dixit, id est, exercitum, auxilia, uires imperij, quæ sic uidetis afflicta: quid restat, nisi ut pacem petamus? Ante oculos interq; manus sunt omnia uestras.) *Ac si diceret, nō egent narratione.* Inter manus.) προχειρα. Nec quenq̄ incuso.) *Excusatio hæc ostendit obliquam esse in Turnū orationem Latini.* Fuit.) *exhausta & consumpta est.* Toto certatum est corpore regni.) *imperij omnibus uiribus.* Dubiæ menti.) *Meæ, scilicet cogitāti.*

Ante oculos, interq; manus sunt omnia uestras.
Nec quenquam incuso: potuit quę plurima uirtus
Esse, fuit: toto certatum est corpore regni.
Nunc adeo quæ sit dubiæ sententia menti
Expediam, & paucis (animos adhibete) docebo.
Est antiquus ager Thusco mihi proximus amni,
Longus in occasum fines super usq; Sicanos,
Aurunci Rutuliq; serunt, & uomere duros
Exercent colles, atq; horū asperrima pascunt.
Hæc omnis regio, & celsi plaga pinea montis
Cedat amicitiæ Teucrorum, & fœderis æquas
Dicamus leges, sociosq; in regna uocemus.
Confidant, si tantus amor, & mœnia condant:
Sin alios fines, aliamq; capessere gentem
Est animus, possuntq; solo decedere nostro,

Est antiquus ager Thusco mihi pximus amni.) *Hoc loco Donatus errauit, dicens agrū quē Latinus donare disponit, esse in Campania iuxta Vfentē fluuium, cuius terras uicinas Thusci aliquādo tenuerūt: ut inde dictum sit, Thusco mihi proximus amni. agit etiā hoc argumento, qđ illic est locus qui hodieq; Pinetum uocatur. sed constat omnia loca esse campestria, nec procedit illud quod dicit, Celsi plaga Pinea montis. unde sequenda est potius Liuij, Sisennæ, & Catonis autoritas: nam penè omnes antiquæ historiæ scriptores in hoc cōsentiunt. Cato enim in Originib. dicit Troianos à Latino accepisse agrū, qui est inter Laurentum & castra Troiana. etiam modum agri commemorat, & dicit eum habuisse iugera dcc.* Thusco mi. prox. am.) *Tyberino.* Longus in occasum.) *Ea parte qua in occidentē tenditur longior.* Fines super usq; Sicanos.) *usq; ad fines, quos Siculi aliquando tenuerunt, id est, usq; ad ea loca, in quibus nunc Roma est. hæc enim Siculi habitauerunt prius: unde est, Et gentes uenere Sicanæ.* Aurūci Rutuliq;.) *Subaudi à superioribus: nam & suprà ait, Est antiquus ager mihi. Ergo suum pollicetur agrū, aut quem tanq̄ stipendiarium habebāt Rutuli & Aurunci, aut ad quem colendū quasi regi operas dabant. Vnde superfluū est quod ait Donatus, non potuisse fieri ut præsente Turno ager Rutulorū à Latino donaretur Aeneæ.* Duros exercēt colles.) *Extenuat agri meritū, quo uile uideatur esse quod donat, nec audientib. causam præstet inuidiæ: hinc etiā est, Atq; horū asperrima pascunt. ut suprà, Aurūci Rutuliq; serunt: id est, nec operis suis excolitur.* Cedat amicitiæ.) *in preciū concedatur amicitiæ.* Aequas Dicamus leg.) *ut, Pari inter nos societate uersemur. i. ut sit neuter inferior.* Sociosq; in reg. uo.) *non stipendiarios: ut in Quarto, Cuiq; loci leges dedimus.* Possuntq; solo dece. no.) *Scit eos fataliter ad Italiā uenisse. nā audijt à Fauno, Externi uenient generi: & ab Ilioneo, Sed nos fata deûm uestras exquirere terras Imperijs egere suis. tamen propter Turnū simulat ignorantiā, ut se etiam circa eum*

æquum præstare uideatur. Multū est autem, quod ait Possunt. Iacet omnis ad undā Materies.) Iterū extenuat. est autem Materies & Materia lignū: unde Cicero in Officijs, Domus male materiata. Naualia demus.) Naualia dicimus loca, ubi naues sunt: sed modo de Græco trāstulit, & Naualia posuit pro trabibus, de quibus naues fiunt. nam Home. νεὸν dicit, nauale lignū. Prima de gente.) Et ex numero, & ex nobilitate legatorum intelligitur negotij magnitudo.

Bis denas Italo texamus robore naues,
Seu plures complere ualent: iacet omnis ad undā
Materies, ipsi numerumq́ modumq́ carinis
Præcipiant: nos æra, manus, naualia demus.
Præterea qui dicta ferant, & fœdera firment,
Centum oratores prima de gente Latinos
Ire placet, pacisq́ manu prætendere ramos,
Munera portantes, auriq́ eborisq́ talenta.
Et sellam regni, trabeamq́, insignia nostri.
Consulite in medium, & rebus succurrite fessis.
Tum Drances idem infensus, quem gloria Turni
Obliqua inuidia, stimulisq́ agitabat amaris:
Largus opum, & lingua melior, sed frigida bello
Dextera: consilijs habitus non futilis autor,
Seditione potens. genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.
Surgit, & his onerat dictis, atq́ aggerat iras:
Rem nulli obscuram, nostræ nec uocis egentem
Consulis, ò bone rex: cuncti se scire fatentur

Et sellā regni trabeamq́ insignia nostri.) Bene Nostri: Romanorū enim imperatorum insigne fuit sella curulis, & trabea. nam diadema, ut aliarū gentiū reges, non habebāt. Et sciendum, sellam curulem à curru dictam: quòd hi tantū ea utebātur, qui triumphali curru uecti fuissent. sicut etiam Palmata dicitur toga, quam merebantur hij, qui de hostibus palmam reportassent: cumq́ à curru dicta sit, cuius prima syllaba producitur, tamen curulis sedes eam primā corripit. Lucan. Vacuæq́ loco sedere curules.

In medium.) in cōmune: ut, In medium quærebant ipsaq́ tellus. Obliqua inuidia.) hoc est, quæ non ex aperto impugnabat Turnū, sed eum reipub. simulata defensione lacerabat.

Largus opum.) abundans opibus, diues, non qui multa donaret. Non futilis autor.) nō inanis. nam Futilis quoddam est uas lato ore, fundo angusto, quo utebātur in sacris Vestæ, quia aqua ad sacra hausta in terra non ponitur: quod si fiat, piaculū est. unde & excogitatū uas est, quod stare non posset, sed positū statim effunderetur. Inde & homo cōmissa non retinens, futilis dicitur: contrà non futilis, bonus in consilijs, non inanis. Seditione potens.) præpotens in mouendā, non in comprimendā seditionem. Incertū de patre ferebat.) Non ignobile, sed penitus ignoratū. Onerat dictis.) Hoc sermone ostendit eū esse exhortatione grauatū Latini. Rem nulli obscurā.) Callidè & oratoriè agit in omnibus, & adulatoriè respōdet dictis Latini. suprà enim ille dixerat, Ante oculos interq́ manus sunt omnia uestras. Sanè quasi prædictū oratorē exprimit: quia suprà de eo dixit, Et lingua melior. O bone rex.) Bene addidit Bone, & auxit epitheto dignitatem, Rex enim mediū est: nam & bonus

esse &

esse & pessimus potest. Mussant.) *modò uerentur significat, aliàs dubitant: unde,* Mussat *rex ipse Latinus, Quos generos uocet. interdum Susurrant, ut de apibus dicitur: & propriè Mussare, obmurmurare, & muto esse uicinum.* Flatusq; remittat.) *Aut ponat superbiã: aut nostros flatus remittat, id est, nobis respirare concedat.* Cuius ob auspicium.) *Inuidiosè Turni auspicijs imputat, quòd tantus perijt exercitus: ac si diceret, si malis tuis ominibus nõ egrederentur, possent forsitan supare uirtute. Sanè sciendum hũc exprimere quicqd uerecundè celauit Latinus.* Mores sinistros.) *contrarios: quia in principio Latino obtẽperare noluit.* Lumina ducum.) *id est, proceres: ut, O lux Dardaniæ.* Cõsedisse urbem.) *in luctũ esse demersam.* Fugæ fidens.) *illud respicit, quòd bella deseruit Iunone faciẽte. Fugæ autẽ figuratè dixit, pro fuga fidẽs.*

Quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant.
Det libertatem fandi, flatusq; remittat,
Cuius ob auspicium infaustũ, moresq; sinistros
(Dicã equidẽ, licet arma mihi mortẽq; minetur)
Lumina tot cecidisse ducum, totamq; uidemus
Consedisse urbem luctu, dum Troia tentat
Castra, fugæ fidens, & cælum territat armis.
Vnum etiam donis istis, quæ plurima mitti
Dardanidis, diciq; iubes, unum optime regum
Adijcias, nec te ullius uiolentia uincat,
Quin natam egregio genero, dignisq; hymenæis
Des pater, & pacem hanc æterno fœdere iungas.
Quòd si tantus habet mentes & pectora terror,
Ipsum obtestemur, ueniamq; oremus ab ipso.
Cedat ius proprium regi, patriæq; remittat.
Quid miseros toties in aperta pericula ciues
Proijcis, ò Latio caput, horum & causa malorum?

Et cælum territat armis.) *Dictum quidẽ Vergilij grauitati non congruit, sed peritè hæc Dranci data sunt uerba, qui tumida uti oratione inducitur. unde ei paulo pòst Turnus dicit, Quæ tutò tibi magna uolant. item, Proinde tona eloquio. item, Ventosa in lingua. Deinde diximus Drancem librare se ad orationẽ Latini. unde nunc dicit, Cælũ territat armis: quia audierat, Bellum importunũ ciues cum gente deorũ.* Mitti Dardanidis, diciq; iubes.) *Mitti aurũ, ebur, & sellam, & cætera: Dici, de nauibus uel agro.* Egregio genero dignisq; hymenæis.) *Ergo Turnus uidetur indignus.* Aeterno fœdere iungas.) *Natæ scilicet cõiunctione: nam munera contemni poterãt, in æternũ pacis fœdera firmabuntur generis cõiunctione. Hoc aũt dicto latenter etiam Latini pudorem exonerat, qui Turno etiã suam promiserat filiã, dicens causam reipublicæ præponderare debere, & propter pacem ciuiũ Turno Aeneã esse præferendũ.* Terror.) *Terror propriè est qui alijs infertur: ut si dicas, Ille habet terrorẽ. i. timendus est. unde & Terribilis dicitur. Metus aũt est, quẽ habẽt timẽtes: sed nũc usurpatiuè Terrorẽ pro metu posuit. nanq; hoc dicit, quòd si tam Turnũ timemus, ueniã oremus ab ipso.* Cedat.) *Asper hic distinguit.* Quid mise. to. in aper. pe. ci. Proijcis.) *Quasi uiles & abijciẽdos: & ingenti põdere uniuersa uerba sunt posita.* Latio.) *Nõ uni ciuitati.* Caput.) *Principiũ rei. & est antiquũ: Teren. Nã si hic mali est quicq̃, ille huic rei est caput.*

cædis, insidiarum. & est de Græco: nam ita dicunt, κατηγορῶ σε φόνου. ἐλέγχω δὲ φόνου καὶ κλοπῆς. Quando.) siquidem. & per irrisionem in illum confert laudes. Insignis agros.) nobilitas, clarificas: nam uerbum est Insignis. & dicit exautorari eius debere sententiam, quòd de bello iudicat uirtutis ignarus. Istis.) δεικτικῶς. Pulsus ego.) Quia ille dixerat, Pone animos & pulsus abi. & agit coniectura: nam hoc uult intelligi, non posse dici

Argue tu Drance, tot quando stragis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit, passimq; trophæis
Insignis agros. possit quid uiuida uirtus,
Experiare licet: nec longe scilicet hostes
Quærendi nobis, circunstant undiq; muros.
Imus in aduersos? quid cessas? an tibi Mauors
Ventosa in lingua, pedibusq; fugacibus istis
Semper erit?
Pulsus ego? aut quisquã meritò fœdissime pulsum
Arguet, Iliaco tumidum qui crescere Tybrim
Sanguine, & Euandri totam cum stirpe uidebit
Procubuisse domum, atq; exutos Arcadas armis?
Haud ita me experti Bitias & Pandarus ingens,
Et quos mille die uictor sub tartara misi
Inclusus muris, hostiliq; aggere septus.
Nulla salus bello? capiti cane talia demens
Dardanio, rebusq; tuis: proinde omnia magno
Ne cessa turbare metu, atq; extollere uires
Gentis bis uictæ, & contra premere arma Latini.
Nunc & Myrmidonũ proceres Phrygia arma tremiscũt,
Nunc & Tydeides, & Larissæus Achilles,
Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus undas.
Vel cum se pauidum contra mea iurgia fingit,

meritò pulsum eũ, qui sequendo bella deseruit: apertè aũt hoc dicit, Potest meritò credi, quòd pulsus sit is, cuius tot extant trophæa? Cum stirpe.) Occiso enim Palante, interijt eius cuncta posteritas. Bitias.) Subaudi Ingẽs, à consequentibus. Mille.) Finitus numerus pro infinito. Aggere septus.) Vt, Vestris ô ciues undiq; septus Aggeribus. Nulla salus bello? capiti cane talia demens Dardanio.) Quoties argumentum non possumus soluere, aut cõtraria obiectiõe, aut risu, aut maledicto, ut in hoc loco, aduersario respondemus. Cane.) pro diuina. Proinde.) itaq;. & est ordo, Nulla salus bello, proinde omnia magno ne cessa turbare metu. cætera per parenthesim dicta sunt. Extollere uires Gentis bis uictæ, & con. pre. ar. Latini.) Hæc est uirtus eloquentiæ. Arma aũt Latini inuidiosè dicit, ut Drancem Latino reddat inuisum. nam debuit Mea dicere. Myrmidonũ proceres.) Græcorũ principes. Dicit aũt Patroclum & Achillem: nam licet ipsi aliunde fuerint, tamen Myrmidonibus imperarũt. Hoc aũt ponit inter impossibilia, & utitur Græco prouerb. ἄνω ποταμῶν ἱερῶν ῥέουσι πηγαί. sic Horat. Et ante Padus Matina lauerit cacumina. & sic est modò dictũ, ut in Quarto, Nunc Lyciæ sortes, nunc & Ioue missus ab ipso. Retro fugit Aufidus undas.) Apuliæ fluuius cadens in Adriaticũ pelagus. Vel cum se pauidum contra mea iurgia fingit.) Cõtra illud quod ait, Dat libertatem fandi, flatusq; remittat.

mittat. nam hoc dicit, Timorem suũ naturalem inuidiose in eam causam retorquet, ut meæ præsentiæ, non illius naturæ quod timet esse uideatur: hoc est enim quod planius iterat, dicens, Et formidine crimen acerbat. Artificis scelus.) Nam sceleratorũ est simulare formidinem. Habitet tecum, & sit pectore in isto.) Pessima & uilis anima habitet tecum in membris congruis. nam Talem uilem & pessimã accipimus, quam nefas est perire ea dextera, quæ tantũ uiros forteis consueuit occidere. Consulta reuertor.) Consultor est qui consulit, Consultus qui cõsulitur, Consultum uerò res ipsa de qua cõsulitur. Si nullam nostris spẽ ponis in armis.) Insinuatione utitur, id est, callido & subtili aditu ad persuadendum. Vult enĩ dicere, melius esse interire, q̃ pacem rogare: quod

Artificis scelus, & formidine crimen acerbat:
Nunq̃ animã talem dextra hac (absiste moueri)
Amittes: habitet tecum, & sit pectore in isto.
Nunc ad te, & tua magne pater consulta reuertor:
Si nullam nostris ultrà spem ponis in armis,
Si tam deserti sumus, & semel agmine uerso
Funditus occidim⁹, neq; habitet fortuna regressũ:
Oremus pacem, & dextras tendamus inermes.
Quanq̃ ò si solitæ quicq̃ uirtutis adesset,
Ille mihi ante alios, fortunatusq́ laborum
Egregiusq́ animi, qui ne quid tale uideret
Procubuit moriẽs, & humũ semel ore momordit.
Sin & opes nobis, & adhuc intacta iuuentus,
Auxilioq́ urbes Italæ, populiq́ supersunt:

quia apertè non audet, latenter & paulatim ad hoc serpit. nanq; inter principiũ & insinuationem hoc interest, quòd Principiũ est aperta rei narratio, Insinuatio (ut diximus) est callida & subtilis oratio. In armis.) Aut meis, aut Latinorũ generaliter omnium. Si tam deserti sumus.) Propter Diomedẽ, qui solus negauit auxilia. Neq; habet fortuna regressum.) Omnia quæ sibi possunt obijci ponit, sed cum solutionibus suis: nam & fortuna non est immutabilis, & qui semel pellitur iterum potest reuerti, & auxilijs non sunt penitus destituti, & in ipsorum exercitu est adhuc plurimũ spei. est autem syllogismus. Quanquã ò si solitæ quicquam uirtutis adesset.) Non se inertiæ arguit, sed quæritur de uirtute omissa per negligentiam. ò autem dolentis est exclamatio, & intelligimus immoratam esse illic eius orationem: nam exarsit dolore, quia apertè non potuit dicere, moriendum potius esse, quàm hostes rogandos. quod tamen dixit, conferens se ad alias personas, & laudans eos quibus contigit perire, ne ista conspicerent. Ante alios.) Melior, omnibus præferendus.

Fortunatusq́ laborum.) Sicut Lætor bonorum. & est Græcũ εὐτυχὴς τῶν πόνων. Tale uideret.) te laudare, uel hostes rogare: uel quod latenter insinuat, tradi alteri sibi ante desponsatam. Semel ore momordit.) Cito, cõfestim, id est, qui tota mortis celeritate consumptus est. Vulnerati autem solent uel terram uel arma mordere, ne dolorem eorum indicet gemitus. Lucanus de Pompeio, Timuit ne quas effundere uoces Vellet, & æternã fletu corrumpere famã. & est Hom. hemistichion, ὀδὰξ ἑλάσαι τὸ γαῖαν. Vrbes Italæ.) Quia Diomedes peregrinus fuerat: nam hoc dicit, Habemus robur Italũ, non Græcũ militem, inertem & dissolutum. Supersunt.) superabundant, adsunt ultra quàm bella deposcunt.

Sin &

Sin & Troianis.) Mirè agit post confirmatas partes suas Troianorum uires imminuens. quid enim proderat dixisse, quod superent Latinis auxilia, si etiã Troianorum integræ uires esse probarentur? Cum multo glo. ue. San.) Ac si diceret, Non est iudicãda uictoria, quæ per immensa detrimẽta cõtigit. & hoc est, unde laudat Sallustius duces, qui uictoriã incruentato exercitu reportarũt. Sũt illis sua funera.) id est, Troianis. Legitur & Illi: & aut

Sin & Troianis cum multo gloria uenit
Sanguine: sunt illis sua funera, parq́; per omneis
Tempestas, cur indecores in limine primo
Deficimus? cur ante tubã tremor occupat artus?
Multa dies, uariusq́; labor mutabilis æui
Rettulit in melius: multos alterna reuisens
Lusit, & in solido rursus fortuna locauit.
Non erit auxilio nobis Aetolus & Arpi:
At Mesapus erit, felixq́; Tolumnius, & quos
Tot populi misere duces: nec parua sequetur
Gloria delectos Latio, & Laurentibus agris.
Est & Volscorum egregia de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florẽteis ære cateruas.
Quod si me solum Teucri in certamina poscunt,

Aeneæ intelligimus, aut aduerbium loci est, pro illic: ut in Secundo, Patet isti ianua leto, pro istic. Parq́; per omneis Tempestas.) Alibi, Quãta per Idæos sæuis emissa Mycenis Tempestas ierit cãpos. Indecores.) Decor decôris facit, sicut autor, oris: decus, décoris: sicut pecus pécoris. similiter facit in cõpositione indecor, côris. ergo in neutro Co breuis est, in mascul. producitur. unde apparet systolen fecisse Vergil. nam Indecores nominatiuus est pluralis à masculino, ab eo quod est Indecor: nam non potest hic Indecus facere: neutrũ enim in us terminatũ masculinũ ex se non facit. aut certè dicamus Indecores declinationem esse, cuius nominatiuus singularis non inuenitur. In limine primo.) Quasi in ipso initio & aditu infelicitatis. & ad illud respexit quod suprà dixerat, Semel agmine uerso Funditus occidimus. Multa dies.) Illi rei uehementer incumbit, quam dixerat, Nec habet fortuna regressum: dicens fortunã tam labores q̃ felicitatẽ pro temporũ qualitate mutare. Dies.) tempus. Lusit.) decepit: ut, Quid natũ toties crudelis tu quoq; falsis Ludis imaginibus? Et in solido rursus fortuna locauit.) Subaudi & Multos. & est sensus, In solidũ reuocauit oppressos, & paulo ante derelictos. lusit uerò & decepit felices.

Non erit auxilio nobis Aet. & Arpi.) Redit ad rem: quia occurrebat, sed negãtur auxilia. Aetolũ aũt dicendo eius uires ex Graciæ cõmemoratione debilitat. At Mesapus erit fel. Tolum.) Bene duo iunxit, quæ quærũtur in bello, fortitudinem & felicitatẽ. nam de Mesapo legimus, Quem neq; fas igni cuiquã, nec sternere ferro. Vtrunq; autẽ contra Diomedem dicit, quem dicendo Græcum, inertem significat. Infelicitatem uerò eius, supradicta legatorũ uerba testantur. Nec parua sequetur gloria.) Liptotes figura: minus enim dixit quàm uoluit. nam hoc significat, Latina pubes celerrimè uictoriã adipiscetur, quã uix Græci post decenniũ sint adepti. Est & Volscorũ egregia de gente Camilla.) Vt in Septimo segregatã eã à uirorũ multitudine effecit, & quoniã à sexu non potest, laudat ex gente. Quòd si me solum Teucri in cer. poscunt.) Quia audiuit, illũ aspice cõtrà qui uocat. etiã utitur ductu:

nam obliquè

nam oblique promittit ſe ſingulari certamine dimicare uelle, quũ nolit. Similiter & in Duodecimo ait, dicens irriſoriè, Sedeant ſpectentq; Latini. Tantumq; bonis communibus obſto.) *& in tantũ obſum cõmodis publicis, ut niſi ſolus dimicauero, concidat uniuerſa reſp.* Non adeo.) *non multũ: nam uerecundè dicit aſſuetam eſſe manibus ſuis uictoriã.* Tanta pro ſpe.) *Vt ſolus dicat ſeruaſſe rempub.* Ibo animis contrà.) *Ac ſi diceret, deſunt uires corporis.* Vel magnum præſtet Achillem.) *& Præſto illum, id eſt, melior illo ſum: & Præſto illi dicimus. Cicero in Cæſarianis, Tanto ille ſupiores gloria uicerat, quanto omnibus tu præſtitiſti.* Vulcani manibus paria induat arma.) *Bene addidit Paria, nam etiã Aeneas habuit arma Vulcania: licet poſſumus dicere, quòd hoc Turnus nõ ignoraret, non tamẽ hoc ualde idoneum comprobatur.* Vobis animam hanc ſoceroq; Latino.) *Bene ſibi & fauorem conciliat populi, & à ſoceri nominis præiudicio Latini implicat uoluntatem.* Vlli ueterũ uirtute ſecundus.) *Dicimus & Secundus illi, & Secundus ab illo.* Nec Drances potius, ſiue hæc eſt ira deorũ Morte luat, ſiue hæc uirtus & gloria tollat.) *Senſus obſcurè quidem dictus, ſed facilis, & qui de uſu nunq̃ recedat: nam ita irati de inimico dicere cõſueuimus, Abeat, nec bonis meis nec malis interſit rebus, nolo ſit aut gloriæ meæ particeps, aut in me inuidiã ex infelicitatis cõmunione commoueat. ſicut nunc de Drance dicit, ſiue hæc ira deorũ morte luat, id eſt, ſi periturus ſum, nolo inuidiã ſuſtinere, ſi Drances pariter fortè moriatur: ſi uerò me uirtus & gloria comitabitur, nolo ignauus felicitatis alienæ ſit particeps, ſi dũ meis pugnat auſpicijs forte ſuperarit.*

Caſtra Aen. aci. mo.) *id eſt, ducebat exercitũ: ut, Nos caſtra mouemus. Lucan. Brunduſiũ decimus iubet hanc attingere caſtris: id eſt, decima deductione.* Fremit arma iu.) *hoc eſt, fremebãt ad arma.* Arma.) *militaris uox eſt.* Muſſant.) *modò querũtur.* Diſſenſu ua.)

Idq; placet, tantumq; bonis communibus obſto,
Non adeo has exoſa manus uictoria fugit,
Vt tanta quicquam pro ſpe tentare recuſem.
Ibo animis contrà, uel magnum præſtet Achillẽ,
Factaq; Vulcani manibus paria induat arma
Ille licet uobis animam hanc, ſoceroq; Latino
Turnus ego haud ulli ueterum uirtute ſecundus
Deuoueo: ſolum Aeneas uocat, & uocet oro.
Nec Drances potius: ſiue eſt hæc ira deorum,
Morte luat, ſiue eſt uirtus & gloria, tollat.
Illi hæc inter ſe dubijs de rebus agebant
Certantes: caſtra Aeneas, aciemq; mouebat.
Nuncius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit, magniſq; urbem terroribus implet:
Inſtructos acie Tyberino à flumine Teucros,
Tyrrhenamq; manum totis deſcendere campis.
Extemplo turbati animi, concuſſaq; uulgi
Pectora, & arrectæ ſtimulis haud mollibus iræ,
Arma manu trepidi poſcũt, fremit arma iuuẽtus,
Flent mœſti, muſſantq; patres. hic undiq; clamor
Diſſenſu uario magnus ſe tollit in auras.
Haud ſecus atq; alto in luco cum fortè cateruæ

alij enim Turni dicta, & alij Drancis probant. Piscosóue amne Padusæ.) Padusa pars est Padi: nam Padus licet unus sit fluuius, habet tamen fluenta plurima, è quibus qui est Padusa quibusdam locis facit paludem, quæ plena est cygnorum. Stagna loquacia.) in quibus habitant cygni loquaces. Rauci aũt, τῶν μέσων est. nam modo canoros significat: aliâs, uocis pessimæ. Iuuenalis, Rauci Theseide Codri. sicut uenenum etiam de bono & de malo dicitur, ut odor bonus & malus uocatur.

Consedere auium, piscosóue amne Padusæ,
Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.
Immo, ait, ò ciues, arrepto tempore Turnus,
Cogite concilium, & pacem laudate sedentes.
Illi armis in regna ruunt: nec plura locutus,
Corripuit sese, & tectis citus extulit altis.
Tu Voluse armari Volscorum edice maniplis:
Duc ait, & Rutulos equites Mesapus in armis,
Et cum fratre Coras latis diffundite campis.
Pars aditus urbis firment, turresq́ capessant
Cætera quà iussò mecum manus inferat arma:
Ilicet in muros tota discurritur urbe.
Concilium ipse pater, & magna incepta Latinus
Deserit, ac tristi turbatus pectore differt.
Multaq́ se incusat qui non acceperit ultro
Dardanium Aeneam, generumq́ asciuerit urbi.
Præfodiunt alij portas, aut saxa, sudesq́

Arrepto tẽpore.) inuenta opportunitate. Sedẽtes.) pigri: ut, Immunisq́ sedens aliena ad pabula fucus. Armari edice.) Figuratè, dic ut armẽtur. Edice aũt est imperatiuus. nam ab omniũ coniugationum infinito detractare syllaba ultima fit imperatiuus, ut amare ama; docere doce, legere lege, audire audi. cũ aũt Fac uel Dic dicimus, apocopen uerba patiũtur. Maniplis.) Ars quidẽ exigebat, ut ma haberet accentũ. Nã loga quidẽ est, sed ex muta & liquida: quæ quoties fit, tertia à fine sortitur accentũ, ut latebræ, tenebræ. tamẽ in hoc sermone, ut secũda à fine accentũ habeat, uersus obtinuit. Maniplis.) signiferis, qui secũdum antiquũ morem in legione erant triginta. Legio aũt habebat sex cohortes, sexaginta cẽturias: licet in his rebus accessu tẽporis ducum uarietas semper mutauerit militiæ disciplinã. Equites Mesapus in armis Et cum fratre Coras latis diffundite campis.) Equitẽ in armis, id est, armatũ: nam figura est. Mesapus aũt ut diceret, uitauit homœoteleuton: nam uitiosum erat Voluse edice Mesape. ergo Mesapus aut antiquus est uocatiuus: ut, Hesperidũ fluuius regnator aquarũ. item, Socer arma Latinus habeto. aut certe nominatiuus est pro uocatiuo: quanq̃ etiã possit esse nominatiuus, ut sit, Mesapus & Coras equitem diffundite, pro diffundat. melior tamen est sensus superior. Cum fratre.) scilicet cũ Catillo: nam legimus, Catillusq́ acerq́ Coras. Qua iusso.) pro Qua iussero: & est antiquum. Ilicet.) confestim, ilico: quod ne diceret, metri necessitas fecit. nam ilico dicimus. Magna incepta.) quia de pace cogitabat, quæ impleri non potuit. Multaq́ se incusat.) pro multũ: & est græca figura. Generũq; urbi.) propter urbẽ. Lucan. de Catone: Vrbi pater est, urbiq́ maritus. Gener aũt ideo dicitur, quia ad augendum genus adhibetur.

Præfodiũt alij por.) id est, ante portas fossas faciũt, quæ res nimiã indicat desperationẽ.

Bello dat signum rauca cruentum Buccina.) Bene bello dat. nam buccina insonãs solicitudinem ac bella denunciat: sicut in 7. Qua buccina signum Dira dedit. prælium autem tubæ indicant: ut, At tuba terribilem sonitũ procul ære canoro Increpuit. Vocat labor ultimus omnes.) Omnes ad laborẽ ultima necessitas conuocat. Nec non ad templum.) Secundum Homerum, qui indicat in summa desperatione matres ad templa concurrere, ut uictoria quæ non potest uiribus, possit Deorum fauore cõquiri: sic enim monet Helenus, Ἕκτορ ἀτὰρ σὺ πόλινδε μετέρχεο, εἰπὲ δ' ἔπειτα μητέρι σῇ καὶ ἐμῇ, ἡ δὲ ξυνάγουσα γεραιὰς νηὸν Ἀθηναίης γλαυκώπιδος ἐν πόλει ἄκρῃ οἴξασα κληῖδι θύρας ἱεροῖο δόμοιο πέπλον ὅς οἱ δοκέει χαριέστατος ἠδὲ μέγιστος εἶναι ἐνὶ μεγάρῳ, καὶ οἱ πολὺ φίλτατος αὐτῇ. θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο.

Subijciunt: bello dat signum rauca cruentum
Buccina, tum muros uaria cinxere corona
Matronæ, puerique: uocat labor ultimus omnes.
Necnon ad templũ, summasque ad Palladis arces,
Subuehitur magna matrum regina caterua,
Dona ferens, iuxtaque comes Lauinia uirgo,
Causa mali tanti oculos deiecta decoros:
Succedunt matres, & templum thure uaporant,
Et mœstas alto fundunt de limine uoces:
Armipotens belli præses Tritonia uirgo,
Frange manu telum Phrygij prædonis, & ipsum
Pronum sterne solo, portisque effunde sub altis.

Subuehitur.) proprie: matronæ enim pilentis uehebantur ad templa pergentes: ut, Pilentis matres in mollibus. Matres nũc fœminæ. quidam sanè arbitrabantur inter matronam & matrẽfamilias hoc interesse, quod matrona dicatur prima pueri mater: materfamilias, quæ plures peperit. alij hoc putãt rectius matronã dici, quæ in matrimonio cũ uiro cõuenerit, & in eo matrimonio mãserit, etiam si liberi nondũ fuerint: dictã matris nomine, spe atque omine, unde & matrimoniũ dictũ. matrẽ uero familias esse quæ in mariti manu mancipioque, aut in cuius maritus manu mãcipioque esset, quæ in familiã quoque mariti & sui hæredis uenisset. alij matronas uirgines nobiles dicũt, matres familias uero quæ in matrimoniũ per coëmptionẽ conuenerũt: nam per quandã iuris solennitatẽ in familiam migrant mariti. inter matrem uero & matrẽfamilias quod mater est, præter illam significationẽ quæ est ad aliquid, quæ tantum cõuenit in matrimonium: quod alij matri familias, sicut hoc loco applicuerũt. Dona ferẽs.) peplũ scilicet: sicut dixit in Primo, ideo omisit hoc loco. nam Homeri locus est de Hecuba peplũ ferente, hoc modo scilicet, ταὶ δ' ἄρ' ἀόλλισσαν κατὰ ἄστυ γεραιάς. αὐτὴ δ' ἐς θάλαμον κατεβήσετο κηώεντα ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν. Et paulo pòst, τῶν ἕν' ἀειραμένη Ἑκάβη φέρε δῶρον Ἀθήνῃ ὃς κάλλιστος ἔην ποικίλμασιν, ἠδὲ μέγιστος. Oculos deiecta decoros.) sicut, Oculos suffusa nitentes. De limine.) ad preces festinantiũ mulierum ostenditur desiderium. Armipotens præses belli.) Antomasiua sunt propries. hæc autem omnis oratio uerbum ad uerbum de Homero translata est, πότνι' Ἀθηναίη ἐρυσίπτολι δῖα θεάων. Præses autem belli, id est, quæ præest omnibus bellis, cuius nutu semper bella tractantur. Frange manu telum.) aut tua manu, aut in eius manu tela confringe: Hom. ἆξον δὴ ἔγχος Διομήδεος. Et ipsum pro. ster. so.) Hom. ἠδὲ καὶ αὐτὸν πρηνέα δὸς πεσέειν.

Bene

Bene autem sub ipsis portis, quasi ad quas festinabat Aeneas: unde est illud, Praefodiunt alij portas. Cingitur ipse furēs certatim in praelia Turnus.) Oeconomia omnis haec est: nam Turnus ideo cum mora armatur, & intecto capite circa arcem incedēs admonet singulos, ut à Lauinia possit uideri, & ut sit maior causa dimicādi dum sponsae placere cōtendit. Furens.) amore Lauiniae quam uidebat: quod etiam sequēs indicat comparatio. nam dicturus est, Aut ille impastus armentaq; tendit equarum. Cingitur in praelia.) ut pliari possit: ut si dicas, lego in aduocationē, id est, ut aduocatus esse possim. Iamq; adeò.) Aut uacat adeò, aut certe Sic significat: ut sit sensus, Adeò sic praeparatur in praelia, ut etiam uniuersa arma praeter galeā portaret. Thoraca indutus.) Oīa q̄ in ax exeunt, graeca, masculina in obliquis casibus a producunt, ut thorax thoracis, pirax piracis: nam foeminina corripiunt, ut climax climacis, sed ad latinū non transeūt. Phalanx uero & aliter exit, peregrinū est etiā apud Graecos. Alta decurrēs aureus arce.) Illic enim & Amata fuerat & Lauinia. Homeri, κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε καλὰς ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας. δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε. ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισι βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον, χάλκεον. αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε εἵλετο, τοῦ δ' ἀπάνευθε σέλας γένετ' ἠΰτε μήνης. Spes iam praecipit hostem.) mēte praeoccupat hostis aduentū. Qualis abruptis fugit praesepia uinclis.) Etiam haec cōparatio Homeri est, uerbū ad uerbū translata: ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ δεσμὸν ἀπορρήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋρρεῖος ποταμοῖο. κυδιόων ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται ὤμοις ἀΐσσονται, ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθὼς ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει μετά τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων. Potitus.) ab eo quod est potior, ris: nam Subnixus rapto potitur, uenit ab eo quod est potior poteris. nam ut etiā suprà diximus, uerbū hoc modò tertiae, modò quartae inuenitur esse cōiugatiōis. Arrectisq; fre. cer. al.) Arrectis ceruicib. fremit, nō alte luxuriās. Ad ter. defl.) Dicēdo Defluxit, artē et quādā moderationē descendendi significauit, quae est etiā in ascendēdo apud huius rei peritos. Sui merito si qua est fidu. for.) Si unusquisq; fortis habet aliquam confidentiā ex cōscientia fortitudinis suae, & ego audere nō dubito. Forti aūt bene dixit: nam fortis cōmunis est generis. haec aūt hoc uult

Cingitur ipse furens certatim in prelia Turnus.
Iamq; adeò Rutulum thoraca indutus ahenis
Horrebat squamis, surasq; incluserat auro,
Tēpora nudus adhuc, lateriq; accinxerat ensem.
Fulgebatq; alta decurrens aureus arce,
Exultatq; animis, & spe iam praecipit hostem.
Qualis ubi abruptis fugit praesepia uinclis
Tandem liber equus, campoq; potitus aperto:
Aut ille impastus, armentaq; tendit equarum,
Aut assuetus aquae perfundi flumine noto
Emicat, arrectisq; fremit ceruicibus alte
Luxurians, luduntq; iubae per colla, per armos.
Obuia cui Volscorum acie comitante Camilla
Occurrit, portisq; ab equo regina sub ipsis
Desiluit, quam tota cohors imitata relictis
Ad terram defluxit equis. tum talia fatur:
Turne sui merito, si qua est fiducia forti,

Audeo, & Aeneadũ promitto occurrere turmæ,
Solaq́ꝫ Tyrrhenos equites ire obuia contrà.
Me sine prima manu tentare pericula belli.
Tu pedes ad muros subsiste, & mœnia serua.
Turnus ad hæc oculos horrenda in uirgine fixus:
O decus Italiæ uirgo, quas dicere grates,
Quasúe referre parem? sed nunc, est omnia quãdo
Iste animus suprà, mecum partire laborem.
Aeneas, ut fama fidem, missiq́ꝫ reportant
Exploratores, equitum leuia improbus arma
Præmisit, quaterent campos: ipse ardua montis
Per deserta iugo superans aduentat ad urbem.
Furta paro belli conuexo in tramite syluæ,
Vt biuias armato obsidam milite fauces.
Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe signis:
Tecum acer Mesapus erit, turmæq́ꝫ Latinæ,
Tyburtiq́ꝫ manus ducis, & tu concipe curam.
Sic ait, & paribus Mesapum in prælia dictis
Hortatur, sociosq́ꝫ duces, & pergit in hostem.
Est curuo anfractu ualles, accomoda fraudi
Armorumq́ꝫ dolis, quam densis frondibus atrum
Vrget utrinq́ꝫ latus, tenuis quò semita ducit,
Angustæq́ꝫ ferunt fauces, aditusq́ꝫ maligni.
Hanc super in speculis, summoq́ꝫ in uertice mõtis
Planicies ignota iacet, tutiq́ꝫ receptus,

dicere non sexũ considerandũ esse, sed robur. Occurrere turmæ.) *equitatui: nam partem pro toto posuit.* Quas dicere grates.) *Secũdum rhetoricã disciplinã dicit se uerba inuenire non posse, quibus eius exprimat laudes: quũ dixerit, O decus Italiæ. sic alibi, Quibus cœlo te laudibus æquem: cum præmiserit, O fama ingens ingentior armis Vir Troiane.* Sed nunc.) *Ordo est, Sed nunc mecum partire laborem: nam per parenthesim dictũ est, Quando iste animus est sup omnia, id est, siquidem es magna. Partire autẽ ideo, quia illa dixerat, Solaq́ꝫ Tyrrhenos equites ire obuia contra.* Quaterent cãpos.) *ad camporũ perturbationem.* Furta paro bel.) *insidias. Salust. Gẽs ad furta belli peridonea.* Biuias fau.) *Fauces dicuntur itinera inter duos montes angusta & peruia, dicta ad faucium animalium similitudinem.* Collatis excipe signis.) *coniunctis ducib. quos memoraturus est.* Tyburtiq́ꝫ manus.) *Catillus & Coras duces.* Et tu concipe curam.) *sicut ego: nam non dicit sicut Mesapus, aut alij, ne ei facere iniuriam uideatur. Cõcipe autem, simul cum eis: con enim cõiunctiua particula est, unde & conuocari de pluribus dicimus.* Valles.) *Metri necessitate compellimur, ut uallis dicamus. Statius, Vallis in amplexu nemorum sedet. nam plenum est ualles, ut nũc Verg. posuit, qđ ita esse diminutio indicat: nã uallecula, ut uulpes uulpecula, facit. ergo in es uel in is quãdo usurpatiuè, aut quãdo naturaliter exeãt nomina, sola diminutio indicat. ea aũt quæ in es exeũt, longa sunt oĩa si in genitiuo nõ crescãt, ut labes, uulpes, ualles: nam si crescant breuia sunt, ut miles militis.* Quò semita ducit.) *Legitur & Quà.* Aditusq́ꝫ maligni.) *proprie oscuri; ut, Sub luce maligna.* Ignota.) *scilicet Aeneæ; nam de Turno dicturus*

dicturus est, Huc iuuenis nota fertur regione uiarum. Tutiꝗ receptus.) *Male quidam* Recessus *legũt. nã* Receptus *dicitur, quo se tutus recipit exercitus: unde & signa receptui canere dicuntur.* Seu dextra læuáꝗ uelis occurrere pugnæ.) *Siue per ualles, siue per montis radices: incertũ est enim quà sit uenturus* Aeneas. Arripuitꝗ locum.) *raptim tenuit.* Insedit.) *proprie: nam insidere est, dolose aliquẽ expectare, unde et insidiæ nominatæ sunt.*

Seu dextrà læuáꝗ uelis occurrere pugnæ,
Siue instare iugis, & grandia uoluere saxa.
Huc iuuenis nota fertur regione uiarum,
Arripuitꝗ locum, & syluis insedit iniquis.
Velocem interea superis in sedibus Opim
Vnam ex uirginibus socijs, sacraꝗ caterua
Compellabat, & has tristeis Latonia uoces
Ore dabat: graditur bellum ad crudele Camilla,
O uirgo, & nostris nequicquam cingitur armis,
Cara mihi ante alias: nec enim nouus iste Dianæ
Venit amor, subitaꝗ animum dulcedine mouit.
Pulsus ob inuidiam regno, uiresꝗ superbas
Priuerno antiqua Metabus, cum excederet urbe
Infantem fugiens media inter prælia belli
Sustulit exilio comitem, matrisꝗ uocauit
Nomine Casmillæ mutilata parte Camillam.
Ipse sinu præ se portans iuga longa petebat
Solorum nemorum: tela undiꝗ sæua premebant,
Et circunfuso uolitabant milite Volsci.
Ecce fugæ medio summis Amasenus abundans
Spumabat ripis, tantus se nubibus imber
Ruperat: ille innare parans infantis amore

Velocẽ interea.) *Licet* Interea *particula negocia semp preteritis futura coniungat, tamen abruptus est & uituperabilis trãsitus. Habet autem tales transitus & in superioribus libris, & in sequenti præcipue, ubi* Iuppiter *appellat* Iunonem. Opim.) Opim *quando dicimus, nymphã significamus: si aũt dicimus* Opẽ, *auxiliũ intelligimus.* Terentius, Iuno Lucina *fer opem, serua me obsecro.* Opes *uero numero plurali, auxilia & census accipimus: nam* Ops *terra ẽ, uxor* Saturni, *quã* Græci Rheã *uocant.* Tristeis uoces.) Habitum *futuræ orationis ostendit.* Ore dabat.) Pleonasmos. Bellum ad crudele Camilla.) *Vno uerbo exitũ rei docuit.* Nostris nequicquam armis.) *nostris quibus utraꝗ gaudemus, ut etiam ipsa habeat causam doloris & maioris iracũdiæ.*

Nec enim nouus iste Dianæ uenit amor.) Firmiores *enim sunt antiquiores amicitiæ.* Terentius, Per *amicitiam quæ cœpta à paruulis cum ætate creauit simul.* Iuuenalis, Ille *excludatur amicus* Iam *senior cuius barbam tua ianua uidit.* Pulsus ob inuidiam.) *scilicet crudelitatis: nam sequitur,* Neꝗ *ipse manus feritate dedisset.* Antiqua.) *nobili urbe: nam hoc* Priuernum *dicitur.* Iuga longa petebat.) *longè posita, remotiora.* Salustius, Et *Metello procul agente longa spes auxiliorum: id est, longè posita.* Solorum nemorum.) *id est, desertorum.* Terentius, Venit *meditatus alicunde ex solo loco.* Item *ipse,* Nónne *hunc abici oportet in solas terras?* Fugæ medio.) *dum fugit, inter fugã: nam figuratum est.*

Caroq́ oneri timet.) Anacreon φορτὸν ἔρωτος, id est, onus amoris. Vix hæc sententia sedit.) Ideo Vix, quia naturale est, ut quoties simul multa cogitamus, uix aliquid comprobemus. unde uera distinctio est, Oĩa secũ uersanti subito. Et robore cocto.) Aut antiquã hastam fuisse significat, nam multi temporis aliquid coctũ uocamus: Horatius, Plerunq; recoctus Scriba ex quinqueuiro coruũ deludet hiantem. ita Persius, Vt ramale uetus prægnãdi subere coctum.

Tardatur, caroq́ oneri timet: omnia secum
Versanti, subito uix hæc sententia sedit.
Telum immane manu ualida quod forte gerebat
Bellator solidum, nodis & robore cocto:
Huic natam libro, & syluestri subere clausam
Implicat, atq; habilem mediæ circunligat hastæ.
Quam dextra ingenti librans, ita ad æthera fatur:
Alma tibi hanc nemorum cultrix Latonia uirgo
Ipse pater famulam uoueo, tua prima per auras
Tela tenens supplex hostem fugit: accipe testor
Diua tuam, quæ nunc dubijs committitur auris.
Dixit, & adducto contortum hastile lacerto
Immittit: sonuere undæ rapidum super amnem,
Infelix fugit in iaculo stridente Camilla.
At Metabus magna propius iam urgẽte caterua
Dat sese fluuio, atq; hastam cum uirgine uictor
Gramineo donum Triuiæ de cespite uellit.
Non illum tectis, non ullæ mœnibus urbes

aut reuera cocto robore: hastæ enim plerunque igni durari cõsueuerũt. Huic telo.) scilicet natã implicuit. Libro.) Liber dicitur interior corticis pars, quæ ligno cohæret. alibi, Alta liber aret in ulmo. unde liber dicitur in quo scribitur, quia antè usũ chartæ uel mẽbranæ de libris arborũ uolumina cõpaginabãtur. Ipse pater famulam uoueo.) Bene Ipse pater, quia autorandi potestatem nisi patres nõ habẽt. Voueo aũt, cõsecro in tuum ministeriũ: unde & Camilla dicta est. licet suprà dixerit, & à matre esse nominatã. sed illud poëtice dictũ est: nam Camilla quasi ministra dicta est. ministros enim & ministras impuberes camillos & camillas in sacris uocabant. unde & Mercurius Hetrusca lingua Camillus dicitur, quasi minister deorum. Sonuere undæ.) Hic distinguendũ est. Infelix Camilla.) non eo tempore quo euasit, sed nunc infelix: plerunq; enim epitheta præsentis tẽporis sunt, licet & pactis negocijs: ut in Secũdo, Infelix quæ se dũ regna manebãt Sæpius Andromache ferre incomitata solebat. Nõ illũ tectis, nõ ullæ mœnibus urbes Accepere.) non mirũ à nulla hunc ciuitate susceptũ: nam licet Priuernas esset, tamẽ quia in Thuscorũ iure penè omnis Italia fuerat, generaliter in Metabum omniũ odia ferebantur. nam pulsus fuerat à gente Volscorũ, quæ etiã ipsa Hetruscorũ potestate regebatur, quod Cato plenissimè executus est: hinc est, Multæ illam frustra Tyrrhena per oppida matres. quod nõ procedit nisi inter eos essent iura cõnubij. Nõ mœnibus urbes accepere.) nõ tectis, nõ mœnibus: hoc est, nec in ciuitatẽ, nec in priuatã admissus est domũ. sic ista etiã in Primo separauit: ut, Vrbe domo socias. Sciendum autem mœnia abusiuè dici omnia publica ædificia: ut, Diuidimus muros & mœnia pãdimus urbis. nam ꝓprie mœnia

sunt

sunt tantũ muri, dicta quasi munia, à munitione ciuitatis. Manus dedisset.) *cõsensisset. & hoc dicit, si qui etiã eum suscipere uoluissent, ille tamen eorũ consortia morũ feritate fugisset.* Pastorũ & solis exegit montibus æuũ.) *pastorũ æuũ exegit in mõtibus solis, id est, pastorali usus est uita.* Armẽtalis equæ.) *& indomitæ: unde sequitur,* Lacte ferino. Vestigia plãtis institerat.) *signa pedum primis plantis expresserat. nam hæc sunt uestigia, imagines pedũ: ut,* Semesam prædã & uestigia fœda reliquũt. Palmas onerauit acuto.) Onus *enim est, quicqd teneris imponitur manib.* Pro longæ tegmine pallæ.) *Palla proprie ẽ muliebris uestis, deducta usq; ad uestigia: unde ait,* Lõgæ. *sic suprà,* Pallam signis auroq; rigentẽ. Strymmoniãq; gruẽ.) *Thraciã, à fluuio* Strymmone. Sanè *sciendum posse dici, hic & hæc grus.* Olorẽ.) *Ita latinè dicimus: nã cygni græcè dicũtur.* Multæ illã frustra.) *Ante quam rem diceret, ꝑiudicauit: sic* Salustius, Falsò queritur de natura sua genus humanũ. *nam antequam diceret* Queritur, *dixit* Falsò. Matres.) *Inter matres & matresfamilias hoc interest, quod mater est præter illam significationem quæ est ad aliquid, quæ tantum conuenit in matrimonio: materfamilias uero dicitur, quæ in matrimonio conuenit per coẽmptionem. nam per quandam iuris solennitatem in familiam migrat mariti.* Aeternum.) *æternè: nam nomen est pro aduerbio.* Conata.) *dum conaretur.* Fatis urgetur acerbis.) *Ostendit etiam desideria ex fati necessitate descendere.* Cõmittitur omine pugna.) *pro cõmittetur.* Hæc cape.) *generaliter dixit, arcũ & pharetrã, ut sequẽtia indicant: nam dicet,* Et ultricẽ pharetra deprome sagittam. Vltricem.) *Nomina in ix terminata, ablatiuũ singularẽ in e mittunt, genitiuum uero pluralẽ in um: exceptis his quæ sunt omnis generis, ut felix: nam ab hoc felici, horum felicium facit.* Lucanus, Felici non fausta loco tentoria ponens. *quod receptũ est, ideo quia*

Accepere, nec ipse manus feritate dedisset
Pastorum, & solis exegit montibus æuum.
Hic natam in dumis, interq; horrentia lustra
Armentalis equæ mammis & lacte ferino
Nutribat, teneris immulgens ubera labris.
Vtq; pedum primis infans uestigia plantis
Institerat, iaculo palmas onerauit acuto.
Spiculaq; ex humero paruæ suspendit, & arcum
Pro crinali auro: pro longæ tegmine pallæ,
Tigridis exuuiæ per dorsum à uertice pendent:
Tela manu iam tum tenera puerilia torsit,
Et fundam tereti circum caput egit habena,
Strymmoniamq; gruem, aut album deiecit olorẽ.
Multæ illam frustra Tyrrhena per oppida matres
Optauere nurum, sola contenta Diana
Aeternum telorum & uirginitatis amorem
Intemerata colit: uellem haud correpta fuisset
Militia tali, conata lacessere Teucros:
Chara mihi, comitumq; foret nunc una mearum,
Verũ age, quandoquidem fatis urgetur acerbis,
Labere nympha polo, finesq; inuise Latinos,
Tristis ubi infausto committitur omine pugna:
Hæc cape, & ultricẽ pharetra deprome sagittam.

quia genitiuus pluralis à nominatiuo plurali minor esse non debet, sed aut par, aut maior una syllaba, & quia à neutro facit felicia, felicum dicere non debemus, ne propter alia genera huic praeiudicemus. nanque ab eo quod est felices, ut feliciū dicamus, ratio non patitur: genitiuus enim syllaba. ab eo quod est felicia, ut felicū dicamus non procedit, ne minor sit genitiuus nominatiuo plurali. similiter & ultricium & uictricium dicimus: licet in his neutrū genus in numero singulari nō inueniatur. Violarit uulnere corpus.) quia dixit Sacrum. Tros, Italusúe mihi.) Si simpliciter accipimus, ita intelligamus, Siue eam Troianus intereme rit, siue aliquis de Aeneae auxilijs. nanque alij uolūt Aruntē de Turni esse partibus. et indignatur faemineū sexum plus in bello potuisse quàm uiros: quam rem hic dicūt perstrinxisse Vergil. & reuera sic ubique loquitur, ut incertum sit, Aruns de cuius partibus fuerit. unde est illud, Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis. Pariter.) similiter, uno modo: et est antiquū. Plautus in Aulularia, Filiū pariter moratū. Miserandae corpus.) Haec in oeconomia praeiudicia nominantur, quoties negocij futuri exitus tollitur. uult enim nos de Camillae cadauere nil ulterius expectare: sicut in Primo fecit, Tu faciem illius noctem non amplius unam Falle dolo. quod praemissum sustulit cōmemorationē, quādo uel Cupido discesserit, uel Ascanius sit reuersus. Arma inspoliata.) aut indetracta, aut ipsius inspoliatae. Nigro circundata turbine corpus.) quia ad moererē luctumque descendit: contraque in Octauo, ubi ad laetitiam descendit Venus, claro eam nimbo circundatam dicit: ut, At Venus aethereos inter Dea candida nimbos. Hetruscique duces.) Hetruria dicta est, quod eius fines tendebantur usque ad primam ripam Tyberis, & quasi ἑτερούρια, & per syncopam ἑτρούρια: nam ἕτερος est alter, & ὅρος finis. Roma enim antea unam tantū Tyberis ripam tenebat. Iuuenalis, Et quae Imperij fines Tyberinum uirgo natauit. Compositi numero.) id est, rationabiliter: unde & Saepenumero dicimus, id est, frequēter & rationabiliter. hinc est, Tum uero in numerū, id est, in rationem, in rhythmum. unde & metra numeros dicimus, ut Numeros memini si uerba tenerem. Sanè modo est generalis descriptio equestris certaminis. paulo pòst descendit ad specialem: sicut fecit in Quinto, & de cursoribus & de nauali certamine. Horret ager.) id est, terribilis est: ut Homerus, φρυάγουσιν ἄρουραι. Est autem uersus Ennianus uituperatus à Lucillio, dicente per irrisionem debuisse eum dicere, Horret & alget. unde Horatius de Lucillio, Non ridet uersus Enni grauitate minoris? Campique armis ardent.) resplendent. & Euripides in Phoenissis: καταχαλκὸν ἅπαν πεδίον ἀστράπτει.

Hanc, quicunque sacrum uiolarit uulnere corpus,
Tros, Italusúe mihi pariter det sanguine poenas.
Post ego nube caua miserandae corpus, & arma
Inspoliata feram tumulo, patriaeque reponam.
Dixit: at illa leuis coeli demissa per auras
Insonuit nigro circundata turbine corpus.
At manus interea muris Troiana propinquat,
Hetruscique duces, equitumque exercitus omnis
Compositi numero in turmas: fremit aequore toto
Insultans sonipes, & pressis pugnat habenis,
Huc obuersus & huc: tum late ferreus hastis
Horret ager, campique armis sublimibus ardent.

Celeresque

Celeresq́ Latini.) Alludit ad militiam Romanã: nanq & equites habuit Romulus, ut illo diximus loco, Tercentum scutati omnes Volscente magistro: quos Celeres appellauit, uel à celeritate, uel à duce Celere, qui dicitur Remum occidisse, in cuius gratiæ uicem à Romulo fieri tribunus equitum meruit, & Tribunus Celerum appellatus est. Ala Camil.) equitatus. Alæ autem dicũtur equites, quòd alarũ uice pedestrem exercitum tegunt. Intra ia. te.) Homericũ est, ἴσον βίλους, unde posset hasta missa in hostem uenire. hinc traxit Statius ut diceret, Quale quater iaculo spatiũ ter arundine metas. Est & Enniana omnis hæc ambitiosa descriptio. Præcipitat.) pro præcipitatur. Reijciunt parmas, et equos ad mœnia torquẽt.) Reijciunt, retro agũt. Sanè nunc fugiunt non timore, sed lege præliandi. Sallustii. More equestris prælij sumptis tergis ac redditis. Mollia.) domita: domitorum scilicet, q facilè flectuntur. Super iacit undam.) super scopulos undam iacit: nàm more suo dedit uerbo detractam nomini præpositionem. Sinu.) curuatione, & flexu undarum. Extremã autem ad illud pertinet, quod ait suprà, Penitusq́ datis referuntur habenis. Aestu reuoluta resorbens Saxa fugit.) Aestus propriè est maris incerta commotio: crescentis & decrescentis, unde Aestuaria dicta. & Plautus in Asinaria, Quo magis te in altum capescis, æstus te in portum refert. Vado labente.) Hypallage, pro labens ipse per uadum.

Necnon Messapus contrà, celeresq́ Latini,
Et cum fratre Coras, & uirginis ala Camillę,
Aduersi campo apparent, hastasq́ reductis
Protendunt longè dextris, & spicula uibrant,
Aduentusq́ uirũm, fremitusq́ ardescit equorum.
Iamq́ intra iactum teli progressus uterq́
Substiterat: subito erumpunt clamore, furentesq́
Exhortantur equos: fundunt simul undiq́ tela
Crebra, niuis ritu, cælumq́ obtexitur umbra:
Continuo aduersi Tyrrhenus, & acer Aconteus,
Connixi incurrunt hastis, primiq́ ruinam
Dant sonitu ingenti, perfractaq́ quadrupedantũ
Pectora pectoribus rumpunt: excussus Aconteus
Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti,
Præcipitat longè, & uitam dispergit in auras.
Extemplo turbatæ acies, uersiq́ Latini
Reijciunt parmas, & equos ad mœnia uertunt.
Troës agunt, princeps turmas inuasit Asillas.
Iamq́ propinquabant portis, uersiq́ Latini
Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt.
Hi fugiunt, penitusq́ datis referuntur habenis.
Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terram, scopulosq́ superiacit undã
Spumeus, extremamq́ sinu perfundit arenam.
Nunc rapidus retro, atq́ æstu reuoluta resorbens
Saxa fugit, littusq́ uado labente relinquit.
Bis Thusci Rutulos egere ad mœnia uersos:
Bis reiecti armis respectant terga tegentes:

Et sanguine in alto.) ἐμφατικῶς cædis ostenditur magnitudo. Hastam intorsit equo.) Figuratè: nam intorqueo in equum dicimus: ut, In latus inq; feri curuam compagibus aluũ Cõtorsit. Equo ergo, pro in equum. Ferrumq; sub aure reliquit.) Ex uulneris genere eum fugientem intelligimus esse percussum. Voluitur ille excussus humi.) Humi uoluitur: nã Excussus per se plenũ est. Deijcit Herminium.) Nomen hoc de historia Romana est: nam cum Coclite contra Thuscos Lartius & Herminius steterũt, tẽpore quo pons sublicius rũpebatur: unde & eum plurimum laudat. ac si diceret, talis qualis fuit ille. Tãtus in arma patet.) Tantum patebat in uulnere, id est, in hostilia tela totus patebat. Per armos.) Abusiuè: nã ꝓpriè Armi quadrupedũ sunt. Exultat Amazõ.) Suspendendũ Exultat, ut Amazõ intelligas, quasi Amazõ: nã Camilla Volsca fuerat. sicut in Primo, Dederatq; comã diffundere uẽtis Venatrix: id est, quasi uenatrix. Indefessa.) infatigabilis. et omnia arma Amazonum tradit, quas Titianus unimammas uocat: nam hoc est Amazon, quasi ἄνευ μάζου. Spicula fugientia.) pro Ipsa fugiens. At circum lectæ comites.) Subaudi Dimicant: quod & sequens Amazonũ indicat comparatio, quæ inducuntur circa reginam bella tractantes. Larinaq; uirgo.) Nomina hæc nobilissimarũ sunt Italiæ fœminarum. Italides.) Pulchra deriuatio, non uera: nam uerũ est Italæ. Italis aũt, unde Italides, magis patronymicũ est, q̃ deriuatiuũ: sicut Belias, unde & Belides. Quas ipsa decus.) Decus &

Tertia sed postquam congressi in prælia, totas
Implicuere inter se acies, legitq; uirum uir:
Tũ uerò & gemitus morientũ, & sanguine in alto
Armaq; corporaq;, & permixti cæde uirorum
Semianimes uoluũtur equi, pugna aspera surgit.
Orsilochus Remuli (quãdo ipsum horrebat adire)
Hastã intorsit equo, ferrumq; sub aure reliquit:
Quo sonipes ictu furit arduus, altaq; iactat
Vulneris impatiens arrecto pectore crura.
Voluitur ille excussus humi: Catillus Iolam,
Ingentemq; animis, ingentem corpore & armis
Deijcit Herminium, nudo cui uertice fulua
Cæsaries, nudiq; humeri: nec uulnera terrent,
Tantus in arma patet: latos huic hasta per armos
Acta tremit, duplicatq; uiri transfixa dolorem.
Funditur ater ubiq; cruor: dant funera ferro
Certantes, pulchramq; petunt per uulnera mortẽ.
At medias inter cædes exultat Amazon,
Vnum exerta latus pugnæ, pharetrata Camilla:
Et nunc lenta manu spargens hastilia densat,
Nunc ualidam dextra rapit indefessa bipennem,
Aureus ex humero sonat arcus, & arma Dianæ.
Illa etiam, siquando in tergum pulsa recessit,
Spicula conuerso fugientia dirigit arcu.
At circum lectæ comites, Larinaq; uirgo,
Tullaq;, & æratam quatiens Tarpeia securim,
Italides, quas ipsa decus sibi dia Camilla

ad delectas.

ad delectas, & ad ipsam pot est referri. Decus autem si ad Camillam, nobilitas, pulchritudo: si ad delectas, ornamentum, id est, quas sibi elegit ornamentũ, id est, ad ornamentum.

Dia Camilla.) *Generosa, εὐγενής: nam Graecum est. cuius nominis etymologiã plerique uolunt uenire ἀπὸ τοῦ δίος: quod si sic est, dicemus dissentire deriuationem à principalitate: nam Dia di producit, quũ δῖος corripiat. sicut econtrà quum Lux producat, Lucerna lu corripit.*

Delegit pacisq; bonae, belliq; ministras.
Quales Threiciae cum flumina Thermodontis
Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis:
Seu circum Hippolyten, seu cum se Martia curru
Penthesilea refert, magnoq; ululante tumultu
Foeminea exultant lunatis agmina peltis.
Quem telo primũ, quem postremũ aspera uirgo
Deijcis? aut quot humi morientia corpora fundis?
Eumenium Clycio primum patre, cuius apertum
Aduersi longa transuerberat abiete pectus:
Sanguinis ille uomens riuos cadit, atq; cruentam
Mandit humũ, moriensq; suo se in uulnere uersat.
Tũ Lirin, Pegasumq; super: quorũ alter habenas

Pacisq; bonae belliq; ministras.) *Congruum paci epitheto dedit, ut eam bonam diceret, quũ bellum econtrà sit pessimum: nam sine dubio & belli saeui diceret, si ratio uersus admitteret.*

Quales Threiciae) *Tanais fluuius est, qui separat Asiã ab Europa, circa quem antea Amazões habitauerunt, unde se postea ad Thermodoonta fluuium Thraciae transtulerũt: quod etiam Sallustius testatur dicens, Dein campi Thesmiscyrei quos habuere Amazones, à Tanai fluuio incertũ quam ob rem digressae.* Thermodoontis.) *Plenũ est Thermodoon, sed per synaeresim Thermodôn fecit: unde dôn circunflexum habet accentum. Graeca enim nomina necesse est ut circunflectantur, quoties fit synaeresis, exigente metri necessitate. ergo si sit Thermodoon, dó acutũ habebit accentum: quòd si Thermodôn fecerit, & in finalem transfertur, & mutatur accentus, nam fit circunflexus.* Pulsant.) *Ennius ad Musas, Quae pedibus pulsatis olympum.*

Bellantur.) *pro bellant. nam solent uerba pro uerbis poni. unde passiuam nunc declinationem sub actiua posuit significatione. sic in Georgicis, Et placidam paci nutritor oliuam: futurum tempus à passiuo posuit pro praesenti ab actiuo. nam Nutritor, pro nutri posuit. sic apud Ciceronẽ in Officijs, Neq; ad eius qui punitur aliquẽ, aut uerbis castigat, sed ad reipu. utilitatẽ referri: punitur, pro punit. unde est econtrà, Nox humida caelo Praecipitat: pro praecipitatur, actiuũ pro passiuo.* Hippolyten.) *Haec Amazonũ fuit regina, cui uictae Hercules baltheum sustulit.* Martia.) *Aut bellicosa, aut Martis filia. Amazones enim se parente Marte natas esse gloriari solebãt.* Quem telo primũ, quem postremũ.) *Homericũ est, interrogationẽ ad ipsum referre qui describitur, ἔνθα τίνα πρῶτον τίνα δ' ὕστατον ἐξενάριξας πατρόκλεις, ὅτε δή σε θεοὶ θάνατον δὲ κάλεσσαν. cum Musae interrogari consueuerint: ut, Vos ò Calliope precor aspirate canenti.* Aspera uirgo.) *Epitheton ad officiũ belli respiciens: aliàs incongruè uirginẽ asperam dicimus.* Eumenium.) *Quia Latina est declinatio, ideo Me accepit accentũ: nam Statius quia graecè declinauit, graecũ accentũ posuit dicẽs, Nunc Eumeniũ ante, Et nũc ante Thoas.* Lõga abiete.) *hasta abiegna ali: nã arborẽ pro hasta posuit*

Suffosso.) casuro: nam Suffossi equi dicuntur, quos uulgò Cespitatores uocãt. alij Suffuso legunt, id est, præcipiti, & iam cadenti. Dum subit.) scilicet dum se ad sustentationem ruentis inclinat. & uult utrunq; tanta celeritate esse percussum, ut unum ictum putares: inde est enim, Præcipites pariterq; ruunt. His addit Amastrũ.) adiungit. Armis ignotis.) nouis, inconsuetis. Iapyge.) Appulo equo. Pellis erepta iuuenco.) id est, lorica. nã propriè Lorica est, tegmẽ de loro factum, quo maiores in bello uti cõsueuerant. Agrestisq; man. ar. spa.) Bene Agrestis: nam Sparus est rusticum telum in modũ pedi recuruum. Sallust. Sparos & lãceas, alij præacutas sudes portare. Vertitur in medijs.) i. agit. nam Græcè ἀναστρέφεται dixit. Toto uertice suprà est.) Stati. de Capaneo, Et totum transcendit corpore bellum. Hũc illa exceptũ.) fraude circũuentũ: ut, Aemulus exceptum Triton. Traijcit.) Vis iactus ostẽditur. Syluis.) pro in syluis. & est archaismos, casus pro casu. Muliebribus armis.) Vsus obtinuit, ut innuptas uirgines nuptas mulieres uocemus. nam apud maiores indiscretè uirgo dicebatur & mulier: utrũq; enĩ sexum tantũ significabat. ut ecce hoc loco dicit Armis muliebribus, quũ Camillam innuptã fuisse manifestũ sit. Item in Bucol. legimus, Ah uirgo: quũ Pasiphaën constet ex Minoë ante amorẽ Tauri filios suscepisse. Terentius etiã mulierẽ post partũ uirginem uocat in Hecyra, Nam uitiũ est oblatũ uirgini olim ab nescio quo improbo. Nomen tamen haud leue, patrũ Manibus hoc referes telo ceci. Ca.) Irrisio est amaritudinis plena. nam si uoluerimus simpliciter accipere, ut ita sit dictum quemadmodum suprà, Aeneæ magni dextra cadis, incipit contrariũ esse superiorib. unde melius est ut perseueremus in sensu, & ita sit dictũ, magnã recuera gloriã laturus est ad manes parentũ, quẽ fœminea tela superabũt. Sedentis.) equis.

Suffosso reuolutus equo, dum colligit, alter
Dum subit, ac dextram labenti tendit inermem,
Præcipites pariterq; ruunt: his addit Amastrum
Hippotaden, sequiturq; incũbens eminus hasta,
Tereaq;, Harpalicumq;, & Demophoonta, Chrominq;.
Quotq; emissa manu cõtorsit spicula uirgo,
Tot Phrygij cecidere uiri: procul Ornitus armis
Ignotis, & equo uenator Iapyge fertur.
Cui pellis latos humeros erepta iuuenco
Pugnatori operit, caput ingens oris hiatus
Et malæ texere lupi, cum dentibus albis,
Agrestisq; manus armat sparus: ipse cateruis
Vertitur in medijs, & toto uertice suprà est.
Hunc illa exceptũ (nec enim labor agmine uerso)
Traijcit, & super hæc inimico pectore fatur:
Syluis te Tyrrhene feras agitare putasti.
Aduenit qui uestra dies muliebribus armis
Verba redargueret, nomẽ tamẽ haud leue, patrũ
Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillæ.
Protinus Orsilochũ & Butẽ, duo maxima Teucrũ
Corpora, sed Buten aduersum cuspide fixit,
Loricam galeamq; inter, quà colla sedentis

Sanè

Sanè eum ex uicino intelligimus esse percussum. Interior.) *sinisterior, breuiore scilicet circulo.* Congeminat.) Hic *distinguendũ est: nam nemo dicit, securim uulgus congeminat, sed securis.* Incidit huic.) Figuratè, *pro in hanc.* Terent. Ego *in eum incidi infelix locum, ut neq; mihi amittendi, neq; retinendi sit copia.* Adpenninicolæ bellator filius Auni.) Quia Liguria *maiore parte sui* Apennino *est constituta.* Ligures *autem omnes fallaces sunt, sicut ait* Cato *in secundo* Originũ *lib.* Filius Auni.) Aunus *scilicet: nã, ut suprà diximus, cum dictis parentibus filiorũ nomina supprimant, eos patris cognomines intelligimus: ut,* Tyburti Remulo *ditissimus olim.* Versare dolos ingressus.) *tractare: ut,* Seu *uersare dolos, seu certæ occumbere morti.*

Astu.) *malitia: nam propriè* Astutos *malitiosos uocamus. unde in* Terentio, *postq̃ de domino dixit seruus* Astutè, *ille iratus ait,* Carnifex *quæ loquitur.* Cicero, Ita *sit ut ista ratio existimetur astuta, meum tamen hoc consiliũ necessarium.* Dimitte fugã.) *equi celeritatem, cui fidis, relinque.* Fuga, *id est, celeritas: ut* Iuuenalis *etiam indicat uersus,* Cuius Clara *fuga ante alios, & primus in æquore puluis.* Ventosa ferat cui gloria fraudem.) Hæc *est uera & antiqua lectio. ut sit sensus: pedes congredere, iam cognosces cui inanis iactantia efferat pœnam. nam* Fraudem *pœnam ueteres uocabant, ut etiam in antiquo cognoscitur iure.* Sallustius *in* Catilinario, Diem *statuit antequam sine fraude liceret ab armis discedere.* Si *autem* Laudem *legerimus, erit sensus,* Agnosces *cui inanis gloria afferat laudem.* Ventosa *autem gloria est, quam* Græci *κενοδοξίαν uocant.* Paribusq; assistit in armis.) *pedes, sicut & illum congressurum putabat.* Pura parma.) Tunc *enim primum in bella descenderat, quum tyrones pictas minime gestarent parmas.* Fugax.) *fugiens: nam nomen est pro participio. non enim* Fugacem *possumus accipere, quem suprà legimus bellatorem.*

Lucent, & læuo dependet parma lacerto:
Orsilochũ fugiens, magnumq; agitata per orbem
Eludit gyro interior, sequiturq; sequentem.
Tum ualidam, perq; arma uiro perq; ossa securim
Altior insurgens oranti, & multa precanti
Congeminat: uulnus calido rigat ora cerebro.
Incidit huic, subitoq; aspectu territus hæsit
Appenninicolæ bellator filius Auni,
Haud Ligurũ extremus, dum fallere fata sinebãt:
Isq; ubi se nullo iam cursu euadere pugna
Posse, neq; instantem reginam auertere cernit,
Consilio uersare dolos ingressus, & astu,
Incipit hæc: quid tam egregium, si fœmina forti
Fidis equo? dimitte fugam, & comminus æquo
Mecum crede solo, pugnæq; accinge pedestri.
Iam nosces uentosa ferat cui gloria laudem.
Dixit: at illa furens, acriq; incensa dolore
Tradit equum comiti, paribusq; assistit in armis,
Ense pedes nudo, puraq; interrita parma.
At iuuenis uicisse dolo ratus, auolat ipse
(Haud mora) conuersisq; fugax aufert habenis,
Quadrupedemq; citum ferrata calce fatigat.

Vane Ligur.) Aut fallax, aut inaniter iactans: nam Vanos studios posteriores dicere cœperunt: unde tractum est etiã in neotericis. Iuuenalis, Sic libitum est uano qui nos distinxit Othoni. Quid autẽ hoc loco Vane significet consequentia demonstrant, Frustraq́ animis elate superbis. *Lubricus.)* fallax, mobilis. *Pernicibus ignea plantis.)* Modò uelocibus, aliàs perseuerantibus. nam Pernix interdum uelox, interdum perseuerans significat: ut ipse in Georgic. Et inter Dura iacet pnix instrato saxa cubili.

Vane Ligur, frustraq́ animis elate superbis
Nequicq̃ patrias tentasti lubricus artes:
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.
Hæc fatur uirgo, & pernicibus ignea plantis
Transit equum cursu, frenisq́ aduersa pręhensis
Cõgreditur, pœnasq́ inimico ex sanguine sumit.
Quàm facile accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pinnis sublimis nube columbam,
Comprensamq́ tenet, pedibusq́ euiscerat uncis:
Tunc cruor, & uulsæ labuntur ab æthere plumæ.
At non hæc nullis hominũ sator atq́ deorum
Obseruans oculis summo sedet altus Olympo:
Tyrrhenum genitor Tarcontem in prælia sæua
Suscitat, & stimulis haud mollibus incitat iras.
Ergo inter cædes, cedentiaq́ agmina Tarcon
Fertur equo, uarijsq́ instigat uocibus alas
Nomine quenq́ uocans, reficitq́ in pręlia pulsos:
Quis metus ò nunquã dolituri, & semper inertes
Tyrrheni, quæ tanta animis ignauia uenit?
Fœmina palantes agit, atq́ hæc agmina uertit?

Transit equũ cursu.) Nunc hoc incredibile esse uideretur, nisi præmisisset in Septimo, Illa uel intactæ segetis per summa uolaret Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas. *Aduersa.)* opposita. *Accipiter saxo sacer ales ab alto.)* Sacer ideo quia est Marti cõsecratus: aut auibus execrabilis, ut Auri sacra fames. aut quod uerius est, nomẽ Græcum expressit. nam ἱέραξ dicitur, hoc est, sacer: ἱερεὺς enim sacerdos uocatur. cur autẽ Græce ita dictus sit, ratione non caret, quæ nota est sacrorum peritis. *Consequitur pinnis.)* Noua laus Camillæ: siquidem accipiter columbam sequitur, ipsa præcedit hostem. Ipsa etiam auium comparatio est sumpta ex contrario: nam æquius uir accipitri, Camilla compararetur columbæ. *Tunc cruor & uulsæ labuntur ab æthere plumæ.)* Ecbasis est, id est, excursus. *Non nullis.)* id est, non negligentibus: nam Liptotes figura est. uult enim dicere, Non leuiter Iupiter intuebatur ista certamina.

Instigat uocibus alas.) incitat, & irritat ad reditum. primũ enim est, ut fugere desinãt: pòst, ut in hosteis impetum faciant. *Nomine quenq́ uocans.)* Per hoc extrema necessitas indicatur. *Quis metus.)* qualis, quantus, qui uos etiam fœminam timere compellit: unde paulo pòst, Quæ tanta animis ignauia uenit? Fœmina palantes agit. *O nuquam dolituri.)* id est, stulti: Stultus est enim quisquis iniuria non mouetur. Et bene Nunquam, siquidem antè sæuitiã Mezentij pertulerunt, nec se ulti sunt: nunc præbent terga mulieri, & ne hinc quidẽ cõmouentur dolore. *Atq́ hæc agmina uertit.)* ἀντιμῶς. i. multitudinẽ tantã.

Irrita.) inertia, quæ nos ulcisci minimè ualeant. At nō in Venerem segnes.) *Latenter dicit hoc: fugitis mulierem, quia armata est: aliàs primi ad hunc curritis sexū.* Noctur naq; bella.) *coitum. alibi,* Et si quando ad prælia uentum est. *Curua tibia.) symphonia, chorum.* Bacchi autem ideo, *quia apud ueteres ludi theatrales non erant, nisi in honorē* Liberi patris. Expectate.) *pro expectatis: modum pro modo posuit.*

Quò ferrū, quid ue hęc gerimus tela irrita dextris?
At non in Venerem segnes, nocturnaq; bella:
Aut ubi curua choros indixit tibia Bacchi.
Expectate dapes, & plenæ pocula mensæ:
Hic amor, hic studiū, dum sacra secūdus aruspex
Nunciet, ac lucos uocet hostia pinguis in altos.
Hæc effatus, equū in medios moriturus & ipse
Concitat, & Venulo aduersum se turbidus infert,
Direptumq; ab equo dextra complectitur hostem,
Et gremium ante suum multa ui concitus aufert.
Tollitur in cælum clamor, cunctiq; Latini
Conuertere oculos: uolat igneus ęquore Tarcon,
Arma uirumq; ferens: tum summa ipsius ab hasta
Defringit ferrum, & parteis rimatur apertas,
Quà uulnus letale ferat. contrà ille repugnans
Sustinet à iugulo dextram, & uim uiribus exit.
Vtq; uolans altè, raptum cum fulua draconem
Fert aqla, implicuitq; pedes, atq; unguibus hęsit:
Saucius at serpens sinuosa uolumina uersat,
Arrectisq; horret squamis, & sibilat ore
Arduus insurgens: illa haud minus urget adunco
Luctantem rostro, simul æthera uerberat alis.
Haud aliter prædam Tyburtū ex agmine Tarcon
Portat ouans: ducis exemplum, euentumq; secuti

Secūdus aruspex.) *Pro secunda sacra, id est, prospera: sicut ecōtrariò Homerus μάντι κακῶν, id est, malorū diuine.* In altos lucos.) *Illic enim epulabātur sacris diebus.* Moriturus & ipse.) *Moriturus animo, nam moriturus non est.* Quod aūt ait Et ipse, *aut ad* Camillā, *aut ad* Venulum *respicit.* Turbidus.) *terribilis.* Direptumq; ab equo dextra cōplectitur hostem.) *Hoc de historia tractū est: nam* C. Iulius Cæsar *quū dimicaret in* Gallia, *& ab hoste raptus, equo eius portaretur armatus, occurrit de hostib. qui eū nosset, & insultans ait,* Cecos Cæsar: *quod* Gallorum *lingua dimitte significat. & ita factum est ut dimitteretur.* Hoc autem ipse Cæsar *in* Ephemeride *sua dicit, ubi propriam commemorat felicitatem.* Exit.) *euitat: ut,* Atque oculis *uigilantibus exit.* Vtq; uolans altè, raptum cum fulua draconem Fert aquila.) Homerica *comparatio:* ὄρνις γάρ σφιν ἐπῆλθε περησέμεναι μεμαῶσιν, αἰετὸς ὑψιπέτης ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων, φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον ζωὸν ἔτ' ἀσπαίροντα, καὶ οὔ πω λήθετο χάρμης. κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατὰ στῆθος περὶ δειρὴν, ἰδνωθεὶς ὀπίσω, ὁ δ' ἀπὸ ἕθεν ἧκε χαμᾶζε ἀλγήσας ὀδύνῃσι, μέσῳ δ' ἐνὶ κάμβαλ' ὁμίλῳ, αὐτὸς δὲ κλάγξας πέτετο πνοιῇς ἀνέμοιο. Ducis exemplum euentumq; secuti.) *scilicet uirtutem & felicitatem.*

Meonidæ.)

Meonidæ.) Lydi: ut, Meoniæ delecta iuuentus. Arte.) fraude, dolo: ut, Arte Pelasga.

Quà se cunq; ferens medio tulit agmine uirgo, Hàc Aruns subit.) Vt etiã suprà diximus, ita poëta loquitur, ut in aliquibus locis det suspitionem, quòd Aruns de Turni partibus fuerit. nanq; & cum Camilla impetum fecit, & cum ipsa rursus recedit, quod nisi de socio non procedit. Donatus etiam dicit esse manifestum signũ socium fuisse, quòd Apollinem Soractis inuocat montis, de quo Turno uenisse constat auxilia. licet posset fieri, ut alterius loci inuocet numen. Item ad argumentũ uocat, Patrias remeabo inglorius urbes: quod etiam de hoste procedit. nã superare fœminam, nullam constat esse uirtutem. Circuitum.) Propriè: nam Circuire insidiantium est. unde est, Nec gregibus nocturnus obambulat. Certam hastam.) ineuitabilẽ: unde contrà, Incertam excussit ceruice securim, id est, infirmã, uitabilem.

Meonidæ incurrunt: tum fatis debitus Aruns
Velocem iaculo & multa prior arte Camillam
Circuit, & quæ sit fortuna facillima tentat:
Quà se cunq; furens medio tulit agmine uirgo,
Hàc Aruns subit, & tacitus uestigia lustrat.
Quà uictrix redit illa, pedemq; ex hoste reportat,
Hàc iuuenis furtim celeres detorquet habenas.
Hosq; aditus, iamq; hos aditus, omnẽq; pererrat
Vndiq; circuitũ, & certã quatit improbus hastã.
Fortè sacer Cybele Coreus, olimq; sacerdos
Insignis, longe Phrygijs fulgebat in armis,
Spumantemq; agitabat equũ, quem pellis aheni
In plumam squamis, auroq; inserta tegebat.
Ipse peregrina ferrugine clarus & ostro,
Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu.
Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea uati
Cassida, tum croceã chlamydẽq;, sinusq; crepãtes
Carbaseos, fuluo in nodum collegerat auro
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.

Sacer Cybele.) Nam montẽ pro numine, quod in eo colitur, posuit: & bona occasio ad mortẽ Camillæ, ut sacerdotẽ maioris numinis conetur occidere, per quod quasi exautoratur Dianæ fauor, interueniente maioris numinis iracundia. Quem pellis ahenis in plumam squa. au. ins. tegebat.) Cataphractũ eum fuisse significat. Cataphracti aũt equites dicuntur, qui & ipsi muniti ferro sunt, & equos similiter munitos habẽt: de quibus Sallust. Equis paria operimenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modũ plumæ adnexuerant. nunc pro linteo pellem imposuit: & æneas squamas, æreas laminas intelligimus.

In plumã uero est, in similitudinem plumæ: ut, Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum: id est, in antri similitudinem. Sanè sciendũ quòd ipsos equites, cataphractos dicimus: Sallust. Et sequebantur equites cataphracti. Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu.) Cretenses sagittas Lycio arcu dirigebat, quod, ut etiã suprà diximus, ad ornatũ poni cõsueuit. Cassida.) pro cassis: nam accusatiuũ posuit pro nominatiuo. Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurũ.) Pictus tunicas, pictus crurũ barbara tegmina, id est, habebat uestem phrygionis arte perfectã. Sanè armorũ longa descriptio illuc spectat, ut in eorũ cupiditatem

piditatem merito Camilla uideatur esse succensa. Fœmineo.) *impatienti, irrationabili: ut, Fœmineæ ardentē.* Sūme Deûm.) *Ex affectu colētis dicitur: nā* Iuppiter *summus est.*
Sancti custos Soractis Apollo.) *Soractis mons est Hirpinorum in Flamminia collocatus. in hoc autem monte cum aliquando Diti patri sacrum persolueretur (nam manibus consecratus est) subito uenientes lupi exta rapuerunt. quos cum diu sequerentur, delati sunt ad*

Hunc uirgo, siue ut templis præfigeret arma
Troia, captiuo siue ut se ferret in auro,
Venatrix, unum ex omni certamine pugnæ
Cęca sequebatur, totumq; incauta per agmen
Fœmineo prædæ, & spoliorum ardebat amore.
Telum ex insidijs cunctantem tempore capto
Conijcit, & superos Aruns sic uoce precatur:
Summe Deûm sancti custos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor aceruo
Pascitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus uestigia pruna:
Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis
Omnipotens, non exuuias, pulsæue trophæum
Virginis, aut spolia ulla peto, nihil cætera laudem
Facta ferent: hæc dira meo dum uulnere pestis
Pulsa cadat, patriam remeabo inglorius urbem.
Audijt, & uoti Phœbus succedere partem
Mente dedit, partem uolucres dispersit in auras.
Sterneret ut subito turbatam Marte Camillam,
Annuit oranti: reducem ut patria alta uideret,
Non dedit: inq; notos uocem uertere procellæ.
Ergo ut missa manu sonitū dedit hasta per auras,

quādam spelūcam, halitum ex se pestiferum emittentem, adeò ut iuxta stantes necaret: exinde est orta pestilentia, quia fuerant lupos secuti. de qua responsum est, posse eam sedari si lupos imitarentur, id est, rapto uiuerēt. quod posteaq̃ factū est, dicti sunt ipsi populi Hirpini Sorani: *nā lupi* Sabinorum *lingua* Hirpi *uocātur.* Sorani *uero à* Dite, *nā* Ditis pater Soranus *uocatur, quasi lupi* Ditis *patris. unde memor rei* Vergilius, Arūtem *paulo pòst comparat lupo, quasi hirpinum soranum.* Pineus ardor.) *ignis πυρίφραοις.* Aceruo.) *pyra, coacervatione lignorum.* Freti pietate.) *Iste quidem hoc dixit, sed* Varro *ubiq; expugnator religionis ait, quū quoddam medicamentum describeret, ut solent* Hirpini, *qui ambulaturi per ignes medicamento plantas tingunt.*
Multa pruna.) *inter prunas.* Pruna *autem quamdiu ardet dicitur,* Horat. *Prætextam: latum clauum, prunæq; batyllum. cum autem exincta fuerit, carbo nominatur:* Terentius, *Tam excoctā atq; atram reddam, quàm carbo est. nam pruna à perurendo dicta est.* Exuuias pulsæue trophæum.) *exuuias occisæ, pulsæ trophæum. & proprie: nam, ut suprà diximus, hostibus occisis triumphabant, de fugatis figebant trophæa.* Partem mente dedit, partem uolucres dispersit in auras.) *Bona moderatio* Apollinis *inter sacerdotis preces, & uoluntatem sororis. est autem* Homer. *orante pro* Patroclo Achille, ὣς ἔφατ' εὐχόμενος, τοῦ δ' ἔκλυε μητίετα Ζεύς τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε νηῶν μέν οἱ ἀπω-

Conuertere animos acies, oculosq́ tulere
Cuncti ad reginam Volsci: nihil ipsa, nec auras,
Nec sonitus memor, aut uenientis ab æthere teli,
Hasta sub exertam donec perlata papillam
Hæsit, uirgineumq́ alte bibit acta cruorem.
Concurrunt trepidæ comites, dominamq́ ruentẽ
Suscipiunt, fugit ante omnes exterritus Aruns,
Lætitia mixtaq́ metu, nec iam amplius hastæ
Credere, nec telis occurrere uirginis audet.
Ac uelut ille, prius quàm tela inimica sequantur
Continuo in montes sese auius abdidit altos
Occiso pastore lupus, magnoue iuuenco
Conscius audacis facti, caudamq́ remulcens
Subiecit pauitantem utero, syluasq́ petiuit:
Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Aruns,
Contentusq́ fuga medijs se immiscuit armis.
Illa manu moriens telum trahit, ossa sed inter
Ferreus ad costas alto stat uulnere mucro.
Labitur exanguis, labuntur frigida leto
Lumina, purpureus quondam color ora reliquit.
Tunc sic expirans Accam ex æqualibus unam
Alloquitur, fida ante alias quæ sola Camillæ,
Qui cum partiri curas, atq́ hęc ita fatur:
Hactenus Acca soror potui, nunc uulnus acerbũ
Conficit, & tenebris nigrescunt omnia circùm,
Effuge, & hæc Turno mandata nouissima perfer.
Succedat pugnæ, Troianosq́ arceat urbe.

σκοθαι πόνημόντι μάχαντι δῶκε, σόον δ' ἀνήνυσε, μάχης δ' ἀπονόσφι. *Nil ipsa nec au. nec sonitus memor.*) Hæc est antiqua lectio: nã apud maiores trahebatur interdũ à græco genitiuus singularis. hinc etiã paterfamilias & materfamilias, quæ duo tantũ nomina remanserũt: nam nec huius auras dicimus, nec huius custodias, secundũ Sallust. q ait, Castella custodias thesaurorũ, pro custodiæ. & ita enim etiã Asper intelligit: licet alij custodia, accusatiuũ uelint. Sanè paterfamilias quando dicimus, familias indeclinabile est: si autẽ pater familiæ dicere uoluerimus, iam non erit unum nomen, sed locutio, & familiæ erit datiuus: nam pater mihi est dicimus. Terent. Natura tu illi pater es, consilijs ego. Multi tamen uolunt in numero plurali nomen utrunq́ declinari, ut dicamus hi patresfamiliæ, horum patrũfamiliarũ. *Papillã exertam.*) nudã. Sanè mamilla est oĩs eminẽtia uberis, pupilla uero breue illud unde lac trahitur. *Dominã.*) reginam: ut, Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti. *Virginis audet.*) sic fuerat consternatus, ut etiã uulneratã timeret. *Occiso past. lup.*) Bene pastori reginã cõparat: nam reges ipsi pastores uocãtur. Hom. ποιμένα λαῶν. *Caudã pauitan. remul.*) quæ timorẽ indicat, pro ipse pauitãs. *Turbidus.*) nũc timidus, suprà terribilis: ut, Venulo aduersum se turbidus infert. *Mucro.*) Hîc apparet mucronẽ esse cuiuslibet teli acumẽ. *Frigida le.*) alij telo legũt, et intelligũt uulnere. *Partiri cu:*) subaudis Cõsueuerat. *Hæc ita fa.*) unũ abũdat: nam suprà ait, alloqtur. *Potui.*) Absolutè, uel pugnare, uel uiuere. *Succedat pug.*) ani

mus

mus bellatricis ostēditur, quæ nō se dolet lucē, sed bella deserere. Nō sponte fluens.) non sponte: ut suprà, Portisq; ab equo regina sub ipsis Desiluit, quā tota cohors imitata relictis Ad terram defluxit equis. Paulatim exoluit se corpore Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras.) Seruat hoc ubiq;, ut iuuenum animas à corporibus dicat cum dolore discedere, qui adhuc esse superstites poterāt: quod etiā de Turno dicturus est. idē Cic. in Catone maiore, Idē oīs cōglutinatio recēs ægre, inueterata facillime diuellitur: & ē Homeri, ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη, ἄϊδος δὲ βεβήκει. ὃν πότμον γοόωσα λιποῦσ' ἀδροτῆτα καὶ ἥβην.

Iamq; uale, simul his dictis linquebat habenas
Ad terram non sponte fluens: tum frigida toto
Paulatim exoluit se corpore, lentaq; colla
Et captum leto posuit caput arma relinquens.
Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras.
Tum uero immensus surgens ferit aurea clamor
Sidera, deiecta crudescit pugna Camilla.
Incurrunt densi simul omnis copia Teucrûm,
Tyrrheniq; duces, Euandriq; Arcadis alæ.
At triuiæ custos iamdudum in montibus Opis
Alta sedet summis, spectatq; interrita pugnas.
Vtq; procul medio iuuenum in clamore furentū
Prospexit tristi multatam morte Camillam,
Ingemuitq;, deditq; has imo pectore uoces:
Heu nimium uirgo, nimium crudele luisti
Supplicium, Teucros conata lacessere bello.
Nec tibi desertæ in dumis coluisse Dianam
Profuit, aut nostras humero gessisse sagitas.
Non tamen indecorem tua te regina relinquet
Extrema iam morte, neq; hoc sine nomine letum
Per gentes erit, aut famam patieris inultæ.
Nam quicunq; tuum uiolauit uulnere corpus,
Morte luet merita: fuit ingens monte sub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum
Antiqui Laurentis, opacaq; ilice tectum.
Hic Dea se primum rapido pulcherrima nisu
Sistit, & Aruntem tumulto speculatur ab alto.

Clamor side.) Troianorū scilicet, qui exultabāt. Crudescit.) crudelior fit cæde multorū: nam crudus & crudelis, à cruore dicitur. Multatā.) debilitam. At triuiæ custos.) ministra. Conata lacessere Teucros.) ꝑpter illud, Bellū importunū ciues cum gente Deorum Inuictisq; uiris geritis. Coluisse Dianā profuit.) Non Deam incusat, sed fatorum necessitatem, contrà quæ nec numinis opitulatur auxilium. Sine nomine.) sine gloria, sine fama. Famam patieris inultæ.) nec inuindicata ignominiam sustinebis: quod etiam Dido dolet dicens, Moriemur inultæ, Sed moriamur ait. Monte sub alto.) Vt, Monte sub aerio. Apud maiores nobiles aut sub montibus, aut in montibus sepeliebantur: unde natum est, ut supra cadauera aut pyramides fierent, aut ingentes collocarentur columnæ. Lucanus, Et regum cineres extructo monte quiescant Cum Ptolomeorum matres seriemq; pudendam Pyramides claudant.

Ac uana tumentem.) plenū ἀνοδέξια. *Digna Camillæ præmia.*) Sic in Secundo, Persoluant grates dignas, & præmia laudum Reddāt. Item alibi, Et hæc tibi porto Dona prius. *Tune etiam telis moriere Dianæ?*) cum ingenti amaritudine dictū est: nā etiam ei genus inuidet mortis. quod autem ait, Tune etiā, ad Niobes numerosam pertinet sobolem. *Cornuq; infensa tetendit.*) Cornu accusatiuus est singularis: ac si diceret, Arcūq; infensa tetendit: nam horum dubiorū casus ex similibus uel synonymis cōprobantur. *Coirēt inter se capita.*) Homerica ē ista descriptio, Pādaro fœdera iussu Palladis confundente, ἕλκε δ' ὁμοῦ γλυφίδας τε λαβὼν καὶ νεῦρα βόεια. νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασεν, τόξῳ δὲ σίδηρον. *Teli stridor.*) Homerus, λίγξε δ' οἰσὸς. *Audijt unà Arūs, hæsitq; in corpore ferrum.*) Celeritas iaculantis exprimitur. Stat. cū iam pcussum dixisset, Extīctū, ait, nec dum certi tacet arcus Amyntæ. *Ignoto camporū in puluere linquunt.*) faciente numinis iracundia est relictus, ut nec sepulturam posset mereri. *Turbati fugiūt Rutuli.*) Hoc ad Camillæ pertinet laudem, qua amissa immutātur fata bellorum. *Acer Atinas.*) scilicet, fugit tamen. *Desolatiq; manipli.*) signiferi deserti: quod est nimij discriminis. nanq; hoc ubiq; dux præcipit, ut frequenter circa se sint milites: sicut in Sallustio legimus. Manipli autem dicti sunt signiferi, quia sub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus hastis fœni manipulos alligabat, & hos pro signis gerebat: unde hoc nomen remansit. Ouidius in fastis, Illa quidem è fœno (sed erat reuerentia fœno, Quātam nūc aquilas cernis habere tuas:) Pertica suspensos portabat longa maniplos, Vnde maniplatus nomina miles habet. *Laxos arcus.*) non intentos, sed iam solutos.

Vt uidit fulgentem armis, ac uana tumentem:
Cur, inquit, diuersus abis? huc dirige gressum:
Huc periture ueni. capias, ut digna, Camillæ
Præmia, túne etiam telis moriere Dianæ?
Dixit, & aurata uolucrem Threïssa sagittam
Deprompsit pharetra, cornuq; infensa tetendit,
Et duxit longe, donec curuata coirent
Inter se capita, & manibus iam tangeret æquis
Læua aciem ferri, dextra neruoq; papillam.
Extemplo teli stridorem, aurasq; sonantes
Audijt unà Aruns, hæsitq; in corpore ferrum.
Illum expirantem socij, atq; extrema gementem
Obliti ignoto camporum in puluere linquunt.
Opis ad æthereum pinnis aufertur Olympum.
Prima fugit domina amissa leuis ala Camillæ,
Turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas.
Disiectiq; duces, desolatiq; manipli
Tuta petunt, & equis auersi ad mœnia tendunt.
Nec quisquā instantes Teucros, letumq; ferentes
Sustentare ualet telis, aut sistere contrà,
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus,
Quadrupedūq; putrē cursu quatit ungula cāpū.
Voluitur ad muros caligine turbidus atra
Puluis, & è speculis percussæ pectora matres

Fœmineum clamorē.) impatientem: nam iam dixerat Matres, per quod muliebrē clamorem poteramus accipere. Miserā mortē.) quia sequitur, Limine in ipso. Mœnibus in patrijs.) scilicet ubi se iam tutos esse credebant. Aperire uiam.) id est, dare aditū. & bono locutus est ambitu: nam cum portis uia & aperit & clauditur. Oriturq́ miserrima cæ.) Sic in 2. ubi intulit, Armorū facie & Graiarū errore iubarum. Defendentū.) Ideo defendentum & ruentū, quia ad masculinū retulit: & hi defendētes facit, quod de fœminino dicimus: si autē de neutro loquamur, defendentiū dicamus necesse est, quia hæc defensentia facit. et ut suprà diximus, genitiuus pluralis à nominatiuo plurali minor esse non debet. quod si forte minorem eum aliquādo inuenerimus, metri necessitas facit, & incipit etiā pathos esse, nō declinatio. Præcipites fos.) decliues, in quas qd potest præcipitari. Pars cæ.) irrationabilis, quæ in clausas portas more arietis ruebat, id est, bellici machinamēti. Summo certamine.) extremo discrimine: ut suprà, Vocat labor ultimus omnes. Trepidæ.) Licet trepidæ, tamen oblitæ sexus tela iaculabātur. Præcipites autem, aut festinæ, aut in mortē ruentes. Primæq́ mori pro mœnibus audēt.) Nimij doloris est: ut, Me primam absumite ferro. Sæuissimus implet nuncius.) Vt etiā suprà diximus, nuncius est tam quod nunciatur, quàm qui nūciat: nunciū quod nunciatur. secundum quod nunc nec de fœmina, nec de re quæ nūciatur procedit nūcius. unde multi uolūt aliū nunciū intelligi, Accam uero postea uenisse. sed melius de Acca dictū intelligamus: nouimus enim poni aliqua in subauditione, quæ ex aperto dicere nō debemus: ut, Nec dextræ errāti Deus abfuit. cū necesse sit Abfuit, aut Iunonē, aut Alectò intelligamus. Itē Sallust. Prima qui forte uenientes exciperēt: cū de insidijs loqueretur, quas numeri tantū pluralis esse plus q̄ manifestū est. Deletas Volscorum acies.) Falsum est: tantū enim fugerāt. sed uim exprimit nūcij, cuius mos est plus q̄ habet ueritas nūciare.

Fœmineum clamorem ad cœli sidera tollunt.
Qui cursu portas primi rupere patentes,
Hos inimica super mixto premit agmine turba.
Nec miserā effugiunt mortem, sed limine in ipso,
Mœnibus in patrijs, atq́ inter tuta domorum
Confixi expirant animas: pars claudere portas,
Nec socijs aperire uiam, nec mœnibus audent
Accipere orantes. oriturq́ miserrima cædes
Defendentum armis aditus, inq́ arma ruentum.
Exclusi ante oculos, lacrymantumq́ ora parentū.
Pars in præcipites fossas urgente ruina
Voluitur: immissis pars cæca & concita frenis
Arietat in portas, & duros obijce postes.
Ipsæ de muris summo certamine matres
(Mōstrat amor uerus patriæ) ut uidere Camillam,
Tela manu trepidę iaciunt, ac robore duro
Stipitibus ferrum, sudibusq́ imitantur obustis,
Præcipites, primæq́ mori pro mœnibus audent.
Interea Turnum in syluis sæuissimus implet
Nuncius, & iuueni ingentem fert Acca tumultū:
Deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam,

Ingruere.) *impetũ facere: ut, Ingruit Aeneas armis.* Ille furens & saeua Iouis sic numina poscũt.) *Duplici ratione eum insidias reliquisse cõmemorat, dolore nimio & numinũ uolũtate: quod utrũq; ideo agit, ne capi possit Aeneas.* Apertos.) *uacãtes insidijs.* Saeua Iouis sic numina pos.) *Homerus, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.* Ambo ad mu.) *ut tueretur Turnus, ut obsideret Aeneas.* Fumantes cãpos.) *ueluti fumantis caligine pulueris.* Saeuum.) *fortẽ: ut,* Saeuus ubi Aeacidae telo iacet Hector. *itẽ,* Nec minus interea maternus saeuus in armis. Ibero.) *Oceano occiduo, id est, Hispano. Hispaniam autem Hiberiã ab Hibero flumine constat esse nominatam.* Considunt castris.) *in sua quisq; digressi.* Moenia uallant.) *Hinc probatur, quia & qui tuentur, & qui obsident uallare dicuntur.*

Ingruere infestos hostes, & Marte secundo
Omnia corripuisse, metum iam ad moenia ferri.
Ille furens (nam saeua Iouis sic numina poscunt)
Deserit obsessos colles, nemora aspera linquit.
Vix è conspectu exierat, campumq; tenebat,
Cum pater Aeneas saltus ingressus apertos,
Exuperatq; iugum, syluaq; euadit opaca.
Sic ambo ad muros rapidi, totoq; feruntur
Agmine, nec longis inter se passibus absunt.
Ac simul Aeneas fumantes puluere campos
Prospexit longe, Laurentiaq; agmina uidit,
Et saeuum Aeneam agnouit Turnus in armis,
Aduentumq; pedum, flatusq; audiuit equorum.
Continuoq; ineant pugnam, & praelia tentent,
Ni roseus fessos iam gurgite Phoebus Ibero
Tingat equos, noctemq; die labente reducat.
Considunt castris ante urbem, & moenia uallant.

FINIS VNDECIMI AENEIDOS.

ADILON.

Duodecimo Turnus diuinis occidit armis.

MODESTINI IVRISCONSVLTI IN

Duodecimum Aeneidos librum, argumentum.

TVrnus iam fractis aduerso Marte Latinis,
Semet in arma parat: pacem cupiente Latino,
Foedus percutitur, passurus & omnia uictus.
Hoc Turni Iuturna soror confundit, & ambos
In pugnam populos agit ementita Camertem.
Aeneas uolucri tardatur membra sagitta.
Anxia pro nato seruauit cura parentis.
Vrbs capitur: uitam laqueo sibi finit Amata,
Aeneas Turnum campo congressus, utrinq;
Circunfusa acie, uita spoliauit & armis.

TVrnus ut infractos aduerſo.) Poſtquã Turnus bello defeciſſe uidet Latinos antea ſemper infractos: nanq; ita maior eſt ſenſus, quàm ſi infractos ualde fractos acceperis. Sua nunc promiſſa repoſci.) Quia dixerat, Ibo animis contra, uel magnũ præſtet Achillem. Se ſignari oculis.) Propter illud, In te ora Latini, In te oculos referũt. Vltro.) aut inſuper, aut anteq̃ aliquis expoſcat, ſpon-

P. VERGILII M. AENEIDOS
LIBER DVODECIMVS.

TVrnus ut infractos aduerſo Marte Latinos
Defeciſſe uidet, ſua nunc promiſſa repoſci,
Se ſignari oculis: ultro implacabilis ardet,
Attollitq; animos: Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui uenantum uulnere pectus
Tum demũ mouet arma leo, gaudetq; comantes
Excutiens ceruice toros, fixumq; latronis
Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento.
Haud ſecus accenſo gliſcit uiolentia Turno.
Tum ſic affatur regem, atq; ita turbidus infit:
Nulla mora in Turno, nihil eſt q̃d dicta retractent
Ignaui Aeneadæ, nec quæ pepigere recuſent.
Congredior, fer ſacra pater, & concipe fœdus.

te ſua ſe in certamẽ offert. Saucius ille.) κατ' ἐξοχήν. Ille leo.) id eſt, princeps ferarum. Saucius autem pectus, id eſt, ſaucium pectus habẽs. & bene alia uerba interpoſuit, q̃a ſaucius pectus ſonabat aſperrime: & imperitis poterat ſolœciſmus uideri. Graui uulne.) forti: ut, Ferit enſe grauem Thymbræus Oſyrim. Tũ demũ.) nouiſſime, id eſt, poſtquam fuerit uulnere laceſſitus. hæc enim leonũ natura eſt, ut niſi laceſſiti iraſci nequeant. Mouet arma.) uires ſuas experitur: nã arma ſunt uniuſcuiuſq; rei poſſibilitas. unde eſt, Et quærere cõſcius arma, id eſt, dolos. Latronis.) modo uenatoris, & eſt græcũ: nam λατρεύειν dicunt obſequi et ſeruire mercede, unde latrones uocãtur cõducti milites. Moris aũt erat ut hos imperator & circa ſe haberet, & primos mitteret ad omne diſcrimen: unde nunc dicit, latronis telo fixũ leonem, quia etiam uenatores operas ſuas locare conſueuerũt. Varro tamen dicit hoc nomen poſſe habere etiam latinam etymologiam, ut latrones dicti ſint quaſi laterones, quia circum latera regum ſint, quos nunc ſatellites uocant: una tamen eſt ſignificatio, licet diuerſa etymologia. Plautus in Pyrgopolinice oſtendit, quid ſint latrones, dicens, Rex me Seleucus miſit ad conducendos latrones. Impauidus frangit telũ.) Lucan. Per ferrum tanti ſecurus uulneris exit. Fremit ore cruento.) Fremit, licet habeat os ſuo cruore perfuſum. Sanè ipſa cõparatio exitũ oſtendit futurũ: nam etiã Turnus ruet in mortem ferocitate compulſus. ſic in Quarto indicat futurum reginæ exitũ dicens, Qualis coniecta cerua ſagitta.

Gliſcit.) creſcit: unde & glires dicti ſunt, quos pingues efficit ſomnus. Turbidus.) Plenus terroris & perturbationis. Sanè notandum Affatur atq; Infit: nam iteratio eſt, qua frequenter eſt uſus. licet nonnulli dicant tẽperare hoc interpoſitam cõiunctionem. Retractẽt) repetũt & reuoluãt. Congredior.) Statius ubi Polynicẽ ubiq; inducit loquentẽ;

Non me

Non me ullius domus anxia culpet Expectentúe truces obliquo limine nati. unde etiam suprà ait Poëta, Se signari oculis. Desertorem Asiæ.) Vt, Exulibus ne datur ducenda Lauinia Teucris. unde est præmissa illa excusatio, et in tota Secũdi œconomia, & in Quarto: ubi dicit, Me si fata meis paterentur ducere uitã Auspicijs, & sponte mea cõponere curas Vrbem Troianam primum dulcesq; meorum Relliquias colerem.

Aut hac Dardanium dextra sub Tartara mittam,
Desertorem Asiæ: sedeant, spectentq; Latini:
Et solus ferro crimen commune refellam.
Aut habeat uictos, cedat Lauinia coniux.
Olli sedato respondit corde Latinus:
O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci
Virtute exuperas, tanto me impensius æquum est
Cõsulere, atq; omneis metuentẽ expendere casus.
Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta
Multa manu, nec non animus, aurumq; Latino:
Sunt aliæ innuptæ Latio & Laurentibus agris:
Nec gen⁹ indecores: sine me hic haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis, simul hæc animo hauri.
Me natam nulli ueterum sociare procorum

Sedeant spectentq; Latini.) ductus est, ut diximus suprà: pollicetur enim se singulari certamine dimicare uelle, quum nolit: nam dicens, Sedeant spectentq;, latenter eos ignauiæ arguit, quod solus omnibus quiescentibus dimicet. quam rem plenius sequẽs indicat uersus, Et solus ferro crimen cõmune refellã: id est, communæ fugæ ac timoris dedecus solus pro meis uirtutibus cõprimam. Corde sedato.) quia de Turno ait, Atq; ita turbidus infit. Pro decoro ætatis inducitur sermo: hoc est quod præcipit Horat. in arte poëtica, Intererit multũ Dauus'ne loquatur an heros, Maturus'ue senex, an adhuc florẽte iuuẽta. O præstans animi.) & præstans uirium, & præstans uiribus dicimus. Sanè magnæ moderationis est hæc oratio: nam & laudat Turnum quasi uirum fortem, & tamen eum à singulari certamine dehortatur. dicens enim Præstans animi, latenter eum ostendit inferiorem esse uirtute. Expendere casus.) Ne ex abrupto de eius uirtute desperare uideatur, casuũ uarietatẽ se timere commemorat. Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida.) Si propter regnum dimicare disponis, habes paternum: si propter gloriã, multos uirtute superasti. quod autem dicit, Nec nõ aurum animusq; Latino est: uarie exponitur. nanq; alij dicunt, Habes regnum paternum, habes oppida, etiam à me habes aurum, & promptum animum ad danda omnia præter filiam. alij uero sic intelligunt, Si propter opes & uxorem dimicaturus es, hæc nõ solus habeo: unicuiq; enim Latino est & aurum & animus promptus in generũ: ut Latino non de se dicat, sed Cuicunq; de Latio. Latio & Laurentibus agris.) scilicet in ciuitate & in omni regno Latinorum. Nec genus indecores.) quia iste regis filiam petebat. Sine me hæc.) Hoc loco intelligimus Turnum dolore uoluisse in aliqua uerba prorumpere. Haud mollia fatu.) id est, uera: nam aspera sunt, quæ cum ueritate dicuntur. falsa enim plena solent esse blandicijs. hæc enim libenter audiuntur, illa uero grauiter. hinc Terentius, Obsequium amicos, ueritas odiũ parit. Animo hauri.) omni intentione percipe. Nulli ueterum sociare procorũ.) Generaliter dicit, prohibitũ esse dari Lauiniam cuilibet Latino, ut

Turnus

Turnus solatium aliquod habere possit doloris, quando Latinum neminem præferri sibi uideat. Diuiq́ hominesq́ canebant.) *Propter Faunū & uates.* Victus amore tui.) *hoc est, propter tuum amorem. Sanè inter Tui causa feci, & Tua causa feci, hæc discretio est, ut Tui causa tunc dicamus, si aliquid ipsi ad quem loquimur præstiterimus: utputa Tui causa te defendi. Tua uerò causa tunc, quū alteri aliquid alterius contemplatione præstamus, ut Tua causa hominem tuum defendi.*

Fas erat: idq́ omnes homines, diuiq́ canebant.
Victus amore tui, cognato sanguine uictus,
Coniugis & mœstæ lacrymis, uincla omnia rupi.
Promissam eripui genero, arma impia sumpsi:
Ex illo, qui me casus, quæ Turne sequantur
Bella uides, quantos primus patiare labores.
Bis magna uicti pugna, uix urbe tuemur
Spes Italas, recalent nostro Tyberina fluenta
Sanguine adhuc, campiq́ ingentes ossibus albēt.
Quò referor toties? quæ mentem insania mutat?
Si Turno extincto socios sum accire paratus,
Cur non incolumi potius certamina tollo?
Quid consanguinei Rutuli? quid cætera dicet
Italia, ad mortem si te (fors dicta refutet)
Prodiderim natam, & cōnubia nostra petentem?
Respice res bello uarias: miserere parentis
Longæui, mœstū quem nūc patria Ardea longe
Diuidit: haud quicquam dictis uiolentia Turni
Flectitur: exuperat magis, ægrescitq́ medendo.

Cognato sanguine.) *Quia Venilia mater Turni, soror est Amatæ.* Vincla omnia rupi.) *Et religionis & fœderis.* Promissam eripui genero.) *Verū est. nam Aeneæ per legatos promiserat filiam, cui postea intulit bellū. licet multi dicant antè Turno eā fuisse promissam, qđ falsum est: nam antè Latinus nunquam eam Turno promiserat. nam nec Faunum consuleret, si eam Turno antè promisisset, sed tantum eum generum Amata cupiebat: quod etiam legimus,* Quem regia coniux Adiungi *generum miro properabat amore.* Qui me casus, quæ bella sequantur.) *Excusat Turnū, ut non ipsius esse uideatur, quòd uictus est, sed suum: quia ausus est contra generum bella suscipere.* Primus.) *præcipuus.* Bis magna uicti.) *Semel cum est occisus Mezentius, iterum cum interijt Camilla.* Albent.) *Vsurpatum uerbum Albeo, bes.* Insania mutat.) *Insania enim est illuc reuerti, unde uix euaseris.* Certamina tollo.) *finio, remoueo: ut, Tollite cuncta inquit.* Fors dicta refutet.) *Parenthesis plena abominationis.* Natam, & connubia nostra petentem.) *Iniquissimū est eum morti tradere, qui tuam affinitatem exoptat.* Respice res bello uarias.) *Ne ignauiæ uideatur arguere, admonet casuum: ut suprà,* Atq́ omnes metuentem expendere casus. Mœstū patria Ardea longe Diuidit.) *Longè mœstum, id est, ualde mœstum: nam Longe diuidit, non procedit. non enim Ardea à Laurento longo ualde dissidet spatio.* Aegrescitq́ medendo.) *Inde magis eius ægritudo crescebat, unde se ei Latinus remedium afferre sperabat.* Medendo autem, *dum ei medetur, & medicina affertur: nam gerundij modus est à passiua significatione.*

Vt primum fari potuit.) Nimius enim dolor iracundiæ intercluserat uocem: sic de Euandro, Et uia uix tandem uoci laxata dolore est. Quam pro me curā geris, hanc precor optime pro me Deponas.) Bis quidem ait pro me, sed diuersa affectione: nam hoc dicit, quam pro salute mea sollicitudinē geris, hanc pro mea fama & gratia quæso derelinquas. Debile ferrū.) Sic in Secūdo, Telum imbelle sine ictu Conijcit. Nostro de uulnere sanguis.) Quod inferimus: & dubiè locutus est.

Vt primum fari potuit, sic incipit ore:
Quā pro me curā geris, hāc precor optime pro me
Deponas, letumq́ sinas pro laude pacisci.
Et nos tela pater, ferrumq́ haud debile dextra
Spargimus, & nostro sequitur de uulnere sanguis:
Longe illi dea mater erit, quæ nube fugacem
Fœminea tegat, & uanis sese occulat umbris.
At regina noua pugnæ conterrita sorte
Flebat, & ardentem generum moritura tenebat.
Turne per has ego te lacrymas, per si quis Amatæ
Tangit honos animū (spes tu nunc una senectæ,
Tu requies miseræ, decus, imperiumq́ Latini
Te penes, in te omnis domus inclinata recūbit:)
Vnum oro, desiste manum committere Teucris.
Qui te cunq; manent isto certamine casus,
Et me Turne manent, simul hæc inuisa relinquā
Lumina, nec generum Aeneam captiua uidebo.
Accepit uocem lacrymis Lauinia matris
Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo ueluti uiolauerit ostro
Si quis ebur, uel mixta rubent ubi lilia multa

Longè illi dea mater erit.) Contra illud, Sed matris auxilio utitur. Noua sorte.) magna: nam nouum non est quod fuerat ante promissum. Magnā autem sortem uocauit singulare certamen. Per si quis Amatæ Tāgit honos animum.) si quod à te regina rogat, tuam cōmouet mētem, & si quem honorē habes Amatæ: sic in Septimo, Si qua piis animis manet infelicis Amatæ Gratia. In te omnis domus inclinata recūbit.) Totum digessit antè per species, & sic se contulit ad generalitatem: & est à ruina translatio. Manū committere Teucris.) Ab omni eum bello, non tantū à singulari certamine dehortatur. Et me Turne manent.) Miserè agit: nam quia scit uirū fortem suā mortem facile posse cōtemnere, deterret eum dicens, se simul esse moriturā, ut quia periculū non timet, formidet inuidiam. Accepit uocem.) Ordo, accepit uocē matris Lauinia. Flagrantes perfusa genas.) id est, lacrymis perfusas habens genas. Statius, Et gemitu mœstos imitata parenteis. Ignem Subie. rubor.) Hypallage est, pro cui ignis animi subiecit ruborē. Mouebatur autem, intelligens se esse tantorum causam malorū: sic suprà, Causa mali tāti oculos deiecta decoros: nam quo ea formosior inducitur, eo magis Turnus ardet, ut sequētia indicant. Violauerit ostro Si quis ebur.) Homeri cōparatio: unde & Violauerit trāstulit. ille enim ait, ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ. Aut mixta rubēt ubi lilia multa Alba rosa.) Aut ubi multa alba lilia permixta rubent

rubent rosa, id est, rosæ coniunctione. naturaliter enim omnis candor uicinũ trahit in se ruborem. Illum turbat amor.) *Inuenit occasionem, qua Turnus magis moueretur in bellũ.*

Neq; enim Turno mora libera mortis.) *Hoc loco duplex est expositio: aut enĩ ordo est, Ne quæso mater me lacrymis, id est, tanto mortis omine prosequaris, ad duri Martis certamina proficiscentẽ: neq; enim Turno mora libera est non eundi post iam promissum singulare certamẽ. aut certè hoc dicit, Noli me mater ad bellum euntẽ ominosis lachrymis prosequi. neq; enim Turno est mora libera mortis, id est, neque enĩ in potestate est mea morã facere uenientib. fatis: ac si diceret: si immĩnẽt, periturus sum, etiam si minimè ad bella pficiscar. Sciendũ tamen locum hunc unũ esse de insolubilibus duodecim, quæ habent obscuritatem: licet à multis pro capture soluantur ingenij.*

Alba rosa, taleis uirgo dabat ore colores.
Illum turbat amor, figitq; in uirgine uultus.
Ardet in arma magis, paucisq; affatur Amatam:
Ne (quæso) ne me lacrymis, ne ue omine tanto
Prosequere in duri certamina Martis euntem
O mater: neq; enim Turno mora libera mortis.
Nuncius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno
Haud placitura refer: cum primum crastina cælo
Puniceis inuecta rotis aurora rubebit,
Nõ Teucros agat in Rutulos, Teucrûm arma quiescant,
Et Rutulûm: nostro dirimamus sanguine bellum.
Illo quæratur coniux Lauinia campo.
Hæc ubi dicta dedit, rapidusq; in tecta recessit,
Poscit equos, gaudetq; tuens ante ora frementes:
Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia
Qui candore niueis anteirent, cursibus auras.
Circunstant properi aurigæ, manibusq; lacessunt
Pectora plausa cauis, & colla comantia pectunt.
Ipse dehinc auro squallentem, alboq; orichalco

Cum primũ crastina cælo Puniceis conuecta rotis.) *Hoc loco auiditas pugnaturi exprimitur. Sanè nunc non dicit oriri diẽ, sed designat tempus, quo uult ut uterq; ad certamen singulare procedat.* Nostro dirimamus sanguine bellum.) *Bene se omnibus cõmendat hoc dicto, siquidem suũ sanguinem pro omni bello dicit posse sufficere.* Poscit equos, gaudetq; tuens ante ora fremen.) *Solent enim ex equorũ uel mæstitia uel alacritate euentum futurũ dimicaturi colligere.* Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia.) *Ait Horat. in Arte poëtica, Nec quodcunq; uelit poscat sibi fabula credi. Vnde critici culpant hoc loco Vergil. dicentes incongruũ esse figmentũ: nanq; quũ Orithyia Atheniensis fuerit filia Terrigenæ, & à Borea in Thraciã rapta sit, quemadmodũ potuit Pilũno qui erat in Italia, equos dare?* Decus dedit.) *ad ornamentũ: ut, Quas ipsa decus sibi dia Camilla delegit. Sanè hic uersus σπονδειάζων est: nam thyi diphthongus est Græca.* Qui candore niueis anteirent, cursibus auras.) *Homeri uersus est, uerbũ ad uerbum,* λευκότεροι χίονος, θέειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. Properi aurigæ.) *festini, ueloces: & erit nominatiuus hic properus. Aurigas autem pro agasonibus posuit: nam Aurigæ propriè sunt currus regentes.* Alboq; orichalco.) *Apud maiores orichalcũ preciosius omnib. me*

tallis fuit: nanq; sicut Lucretius dicit, quū primum homines syluas incendissent, nullarum adhuc rerum periti, terra casu fertilis omnium ex incendij calore desudauit metalla, inter quæ orichalcum preciosius uisum est, quòd & splendorem auri & æris duritiem possideret. nanq; primū de auro securis facta, displicuit causa mollitiei: simili ratione & argenti contemptus est usus. mox orichalcū placuit, donec ueniretur ad ferrum. unde dicuntur sæcula ita fuisse diuisa. Orichalcū autē etiā fuisse preciosum Plautus docet, qui ait in Milite glorioso, Ego istos mores orichalco cōparem. Alboq; orichalco.) auri scilicet comparatione: nā albū non est.

Circundat loricam humeris, simul aptat habendo
Ensemq; & clypeum, & rubræ cornua cristæ:
Ensem, quem Dauno ignipotens deus ipse parēti
Fecerat, & stygia candentem tinxerat unda.
Exin quæ medijs ingenti annixa columnæ
Aedibus astabat, ualidam ui corripit hastam,
Actoris Aurunci spolium, quassatq; trementem
Vociferans: nunc ò nunquam frustrata uocatus
Hasta meos, nunc tēpus adest: te maximus Actor,
Te Turni nunc dextra gerit: da sternere corpus,
Loricamq; manu ualida lacerare reuulsam
Semiuiri Phrygis, & fœdare in puluere crines

Circundat loricam humeris.) Non armatur hoc loco, sed explorat utrum arma apte & congrue eius membris inhæreant. Aptat habendo.) ad habendū, ut congruè possit inhærere. Cornua cristæ.) id est, comas, quas Græci κέρατα nomināt: unde & κείρειν dicunt tondere. cornua autem sunt propriè cincinni. Deus ipse parenti Fecerat.) Ac si diceret, non per ministros. Statius, Plurimus ipsi sudor ibi. Et notandum quòd affectatè uariauerit, ut Aeneæ uno loco arma describeret, Turni uerò hic hastam, gladiū, & loricam. in Octauo autem, scutū & galeam. Exin.) deinde. nam ordinis est aduerbium. Ingenti colūnæ.) Hastæ per columnā exprimitur magnitudo, sicut in Septimo equorum: ut, Stabant tercentū nitidi in præsepibus altis. Stygia unda.) quasi immortalem fecerat. Vi.) id est, uirtute. Actoris Aurunci spo.) Vel quod Actori detraxerat Turnus, uel quod Actor cuidam alteri: nam ambiguè posuit. Quassatq; tremen.) quassat & tremere facit. Vociferās.) Hæc scilicet, quæ dicturus est. plerunq; enim ita clamor ostenditur, ut statim ipsius clamoris uerba subdantur. sic suprà, Toruumq; repentè Clamat iò matres. Sanè nunc ita ad hastam, quasi ad aliquam psonā loquitur, & ei intellectum & auditū dat: sicut Cicero uerba reipub. Sed ille ait, si posset fieri. Turnus uerò quasi ad uirū sentientē loquitur, nec immeritò. nam eū inducit furentē: ut, His igitur furijs totoq; ardentis ab ore Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis. Vocatus hasta meos.) inuocatiōes & preces: nam appellatio est à uerbo, quæ semp aut in io, aut in us exit. si in io exit, tertiæ sunt formæ: si in us, quartæ. ut ab eo qđ est lego, aut lectio aut lectus fit: sed hoc nos dicimus, quòd ὀνοματοποιΐον est: sicut nunc ab eo qđ est uoco, uocatus fecit, nō uocationes. Te maxi. Actor.) antea gerere consueuerat. Te Turni nūc de. ge.) Eius quæ est supra maximū quasi. Da sternere.) Figura Græca: ut, Donat habere uiro. item, Dat ferre talentū. Lacerare reuulsam.) Vt laceratam reuellam. Laceratā aūt propter illud, Et bis sex thoraca petitum Perfossumq; locis.

Vibratos calido ferro.) crispatos calamistro: nam Calamistrum est acus maior, quæ cale facta & adhibita torquet capillos. unde etiā Cicero Calamistratam comā appellat frequenter, quæ etiam uituperationi est: unde econtrà ad laudē est positū ab Horatio, Hinc & incomptis Curium capillis. Oculis micat acribus ignis.) Homeri est, ὄσσε δ᾽ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην. Myrrhaq́ madentes.) unguentatos. Terrificos.) Hic apparet mugitus non tātum dolentū esse, sed etiā irascentū.

Vibratos calido ferro, myrrhaq́ madentes.
His agitur furijs, totoq́ ardentis ab ore
Scintillæ absistunt: oculis micat acribus ignis.
Mugitus ueluti cum prima in prælia taurus
Terrificos ciet, aut irasci in cornua tentat
Arboris obnixus trunco, uentosq́ lacessit
Ictibus, aut sparsa ad pugnam proludit arena.
Nec minus interea maternis sæuus in armis
Aeneas acuit Martem, & se suscitat ira
Oblato gaudens componi fœdere bellum.
Tum socios, mœstiq́ metum solatur Iuli
Fata docent, regiq́ iubet responsa Latino
Certa referre uiros, & pacis dicere leges.
Postera uix summos spargebat lumine montes
Orta dies, cum primum alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucemq́ elatis naribus efflant:
Campū ad certamen magnæ sub mœnibus urbis
Dimensi Rutuliq́ uiri, Teucriq́ parabant,
In medioq́ focos, & dijs communibus aras

Ciet.) Modò dat: sicut in Tertio legimus, Lacrymasq́ ciebant. nam propriè Ciere est alteri aut dolorem, aut lacrymas commouere. Ad pugnam proludit.) præmeditatur. Cicero, Si mecū in hac prolusione nihil fueris: id est, in hac præmeditatione certaminis. Sæuos.) forteis: more suo. & ingentem moderationē dat Aeneæ, quippe quem inducit laborantē, ut possit in iram moueri: quum Turnū dicat ita furere, ut nec Latini consilijs, nec Amatæ precibus possit obedire. Acuit Martē.) irritat se ad futura certamina. Componi fœdere bellū.) finiri: ut, Ante diem clauso cōponet uesper Olympo. Tum socios, mœstiq́ metū so. Iuli.) Intelligimus hos spe singularis certaminis pro ducis salute esse turbatos. Responsa Latino Certare. ui.) κατὰ τὸ σιωπώμενον etiam Latinū ad Aeneā legatos misisse intelligimus: nam suprà Turnus tantū dixerat, Nuncius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno. Pacis dicere leges.) Quas paulo pòst in ipso fœdere est dicturus Aeneas. Lucemq́ elatis naribus efflant.) Ennianus uèrsus est, ordine mutato. ille enim ait, Funduntq́ elatis naribus lucem. Et sciendum diem nusquam sic patenter descripsisse Vergilium. Campum ad certamen.) Totus hic de fœderibus locus de Homero translatus est, ubi Alexander cum Menelao est singulari certamine dimicaturus.

Dimensi Teucriq́ uiri.) Inter se per certa spacia diuidentes, quæ quisq́ loca purgaret. & hoc loco Fauni lucū euertêre Troiani: unde est, Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrū Sustulerant puro ut possent concurrere campo. Focos.) Quicquid ignem fouet, Focus uocatur, siue ara sit, siue quicquid aliud in quo ignis fouetur. Et dijs cōmunibus aras.) Dij

communes ſunt, ut alij dicunt, Mars, Bellona, Victoria: quòd hi in bello utriq; parti poſſunt fauere. Vt autem altioris ſcientiæ hominibus placet, dij cõmunes ſunt, qui ἄζωνοι dicuntur, id eſt, qui cæli certas non habent parteis, ſed generaliter à cunctis coluntur: ubiq; enim eos eſſe manifeſtum eſt, ut Mater deûm, cuius poteſtas in omnibus zonis eſt. nam & ideo Mater deûm dicitur, quòd cum omnibus eius eſt cõmunis poteſtas. Alij cõmunes deos uolũt, Solẽ, Lunã, Plutonem, Martẽ: hi enim apud homines inueniũtur, & ſunt in omnibus terris. prior tamẽ ſenſus eſt ſimplex, & magis aptus negocio.

Gramineas, alij fontemq́; ignemq́; ferebant
Velati limo, & uerbena tempora uincti.
Procedit legio Auſonidûm, pilataq́; plenis
Agmina ſe fundunt portis, hinc Troius omnis
Tyrrhenusq́; ruit uarijs exercitus armis.
Haud ſecus inſtructi ferro, quàm ſi aſpera Martis
Pugna uocet, nec non medijs in milibus ipſi
Ductores auro uolitant, oſtroq́; decori,
Et genus Aſſaraci Mneſtheus, & fortis Aſilas,
Et Meſapus equûm domitor, Neptunnia proles.
Vtq́; dato ſigno ſpatia in ſua quiſq; receſſit,

Aras Gra.) Romani enim moris fuerat, et ceſpitẽ aræ ſupim ponere, et ita ſacrifi care. Gramineas aũt ideo, quia de bello res agitur, & Marti ſacrificatur, cui gramẽ eſt cõſecratũ: quod ſecundũ Plin. in Naturali hiſt. ex humano cruore procreatur. Gramen aũt herbæ ſpecies eſt, licet oĩs herba gramen uocetur, ſicut robur omne lignũ, quũ ſit & ſpecies. Fonteq;, ignẽq; fere.) Pro aqua poſuit, à toto partẽ. Sanè ad facienda fœdera aqua & ignis adhibẽtur: unde ecõtrà quos arcere uolumus à noſtro conſortio, eis aqua & igni interdicimus, id eſt, rebus quibus conſortia copulantur.

Velati lino.) Atqui Fœciales, & pater patratus, per quos bella uel fœdera confirmabantur, nunq̃ utebantur ueſtibus lineis. unde dicemus errorẽ factũ, ut linea ueſtis contra morẽ adhiberetur ad fœdera, quæ firma futura non erãt. Scimus enim hoc ubiq; ſeruare Vergil. ut rebus quibus denegatur exitus, det etiã infirma principia: ſicut in Thracia ciuitatẽ cõdens Aeneas, quã mox fuerat relicturus, cõtra morẽ Ioui de tauro ſacrificauit. Sic ſenatũ ad priuata Latinus cõuocat tecta, quãdo eius non erãt firma conſilia. ſic paulo pòſt in augurio liberatus cygnus in fluuiũ concidit, quia Turnũ Rutuli licet abrupto fœdere liberare non potuerunt. Caper tamen & Higinus hoc loco dicũt lectionẽ eſſe corruptã: nam Vergil. ita reliquiſſe confirmãt, Velati limo. Limus aũt eſt ueſtis, qua ab umbilico uſq; ad pedes teguntur pudibunda poparũ. hæc aũt ueſtis in extremo ſui purpurã limã, i. flexuoſam habet: unde & nomen accepit. nam limũ obliquum dicimus, unde & Terent. limis oculis dicit, i. obliquis.

Verbena tẽpora uin.) Verbena propriè eſt herba ſacra, ſumpta de loco ſacro Capitolij, qua coronabantur fœciales & pater patratus fœdera facturi, uel bella indicturi. abuſiuè tamen etiã Verbenas uocamus omnes frondes ſacratas, ut eſt laurus, oliua, uel myrtus: ut Terent. Ex ara hinc uerbenas ſume. nam myrtũ fuiſſe Meander teſtatur, de quo Terent. tranſtulit.

Legio Auſo.) Pro Auſonidarũ: quod uenit ab eo quod eſt hic Auſonida, ſicut hic auriga. nam Auſonis generis eſt fœm. unde Auſonidũ facit: quod ut diceret, eſt metri neceſſitate cõpulſus. Ruit.) cum impetu uenit: quod ſecundum Græcos eſt ὥρμησεν. Inſtructi fer.) Bona prooeconomia & rei futuræ præparatio. ruptis enim fœderibus in bella deſcendent.

Vulgus

Vulgus inermũ.) Senũ scilicet ac matrũ: sicut ipse memorauit. Diua deã.) Aut hypallage est, pro dea diuã: nam Deos æternos dicimus, Diuos uerò qui ex hominibus fiunt. aut bene dixit de Iunone diuã, respiciens etymologiã: nam in Horat. legimus, Sub diuo moreris uictima nil miserantis Orci: id est, sub aëre, quẽ constat esse Iunonẽ. Deus aũt uel Dea generale est omnib. nãq; quod Græcè δέος, Latinè timor uocatur: undè Deus dictus est, quod omnis religio sit timori.

Defigunt tellure hastas, & scuta reclinant.
Tum studio effusæ matres, & uulgus inermum,
Inualidiq; senes, turres ac tecta domorum
Obsedere: alij portis sublimibus astant.
At Iuno ex summo, qui nunc Albanus habetur,
(Tũc neq; nomẽ erat, neq; honos, neq; gloria mõ-ti:)
Prospiciẽs tumulo cãpũ spectabat, & ambas
Laurentum Troumq; acies, urbemq; Latini.
Extemplo Turni sic est affata sororem,
Diua deam, stagnis quæ fluminibusq; sonoris
Præsidet: hunc illi rex ætheris altus honorem
Iuppiter erepta pro uirginitate sacrauit.
Nympha dec' fluuiorũ animo gratissima nostro,
Scis ut te cunctis unam, quæcunq; Latinæ
Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile,
Prætulerim, cæliq; libens in parte locarim:
Disce tuum, ne me incuses Iuturna, dolorem:
Quà uisa est fortuna pati, Parcæq; sinebant
Cedere res Latio, Turnum, & tua mœnia texi:
Nunc uideo iuuenem imparibus concurrere fatis,
Parcarumq; dies, & uis inimica propinquat.

Stagnis quæ flu. fl. Præsidet.) Iuturna fons est in Italia saluberrimus iuxta Numicũ fluuiũ, cui nomen à iuuãdo inditũ est. quum enim naturaliter oĩs aqua noxia sit extraneorũ corporibus, hic omnibus saluberrimus fons est. De hoc aũt fonte Romã ad omnia sacrificia aqua afferri cõsueuerat. Nympha decus fluui.) suprà, Nymphæ genus amnib. unde est. Animo gratissi. nostro.) Hom. ἐμῷ κεχαρισμένη θυμῷ. Cũctis ptulerim.) Liptotes figura per contrariũ: plus enĩ dicit, & minus significat. nanq; omneis est persecuta, huic uerò libenter indulsit. & dicit se hanc omnib. ptulisse, quas etiã aliàs in honore habuerit. Tale est & illud Sallustianũ, Mare ponticũ dulcius q̃ cætera: quũ nullũ dulce sit. Sanè sciendum non immeritò finxisse Vergil. nymphæ. i. parti suæ indulsisse Iunonẽ. Ingratũ cubile.) Per quod gratiã castæ non repræsentat uxori Iuppiter: nã cũ Iuppiter multas uitiasse diceretur, nihil tamẽ à Iunone de Iuturna detractũ est, sed potius auctũ est. Aduertendũ, uersum hũc sine cæsura esse: nã heptimemeris quã habere creditur, in synalœphã cadit: ut, Magnanimi Iouis ingratũ ascẽdere cubile. Terẽtianus de hoc: Rarũ cõcedã, fieri nõ posse negabo. Cæli parte.) parte diuinitatis: nam locũ numinũ pro honore posuit. Quà uisa est for. p.) i. quantũ; quatenus pmisit. & sic ait Quà uisa est, ut suprà Cõfant in fœdera dextræ Quà datur. Sanè latẽter ostẽdit fauorẽ numinũ sine cõcessione fatorũ nõ posse pcedere. Cedere.) feliciter cũcta procedere. Cõcurrere.) p cõcursurũ esse: licet quasi de ea bene p̃senti usa sit tẽpore, q̃ etiã futura cernebat.

Non pu-

Non pugnam aspicere hanc oculis.) Quoniã numina quoties morituros uiderint eos, quibus fauent, ab eis recedunt. sic Statius Apollinem inducit Amphiaraũ deserentem, ubi eum uicinũ morti esse cognouit: *Desilijt mærens, lacrymasq́; auertit Apollo.* & Homerus, cum lanx Hectoris expendente leua inclinaretur, ait, λίπε δέ ἑ φοῖβος ἀπόλλων. *Præsentius.*) efficacius, uehementius: nam decet germanam illicita etiam pro fratris salute tentare.

Forsan mise. meliora sequẽtur.) Ne fortè possit fatorum ordo mutari. *Terq́; quaterq́; manu pectus percussit honestũ.*) Quia solam doloris audierat causam: nihil quemadmodum fratri possit mederi. nam paulo pòst audiet, *Aut tu bella cie, cõceptũq́; excute fœdus.* *Nõ lacrymis hoc tẽpus ait.*) non flendi, sed subueniẽdi tempus est. Stati. in matrũ cõsolatione, *Accenso fletibus igne.*

Nõ pugnã aspicere hãc oculis, nõ fœdera possim.
Tu pro germano, siquid præsentius audes,
Perge, decet: forsan miseros meliora sequentur.
Vix ea, cum lacrymas oculis Iuturna profudit:
Terq́; quaterq́; manu pectus percussit honestum,
Non lacrymis hoc tempus ait Saturnia Iuno,
Accelera, & fratrem, siquis modus, eripe morti:
Aut tu bella cie, conceptumq́; excute fœdus:
Autor ego audendi. sic exhortata reliquit
Incertam, & tristi turbatam uulnere mentis.
Interea reges: ingenti mole Latinus
Quadriiugo uehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis sex radij fulgentia cingunt,
Solis aui specimen, bigis it Turnus in albis
Bina manu lato crispans hastilia ferro.

Conceptumq́; excute fœdus.) Placitum, animo prædestinatum ut fiat.

Autor ego audendi.) Nomina in tor desinentia, fœminina ex se faciunt quæ in trix terminantur: si tamen à uerbo ueniant. ut ab eo quod est lego & lector & lectrix facit, doceo doctor doctrix. si autem à uerbo non uenerint, communia sunt: nam similiter & masculina & fœminina in tor exeunt, ut hic & hæc senator, hic & hæc balneator: licet Petronius usurpauerit, balneatricẽ dicens. Tale est hic & hæc autor: sed tunc quũ ab autoritate descendit, ut hoc loco. quum autem ab eo uenit quod est augeo, & auctor & auctrix facit: ut si dicas auctor diuitiarum, uel auctrix patrimonij. *Reliquit incertam.*) Quia licet dederit ei consilium, dicendo Forsan eam reliquit incertam. *Interea reges.*) Longum hyperbaton: nam ordo est, Interea reges procedunt castris. cætera enim per parenthesim dicta sunt, nec est eclipsis, quum sermo in omnibus congruat. *Ingenti mole.*) pompa, ambitu: nam modò hoc significat. *Solis aui specimen.*) Vt etiam in Septimo diximus, Latinus secundum Hesiodum in ἀσπιδοποιΐᾳ, Vlyssis & Circes filius fuit, quam multi etiam Maricam dicunt. secundum quem nunc dicit, Solis aui specimen: nam Circe Solis est filia. Sanè sciendum Vergilium in uarietate historiæ, sua etiam dicta uariare. sicut de Vlysse, ut etiã suprà diximus in Septimo, temporum nos ratio credere non sinit. *Bigis it Turnus in albis.*) Quoties utimur nominibus tantum pluralis numeri, & unũ uolumus significare, ita dicimus, unas bigas, unas quadrigas, unas scalas. Sallustius, Hi postquam in una mœnia conuenere.

Romana

Romanæ stirpis origo.) Hoc ad laudẽ Augusti respicit. *Magnæ spes altera Romæ.)* Male quidam Magna uolunt & legunt. *Puraq́ in ueste sacerdos.)* impolluta. & pura dicitur uestis, qua festis diebus uti consueuerant sacra celebraturi. *Setigeri fœtum suis.)* Romano more: ut, Et cæsa iungebant fœdera porca. nam Homerus aliud genus sacrificij cõmemorauit dicens, κήρυκες δ' ἄρα ἄστυ θεῶν φέρον ὅρκια πιστὰ ἄρνε δύο, καὶ οἶνον ἐΰφρονα καρπὸν

Hinc pater Aeneas Romanæ stirpis origo
Sidereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis,
Et iuxta Ascanius magnæ spes altera Romæ,
Procedunt castris, puraq́ in ueste sacerdos
Setigeri fœtum suis, intonsamq́ bidentem
Attulit, admouitq́ pecus flagrantibus aris.
Illi ad surgentis conuersi lumina Solis
Dant fruges manibus salsas, & tempora ferro
Summa notant pecudũ, paterisq́ altaria libant.
Tum pius Aeneas stricto sic ense precatur.
Esto nunc Sol testis, & hæc mihi terra precanti:
Quam propter tantos potui perferre labores,
Et pater omnipotens, & tu Saturnia coniux
Iam melior, iam Diua precor, tuq́ inclyte Mauors
Cuncta tuo qui bella pater, sub numine torques,
Fontesq́ fluuiosq́ uoco, quæq́ ætheris alti
Relligio, & quæ cæruleo sunt numina ponto:

ἀρούρης ἀσκῷ ἐν αἰγέῳ, φέρε δὲ κρατῆρα φαεινὸν κῆρυξ Ἰδαῖος ἠδὲ χρύσεια κύπελλα. Non præter rationem est quod ait, Fœtũ suis. item, Intonsamq́ bidẽtẽ, id est, breuem adhuc: nam in rebus quas uolebant finiri celerius, senilibus etiã animalibus decrescentibus sacrificabant. in rebus uero quas augeri & confirmari uolebãt, de minoribus et adhuc crescentibus immolabant. *Dant fruges manibus salsas.)* far & sal, quibus rebus & cultri aspergebãtur & uictimæ. Erãt autem probationes utrũ esset animal aptum sacrificio, obliquũ etiam cultrum à fronte usq́ ad caudam ante immolationem ducere cõsueuerant: nam hoc est quod dicit, Tempora ferro Summa notant pecudum. *Esto nunc sol testis.)* Bene primo inuocat Deum, quem orientẽ intuens uidit. nam ait, Illi ad surgentem conuersi lumina solem. Esto autem multi uolunt tertiam esse personam, id est, sit mihi sol testis: quia sequitur Et hæc terra, ut elocutionem per nominatiuum factam intelligamus: sed hoc non procedit, quia sequentia uocatiuũ habent, ut Et tu Saturnia Iuno. item, Tuq́ inclyte Mauors. unde per uocatiuum eum omnia dixisse accipiamus. In hoc uero tantũ ad nominatiuũ fecisse transitũ. *Et hæc mihi terra precanti.)* Licet etiã hic possit esse uocatiuus, nam δεικτικῶς est dictũ Hæc terra esto testis: ac si diceret, O Italica terra testis est. Homeri simile iuramentum: Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων, κύδιστε, μέγιστε, ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις, καὶ ποταμοὶ, καὶ γαῖα, καὶ οἱ ὑπένερθε καμόντας ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ, ὑμεῖς μάρτυροι ἐστὲ, φυλάσσετε δ' ὅρκια πιστά. *Quam propter tan.)* Ter habet accentũ cũ præponitur, ut si dicas propter quã. at nũc penultima habet accentũ, quia est postposita præpositio, ut græcè περὶ βασιλέας, cũ cõtra dicatur βασιλέας περὶ, quæ est postposita præpositio. *Iam melior iam Di. p.)* Ac si diceret, nõ Saturnia. i. iam minime nocẽs, sed Troianis propitia. *Torques.)* sustines, regis. *Quæq́*

Cesserit Ausonio si fors uictoria Turno
Conuenit Euandri uictos discedere ad urbem.
Cedet Iulus agris, nec post arma ulla rebelles
Aeneadæ referent, ferroue hæc regna lacessent.
Sin nostrum annuerit nobis uictoria Martem:
Vt potius reor, & potius Dij numine firment:
Non ego nec Teucris Italos parere iubebo,
Nec mihi regna peto: paribus se legibus ambæ
Inuictę gentes, æterna in fœdera mittant.
Sacra Deosq; dabo, socer arma Latinus habeto:
Imperium solenne socer, mihi mœnia Teucri
Constituent, urbiq; dabit Lauinia nomen.
Sic prior Aeneas, sequitur sic deinde Latinus
Suspiciens cœlum, tenditq; ad sidera dextram:
Hæc eadem Aenea terram, mare, sidera iuro,
Latonæq; genus duplex, Ianumq; bifrontem:
Vimq; Deûm infernam, & diri sacraria Ditis.
Audiat hæc genitor qui fœdera fulmine sancit.

ætheris alti relligio.) Post specialia intulit generalitatem. *Cesserit Ausonio si fors.)* ut si forte. & bene dubitat de hoc: contrà cum ad suum uenerit nomen dicet, Vt potius reor & potius Dij numine firment. Sanè ratione non caret, quod primo de uictoria Turni loquitur, pòst descendit ad suam: scit enim in augurijs prima posterioribus cedere. *Rebelles.)* homo rebellis dicitur, res ipsa rebellio, non rebellatio: sic Sueton. *Annuerit uictoria Marte.)* Hypallage: p, si noster Mars annuerit uictoriã. nã Martem uictoria comitatur. *Inuictæ.)* quasi inuictæ. & bene sibi conciliat populum: nam sine dubio unà cũ rege uinceretur. *Sacra Deosq; dabo.)* Magna enim fuit apud maiores sacrorum cura, sicut diximus suprà. unde nunc Aeneas id agit, ne pereant. & reuera cõstat sacra Phrygia nũc latinis tradita, coluisse Romanos. *Latinus habeto.)* Aut antiquus uocatiuus, aut Habeto tertia persona sit. Sanè sciendum quod crebra soceri cõmemoratione sibi fauorem Latini conciliat. Item dicendo, Mihi mœnia Teucri constituẽt, popularem gratiã captat: quia suprà dixerat Drances, Saxaq; subuectare humeris Troiana iuuabit. *Terram, mare, sidera iuro.)* Ornatior elocutio & crebra apud maiores, quàm si uelis addere præpositionẽ: ut si dicas, Iuro per maria, per terras. Eadem autem bene dixit: nam pro mari ille fontes & fluuios posuit, pro sideribus solem. *Latonæq; genus duplex.)* Ac si diceret, utrunq; sexum Latoniæ sobolis. & bene in fœderibus duplicia inuocant numina, quia in unum duo coituri sunt populi. Ianum quoque rite inuocant, quia ipse faciendis præest fœderibus: nam postquam Romulus & Titus Tatius in fœdera conuenerunt, Iano simulacrum duplicis frontis effectum est, quasi ad imaginem duorum populorũ. Legimus tamen Ianum quadrifrontem fuisse. unde Martialis ait, Et lingua pariter locutus omni: nam omnes de duobus non dicimus. *Vimq; Deûm.)* duriciem, inexorabilitatem. *Sacraria Ditis.)* Sacrarium proprie est locus in templo, in quo sacra reponuntur, sicut donarium est ubi reponũtur oblata: sicut lectisternia dicũtur, ubi in templo homines sedere cõsueuerunt. *Qui fœdera fulmine sancit.)* confirmat, sancta esse facit. & hoc ideo, quia cum fiunt fœdera, si coruscatio fuerit, confirmantur. Vel certe, quia apud maiores aræ non incendebantur,

tur, sed ignem diuinum precibus eliciebant, qui incendebat altaria. Sancire *autem proprie est sanctum aliquid, id est, consecratū facere fuso sanguine hostiæ: & dictum sanctum, quasi sanguine consecratum.* Si tellurem effundat in undas.) Hypallage, pro Si undas effundat in terras. Diluuio miscens.) *aquæ superfusione uniuersa perturbans.* Vt sceptrū hoc.) Homer. *locus uerbū ad uerbum:* ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους φύσει, ἐπεὶ δὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν, οὐδ' ἀναθηλήσει. περὶ γὰρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε φύλλά τε καὶ φλοιόν. νῦν αὖτέ μιν υἷες ἀχαιῶν ἐν παλάμῃς φορέουσι δικασπόλοι, οἵτε θέμιστας πρὸς διὸς εἰρύαται, ὁ δέ τοι μέγας ἔσσεται ὅρκος.

Tango aras, mediosq́ ignes, & numina testor:
Nulla dies pacem hanc Italis, nec fœdera rumpet,
Quò res cunq́ cadent, nec me uis ulla uolentem
Auertet, non si tellurem effundat in undas
Diluuio miscens, cœlumúe in Tartara soluat,
Vt sceptrū hoc (dextra sceptrū nam forte gerebat)
Nūquam fronde leui fundet uirgulta, nec umbras
Cum semel in syluis imo de stirpe recisum
Matre caret, posuitq́ comas, & brachia ferro
Olim arbos: nunc artificis manus ære decoro
Inclusit, patribusq́ dedit gestare Latinis.
Talibus inter se firmabant fœdera dictis
Conspectu in medio procerum, tum rite sacratas
In flammam iugulant pecudes, & uiscera uiuis
Eripiunt, cumulantq́ oneratis lancibus aras.
At uero Rutulis impar ea pugna uideri
Iamdudum, & uario misceri pectora motu.
Tum magis ut propius cernunt nō uiribus ęquis.
Adiuuat incessu tacito progressus, & aram

Dextra sceptrum nā forte gerebat.) *Per parenthesim dictum est. Vt autem sceptrum adhibeatur ad fœdera, hæc ratio est, quia maiores semp ad fœdus simulacrū Iouis adhibebāt: quod cum tediosum esset, præcipue quādo fiebāt fœdera cū longe positis gētibus, muentum est ut sceptrū tenentes quasi imaginem simulacri redderent Iouis.* Sceptrum *enim ipsius est propriū: unde nunc tenet sceptrum Latinus, non quasi rex, sed quasi pater patratus.* Imo de stirpe.) *Ideo genere masculino usus est, quia de arboribus loquitur: nam de hominibus genere fœmi nino dicimus: ut, Heu stirpem inuisam. dixit tamen usurpatiue* Horat. *de arboribus: ut,* Stirpesq́ raptas & pecus & domus. Matre caret.) *uel terra: ut, Antiquam exquirite matrem. uel arbore: ut, Parua sub ingenti matris se subijcit umbra. sic enim melius carmini respondet* Homerico τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν. Aere decoro.) *id est, orichalco.* Dedit gestare.) *Vt, Dat ferre.* Talibus inter se firmabant fœdera dictis.) Latinus *&* Aeneas. *Turnum autem non inducit iurantem, qui dux est, quia præsente rege non habet potestatem. & imitatus est* Homerum, *qui post iusiurandum* Menelai Alexandrum *quasi seruidum & adolescentem à fœdere inducit exclusum, &* Priamum *adhibitum ad fœderis confirmationē.* Rite sacratas.) *rite expurgatas, solennitate qua diximus suprà.* Videri.) *misceri: infiniti sunt pro indicatiuis.* Propius.) *diligētius: ut,* Propius res aspice nostras. Nō utrib. æquis.) *eos congressuros subaudi.* Incessu tacito.) *ipse tacitus: hypallage est.*

Cui genus à proauis ingens.) Cuius autoritatem cõmendabat & origo maiorum, & paterna uirtus, & propria fortitudo. Pro cunctis talibus.) qualis etiam Turnus. & attendit ſenſum ſuperiorem ubi ait Turnus, Et ſolus ferro crimen cõmune refellam. An uiribus æqui non ſumus.) Bene addidit Viribus: nam legimus in Salluſtio, Memorare poſſem quibus in locis populus Romanus ingentes hoſtium copias parua manu fuderit. Vergil. Exigui numero, ſed bello uiuida uirtus. En omnes.) ne occurreret, Sed eſt in caſtris alter exercitus. Fataliſq; manus.) Troianorũ, q fataliter ad Italiam uenerunt, ut ſit iteratio. Hetruria aũt infenſa, pro Hetruſci, qui etiã Turno inimici ſunt cauſa Mezẽtij. Deuouet aris.) Quia ait ſuprà de Turno, Suppliciter uenerans. itẽ ſuprà, Vobis animã hãc ſoceroq; Latino Deuoui. nam ipſa iterat uerba. Viuoſq; per ora feretur.) tanquam de uiuo oẽs loquentur, uel nominis immortalitate uiuet et laudibus. Lẽti.) ocioſi: ut, Nos patriã fugimus, tu Tityre lentus in umbra. Fœduſq; precatur infectũ.) rogãt ut pro non facto ſit, ne piaculũ uideantur admittere. Et alto dat ſignũ cœlo.) ut religio alia religione ſoluatur. Præſentius.) efficacius. & alibi, Nec tam præſentes alibi cognoſcere Diuos. Monſtroq; fefellit.) Bene Fefellit: nanq; hoc auguriũ nec oblatiuũ eſt, nec imperatiuum, ſed immiſſum factione Iuturnæ, qđ carere fide indicat ſedes negata. nã ubicũq; firmũ introducit augurium

Suppliciter uenerans demiſſo lumine Turnus,
Pubentesq; genæ, & iuuenili in corpore pallor,
Quem ſimulac Iuturna ſoror crebreſcere uidit
Sermonem, & uulgi uariare labantia corda,
In medias acies formam aſſimulata Camerti,
Cui genus à proauis ingens, clarumq; paternæ
Nomen erat uirtutis, & ipſe acerrimus armis,
In medias dat ſeſe acies haud neſcia rerum,
Rumoreſq; ſerit uarios, ac talia fatur,
Non pudet ò Rutuli cunctis pro talibus unam
Obiectare animã? numero ne an uiribus æqui
Non ſumus? en oẽs & Troẽs, & Arcades hic ſunt,
Fataliſq; manus infenſa Hetruria Turno.
Vix hoſtem, alterni ſi congrediamur, habemus.
Ille quidem ad ſuperos, quorum ſe deuouet aris,
Succedet fama, uiuoſq; per ora feretur.
Nos patria amiſſa dominis parere ſuperbis
Cogemur, qui nunc lenti conſedimus aruis.
Talibus incenſa eſt iuuenum ſententia dictis,
Iam magis atq; magis, ſerpitq; per agmina murmur.
Ipſi Laurentes mutati, ipſiq; Latini,
Qui ſibi iam requiem pugnæ, rebuſq; ſalutem
Sperabant, nunc arma uolunt, fœduſq; precantur
Infectum, & Turni ſortem miſerantur iniquam.
His aliud maius Iuturna adiungit, & alto
Dat ſignum cœlo, quo non præſtantius ullum
Turbauit mentes Italas, monſtroq; fefellit.
Nanq; uolans rubra fuluus Iouis ales in æthra

auguriũ, dat ei firmissimam sedem: ut, Ipsa sub ora uiri cælo uenere uolantes, Et uiridi sedere solo. Item, Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix. In hoc autem augurio liberatũ cygnum cecidisse in aquam dicit, quam instabilem esse manifestum est. Littoreas agitabat aues.) *palustres. nam littus dicitur omnis terra aquis uicina: ut,* Viridiq; in littore conspicitur sus. Excellentem.) *magnũ: sicut in exercitu magnus est* Turnus. Conuertũt

Littoreas agitabat aues, turbamq; sonantem
Agminis aligeri, subito quum lapsus ad undas
Cygnũ excellentẽ pedibus rapit improbus uncis.
Arrexere animos Itali, cunctæq; uolucres
Conuertunt clamore fugam, mirabile uisu,
Aetheraq; obscurant pinnis, hostemq; per auras
Facta nube premunt: donec ui uictus, & ipso
Pondere defecit, prædamq; ex unguibus ales
Proiecit fluuio, penitusq; in nubila fugit.
Tum uero augurium Rutuli clamore salutant,
Expediuntq; manus, primusq; Tolũnius augur:
Hoc erat, hoc uotis, inquit, quod sæpe petiui
Accipio, agnoscoq; Deos: me me duce ferrum
Corripite o Rutuli, quos improbus aduena bello
Territat, inualidas ut aues, & littora nostra
Vi populat, petet ille fugam, penitusq; profundo
Vela dabit, uos unanimi densate cateruas,
Et regem uobis pugna defendite raptum.
Dixit, & aduersos telum contorsit in hostes:

clamore fugã.) redeũt cum clamore, sicut in exercitu solet. Auguriũ salutant.) *uenerantur. & pprie: nam salutari dicimus Deos.* Terẽt. *At ego hinc Deos domũ salutatum pergã. &* Plautus in Curculione, *quis est qui opto capite salutat Aesculapiũ?* Expediũtq; manus.) *se dimicare uelle significant. hæc enim est cõsensio militaris.* Lucanus, *Elatásque alte quæcũque ad bella uocaret Promisere manus.* Quod sæpe pet.) *quasi imperatiuũ hoc auguriũ uult uideri.* Accipio ag. De.) *Modo quasi de oblatiuo loqtur: nam in oblatiuis auguriis in potestate uidẽtis est, utrũ id ad se ptinere uelit, an refutet & abominetur. ergo nũc auguriũ dicit se libẽter amplecti, & agnoscere circa se fauorem Deorũ.* Quos improbus aduena.) *Interpretatur auguriũ, & cõfirmat ad præsens negociũ pertinere.* Littora uestra.) *Bona iteratio: nam suprà ait,* Littoreas agitabat aues.

Vi populat.) *antique: nam ueteres & populo & populor dicebant, nunc tantũ populor dicimus, illud penitus de usu recessit.* Penitusq; profundo uela dabit.) *Vt suprà de aquila,* Penitusq; in nubila fugit. Densate cateruas.) *sicut cygni hostem per auras facta nube premũt.* Et aduersos telũ cõtorsit in hostes.) *Hoc loco ab Homeri recessit œconomia: ille enim inducit Mineruam persuadẽtem Pandaro, ut iacto in Menelaum telo fœdera dissipet:* ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα· ἦ ῥά νύ μοί τι πίθοιο Λυκάονος υἱὲ δαΐφρον· τλαίης κεν Μενελάῳ ἐπιπροέμεν ταχὺν ἰόν· πᾶσι δέ κεν Τρώεσσι χάριν καὶ κῦδος ἄροιο· ἐκ πάντων δὲ μάλιστα Ἀλεξάνδρῳ βασιλῆϊ. *Hic uero ipsum augurẽ telũ sponte torsisse, et occidisse unũ de nouẽ fratrib. qd' ptinet ad œconomiã. necesse enim erat, ut fratres ex unius morte cõmoti bellũ mouerẽt. si enĩ uilis aliqs interiret, poterat eius mors ob fœderis religionẽ forte cõtẽni.*

Sonitum dat.) id est, facit: ut suprà, Tu das epulis accũbere Diuum. & Plaut. in Aulularia, Emortuũ ego uelim Læto malo, quàm illi hodie seni dem insidias. Certa.) id est, ineuitabilis: unde incerta est infirma & uitabilis. Hasta uolans.) minus est namq;. Horũ unum.) Ordo est, Transadigit unũ costas: & figuratè dicit Vnum pro unius. Teritur qua sutilis aluo Balth.)

Procurrens sonitum dat stridula cornus, & auras
Certa secat: simul hoc, simul ingens clamor, & oẽs
Turbati cunei, calefactaq; corda tumultu.
Hasta uolans, ut forte nouem pulcherrima fratrũ
Corpora constiterant contra, quos fida crearat
Vna tot Arcadio coniux tyrrhena Gilippo.
Horum unum ad mediũ teritur qua sutilis aluo
Baltheus, & laterum iuncturas fibula mordet,
Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis
Transadigit costas, fuluaq; extendit arena.
At fratres animosa phalanx accensaq; luctu,
Pars gladios stringũt manibus, pars missile ferrũ
Corripiunt, cæciq; ruunt: quos agmina contrà
Procurrunt Laurentũ: hinc densi rursus inundant
Troës Agiliniq;, & pictis Arcades armis:
Sic omneis amor unus habet decernere ferro.
Diripuere aras, it toto turbida cœlo
Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber.
Craterasq; focosq; ferunt. fugit ipse Latinus
Pulsatos referens infecto fœdere Diuos.
Infrenant alij currus, aut corpora saltu
Subijciunt in equos, & strictis ensibus adsunt.
Mesapus regem, regisq; insigne gerentem
Tyrrhenum Aulesten, auidus confundere fœdus
Aduerso proterret equo: ruit ille recedens,
Et miser oppositis à tergo uoluitur aris.
In caput inq; humeros, ac feruidus aduolat hasta
Mesapus, teloq; orantem multa trabali
Desuper altus equo grauiter ferit, atq; ita fatur:

Rem physicã dixit. omnia enim quibus utimur non nos terunt, sed ea nos terimus, ut annulũ, uestem. Animosaq; phalanx.) quasi phalanx, id est, legio. Cæci.) salutis immemores. Inundãt.) more undæ fluunt. Sic omneis amor unus habet.) Sic, id est, dum paulatim suis inuicem subueniant. omnes enim in bellũ coacti sũt: sic Sallustius. Diripuere aras.) deiecerunt, dissipauerũt. Ferreus imber.) permãsit in translatione, quia dixerat Tempestas telorũ. Ferunt.) auferũt: nam aphæresis est, ut temnere pro contemnere. Pulsatos Diuos.) uiolatos, læsos fractis fœderibus. Infrenant alij cur.) id est, equos. sic alibi, Neq; audit currus habenas. Subijciũt in equos.) super equos iaciũt: sed proprie non est locutus, magisq; cõtrarie: nam subijcere est subter aliquid iacere. Regisq; insigne gerentẽ.) id est, diadema habentẽ. Auidus cõfundere fœ.) Legitur & Auidũ: sed melius Auidus, quia Mesapus Turno fauebat, qui erat impar ad singulare certamen. Altus equo.) equi magnitudinem latenter

nem latenter ostendit. Hoc habet.) *hoc est, letali percussus est uulnere.* Terentius, *Certè captus est, habet. sanè sarcasmos est, de loci qualitate inuētus: nam quia super aras cecidit, ait,* Hæc melior magnis data uictima Diuis. Torrem.) *Erit nominatiuus hic torris, & ita*

Hoc habet, hæc melior magnis data uictima Diuis.
Concurrūt Itali, spoliantq; calentia mēbra.
Obuius ambustum torrem Chorinæus ab ara
Corripit, & uenienti Ebuso, plagamq; ferenti,
Occupat os flammis: illi ingens barba reluxit,
Nidoremq; ambusta dedit. super ipse secutus
Cæsariem læua turbati corripit hostis,
Impressoq; genu nitens terræ applicat ipsum.
Sic rigido latus ense ferit Podalirius Alsum
Pastorem, primaq; acie per tela ruentem,
Ense sequens nudo superiminet: ille securi
Aduersi frontem mediam, mentumq; reducta
Disijcit, & sparso late rigat arma cruore.
Olli dura quies oculos, & ferreus urget
Somnus, in æternam claudūtur lumina noctem.
At pius Aeneas dextram tendebat inermem,
Nudato capite, atq; suos clamore uocabat:
Quo ruitis? quæ ue ista repens discordia surgit?
O cohibete iras: ictum iam fœdus, & omnes
Compositæ leges, mihi ius concurrere soli,
Me sinite, atq; auferte metus: ego fœdera faxo
Firma manu, Turnū iam debent hæc mihi sacra.
Has inter uoces, media inter talia uerba
Ecce uiro stridens alis allapsa sagitta est,
Incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta:
Quis tantam Rutulis laudem casus ue, Deus ue
Attulerit, pressa est insignis gloria facti.
Nec sese Aeneæ iactauit uulnere quisquam.
Turnus ut Aeneam cedentem ex agmine uidit,
Turbatosq; duces, subita spe feruidus ardet,
Poscit equos, atq; arma simul, saltuq; superbus

nunc dicimus: nam illud Ennij *&* Pacuuij *penitus de usu recessit, ut hic torrus, huius torri dicamus.* Nidorē.) *modo putorē.* Ferreus som.) Homer. χάλκεος ὕπνος. Nudato capite.) *scilicet ut posset agnosci.* Sanè *quæritur quemadmodum nudato dixerit, cū suprà eū nusq̄ induxerit capite tecto: nā nudatum est quicquid fuit antea coopertum: nudū uero dicitur, quod tectū ante non fuerat. ergo aut nudato p nudo accipiamus, ut pro nomine participiū: aut dicamus, tectū eum habuisse caput cū descendit ad campum. nam legimus,* Sidereo flagrans clypeo & cœlestibus armis. Suos clamore uoca.) *utrūq; exercitū iam suū uocabat, ut talis ei fuerit clamor,* Cur in uos inuicē ruitis mei? Repēs.) *Aut subito, ut sit aduerbiū .i. repēte: ut,* Sole recēs ortō, *pro recēter. aut* Repēs discordia, *p repētina.* Faxo.) *faciā.* Incertū qua pul. manu.) *hoc loco adhuc quidē quasi dubitat: tamē ab* Iuturna *intelligimus immissū quendā, q uulneraret* Aeneā. *Qđ aūt paulo pòst* Iuno *dictura est de* Iuturna, Nō ut tela tamē nō ut cōtēderet arcum.

arcum, minime est mirandum: nam scimus unicuiq; imputari, quod alter in eius gratiam fecerit. sicut est, Et potes in totidem classes conuertere nymphas. *Aeneam autem ab homine uulneratum indicat* Iuppiter *paulo pòst dicens,* Mortali decuit uiolari uulnere Diuũ. Molitur.) *regit, & est acyrologia: nam proprie molitur est parat.* Hebri.) *fluuij* Thraciæ.

Emicat in currum, & manibus molitur habenas.
Multa uirûm uolitans dat fortia corpora leto,
Semineces uoluit multos, aut agmina curru
Proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas:
Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebri
Sanguineo Mauors clypeo increpat, atq; furentes
Bella mouens immittit equos: illi æquore aperto
Ante Notos Zephyrũq; uolãt, gemit ultima pulsu
Thraca pedum, circumq; atræ formidinis ora,
Iræq;, insidiæq; dei comitatus aguntur.
Talis equos alacer media inter prælia Turnus
Fumantes sudore quatit (miserabile) cæsis
Hostibus insultans, spargit rapida ungula rores
Sanguineos, mixtaq; cruor calcatur arena.
Iãq; neci Sthenelũq; dedit, Thamarimq;, Polũq;:
Hũc cõgressus, & hũc: illũ emin⁹, eminus ambos,
Imbrasidas Glaucum, atq; Ladẽ, quos Imbrasus
Nutrierat Lycia, paribusq; onerauerat armis (ipse
Vel cõferre manum, uel equo præuertere uentos.
Parte alia media Eumedes in prælia fertur
Antiqui proles bello præclara Dolonis.
Nomine auũ referens, animo manibusq; parentẽ.
Qui quondã castra ut Danaûm speculator adiret
Ausus Pelidæ precium sibi poscere currum.
Illum Tydides alio pro talibus ausis
Affecit precio, nec equis aspirat Achillis.
Hunc procul ut campo Turnus prospexit aperto,
Ante leui iaculo longum per inane secutus
Sistit equos bijuges, & curru desilit, atq;
Semianimi, elapsoq; superuenit, & pede collo

Sanguineus Mauors.) *gaudens sanguine,* αἱμοχαρὴς. Clypeo incre.) *sonat. alibi arguit: ut,* Increpat ultro Cunctantes socios. Vltima.) *hoc est, tota: si enĩ gemit ultima, omnis sine dubio.* Miserabile cæsis.) *miserabiliter, nomẽ pro aduerbio.* Ipse nutrierat.) *Solent enĩ plerũq; filios alijs dare nutriendos parẽtes. unde* Pers. Cũ sapimus patruos. Ausus Pelidæ precium sibi poscere cur.) *Difficilis hypallage: nam hoc uult dicere, qui ut Achillis equos posset accipere, ire ausus ẽ ad castra græcorũ: ordo enim nõ procedit, qui ut iret ausus est petere.* Affecit precio.) *modò pœna: nã preciũ est* τῶν μισθῶν. Terent. Ego ob stultitiam preciũ fero: *unde* Græci τιμωρίαν *pœnam uocant,* ἀπὸ τῆς τιμῆς, *quod est precium.* Nec equis aspirat Achillis.) *Aspirare apud maiores accedere significat.* Cicero, Nunquam aspirauit ad curiam. *sed hic figuratè dixit* Aspirat equis, *pro ad equos occisus est, nec ad equos* Achillis *accessit. melius tamen*

est, ut

est, ut de Diomede intelligamus: ut sit sensus, Diomedes occidit Dolonem, qui equos Achillis ausus est petere, quos nec ille, qui eum uicit, poposcit. Dextræ mucronem extorquet.) *Quasi procœconomia est, ut non eum suo interimat gladio, ne agnoscat quod Metisci est, etiã nunc suũ requirat, quo facto perire poterat sequens fracti gladij œconomia.* En agros.) *quos uictore Aenea te accipere posse credebas: unde enim sarcasmos facta est.*

Impresso dextræ mucronem extorquet, & alto
Fulgentem tinxit iugulo, atq; hæc insuper addit:
En agros, & quam bello Troiane petisti
Hesperiam metire iacens: hæc præmia, qui me
Ferro ausi tentare, ferunt, sic mœnia condunt.
Huic comitem Buten coniecta cuspide mittit.
Chloreaq́;, Sibarimq́;, Daretaq́;, Thersilochumq́;,
Et sternacis equi lapsum ceruice Thymœten,
Ac uelut Edoni Boreæ cum spiritus alto
Insonat Aegæo, sequiturq́; ad littora fluctus
Quà uenti incubuere, fugam dant nubila cælo:
Sic Turno, quacunq; uiam secat, agmina cædũt,
Conuersæq́; ruunt acies, fert impetus ipsum,
Et cristam aduerso curru quatit aura uolantem.
Non tulit instantem Phegeus, animisq́; frementẽ,
Obiecit sese ad currum, & spumantia frenis
Ora citatorum dextra detorsit equorum.
Dum trahitur, pendetq́; iugis, hunc lata retectum
Lancea consequitur, rumpitq́; infixa bilicem
Loricam, & summum degustat uulnere corpus.
Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem
Ibat, & auxilium stricto mucrone petebat,
Quem rota præcipitem, & procursu cõcitus axis
Impulit, effuditq́; solo, Turnusq́; secutus
Imam inter galeam summi thoracis, & oras
Abstulit ense caput, truncumq́; reliquit arena.
Atq; ea dum campis uictor dat funera Turnus,

nam consuetudo erat, ut uictores impatores agros suos militib. darẽt, ut in historijs legimus. item in Lucan. An melius fierent pirata Magne coloni. Sternacis equi.) *ferocis, q facile sternit sedentem.* Edoni Boreæ.) *Thracij. nam Edon mons est Thraciæ. Sanè sciendum hoc loco errasse Donatũ, qui dicit Edonij legendũ esse: ut do breuis sit, secundũ Lucan. qui dicit, Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo. nanq; certum est systolẽ fecisse Lucanum. unde Edoni legendum est, ut sit hic Edonus, huius Edoni. Statius & Vergiliũ & artẽ secutus ait, Tristius Edonas hyemes Hebrumq́; niualẽ: non Edonias.* Aegæo.) *mari scilicet, sicut sequentia indicant.* Sequiturq́; ad littora fluctus.) *Nam malè ait Donatus, montem esse unde flat Boreas: quũ certum sit eum de Hyperboreis montibus flare.*

Instantem Phegeus.) *Aut sibi, aut omnibus.* Ad currum.) *pro currui se obiecit.* Citatorũ.) *Aphæresis est, pro concitatorũ.* Bilicem loricã.) *Li longa est, & accentũ habet: sicut Bifilũ fi producitur, quia & fila & licia dicimus.* Degustat.) *leuiter tãgit unde contrà de alto uulnere ait, Virgineumq́; alte bibit acta cruorẽ.* Procursu.) *impetu: & est una*

pars orationis Procursus. Sæuit.) *Quia nõ potest scilicet in bella procedere.* Ense se cent lato uulnus.) *Animũ uiri fortis expressit.* Iapis.) *Aptũ nomen medico: nam* ἰᾶσθαι *dicunt curare.* Augurium citharamq́ dabat.) *Vera lectio est* Dabat, *nam non dedit. Sa nè per citharã scientiã indicat harmoniæ.* Vt depositi.) *desperati: nam consuetudo erat ut desperati ante ianuas suas collocarentur: uel ut extremum spiritũ redderẽt terræ, uel ut possent à trãseuntibus fortè curari, qui aliquãdo simili laborauerant morbo.* Cicero, *Aegrã & propè depositã reipub. partem.* Statius in Theba. *Ite ferte depositis opem.* Potestates herbarũ.) *uim, possibilitatem: nam in herbarũ cura nulla est ratio. unde etiã ait,* Mutas artes: *licet alij* Mutas artes *tactum uenæ uelint. alij* Mutas artes, *musicæ cõparatione.* Vsumq́ medendi.) ἐμπειρικὴν *scientiã: hoc est, medicinam in usu, non ratione constãtem.* Inglorius.) *Cõparatione sagittarum, & harmoniæ, & diuinitatis.* Pæoniũ in morẽ.) *medicinalem, à* Pæone: *nam Doricæ linguæ est* Paan, *naturale uero* Pæon. Nulla uiam for. reg.) *nullus euentus rationẽ præstat.* Nihil autor Apollo.) *medicinæ inuentor. nã Aesculapius præest medicinæ, quã Apollo inuenit: qui in Ouidio pro se ait, Inuentũ medicina meum est.* Propiusq́ malũ.) *ex fuga scilicet Troianorũ.* Stare.) *plenũ esse. & alibi,* Stare puluere cælũ. *&,* Stant & iuniperi. Indigno dolore.) *qui fuerat natus ex uulnere indignè illato, per insidias*

Interea Aeneam Mnestheus, & fidus Achates
Ascaniusq́ comes castris statuere cruentum,
Alternos longa nitentem cuspide gressus:
Sæuit, & infracta luctatur arundine telum
Eripere, auxilioq́ uiam, quæ proxima poscit
Ense secent lato uulnus, teliq́ latebram
Rescindant penitus, seseq́ in bella remittant.
Iamq́ aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis
Iasides, acri quondam cui captus amore
Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo,
Augurium citharamq́ dabat, celeresq́ sagittas.
Ille ut depositi proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum, usumq́ medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.
Stabat acerba fremens ingentem nixus in hastam
Aeneas, magno iuuenum & mœrentis Iuli
Concursu, lacrymisq́ immobilis: ille retorto
Pæonium in morem senior succinctus amictu
Multa manu medica, Phœbiq́ potentibus herbis
Nequicq̃ trepidat, nequicquam spicula dextra
Sollicitat, prensatq́ tenaci forcipe ferrum.
Nulla uiam fortuna regit, nihil autor Apollo
Subuenit, & sæuos cãpis magis ac magis horror
Crebrescit, propiusq́ malũ est. iam puluere cælũ
Stare uident, subeunt equites, & spicula castris
Densa cadunt medijs: it tristis ad æthera clamor
Bellantũ iuuenum, & duro sub Marte cadentum.
Tum Venus indigno nati concussa dolore

insidias scilicet. Dictamum.) *Hæc herba licet ubiq; nascatur, melior tamen in Creta est.* Puberibus caulem folijs.) *hoc est, adultis: sicut in Quarto, Pubentes herbæ. & est reciproca inter herbas & homines translatio: nam & pubertatem herbarũ, & florem iuuẽtutis uocamus.* Faciẽ circundata.) *A parte enim totũ corpus accipimus.* Fusum amnẽ.) *pro aqua: à toto partem. sic suprà, Fõtemq; ignẽq; ferebant.* Ambrosiæ succos.) *Ambrosia cibus est deorũ, nam nectar potant, ab immortalitate dicta. à enim sine, & βροτὸς mortalis.*

Panaceã.) *genus herbæ. Sciendũ tamen Lucretiũ Panaceã ubiq; salem dicere: unde possumus & hoc loco salem intelligere, nam omnẽ pellit dolorem. sed melius herbã: quia ait, Odoriferam.*

Quippe dol.) *quasi dolor: cuius natura hæc est, ut adhibito remedio statĩ recedat. nã dolor consequens est res, non principalis: unde sublata causa etiã ipse statĩ recedit. hinc ait, Quippe: nam infusa aqua inhærens laxare cœperat telũ, quod antea inferebat dolorem.* In pristina.) *in usum priorem.* Maior agit deus.) *Apollo, inuentor medicinæ scilicet.* Verumq; laborem.) *quem per me ipse suscipio, nõ qui ex aliorũ uirtute imperatorib. ascribi cõsueuit.* Fortunam ex alijs.) *subaudimus* Opta. *neq; enim fortuna discitur. & est zeugma non integrum.* Inter præmia.) *ad præmia.* Cicero, *Dico te priore nocte uenisse inter falcarios: id est, ad falcarios.* Matura adoleue. ætas.) *adolescendo matura esse cœperit.*

Dictamum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem folijs & flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo uolucres hæsere sagittæ.
Hoc Venus obscuro faciem circundata nimbo
Detulit, hoc fusum labris splendentibus amnem
Inficit occultè medicans, spargitq; salubris
Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceam.
Fouit ea uulnus lympha longæuus Iapis
Ignorans, subitoq; omnis de corpore fugit
Quippe dolor, omnis stetit imo uulnere sanguis.
Iamq; secuta manum nullo cogente sagitta
Excidit, atq; nouæ rediere in pristina uires:
Arma citi properate uiro, quid statis? Iapis
Conclamat, primusq; animos accendit in hostẽ:
Non hæc humanis opibus, non arte magistra
Proueniunt, neq; te Aenea mea dextera seruat.
Maior agit deus, atq; opera ad maiora remittit.
Ille auidus pugnæ suras incluserat auro
Hinc atq; hinc, oditq; moras, hastamq; coruscat.
Postq̃ habilis lateri clypeus, loricaq; tergo est,
Ascanium fusis circum complectitur armis,
Summaq; per galeam delibans oscula fatur:
Disce puer uirtutem ex me, uerumq; laborem,
Fortunam ex alijs: nunc te mea dextera bello
Defensum dabit, & magna inter præmia ducet.
Tu facito, mox cum matura adoleuerit ætas,
Sis memor, & te animo repetentẽ exempla tuorũ
Et pater Aeneas, & auunculus excitet Hector.

Antæus, Mnestheusq́.) Seruauit τὸ πρέπον: necesse enim erat, ut uulnerato duce multi cum eo in castra remearent. Miscetur.) Modò cōfunditur, alibi pturbatur: ut, Miscet agēs telis nemora inter frondea turbā. Aggere Turnus.) eminentia. de uia aūt Aggerem non possumus dicere, nisi uiæ aggerē dicere uoluerimus, id est, uiæ coaceruationē, quam historici uiam militarē dicūt: ut, Qualis sæpe uiæ deprensus in aggere serpēs. Atrū rapit ag.) pulueris nube coopertum. Abrupto sidere.) magna tempestate: alibi, Sorbet in abruptum fluctus. item, Scit triste Mineruæ sidus. It mare per mediū miseris.) Statius plenius de hoc sensu, Deflēt sua damna coloni, Et tamē oppressos miserātur in æquore nautas. Ruet.) eruet, euertet. aliter dictum est in Secundo, Ruet alto à culmine Troia. Talis.) taliter, simili modo. sic paulo pòst, Similis medios Iuturna per hostes. Rhœteius.) Troianus, à promontorio Troiæ. Cuneis se quisq; coactis Agglome.) dēsantur, ut cuneatim dimicēt, scilicet in cuneorū modum cōposiui. Tollitur in cælū cla.) Occiso eo, qui autor dirumpendi fœderis fuerat, exortus est clamor, & statim secuta fuga Rutulorū: ut, Versiq; uicissim Puluerulēta fuga Rutuli dant terga per agros. Nec tela feren. Insequr.) id est, nec contrà stanteis, nec fugienteis dignatur occidere. Et magna Aeneæ ostenditur pietas, qui nec uulneratus irascitur, ut uelit cōtra legē fœderis in bellū moueri. Virago.) Virago dicitur mulier, quæ uirile implet officium.

Hæc ubi dicta dedit, portis sese extulit altis
Telū immane manu quatiēs, simul agmine denso
Antæus, Mnestheusq; ruunt, omnisq; relictis
Turba fluit castris: tum cæco puluere campus
Miscetur, pulsuq; pedum tremit excita tellus.
Vidit ab aduerso uenientes aggere Turnus,
Videre Ausonij, gelidusq; per ima cucurrit
Ossa tremor: prima ante omneis Iuturna Latinos
Audijt, agnouitq; sonum, & tremefacta refugit:
Ille uolat, campoq; atrum rapit agmen aperto:
Qualis ubi ad terras abrupto sidere nimbus
It mare per medium, miseris heu præscia longe
Horrescunt corda agricolis: dabit ille ruinas
Arboribus, stragemq; satis, ruet omnia latè:
Anteuolant, sonitumq; ferunt ad littora uenti.
Talis in aduersos ductor Rhœteius hostes
Agmen agit: densi cuneis se quisq; coactis
Agglomerāt, ferit ense grauē Thymbræus Osirim,
Archetiū Mnestheus, Epulonē obtrūcat Achates,
Vfentemq; Gyas, cadit ipse Tolumnius augur,
Primus in aduersos telum qui torserat hostes.
Tollitur in cælum clamor, uersiq; uicissim
Puluerulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
Ipse neq; aduersos dignatur sternere morti,
Nec pede congressos nec equo, nec tela ferentes
Insequitur: solum densa in caligine Turnum
Vestigat lustrans, solum in certamina poscit.
Hoc concussa metu mentem Iuturna uirago
Aurigam Turni media inter lora Metiscum

ficium. Aedes peruolat.) *per ædeis uolat: nam more suo uerbo dedit detractam nomini præpositionem.* Vacuis.) *magnis: ut,* Vacua atria lustrat Saucius. Nec cõferre ma.) *cum Aenea: nã alios persequtur.* Auia.) *ab ea scilicet parte, qua ueniebat* Aeneas.

Excutit, & longè lapsum temone relinquit.
Ipsa subit, manibusq; undanteis flectit habenas
Cuncta gerens: uocemq; & corpus & arma Metisci:
Nigra uelut magnas domini cum diuitis ædes
Peruolat, & pinnis alta atria lustrat hirundo
Pabula parua legens, nidisq; loquacibus escas,
Et nunc porticibus uacuis, nunc humida circum
Stagna sonat, similis medios Iuturna per hosteis
Fertur equis, rapidoq; uolans obit omnia curru.
Iamq; hic germanum, iamq; hic ostendit ouãtem:
Nec conferre manum patitur: uolat auia longè.
Haud minus Aeneas tortos legit obuius orbes,
Vestigatq; uirum, & disiecta per agmina magna
Voce uocat: quoties oculos coniecit in hostem,
Alipedumq; fugam cursu tentauit equorum:
Auersos toties currus Iuturna retorsit.
Heu quid agat? uario nequicq̃ fluctuat æstu,
Diuersæq; uocant animum in contraria curæ.
Huic Mesapus, uti læua duo forte gerebat
Lenta leuis cursu præfixa hastilia ferro:
Horum unum certo contorquens dirigit ictu.
Substitit Aeneas, & se collegit in arma
Poplite subsidens: apicem tamen incita summum
Hasta tulit, summasq; excussit uertice cristas.
Tum uerò assurgunt iræ, insidijsq; subactus
Diuersos ubi sensit equos, currumq; referri.
Multa Iouem, & læsi testatus fœderis aras,
Iam tandem inuadit medios, & Marte secundo
Terribilis sæuam nullo discrimine cędem
Suscitat, irarumq; omneis effundit habenas.

Tortos orbes.) *obliquas & implicitas uias.* Vestigatq; ui.) *inquirit. Translatio à canibus, qui per uestigia & pedũ signa feram indagant.* Disiecta per ag.) *dissipata aduẽtu Aeneæ.* Heu quid agat.) *Omne aduerbiũ uerbo cohæret: unde* Heu & At, *& similia, quia uerbo cohærere non possunt, separatim fecerũt aliã partem orationis, scilicet interiectionẽ, quã sola latinitas possidet, cũ* Græci *sub aduerbio tales cõprehendant uoces, ut* φεῦ. Huic.) *pro in hunc. & est ordo,* Huic dirigit. Se collegit in arma.) *ita se texit, ut nulla parte possit feriri.* Apicem tamẽ incita summũ.) *galeæ eminentiam, quã* Græci *conũ uocant, in qua eminẽt cristæ.* Multa Iouẽ & læsi test. fœd. a.) *Licet haberet causam iracundiæ, quòd & fugiebat Turnus, & ipse appetebatur insidijs, nõ tamen antè prorupit ille in bellũ, quàm Iouis fidem & læsa fœdera testaretur.* Nullo discrimine cædem suscitat.) *Indiscretè obtruncat uniuersos, quibus antè pari pepercerat modo.*
Irarũ effundit habenas.) *potestatẽ, facultatẽ: ut,* Et premere & laxas sciret dare iussus habenas.

benas. Et hic moderatè locutus est: nam Ennius, Effundit irarũ quadrigas, dixit. Quis mi*hi nunc tot acer. deus?) Ac si diceret, Nec Musa nec Apollo sufficiunt. Statius, Maior ab Aonijs sumẽda audacia lucis Mecũ omnes audete deæ.* Inq; uicẽ.) *nã Que uacat.* Tanton' *placuit concurrere.) Apostrophe ad Iouem. Sanè Tautôn on circunflectitur: nam quũ per apostrophã apocopen uerba patiuntur, is qui in integra parte fuerat perseuerat accentus: ut Tanto'ne, inde fit* Tanton'. Ruentes Teucros.) *Quos insequebatur Turnus.* Crudum ensem.) *Modò durum, aliàs crudelem.* Et crates pectoris.) *Donatus superfluam uult esse cõiunctionem: & ut sit epexegesis, Adigit Ensem p costas, id est, pectoris crates, ubi celerius fata complentur. & hoc est quod ait suprà, Haud multa moratur.* Amycũ, fratremq; Diorem.) *Hi duo duces sunt etiã suprà memorati: ut, Nunc Amyci casum gemit. item, Et nũc tertia palma Diores.*

Quis mihi nũc tot acerba deus? qs carmine cędes
Diuersas, obitumq; ducum, quos æquore toto
Inq; uicem nunc Turnus agit, nũc Troius heros,
Expediat? tanton' placuit concurrere motu
Iuppiter, æterna gentes in pace futuras?
Aeneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentes
Pugna loco statuit Teucros) haud multa morat'
Excipit in latus, & quà fata celerrima, crudum
Transadigit costas, & crates pectoris ensem.
Turnus equo deiectum Amycũ, fratremq; Diorẽ,
Congressus pedes: hunc uenientẽ cuspide longa,
Hunc mucrone ferit, curruq; abscisa duorum
Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.
Ille Talon, Tanainq; neci, fortemq; Cethegum,
Treis uno congressu, & mœstum mittit Onytem,
Nomen Echionium, matrisq; genus Peridiæ:
Hic fratres Lycia missos, & Apollinis agris,
Et iuuenem exosum nequicq̃ bella Menœtem
Arcada, piscosæ cui circum flumina Lernæ
Ars fuerat, pauperq; domus, nec nota potentum

Vnde ad terrorẽ populi eorũ capita religabãtur in curru. Curru aũt *aut septimus casus est, aut datiuus antiquus, secundũ regulã, ne sit maior à nominatiuo plurali.* Mœstũ Onytẽ.) *naturaliter tristem, seuerũ, quẽ* Græci ἀγέλαστον *dicũt. mittit aũt socium, suprà memoratis.* Sanè Onyten Donatus *dicit aut gentile, aut patronymicon, ut nomen eius propriũ sit* Echionius. *sed hoc non procedit: quia nec patronymicõ in tes exit, nec* Onytes *à qua gente ueniat usquã lectũ est. proprium ergo est, & sequens uersus erit* Nomen Echioniũ. *i.* Thebanã *gloriam, per periphrasim: nam* Echionij *sunt* Thebani, *à rege* Echione. *unde malè quidã legũt,* Nomine Echioniũ. Matrisq; genus Pe.) *Periphrasis: hoc est, filiũ* Peridiæ. Lycia missos, & Apol. a.) *Vacat* Et: *nã per* ἐπεξήγησιν Lycia arua Apollinis *dixit: ut,* Nunc Lyciæ sortes. Exosum nequicq̃ bel.) *sic suprà, Iniecere manũ Parcæ. nam p transitũ ostendit, urgentib. fatis eum ad bella deductũ, quæ nequicq̃ semper uitare cupiebat. Hunc aũt* Menœtẽ *oriundo* Arcadẽ *fuisse intelligimus, sed habitasse circa* Argos. *nam* Lerna *Palus* Argiuorũ *est, in qua eum dicit solitũ fuisse piscari. nã hoc significat,* Piscosæ cui circũ flumina Lernæ Ars fuerat.

Pauperq;

Pauperis domus.) Hic & hæc pauper dicimus: nam Paupera usurpatũ est. sic Plaut. Paupera est mulier. sed hoc hodie non utimur. ea enim nomina quæ ablatiuo singulari in e exeunt, si fœminina ex se faciunt, heteroclita, id est, alterius declinationis esse non possunt: utputa quia ab hoc hospite facit, hic & hæc hospes dicamus necesse est. Lucan. Hospes in externis audiuit curia tectis. ab hoc leone, hic & hæc leo: ab hoc latrone, hic & hæc latro: ab hoc fullone, hic & hæc fullo: ab hoc nepote, hic & hæc nepos. nã ut neptis dicamus, per successionis discretionẽ admissum est. Sciendũ hospita, paupera, leæna, lea usurpata à poëtis.

Potentum Munera.) obsequia, quæ pauperes diuitibus loco munerũ soluũt.

Munera, conductaq́ pater tellure serebat.
At ueluti immissi diuersis partibus ignes
Arentem in syluam, & uirgulta sonantia lauro:
Aut ubi decursu rapido de montibus altis
Dant sonitũ spumosi amnes, & in æquora currunt,
Quisq; suum populatus iter: non segnius ambo
Aeneas Turnusq́ ruunt per prælia: nunc nunc
Fluctuat ira intus, rumpuntur nescia uinci
Pectora: nunc totis in uulnera uiribus itur.
Murranum hic, atauos & auorũ antiqua sonantẽ
Nomina per regesq́ actum genus omne Latinos,
Præcipitem scopulo, atq; ingenti turbine saxi
Excutit, effunditq́ solo: hunc lora & iuga subter
Prouoluere rotæ: crebro super ungula pulsu
Incita, nec domini memorum proculcat equorũ.
Ille ruenti Hilo, animisq́ immane frementi
Occurrit, telumq́ aurata ad tempora torquet.
Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro:
Dextera nec tua te Graiûm fortissime Creteu
Eripuit Turno, nec Dij texere Cupentum
Aenea ueniente sui, dedit obuia ferro

Arentem in syluam.) pro aridam. Dant sonitũ spumosi am.) Bellũ semper incendio & fluminib. cõparat: sic in Secundo, In segetem ueluti quum flamma furentibus austris Incidit, aut rapidus mõtano gurgite torrens. Nescia uinci Pectora.) Horatius, Pelidæ stomachum cedere nescij. Murranũ hic atauos & nomina.) hoc est, cuius nomine maiores omnes Murrani dicti sunt, & reges fuerũt: ut, Per regesq; actũ genus omne Latinos. Scimus enĩ plerunq; solere fieri, ut primi regis reliqui nomen etiã possideant: ut apud Romanos Augusti uocantur, apud Albanos Syluij, apud Persas Arsacidæ, apud Aegyptios Ptolemæi, apud Athenienses Cecropidæ. unde superfluũ est quod ait Donatus, debere nos accipere interemptũ esse Murranũ, dum auos & atauos Turni tantum commemorat, & effert laudibus maximis. Per regesq; actum genus omne Latinos.) Horatius, Et nepotũ per memores genus omne fastos: de Lamo. Nec domini memorũ proculcat equorũ.) domini immemorum. Dextera nec tua te Graiûm fortiss. Creteu Eripuit Turno, nec dij te. Cu.) Ita Aeneã comparat Turno, ut eum superiorem esse significet. nam quem Turnus interimit, fortitudo sua liberare non potuit: ei uerò quẽ occidit Aeneas, ne sua quidẽ numina prodesse potuerũt. Sanè sciendũ Cupentũ lingua Sabinorũ sacerdotẽ uocari.

Latè

Latè terrā.) Aliud ex altero ostenditur, nam per hoc corporis exprimitur magnitudo: ut, Stabant tercentū nitidi in præsepibus altis. Euersor Achilles.) Separat Achillē à Græcis: ut, Relliquias Danaum atꝙ immitis Achilli. Mortis erāt metæ.) id est, mors, quæ meta est & finis: nam Metā finem uitæ dicimus, non mortis. Sciendū tamen hoc de Homero esse trāslatum, qui ait, θανάτοιο τελευτὴ, hoc est, finis mortis: nam in ipsa morte finis est. Lyrnessi domus al.) Lyrnessos ciuitas est Phrygiæ, unde fuit Briseis: & per transitū docet neminē posse fatorū statuta uitare. Cōuersæ acies.) in bellum coactæ. Pro se qsꝙ ui.) pro qualitate uiriū suarum: sic in 5. Pro se quisꝙ uiri & depromūt tela pharetris. Summa nituntur opum ui.) Hemistichium Ennianum. Mentē Aeneæ ge. pul. misit.) consiliū: ut Qua facere id possis nostrā nunc accipe mentem. & Pulcherrima, perpetuū est epithetō, nec ad negotium ptinens. Sanè bona usus est œconomia, ut diceret instinctu numinis profectū esse Aeneā ad ciuitatis excidium: nam incongruū fuerat, occupatum bello per se tale cœpisse consiliū. Vrbiꝙ aduerteret agmen.) contra urbē. Acies circumtulit.) Oculorū scilicet. & bona occasione peruenit ad id, ut Aeneas possit ciuitatē aspicere. Immunē belli tanti.) sine officio dimicādi. nam Immunis est, qui nihil præstat: quasi sine muneribus, siue munijs. Impunè quietam.) Quæ specialiter debuit pœnas luere propter fœdus abruptū. Pugnæ accendit ma. ima.) subaudis Eum. Nec scuta aut spicula densi Deponūt.) Ex eo quod non est factū, quid fieri soleat indicauit: ut suprà, Defigunt tellure hastas, & scuta reclināt. Esto.) pro Sit. Iuppiter hàc stat.) id est, pro nobis relligio est, quā læserunt Rutuli ruptis fœderibus. Nouimus autem

Pectora, nec misero clypei mora profuit æreī.
Te quoꝙ Laurentes uiderunt Aeole campi
Oppetere, & latè terram consternere tergo.
Occidis, Argiuæ quem non potuere phalanges
Sternere, nec Priami regnorum euersor Achilles.
Hic tibi mortis erant metæ: domus alta sub Ida,
Lyrnessi domus alta, solo Laurente sepulchrum.
Totæ adeò conuersæ acies, omnesꝙ Latini,
Omnes Dardanidæ, Mnestheus, acerꝙ Serestus,
Et Mesapus equûm domitor, & fortis Asilas,
Thuscorumꝙ phalanx, Euandriꝙ Arcadis alæ.
Pro se quisꝙ uiri summa nituntur opum ui.
Nec mora, nec requies: uasto certamine tendunt.
Hic mentem Aeneæ genitrix pulcherrima misit,
Iret ut ad muros, urbiꝙ aduerteret agmen
Ocyus, & subita turbaret clade Latinos.
Ille ut uestigans diuersa per agmina Turnum,
Huc atꝙ huc acies circuntulit: aspicit urbem
Immunem tanti belli, atque impunè quietam.
Continuo pugnæ accendit maioris imago
Mnesthea, Sergestumꝙ uocat, fortemꝙ Serestum,
Ductores: tumulumꝙ capit, quò cętera Teucrûm
Concurrit legio, nec scuta, aut spicula densi
Deponunt, celso medius stans aggere fatur:
Ne qua meis esto dictis mora: Iuppiter hàc stat,

autem interfuisse fœderi & Deos alios, & Iouis imaginē sceptri præsentia redditā. Neu quis ob imperiū subitum mihi segnior ito.) *Tertia persona est Ito, id est, eat. & hortatur eos ut ita in bellū eant, quasi res fuerit ante disposita. nam hoc dicit, repentinū imperiū nullam nobis afferat morā. sicut paulo pòst,* Scalæ improuiso subitusq; apparuit ignis. Causam belli.) *quia illic erat Lauinia.* Hoc caput ô ciues.) *sicut superius* Drances Turno, O Latio caput & cūctorum causa malorū. *id est, principium.* Fœdus reposcite flāmis.) *Grauitate sermonis declamationi pondus imposuit: nam hoc dicit flāmas fœderis urbis innouemus incendio. nam hic reposcite est innouate, reuocate.* Discurrunt alij ad portas, primosq; trucidant.) *subaudi Improuiso: & hæc simul pronuncianda sunt, ut simul facta uideātur, quo uehemēs uis bellica possit agnosci.* Inter prim.) *inter duces, inter principes.* Hæc al. fœ. rum.) *bis rumpi fœdera.* Bis hostis Italos fieri.) *bis se in prælia sæua cōpelli: nam uarie eandē rem iterat. bis autē fœdera facta sunt, semel per Ilioneum, & paulo antè propter singulare certamen.* Reserare iubent.) *id est, uolunt: ut Iubeo Chremetem, Terentius.* Trahunt in mœnia regem.) *trahere uolunt: nam uoluntas animi est, non facti. Trahunt autem, scilicet ut possit imminens uidere discrimen.* Donatus dicit Trahunt in mœnia, *pro dilacerant in mœnibus rumoribus suis.* Inclusas ut cum latebroso in pumice pastor.) *Penè omnia istius cōparationis uerba ad supradictum pertinent bellum: nam ita apes inclusæ sunt, ut homines qui obsidentur. ita ciuitatem timentium latebras dicimus, sicut apum aluearia. item pastor, ut rex: & reuera pastor est ductor exercitus, ut Homerus, ποιμένα λαῶν.* Pumicem autem iste in genere masculino posuit, & hunc sequimur: licet Catullus dixerit genere fœminino, Arida modo pumice rex politum. Fumo amaro.) *qui elicit lacrymas.*

Neu quis ob inceptum subitum mihi segnior ito.
Vrbem hodie causam belli, regna ipsa Latini
Ni frenum accipere, & dicto parere fatentur,
Eruam, & æqua solo fumantia culmina ponam.
Scilicet expectem, libeat dum prælia Turno
Nostra pati? rursusq; uelit concurrere uictus?
Hoc caput ô ciues, hæc belli summa nefandi:
Ferte faces propere, fœdusq; reposcite flammis.
Dixerat, atq; animis pariter certantibus omnes
Dant cuneum, densaq; ad muros mole feruntur.
Scalæ improuiso, subitusq; apparuit ignis,
Discurrunt alij ad portas, primosq; trucidant,
Ferrum alij torquent, & obumbrant æthera telis.
Ipse inter primos dextram sub mœnia tendit
Aeneas, magnaq; incusat uoce Latinum,
Testaturq; Deos iterum se ad prælia cogi,
Bis iam Italos hostes, hæc altera fœdera rumpi.
Exoritur trepidos inter discordia ciues,
Vrbem alij reserare iubent, & pandere portas
Dardanidis, ipsumq; trahunt in mœnia regem.
Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros.
Inclusas ut cum latebroso in pumice pastor
Vestigauit apes, fumoq; impleuit amaro.

Trepidæ rerũ.) nesciẽtes quid agant, & ignaræ auxilij. Ater odor.) *Nouè: nam in odore equis color est. sed hoc dicit, Odor ater, atræ rei, fumi scilicet, ater odor pessimus: ut, Fumoq́ impleuit amaro.* Etiã fortuna.) *casus: nã oĩs casus in potestate fortunæ est.* Tectis uenientẽ prospicit hostem.) *aut è tectis prospicit, aut contra tecta uenientem.* Incessi muros.) *inuadi.* Mentẽ turbata.) *Vt, Oculos suffusa.* Et nodum informis leti.) *Alij dicunt, qđ media se interemit. Sanè sciendũ, quod cautum fuerat in pontificalibus libris, ut q laqueo finiuisset uitã, insepultus abijceretur. unde bene ait, Informis leti, quasi mortis infamissimæ.* Floreos Lauinia cri.) *Antiqua lectio Floreos habuit, id est, florulentos, pulchros: & est Ennianum.* Et roseas laniata genas.) *Moris fuit apud antiquos, ut ante rogos humãus sãguis effũderetur, uel captiuorũ, uel gladiatorum: quorũ si forte copia nõ fuisset, laniãtes fœminæ genas suũ effundebãt cruorẽ, ut rogis illa imago restitueretur. Tamẽ sciendũ, cautum lege duodecim tabularum, ne mulieres carperent faciem: his uerbis, Mulier faciẽ ne carpito.* Hinc totã.) *de domo regia.* Infelix fama.) *rerum infeliciũ nuncia.* Demittunt mentes.) *desperant: sic cõtrà sperantes aliquid mentes erigũt.* Cõiugis attonitus fatis urbisq́ ruina.) *& priuatis & publicis luctibus.* Immundo puluere.) *Bene Immũdo addidit: sicut in Georg. Et cinerem immundum iactare per agros. quia etiam puluis ille, quo utũtur puellæ, cinis uocatur: unde etiam cinifiones dicti sunt. Horat. Custodes lectica, cinifiones, parasiti.* Bellator.) *epitheton peracti temporis.*

Illæ intus trepidæ rerum, per Cerea castra
Discurrunt, magnisq́ acuunt stridoribus iras.
Voluitur ater odor tectis, nunc murmure cæco
Intus saxa sonant: uacuas it fumus ad auras.
Accidit hæc fessis etiam fortuna Latinis,
Quę totam luctu concussit funditus urbem.
Regina, ut tectis uenientem prospicit hostem,
Incessi muros, ignes ad tecta uolare,
Nusq̃ acies contra Rutulas, nulla agmina Turni,
Infelix pugnæ iuuenem in certamine credit
Extinctum, & subito mentem turbata dolore
Se causam clamat crimenq́, caputq́ malorum.
Multaq́ per mœstum demens effata furorem
Purpureos moritura manu discindit amictus,
Et nodum informis leti trabe nectit ab alta.
Quam cladem miserę postquã accepere Latinæ,
Filia prima manu floreos Lauinia crines
Et roseas laniata genas: tum cætera circùm
Turba furit, resonant late plangoribus ædes.
Hinc totam infelix uulgatur fama per urbem.
Demittunt mentes, it scissa ueste Latinus
Coniugis attonitus fatis, urbisq́ ruina
Caniciem immundo perfusam puluere turpans,
Multaq́ se incusat qui non acceperit ante
Dardanium Aeneam, generumq́ asciuerit ultro.
Interea extremo bellator in æquore Turnus
Palantes sequitur paucos iam segnior, atq́

Minus

Minus successu lætus equorum.) infirmitas animi etiã ex equorum tarditate ueniebat. Attulit hunc illi cæcis terroribus aura.) Naturale enim est, ut à qua parte uentus flat, inde clamor audiatur. *Cõmixtũ clamorẽ.) ex impugnatione & morte reginæ. Arrectas aures.) ad audiendũ sollicitas.* Terent. Arrige aures Pamphile. *Amens.) cõsilij egens, ne scius rei gerẽdæ: nam mentem & consiliũ significare diximus: ut, Mentẽ Aeneæ genitrix pulcherrima misit.*

Iam minus atq; minus successu lętus equorum.
Attulit hunc illi cæcis terroribus aura
Commixtum clamorem, arrectasq; impulit aures
Confusæ sonus urbis, & illętabile murmur.
Hei mihi quid tanto turbantur mœnia luctu?
Quis ue ruit tantus diuersa clamor ab urbe?
Sic ait, adductisq; amens subsistit habenis.
Atq; huic in faciem soror ut conuersa Metisci
Aurigæ, currusq; & equos & lora regebat.
Talibus occurrit dictis: hac Turne sequamur
Troiugenas, quà prima uiam uictoria pandit:
Sunt alij qui tecta manu defendere possunt.
Ingruit Aeneas Italis, & prælia miscet?
Et nos sæua manu mittamus funera Teucris.
Nec numero inferior pugnæ, nec honore recedes.
Turnus ad hæc.
O soror, & dudum agnoui, cum prima per artem
Fœdera turbasti, teq; hæc in bella dedisti.
Et nunc nequicquam fallis dea: sed quis Olympo
Demissam tantos uoluit te ferre labores?
An fratris miseri letum ut crudele uideres?
Nam qd ago? aut quæ iam spõdet fortuna salutẽ?
Vidi oculos ante ipse meos me uoce uocantem
Murranum, quo non fuerat mihi charior alter
Oppetere ingentem, atq; ingenti uulnere uictum.
Occidit infelix, ne nostrum dedecus Vfens
Aspiceret, Teucri potiuntur corpore & armis.
Excindi'ne domos (id rebus defuit unum)
Perpetiar? dextra nec Drancis dicta refellam?

Occurrit dictis.) orationi eius uerbis obuiam uenit. Prima uictoria.) id est, primũ. Nec numero inferior pugnæ, nec honore reced.) nec pauciores interimes, nec minor te q̃ Aeneã comitabitur gloria: nam occisorum multitudo cõpensat hoc, quod tu fugientes interimis. Sanè sciẽdum in hac omni oratione Iuturnã occurrere quæstionib. tacitis. *Prima partẽ fœdera turbasti.) Prima aut inchoantia, aut tu prima: nam post eius orationẽ Tolũnius tela cõtorsit. Nam qd ago.) argumentũ à necessario. Me uoce uocãtẽ.) Atq; hoc nusq̃ legimus, sed aut κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus, aut mortis est omen audire qđ nõ dicitur, uidere qđ minime occurrit: sic in 4. Hîc exaudiri gemitus & uerba uocãtis Visa uiri. Supat.) uiuit: ut, Supat'ne & uescitur aura. Ne no. de. Vfens as.) ac si diceret, fortasse uiueret, nisi ideo uoluisset occũbere, ne nos uictos uideret. Teucri po. cor. & ar.) id est, etiã sepultura caret: nãui in Hom. legimus de uirorũ fortiũ cadauerib. erat inter hostes grãde certamẽ, qđ maxîe apparet de Patrocli cadauere. Dextra nec Dran. re.)*

id est, uirtute: nam pro rei officio ipsam rem posuit, pro uirtute dextrã. Vsq adeo'ne mori miserũ est.) Tacitæ quæstioni occurrit. Superis auer. uol.) Quia, ut suprà diximus, donec uiuimus, curæ sumus superis Dijs: post mortẽ ad inferos ptinemus, qbus se modo cõmẽdat.

Istius inscia cul.) uel fugæ, quia fuga grãde crimen est apud uirũ fortẽ: uel rupti fœderis, uel læsæ religionis, à qua re se dicit esse alienũ ppter futura supplicia. Indignus auorũ.) Græca figura ẽ: nos enĩ indignus illa re dicimus. cõtrà Græci ἀνάξιος στεφάνου, id est, coronæ indignus. Implorãs nomine Tur.) Ex multis reb. indicat perturbationẽ, quòd festinãs uenit, quòd p hostes uulneratus, quòd Turnũ nomine appellat: nam cõtumelia est nomine superiorem uocare. Sic in Georg. Mater Cyrene mater: quũ præmisisset, Te crudelẽ nomine dicit. sicut contrà Aeolus ad Iunonẽ ait, Tuus ò regina quid optes Explorare labor.

Turne in te sup. sal. mise. tuorum.) Oĩa q̃ supra iutturna dixerat, oratio ista dissoluit. Fulminat Aeneas ar.) Exaggeratio est: sic paulo pòst, Horrẽdumq; intonat armis. Minatur deiectur ũ arces.) quia dixerat, Et æqua solo fumantia culmina ponam. Mussat.) modo dubitat. Præterea.) quia occurrebat Amatam pro eius partibus niti. Soli pro portis.) Contra illud, Sunt alij qui tecta manu defendere possunt. Varia cõfusus imagine rerum.) multiplici nuncio. Et obtutu.) uarie tacito stetit uultu. & obtutus est proprie uultus, quem Græci dicunt πρόσωπον. Pudor.) Propter illud, Tu currum deserto in gramine uersas. Insania.) quia in hostes ferebatur. Mixto luctu.) Propter Amatæ cognitam mortem. Discussæ umbræ.) Postquam mentis caligo discessit: quod sequentia indicant, Et lux menti reddita est.

Terga dabo? & Turnũ fugientẽ hęc terra uidebit?
Vsq adeo'ne mori miserum est? uos ò mihi Manes
Este boni, quoniam superis auersa uoluntas.
Sancta ad uos anima, atq istius inscia culpæ
Descendã: magnorũ haud unq̃ indignus auorũ.
Vix ea fatus erat, medios uolat ecce per hostes
Vectus equo spumante Sages, aduersa sagitta
Saucius ora, ruitq implorans nomine Turnum.
Turne in te suprema salus: miserere tuorum.
Fulminat Aeneas armis, summasq minatur
Deiecturum arces Italûm, excidioq daturum,
Iamq faces ad tecta uolant: in te ora Latini,
In te oculos referunt, mussat rex ipse Latinus,
Quos generos uocet, aut quæ sese ad fœdera flectat.
Præterea regina tui fidissima, dextra
Occidit ipsa sua, lucemq exterrita fugit,
Soli pro portis Mesapus, & acer Atinas
Sustentant aciem, circùm hos utrinq phalanges
Stant densæ, strictisq seges mucronibus horret
Ferrea: tu currum deserto in gramine uersas.
Obstupuit uaria confusus imagine rerum
Turnus, & obtutu tacito stetit: æstuat ingens
Imo in corde pudor, mixtoq insania luctu,
Et furijs agitatus amor, & conscia uirtus.
Vt primũ discussæ umbræ, & lux reddita mẽti est,
Ardentes oculorum acies ad mœnia torsit,

Turbidus.)

Turbidus.) plenus perturbationis. Quam eduxerat ipse.) quod ei maiorē creabat dolorem. Subdideratq; rotas.) quo posset trahi ad ea loca, quibus hostis instabat. Quicqd acerbū est morte pati.) aut quicquid morte acerbum est placet pati, hoc est, inferna supplicia, uel quæ potest superbus hostis inferre: sicut de Hectore legimus. Aut certe positiuus est pro cōparatiuo, placet pati si quid etiā morte acerbius inuenitur. Furere ante fur.) Figura antiqua, ut seruitutē seruit, dolet dolorem. et est sensus, sine me furere ante bellicū furorē, scilicet priusquā ad eū ueniam, ut pugnā mente concipiā, & instructus furore in bella prorumpam. Saxum de uertice præceps Cū ruit.) Comparatio ipsa futurum ostēdit euentū. Simul notandū quod sicut suprà in prælio, ita & nunc in cōparatione præfertur Aeneas: nam Turnū parti cōparat montis, mōtibus æquat Aeneā. et est cōparatio de Homero sumpta sic dicēs, ἀντικρὺ μιμαώς ὀλοοίτροχος ὣς ἀπὸ πέτρης ὅν τι κατὰ στεφάνης ποταμὸς χειμάῤῥοος ὤσῃ ῥήξας ἀσπέτῳ ὄμβρῳ ἀναιδέος ἔχματα πέτρης

Turbidus, eq; rotis magnā respexit ad urbem.
Ecce autem flammis inter tabulata uolutus
Ad cœlum undabat uortex, turrimq; tenebat:
Turrim compactis trabibus quam eduxerat ipse,
Subdideratq; rotas, pontesq; instruxerat altos.
Iam iam fata soror superant, absiste morari.
Quo Deus, & quo dura uocat fortuna, sequamur.
Stat cōferre manū Aeneæ, stat quicqd acerbū est
Morte pati, neq; me indecorem germana uidebis
Amplius: hunc oro sine me furere antè furorem.
Dixit, & è curru saltum dedit ocyus aruis,
Perq; hostes, per tela ruit, mœstamq; sororem
Deserit, ac rapido cursu media agmina rumpit.
Ac ueluti montis saxum de uertice præceps
Cum ruit auulsum uento, seu turbidus imber
Proluit, aut annis soluit sublapsa uetustas,
Fertur in abruptū magno mons improbus actu,
Exultatq; solo syluas, armenta, uirosq;
Inuoluens secum: disiecta per agmina Turnus
Sic urbis ruit ad muros, ubi plurima fuso
Sanguine terra madet, striduntq; hastilibus auræ.
Significatq; manu, & magno simul incipit ore.
Parcite iam Rutuli, & uos tela inhibete Latini:
Quæcunq; est fortuna, mea est: me uerius unum
Pro uobis fœdus luere, & decernere ferro.
Discessere omnes medij, spaciumq; dedere.
At pater Aeneas audito nomine Turni

ὕψι τ' ἀναθρώσκων πέτεται, κτυπέει δέ θ' ὑπ' αὐτοῦ ὕλη, ὁ δ' ἀσφαλέως θέει, ἔμπεδον ὄφρ' ἂν ἵκηται ἰσόπεδον, τότε δ' οὔτι κυλίνδεται ἐσσύμενός περ. Auulsum uēto.) proprie: nam & Turnus inuitus attrahitur ad bellū. Mons improbus.) pars montis, & ἐμφατικῶς dictū est: sic suprà ait, Haud partem exiguam montis. Magno actu.) magno impulsu. Vbi plurima fuso sanguine terra madet.) Hypallage est, pro ubi plurimo sanguine terra madet.

Tela inhibite.) cohibete: & est translatio à nautis. Me uerius unum Pro uobis fœdus luere.) Verius, iustius: & sensus hic est, iustius est me unum pro omnibus rupti fœderis pœ-

nas exoluere. Quantus Athon.) Hæc eſt uera lectio: nam ſi Athos legeris, os breuis eſt, & uerſus non ſtat. Athon autem dici accuſatiuus indicat: nam hunc Athona facit, ſicut Apollon Apollona. Quod aũt Herodotus hunc Athon & hũc Apollon dicit, atticæ declinationis eſt. Athon autẽ mons eſt Thraciæ adiacens, circa Lemnon inſulã. Niuali uertice ſe attollens pater Appẽninus ad auras.) mõs eſt Italiæ: de hoc Lucan. Nullo quoq; uertice tellus Altius intumuit, ppiusq; acceſſit Olympo. Troës & oẽs.) Græcè declinauit, unde breuis eſt es: ſicut ſuprà, Troës agũt. Armaq; depoſuere.) uel ſpectaturi, uel defeſſi. Inter ſe coiiſſe uiros, & cernere ferro.) Vera & antiqua eſt hæc lectio. nam Ennium ſecutus eſt q ait, Olli cernebant magnis de rebus agentes. & item, Ferro nõ auro uitã cernamus uterque. poſteritas cœpit legere, Et decernere: ſecundũ quam lectionem ſynalœpha obpus eſt excluſo os: ut ſit, Inter ſe coiſſe uir' et decernere ferro. Fors & uirtus miſcentur in unũ.) caſus in Turno, uirtus in Aenea: nam in bello etiam caſus plurimum ualet. Cicero in Miloniana: Adde caſus, adde incertos exitus, Martemq; communem. Ac uelut ingenti Syla ſummoúe Taburno.) Syla mons & ſylua eſt Lucaniæ, Taburnus mons Cãpaniæ. Salluſt. De fugitiuis in ſylua Syla fuerunt. unde peſſime quidã Syl ua legunt, quia proprium appellatiuo exæquari non poteſt: unde proprium bene iunxit.

Pauidi ceſſere magiſtri.) Proprie magiſtri ſunt militum, paſtores pecorum. ſed reciprocæ ſunt inter ſe iſtæ tranſlationes: nam ductor militum paſtor uocatur, ut diximus ſuprà, & magiſtros pecorum dicimus. Cicero, Quem magiſtrum pecoris eſſe dicebant. Muſſantq; iuuencæ.)

Deſerit & muros, & ſummas deſerit arces,
Præcipitatq; moras omnes, opera omnia rumpit
Lætitia exultans, horrendumq; intonat armis:
Quãtus Athos, aut quãtus Eryx, aut ipſe coruſcis
Cum fremit ilicibus quantus, gaudetq; niuali
Vertice ſe attollens pater Appenninus ad auras.
Iam uero & Rutuli certatim, & Troës, & omnes
Conuertere oculos Itali, quiq; alta tenebant
Mœnia, quiq; imos pulſabant ariete muros.
Armaq; depoſuere humeris: ſtupet ipſe Latinus
Ingentis genitos diuerſis partibus orbis
Inter ſe coiiſſe uiros, & cernere ferro.
Atq; illi ut uacuo patuerunt æquore campi
Pro curſu rapido coniectis eminus haſtis
Inuadunt Martem clypeis, atq; ære ſonoro.
Dat gemitum tellus, tum crebros enſibus ictus
Congeminant: fors & uirtus miſcentur in unum.
Ac ueluti ingenti Syla, ſummoúe Taburno
Cum duo conuerſis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt, pauidi ceſſere magiſtri.
Stat ſpecus omne metu mutũ, muſſantq; iuuencæ
Quis pecori imperitet, quã tota armẽta ſequãtur.
Illi inter ſeſe multa ui uulnera miſcent,
Cornuaq; obnixi infigunt, & ſanguine largo
Colla armosq; lauãt: gemitu nemus omne remûgit
Haud aliter Tros Aeneas, & Daunius heros
Concurrunt clypeis: ingens fragor æthera cõplet.

iuuencæ.) dubitant: sic suprà, Mussat rex ipse Latinus. Iuppiter ipse duas æquato examine lances.) Aut poëticè dictum est, & ratione caret: nam Iuppiter ignorare non poterat. aut certe illud quærit, quis sibi de Turno & Aenea mortis afferat causam. nam dicunt Physici, mortem minime ad Deum pertinere: nam bona tantum præstat, nec ad eum quæ sunt mala pertinent. unde Cicero in Offic. ait, Sed quia nocere Deos non putant, his excepis hominibus obesse plurimum arbitrãtur. Tamẽ sciendum locum hunc à Verg. ita esse trãslatũ, ut in Homero lectus est, καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα· ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο, τὴν μὲν ἀχιλλῆος, τὴν δ' ἕκτορος ἱπποδάμοιο· ἕλκε δὲ μέσσα λαβών, ῥέπε δ' ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ. ὤχετο δ' ἐς ἀίδ. ο, λίπε δ' ἑ φοῖβος ἀπόλλων. Examine.) Examen proprie est filũ, quo trutina regitur. Damnet labor.) liberet: ut, Damnabis tu quoq; uotis. Vergat pondere letũ.) Bene Vergat: nã moriẽtes inferos petũt. Trepidiq; Latini.) Atq; læti esse debuerũt. sed nimia Aeneæ ostẽditur uirtus: nanq; naturale est, ut socijs timori sit inferioris audacia. unde nunc Latini sunt territi ex eo qđ superiorẽ ferire ausus est Turnus. Vt capulũ ignotũ, dext. asp. iner.) Locus hic totus ad gloriã Aeneæ pertinet: nanq; id agit, ne uideatur Turnus armorũ uilitate superatus, unde & ei redditur gladius, quo etiam cum diuinis armis ab Aenea possit extingui. Patrio mucrone relicto.) scilicet non eo quo uulneratum uidit Aeneam, sed quo fuerat ante usus pater Daunus. Sanè patrio modo, paterno significat: nam Dauni fuerat gladius. unde est illud, Ensem quem Dauno ignipotens Deus ipse parenti Fecerat. aliàs Patrium à patria est deriuatiuum. Mortalis mucro.) mortali manu factus. Vndique enim densa Teucri inclusere corona.) Stratagema est: nam postquam Turnum uidere fugere Troiani, clausere loca per quæ euadere poterat. Cursumq; recusant.) retardant, scilicet genua,

Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet, & fata imponit diuersa duorum,
Quẽ damnet labor, & quo uergat pondere letum.
Emicat hic (impune putans) & corpore toto
Alte sublatum consurgit Turnus in ensem,
Et ferit: exclamant Troës, trepidiq; Latini.
Arrectæ amborum acies, at perfidus ensis
Frangitur, in medioq; ardentem deserit ictu
Ni fuga subsidio subeat, fugit ocyor euro,
Vt capulum ignotũ, dextramq; aspexit inermem:
Fama est præcipitem cum prima in prælia iũctos
Conscendebat equos patrio mucrone relicto
Dum trepidat, ferrum aurigæ rapuisse Metisci.
Idq; diu, dum terga dabant palantia Teucri,
Suffecit: postq̃ arma Dei ad Vulcania uentum est
Mortalis mucro, glacies ceu futilis ictu
Dissiluit, fulua resplendent fragmina arena.
Ergo amens diuersa fuga petit æquora Turnus,
Et nunc huc, deinde huc incertos implicat orbes.
Vndiq; enim densa Teucri inclusere corona.
Atq; hinc uasta palus, hinc ardua mœnia cingũt.
Nec minus Aeneas (quanq̃ tardante sagitta
Interdum genua impediunt, cursumq; recusant)

genua, quæ impediebat uulnus illatum sagitta. Sanè peritè facit, ut gladio non utatur Aeneas, sed hasta eminus superare contendat, quia impediente uulnere nec sequi poterat, nec in ictum cōsurgere: unde est, Hic gladio fidēs, hic acer & arduus hasta. Inclusum flum.) Cōparatio Apollonij. Puniceæ septū formid. pinnæ.) Lucan. Claudit odoratæ metuentis aëra pennæ. Venator canis.) pro uenaticus. Insidijs.) pennarum scilicet. Viuidus Vmber.) acerrimus Thuscus: nam Vmbria pars est Thusciæ. Iam iamq; tenet.) Ita ut uidetur intuentib. & hi duo uersus uerbum ad uerbū sunt translati de Apollonio. Increpat.) obiurgat, incusat: ut, Aestatē increpitans seram. Efflagitat ensē.) cum clamore deposcit. Terretq; trementes.) quis enim saucius nō timeret instantē, quū eū integer fugeret? Ludicra petun.) uilia, digna ludo. Hi uersus de Homero trāslati: ἐπεὶ οὐχ ἱερήιον, οὐδὲ βοείην ἀρνύσθην, ἅτε ποσσὶν ἀέθλια γίνεται ἀνδρῶν ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο. Sacer oleaster.) Ferè omnia latina arborū nomina generis fœmin. sunt, exceptis paucis. ut hic oleaster, hoc siler. Vergil. Molle siler. itē hoc buxū, licet & hæc buxus dicatur. nam superfluā quidā uolūt facere discretionē, ut hæc buxus de arbore dicamus, buxū uero de ligno cōpositum. Legimus enim in Vergil. de tibijs, Buxusq; uocat Berecyntia matris Idææ. Itē cū de arboribus loqueretur ait, Et torno rasile buxū. Venerabile lignū.) antiquā arborē uoluit exprimere, ubi figere dona solebant proprie: ut, Aut sacra ad fastigia fixi. Nullo discr.) sine intuitu religionis. Fixā lenta radice tenebat.) Plenum est, quā radix fixā tenebat. Ferrū terra tene.) pro Tellus, elementū pro Dea posuit.

Insequitur, trepidiq; pedem pede feruidus urget.
Inclusum ueluti si quando in flumine nactus
Ceruum, aut puniceæ septum formidine pinnæ
Venator cursu canis, & latratibus instat.
Ille autem insidijs, & ripa territus alta,
Mille fugit refugitq; uias. at uiuidus Vmber
Hæret hians, iam iamq; tenet, similisq; tenenti
Increpuit malis, morsuq; elusus inani est.
Tum uero exoritur clamor, ripæq; lacusq;
Responsant circa, & cœlum tonat omne tumultu.
Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes
Nomine quenq; uocans, notumq; efflagitat ensem.
Aeneas mortem contrà, præsensq; minatur
Exitium, si quisquam adeat, terretq; trementes
Excisurum urbem minitans, & saucius instat.
Quinq; orbes explent cursu, totidemq; retexunt
Huc illuc, nec enim leuia, aut ludicra petuntur
Præmia: sed Turni de uita, & sanguine certant.
Forte sacer Fauno folijs oleaster amaris
Hic steterat, olim nautis uenerabile lignum,
Seruati ex undis ubi figere dona solebant
Laurenti Diuo, & notas suspendere uestes.
Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum
Sustulerant, puro ut possent concurrere campo.
Hic hasta Aeneæ stabat, huc impetus illam
Detulerat, fixam & lenta radice tenebat.
Incubuit, uoluitq; manu conuellere ferrum

Non

Non caſſa in uota.)non ad inania uota popoſcit auxilium. Luctans, mor.)Luctatus & Moratus erat integrũ, quod uitauit propter ὁμοιοτέλευτον. Rurſus in aurigæ fa.mu.Me.) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus Iuturnã in numen reuerſam, poſtq̃ currus reliquit. Audaci nymphæ.)Vt ſuprà diximus, ubicunq; inducit nitentem aliquẽ ſine effectu, audacem dicas. Armis animisq́ re.)Refecti ſicut armis, ita & animis: nanq; armorum inopia animi

Dardanides, teloq́ ſequi quem prendere curſu
Non poterat. tum uerò amẽs formidine Turnus:
Faune precor miſerere, inquit: tuq́ optima ferrũ
Terra tene, colui ueſtros ſi ſemper honores,
Quos contrà Aeneadæ bello fecere prophanos.
Dixit, opemq́ dei non caſſa in uota uocauit.
Nanq; diu luctans, lentoq́ in ſtirpe moratus
Viribus haud ullis ualuit diſcludere morſus
Roboris Aeneas: dum nititur acer & inſtat,
Rurſus in aurigæ faciem mutata Metiſci
Procurrit, fratriq́ enſem dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci nymphæ indignata licere
Acceſſit, telumq́ alta ab radice reuellit.
Olli ſublimes armis, animisq́ refecti:
Hic gladio fidens, hic acer, & arduus haſta
Inſiſtunt contra certamina Martis anheli.
Iunonem interea rex omnipotentis Olympi
Alloquitur, fulua pugnas de nube tuentem:
Quæ iam finis erit coniux? quid deniq; reſtat?
Indigetem Aeneam ſcis ipſa, & ſcire fateris
Deberi cælo, fatisq́ ad ſidera tolli.
Quid ſtruis? aut qua ſpe gelidis in nubibus hęres?
Mortalin' decuit uiolari uulnere diuum?
Aut enſem (quid enim ſine te Iuturna ualeret?)
Ereptum reddi Turno, & uim creſcere uictis?
Deſine iam tandem, precibusq́ inflectere noſtris.
Nec te tantus edat tacitam dolor, & mihi curæ
Sæpe tuo dulci triſtes ex ore recurſent:
Ventum ad ſupremũ eſt: terris agitare uel undis

ante utriuſq; torpebant. Certamina Martis anheli.)Alij Certamine legunt. ut ſit ſenſus, Adſiſtunt contra ſe Martis anheli certamine. Fulua de nube.)de aëre, elemento ſuo. Quæ iam fi. erit con. quid deniq; reſt. Indi. Ae.) Denique; uerba iſta quaſi iam tædiantis ſunt ad longã Iunonis iracundiã: unde et paulo pòſt ait, Deſine iã tandẽ, precibusq́ reflectere noſtris. Indigetẽ Aeneam ſcis ipſa.)ſubaudis Fore. & Indigetes dij duplici ratione dicuntur: uel ſecũdum Lucretiũ, quòd nullius rei egeant, qui ait Nihil indiga curæ: uel certè Indigetes dij ſunt ex hominibus facti, & dicti Indigetes, quaſi in dijs agẽtes. Mortalin' decuit uio. uul. diuum.) Non letali, ſed aut quo mortales laborant, aut à mortali illato. Diuum autem, ſubaudi futurũ. Quid enim ſine te Iutur. ua.)Parẽtheſis eſt: poterat enim excuſare ſe Iuno, nil ſe feciſſe cõmemorans: ſed eam autorẽ fuiſſe Iuppiter dicit propter illud, Autor ego audendi. Deſine iam tan.)Singula pronuncianda ſunt. Nec te tan. edat do.) ſcil. deſine odijs urgere Troianos. Sanè Edo is edit, integrũ uerbum eſt, ut lego. gis. git. nam Edo

Troianos potuiſti, infandum accendere bellum,
Deformare domum, & luctu miſcere hymenæos:
Vlterius tentare ueto. ſic Iuppiter orſus.
Sic dea ſummiſſo contrà Saturnia uultu:
Iſta quidem quia nota mihi tua magna uoluntas
Iuppiter, & Turnum, & terras inuita relinquo.
Nec tu me aërea ſolam nunc ſede uideres
Digna, indigna pati: ſed flammis cincta ſub ipſa
Starem acie, traherémque inimica in prælia Teucros.
Iuturnam miſero (fateor) ſuccurrere fratri
Suaſi, & pro uita maiora audere probaui.
Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum,
Adiuro Stygij caput implacabile fontis,
Vna ſuperſtitio ſuperis quæ reddita diuis.
Et nunc cedo equidem, pugnaſque exoſa relinquo:
Illud te, nulla fati quod lege tenetur,
Pro Latio obteſtor, pro maieſtate tuorum,
Cum iam connubijs pacem felicibus (eſto)
Component, cum iam leges & fœdera iungent,
Ne uetus indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri iubeas, Teucroſque uocari,
Aut uocem mutare uiros, aut uertere ueſtes:
Sit Latium, ſint Albani per ſecula reges.
Sit Romana potens Itala uirtute propago:
Occidit, occideritque ſinas cum nomine Troia.

es eſt, eſſe anomalū conſtat. Troianos potuiſti.) *id eſt, iam non potes: ideo enim præterito uſus eſt.* Summiſſo uultu.) *Habitū futuræ orationis oſtendit.* Quia nota mihi tua magna uoluntas Iuppiter.) *Neceſſitatem obiecerat fati dicens, Ventum ad ſupremū eſt. ſed Iuno ſciens fatū eſſe quicquid Iuppiter dixerit, ſe cedere eius uoluntati aſſerit: nam agit ut conciliet ſibi fauorem eius ad petitionē futuram.* Digna, indigna pati.) *id eſt, omnia. & prouerbialiter dictū eſt.* Non ut tela tamen, nō ut con.ar.) *Hoc loco quaſi Iuturnam iecisse sagittā significat: ſed, ut ſuprà diximus, poſſumus accipere, quòd alter in eius gratiā in Aeneam tela contorſit.* Pro uita.) *Ac ſi diceret, pro re nobis data, id eſt, à ſuperis.* Adiuro Stygij caput implacabile.) *Pro iuro: nam protheſis eſt. quidā tamen uolunt, Iuro tunc dici debere, cū confirmamus aliqd aut promittimus, ut Iuro me facturum: Adiuro uerò, cū negamus, ut Adiuro me non poſſe, me nō feciſſe. Terent. Adiurat ſe non poſſe apud uos Pamphilo abſente perdurare. Poteſt tamen & Ad ualde ſignificare.* Vna ſuperſtitio.) *religio, metus: dicta eo quòd ſuperſtet capiti omnis religio. & eſt Homeri locus,* καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅς τε μέγιστος ὅρκος, δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσιν. Reddita.) *data: nam protheſis eſt.* Nulla fati quod lege tenetur.) *Bene Fati: nam uictoriæ lex eſt, ut uicti cedant in habitū nomenque uictorū.* Pro maieſtate tuorū.) *Reſpexit ad Saturnū, qui aliquando in Italia regnauerat: unde ait Tuorū. nam & Latinus inde originē ducit: ut, Fauno picus pater, iſque parentem Te Saturne refert, tu ſanguinis ultimus autor.* Eſto, Component.) *Conſentit, ſed inuita.*

Sit Romana potens Itala uirtute propago.) *Hoc uidetur dicere, Si fataliter imminet, ut à Troianis origo Romana deſcendat, Troiani Italorū nomen accipiant, ut Romani de Italis, non de*

non de Troianis uideātur esse progeniti. Es germana Iouis, Satur. al. pro.) Locus de obscuris: de quo quidā hoc sentiunt, Petis penè illicita, sed concedenda sunt, quoniam soror Iouis es, id est, Saturni filia. quod si uoluerimus admittere, dupliciter sequens uersus erit incongruus: ut, Irarū tantos uoluis sub pectore fluctus. unde melius est ut ita intelligamus, soror Iouis es, id est, Saturni. unde non mirū est, tantam te retinere iracundiā sub pectore:

Olli subridens hominum rerumq́ue repertor,
Es germana Iouis, Saturniq́ue altera proles,
Irarum tantos uoluis sub pectore fluctus?
Verum age, & inceptum frustra summitte furorē.
Do quod uis, & me uictusq́ue uolensq́ue remitto.
Sermonem Ausonij patrium, moresq́ue tenebunt,
Vtq́ue est, nomen erit: commixti corpore tantum
Subsident Teucri, morem, ritusq́ue sacrorum
Adijciam, faciamq́ue omneis uno ore Latinos.
Hinc genus Ausonio mixtū qd' sanguine surget
Supra homines, supra ire deos pietate uidebis.
Nec gens ulla tuos æque celebrabit honores.
Annuit his Iuno, & mentem læta retorsit.
Interea excedit cælo, nubemq́ue reliquit.
His actis aliud genitor secum ipse uolutat,
Iuturnamq́ue parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur geminæ pestes cognomine diræ,
Quas & tartaream nox intempesta Megæram
Vno eodemq́ue tulit partu, paribusq́ue reuinxit

nam scimus unumquemque pro generis qualitate in irā moueri. nobiles enim et si ad præsens uidentur ignoscere, tamē in posterū iram seruant: quod nunc Iunoni uidetur obijcere. nam quū se concedere diceret, petit tamē quòd grauiter posset obesse Troianis. sic Homerus inducit Calchanta dicentē de Agamēnone, Regum iræ ita se habent, ut etiā si ad præsens indulgere uideantur, stimulos iracūdiæ ad futurū reseruent: κρήσσων γὰρ βασιλεὺς, ὅτι χώσεται ἀνδρὶ χέρηι, εἴπερ γάρ τι χόλον γε, καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσῃ. Do quod uis.) Bene præsenti usus est tempore: nam promissio in dijs pro facto est. Subsident.) remanebunt, latebunt: Latinorum scilicet multitudine. ut, Galeaq́ue ima subsedit Acestes. Ritusq́ue sacrorū Adijciā.) Verū est: nam sacra matris deûm Romani Phrygio more coluerūt. Mentē læta retorsit.) Iste quidem hoc dicit, sed constat bello Punico secundo exoratā Iunonem, tertio uerò bello à Scipione sacris quibusdā etiam Romā esse translatā. His actis.) remoto à Turno auxilio. Dimittere ab ar.) Per transitū historiæ usus est uerbis. nam qui ab exercitu relaxātur, ab armis dicuntur dimitti. Sallust. de Appio, Vbi eum tota in cōcione ab exercitu cogit discedere, dicit se eius opera non usurū, eumq́ue ab armis dimittit. Pestes cogno. diræ.) Propriè Pestes uocātur, Diræ uerò cognomine. & dictæ Diræ, quòd non nisi ante iratū Iouē uidentur: ut, Sæuiq́ue in limine regis Apparent diræ.

Tartareā Megærā.) Bene Tartareā addidit, ut ostēdat esse & terrenā & aëreā Megærā. nā ut etiā in 3. diximus, uolunt periti quandā triplicē potestatē, & in terris, & apud superos: sicut est furiarū apud inferos. Ideo aūt dicit has ex nocte progenitas, ut ostēdat et latēter orii, & intolerabilē esse irā deorū. Vno eodēq́ue tu. par.) Dispositio hæc poëtæ, quæ dicit has

& similes esse furijs, & cum his esse procreatas: hoc agit ut ostendat illã prudentiũ opinione esse tam apud superos, quàm in terris, sicut apud inferos furias. Apparẽt.) præsto sunt ad obsequiũ: unde etiã apparitores constat esse nominatos. Letũ horrificũ.) Volunt Iouẽ nõ esse mortis autorẽ, sed posse mortis genere uel prodesse uel obesse mortalib. Inq; omen Iuturnæ oc. iuss.) Vel Iuturnæ omen fraternæ mortis efficeret. Non secus ac neruo per nu.)

Serpentum spiris, uentosasq; addidit alas.
Hæ Iouis ad solium, sæuiq; in limine regis
Apparent, acuuntq; metum mortalibus ægris.
Siquando letum horrificũ, morbosq; deûm rex
Molitur, meritas aut bello territat urbes.
Harum unã celerem demittit ab æthere summo
Iuppiter, inq; omem Iuturnæ occurrere iussit:
Illa uolat, celeriq; ad terram turbine fertur.
Non secus ac neruo per nubem impulsa sagitta
Armatam sæui Parthus quam felle ueneni,
Parthus siue Cydon telum immedicabile torsit,
Stridens, & celereis incognita transilit umbras:
Talis se sata nocte tulit, terrasq; petiuit.
Postquam acies uidet Iliacas, atq; agmina Turni
Alitis in paruæ subito collecta figuram,
Quæ quondam in bustis, aut culminibus desertis
Nocte sedẽs serùm canit importuna per umbras:
Hanc uersa in faciem Turni se pestis ad ora
Fertq; refertq; sonans, clypeumq; euerberat alis.
Illi membra nouus soluit formidine torpor,
Arrectæq; horrore comæ, & uox faucibus hæsit.
At procul ut diræ stridorem agnouit, & alas
Infelix crines scindit Iuturna solutos
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis.
Quid nunc te tua Turne potest germana iuuare?
Aut quid iam miseræ superat mihi? qua tibi lucẽ
Arte morer? talin' possem me opponere monstro?

Sic illa descẽdit, ut solet sagitta descendere. hinc Statius traxit, ut diceret de disco iacto, Similisque cadenti Crescit in aduersos. Impulsa autẽ propriè: sic suprà, Incertũ qua pulsa manu. Felle ueneni.) amaritudine ueneni, succo noxio. aut certè periphrasticῶs dixit Venenũ: Parthi enim sagittas ueneno oblinunt. Luc. Spicula nec solo spargunt fidentia ferro, Stridula sed multo saturãtur tela ueneno. Trãsilit umbras.) Hyperbole est: nãq; umbræ semper tela comitãtur. hinc ait, Transilit umbras sagitta. malè enĩ quidam auras legunt. Talis se.) taliter collecta, ex nimia scil. furiæ magnitudine. Culminibus desertis.) Noctuã dicit, non bubonẽ: nam ait, Alitis in paruæ. Bubo aũt maior est. Serũ canit.) triste, diuturnũ: ut, Seraq; terrifici cecinerunt omnia uates. Salust. Serũ bellũ in angustijs futurũ. Sonans, clypeumq; euerbe. alis.) Signa sunt ista plangentium. Stridorem.) uocis scilicet sonũ: nam utrunq; tangit, auguriũ & oscinũ & præpetum, quòd grauiter posset obesse Troianis. sic Homerus inducit Calchantẽ, μήτηρ δ' ἀμφεποτᾶτο ὀδυρομένη φίλα τέκνα, τὴν δ' ἐλελιξάμενος πτέρυγος λάβεν ἀμφιαχυῖαν. Diræ.) immiti, quæ posset fratrem cernere tot laboribus subditũ. Monstro.) augurio ex Iouis uolun

tale

tate uenienti. Obſcœnæ uolucres.) *Inuidioſè dixit: nam una eſt.* Quo uitã dedit æt.) *Quia occurrebat, ſed præſtitit immortalitatem: dicu hanc æternam eſſe cauſam doloris.*
Glauco amictu.) *quaſi nympha, propter undarũ ſimilitudinem.*

Iam iam linquo acies, ne me terrete timentem
Obſcœnæ uolucres: alarum uerbera noſco,
Letalemq́ſonum, nec fallunt iuſſa ſuperba
Magnanimi Iouis. hæc pro uirginitate reponit?
Quò uitam dedit æternã? cur mortis adempta eſt
Conditio? poſſem tantos finire dolores
Nunc certè, & miſero fratri comes ire per umbras
Iam mortalis ego: haud quicq̃ mihi dulce meorũ
Te ſine frater erit. ò quæ ſatis ima dehiſcat
Terra mihi, manesq́ deam demittat ad imos?
Tantum effata, caput glauco contexit amictu
Multa gemens, & ſe fluuio dea condidit alto.
Aeneas inſtat contrà, telumq́ coruſcat
Ingens arboreum, & ſæuo ſic pectore fatur:
Quę nũc deinde mora eſt? aut q̃d iam Turne retractas?
Nõ curſu, ſęuis certãdũ eſt cominus armis.
Verte omneis tete in facies, & contrahe quicquid
Siue animis, ſiue arte uales: opta ardua pinnis
Aſtra ſequi, clauſumq́ caua te condere terra.
Ille caput quaſſans: non me tua feruida terrent
Dicta ferox: Dĳ me terrent, & Iuppiter hoſtis.
Nec plura effatus, ſaxum circunſpicit ingens,
Saxum antiquũ, ingens campo qui forte iacebat
Limes agro poſitus, litem ut diſcerneret aruis.
Vix illud lecti bis ſex ceruice ſubirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
Ille manu raptum trepida torquebat in hoſtem
Altior inſurgens & curſu concitus heros.
Sed neq́ currentem ſe, nec cognoſcit euntem,
Tollentem ue manu, ſaxumq́ immane mouentẽ.
Genua labant, gelidus concreuit frigore ſanguis.
Tum lapis ipſe uiri uacuum per inane uolutus,
Nec ſpatium euaſit totum, nec pertulit ictum.

Ingens arboreũ.) *Non ſunt duo epitheta, ſed Aeneas ingens telũ coruſcat arboreum.* Cõtrahe.) *collige. eſt aũt hoſtilis iracundia.* Caput quaſſans.) *cõcutiens & cõquaſſans caput.* Et Iuppiter hoſtis.) *Ordo eſt, ferox hoſtis.* Saxum circumſpi.) *Homeri totus hic locus eſt:* ἀλλ' ἀναχασσάμενος λίθον εἵλετο χειρὶ παχέϊ κείμενον ἐν πεδίῳ, μέλανα τρηχύν τε μεγάν τε. *et alibi,* ἕκτωρ δ' ἁρπάξας λᾶαν φέρεν, ὅς ῥα πυλάων ἑστήκει πρόσθεν.
Campo qui for. iace. Limes agro po.) *Secundũ artẽ priori reſpondit. ſic* Salluſti. *Eſt in carcere locus, quod* Tullianum *appellatur.*
Manu raptũ trepida.) *aut feſtina, aut reuera trepida: q̃a ſequitur,* Sed neque currentẽ, nec ſe cognoſcit euntẽ. Torquebat.) *Bene imperfecto uſus eſt tempore, quia nõ eſt perfectũ quod uoluit: ut,*
Nec ſpacium totum euaſit, nec pertulit ictum. Nec ſpacium euaſit.) *Hic diſtinguendũ, ut ſit totum,* Nec *totum pertulit ictum: id eſt, euacuatus eſt impetus ipſius ſpacio longiore.*

Ac ueluti insomnis.) Cõparatio Homeri. *Nec quò se eripiat.)* Totũ enim Troiani clauserant. *Sortitus fortunã oculis.)* Hunc locũ ad feriendũ oculis elegit Aeneas, quem fortuna destinauerat uulneri. *Fulmine tanti.)* Pro tonitru, sine quo nunquã fulmen mittitur.

Ac ueluti insomnis oculos ubi languida pressit
Nocte quies, nequicquã auidos extendere cursus
Velle uidemur, & in medijs conatibus ægri
Succidimus: non lingua ualet, non corpore notæ
Sufficiunt uires, nec uox, nec uerba sequuntur.
Sic Turno, quacunq; uiam uirtute petiuit,
Successum dea dira negat: tum pectore sensus
Vertuntur uarij: Rutulos aspectat & urbem.
Cunctaturq; metu, telumq; instare tremiscit:
Nec quò se eripiat, nec quà ui tendat in hostem.
Nec currus usquã uidet, aurigamq; sororem.
Cunctanti telum Aeneas fatale coruscat
Sortitus fortunam oculis, & corpore toto
Eminus intorquet: murali concita nunquam
Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti
Dissultant crepitus: uolat atri turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens, orasq; recludit
Loricæ, & clypei extremos septemplicis orbes
Per medium stridens transit femur: incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
Consurgunt gemitu Rutuli, totusq; remũgit
Mons circũ, & uocem latè nemora alta remittunt.
Ille humilis, supplexq; oculos, dextrãq; precantẽ
Protendẽs: equidem merui, nec deprecor, inquit.
Vtere sorte tua: miseri te si qua parentis
Tangere cura potest, oro. fuit & tibi talis
Anchises genitor, Dauni miserere senectæ:
Et me, seu corpus spoliatum lumine mauis,
Redde meis: uicisti, & uictum tendere palmas
Ausonij uidere, tua est Lauinia coniux:
Vlterius ne tende odijs. stetit acer in armis

Atri turbinis in.) Multis utitur cõparationibus ad exprimendum nimiũ impetum. Et instar, ut suprà diximus, p se plenum est, nec recipit præpositionẽ: licet Serenus Ad instar dixerit, quod in idoneis nõ reperitur autoribus. *Ictus.)* percussus: nunc participiũ est: ac si diceret, Cecidit elisus. *Equidem merui.)* Secundũ artem rhetoricã: nam quoties personæ in inuidia sunt, aliæ pro his p ponuntur: unde ait, Ego quidem occidi mereor, sed tu debes ignoscere parẽtis intuitu. *Nec deprecor.)* non refuto. *Vtere sorte tua.)* interfice hostẽ tuũ. *Fuit & tibi ta. Anchises.)* Hic distinguendum, ut duo dicat, Et habuisti patrẽ, & pater es. *Et me Redde meis.)* Ordo est, Redde meis. sed ne ex aperto rẽ uiro forti pudendã peteret, interpositiõe usus est dicens, Seu corpus spoliatũ lumine mauis. *Tendere palmas Au. uidere.)* Ad gloriã Aeneæ pertinet, quòd se Turnus cunctis præsentibus uictũ fatetur. *Tua est Lauinia cõiux.)* Quæ fuerat causa certaminis. *Vlterius ne tende odijs.)* Noli uelle crudelitatẽ tuam ultra fata protendere, sed redde corpus sepulcro.

Acer in armis.) Non tantum ad præsens refertur, sed quia semper in armis acer esse consueuit. *Cunctantē flectere sermo Cœp.)* Omnis intentio ad Aeneæ pertinet gloriā: nam & ex eo quòd hosti cogitat parcere, pius ostēditur: & ex eo quòd eum interemit, pietatis gestat insigne. nam Euandri intuitu Palantis ulciscitur mortem. *Infelix balteus.)* Nulli domino felix. & sic est dictum Infelix balteus, sicut Lacedæmonios hymenæos. Et sciendū, balteum habuisse Turnū ad insultationem & iactantiā, non ad utilitatē: unde est, Atq; humeris inimicū insigne gerebat. *Monumenta doloris.)* Propriè: nam & Monumentum ab eo dictum est, quod mentem moneat. *Hausit.)* uidit: ut, Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto. *Palas immolat.)* Ad suæ mortis & abrupti fœderis ultionem te tanquam hostiam immolat Palas. *Frigore.)* morte: ut, Corpusq; lauant frigentis, & ungūt. *Vitáq; cum gemitu fugit indignata sub umbras.)* Indignata, uel quia mox preces ueniam non meruerant, uel quia Lauiniā fore sciebat Aeneæ, uel quia (ut supra de Camilla diximus) discedebat à iuuene. nam uolunt Physici animā discedere à corpore inuitam, cum quo adhuc habitare naturæ legibus poterat. sic Homerus, ψυχὴ δ' ἐκ μελέων πταμένη ἄϊδος δὲ βεβήκει, ὃν πότμον γοόωσα λιποῦσ' ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην.

Aeneas uoluens oculos, dextramq; repressit.
Et iam iamq; magis cunctantem flectere sermo
Cœperat infelix, humero cum apparuit alto
Balteus, & notis fulserunt cingula bullis,
Palantis pueri, uictum quem uulnere Turnus
Strauerat, atq; humeris inimicū insigne gerebat.
Ille oculis postquam sæui monumenta doloris,
Exuuiasq; hausit, furijs accensus, & ira
Terribilis: tu'ne hinc spolijs indute meorum
Eripiare mihi? Palas te hoc uulnere, Palas
Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicens, ferrum aduerso sub pectore condit
Feruidus: ast illi soluuntur frigore membra,
Vitáq; cum gemitu fugit indignata sub umbras.

FINIS DVODECIMI AENEIDOS.

CHARTARVM SERIES.

* a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z. A
B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb
Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy
Zz. Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh iij Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp
Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz AAA BBB CCC DDD EEE.

Vbi consulueris, mature facto opus est.

ἡσύχῳ ποδί.



Ante, quàm incipias, consulto.